MAGNA
BIBLIOTHECA VETERVM PATRVM,

Et antiquorum SCRIPTORVM *Eccleſiaſticorum.*


PRIMO QVIDEM A MARGARINO DE LA BIGNE
EX ALMA SORBONÆ SCHOLA CELEBERRIMO THEOLOGO
Doctore Pariſienſi compoſita,

POSTEA STVDIO DOCTISSIMORVM COLONIENSIVM
Theologorum ac Profeſſorum aucta:

NVNC VERO ADDITIONE DVCENTORVM
CIRCITER AVTHORVM, TAM GRÆCORVM QVI IN EDITIONE
Colonienſi, quam LATINORVM qui in Pariſienſibus deſiderabantur, locupletata,
Accuratiſſimè emendata, & in XVII. Tomos diſtributa:

Nec non perfectiori ordine diſpoſita, materiarum enim, de quibus ſcripſerunt authores, ſeriem complectitur, & Hiſtoricam methodum per ſingula ſæcula quibus vixerunt, in indice Chronologico copioſiſſimo continet.

TOMVS OCTAVVS.



PARISIIS,
Sumptibus Ægidij Morelli Architypographi Regij.

M. DC. XXXXIV.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

INDEX OPERVM

QVÆ IN HOC OCTAVO MAGNÆ BIBLIOTHECÆ VETERVM PATRVM TOMO CONTINENTVR.

AVRELII PRVDENTII V. C. Pſychomachiæ; id eſt, de pugna animi; Liber: pag 463 Eiuſdem Cathemerinon; Liber: pag 471. Eiuſdem περὶ στεφάνων id eſt, de Coronis; Liber: 488. Eiuſdem Ἀποθέωσις; id eſt, de Dininitate; Liber: Eiuſdem, Ἁμαρτιγένεια, id eſt, de Origine peccati; 531. Eiuſdem; contra Symmachum, Libri duo: col. 540.
Eiuſdem ἐγχειρίδιον noui & veteris Teſtamenti. col. 560
SEVERI RHETORIS & Poëtæ Chriſtiani, Carmen Bucolicum: ſiue, de mortibus Boum. col. 579
CLAVDII MARII VICTORIS, Oratoris Maſſilienſis; Poëticorum Commentariorum in Geneſim; ad Ætherium filium Libri tres: col. 281. Eiuſdem; de peruerſis ætatis ſuæ moribus; ad Salmonem Abbatem, Epiſtola. col. 580
ALCIMI AVITI, Viennenſis Archiepiſcopi; Poëmatum, de Geneſi; Libri 5. col. 596
Eiuſdem, de Conſolatoria Caſtitatis laude, ad Fuſcinam ſororem; Liber: col. 618
MARII VICTORINI Rhetoris, Afri; de fratribus Machabæis, interfectis ab Antiocho Epiphane, poëma. col. 625
IVVENCI, Preſbyteri Hiſpani; Euangelicæ Hiſtoriæ, Poëmatum Libri quatuor. col 629
COELII SEDVLII, Scoti Preſbyteri, ſiue antiſtitis; Mirabilium diuinorum, ſiue Operis Paſchalis Libri quatuor; ad beatiſſimum patrem, Abbatem Macedonium: col. 658.
Eiuſdem Hymnus, totam Chriſti vitam continens. col. 679
D. LIBERII Poëtæ, de Sedulio, Acroſtichis. col. 680
D. BELISARII Poëtæ; de Sedulio, Acroſtichis altera. col. 680
D. HONORII, I. P. Maximi; de Apoſtolis, in Chriſti ad Cœlos Aſcenſione, obſtupeſcentibus; Epigramma. col 680
ARATORIS, S. R. E. Cardinalis Subdiaconi; ad Vigilium Pontificem Maximum, & Florianum Abbatem de Apoſtolica Hiſtoria; Poëmatum, Libri duo. col. 681
TVRCII RVFFI ASTERII, viri Conſularis; veteris & noui Teſtamenti, Sedulio hactenus, à nonnullis, à quibuſdam vero, Claudiano Mamerto Viennenſi Archiepiſcopo adſcripta, Collatio. col. 701
AMOENI; Poëticum veteris & noui Teſtamenti Enchyridion, col. 587. Eiuſdem: in Leontium, Eccleſiæ ſuæ Burdegalenſi redditum; Acroſtichis. col. 702
RVSTICI Helpidij viri Conſularis, Exinluſtris, Exquæſtoris, ad nonnullas veteris & noui Teſtamenti Hiſtorias, Poëtici aliquot Ternarij: col. 706. Eiuſdem; de Chriſti Ieſu beneficijs: Carmen. col. 707
PROBÆ FALCONIÆ, fœminæ clariſſimæ: Excerptum è Virgilij carminibus, ad Teſtimonium veteris & noui Teſtamenti, Opuſculum col. 708
D. COSMÆ HIEROSOLYMITANI, in ſanctam Chriſti Redemptoris Theogoniam, feſtaque alia & myſteria: Hymni tredecim. col 716
D. MARCI Epiſcopi IDRVNTIS: in magno Sabbatho, Hymnus. col. 725
D. THEOPHANIS: in ſanctiſſimæ Deiparæ Annunciationem, Hymnus. col 726
DREPANII FLORI; non illius quidem, Latini Pacati Drepanij qui Theodoſio Auguſto Panegyricum dixit Romæ, ſed eo iunioris alterius cuiuſdam Poëtæ Chriſtiani, ad aliquot Dauidis Pſalmos, Carmina, Hymni, & alia Poëmata. col. 727
PETRI APOLLONII, COLLATII, Preſbyteri Nouarienſis, Excidij Hieroſolymitani, Libri quatuor. col. 731

D. Venantii Honorii Clementiani Fortvnati, Pictauienſis Epiſeopi, de vita S. Martini, Carminum libri 4. col. 752.
Eiuſdem Poëmatum & aliorum Opuſcnlorum, Libri vndecim. col. 772
D. Dracontii, Poëticum Hexaemeron, ſeu, de Opere ſex dierum, Liber vnus. col. 837
Merobavdis, Hiſpani Scholaſtici, de Chriſto, Carmen. col. 842
Avctoris Incerti, de Chriſti Domini Laudibus, Carmen. ibid.
S. Damasi Ponrificis Maximi, aliquot Sanctorum Poëtica elogia. col. 844
S. Colvmbani Abbatis, ad Hunaldum diſcipulnm, contra Auaritiam, Epiſtola. col. 845
Anonymi Poetæ, de Bebiani Baptiſmo, & vxoris eius Apræ obitu, Carmen. col. 846
D. Fvlberti Carnotensis Epiſcopi, in die ſancto Paſchatis, Hymnus. col. 847
Anonymi Poetæ (incertum, vnius, an diuerſorum) de Chriſti myſterijs, Hymmi. ibid.
D. Theodvlphi Aurelianenſis Epiſeopi, Verſus, in fronte Bibliorum quæ ipſe deſcribi fecit, & poetica eius quædam alia. col. 848
Pavlini Aquitani v. i. & Senatorij, de vita S. Martini Epiſcopi Turonenſis, Libri ſex. col 851. Eiuſdem Verſus de viſitatione Nepotuli ſui, col. 882. omnia primum edita ex vetere M S. C. Petri Pithœi. I. C. V. C. ſtudio F. Iureti, cuius etiam Notæ & emendationes adiunctæ ſunt. col. 885
Coelii Sedvlii Preſbyteri, Paſchalis Operis, in ſoluta Oratione, libri quinque: 911. primum editi ex veteri mſ. eiuſdem Pithoei, cura & ſtudio Francisci Iureti, cuius etiam Notæ adiunctæ ſunt. col 933
Q. Septimii Florentis Tertvlliani, Carthaginenſis Preſbyteri, Carmen de Iona & Niniue, nunc primum ex veteri M S. C. Petri Pithœi, I. C. deſcriptum, cura & ſtudio eiuſdem Iureti cuius etiam Notæ & emendationes adiunctæ ſunt. col 938
S. Ambrosii Mediolanenſis Epiſcopi, quæ in eius Baſilica deſcripta ſunt, Diſticha. col. 941.

Digitized by Google

AVRELII PRVDENTII CLEMENTIS,

VIRI CONSVLARIS, RERVM DIVINARVM, RELIGIONIS Chriſtianæ, Iuris item ciuilis, & Militaris peritia excellentis,

OPERA.

AVRELII PRVDENTII VITA PER ALDVM ROMANVM.

AVRELIVS Prudentius Clemens, vir Conſulatis, genere fuit Hiſpanus, ex vrbe Cæſaraugusta, vt ex eo hymno colligimus, quem in laudem duodeuiginti Martyrum Cæſaraogustanorum ſcripſit. Fuit homo ingenioſus, grauis, & ornatis moribus, ac Chriſtianæ religionis obſeruantiſsimus, quod ex ipſius operibus facile eſt cognoſcere: licet adoleſcentiam, & iuuentutem, quum bonis literis indulgeret, incontinenter egerit: quod dolet ipſe in Proœmio καθημερινῶν, his verbis:

Ætas prima crepantibus
Fleuit ſub ferulis, mox docuit toga
Infectum vitiis falſa loqui non ſine crimine.
Tum laſciua proteruitas,
Et luxus petulans (heu pudet, ac piget!)
Fœdauit iuuenem nequitiæ ſordibus, ac luto.

Fuit & iuris peritus, ac Maſſaliæ Conſul. Militauit etiam non ſine laude, puto ſub Honorio, quod ſic ipſe teſtatur.

Bis legum moderamine
Frenos nobilium reximus vrbium.
Ius ciuile bonis reddidimus, terruimus reos.
Tandem militiæ gradu
Euectum pietas principis extulit.
Aſſumptum propius ſtare iubens ordine proximo.

Poſtremò ſeptimum & quinquageſimum annum agens, res Eccleſiaſticas vario metrorum genere cœpit componere, ingenioſè quidem, & eleganter, ſed ſpreta interdum ſyllabarum quantitate in peregrinis dictionibus, & maximè Græcis: non quòd putem ipſum ignoraſſe literas Græcas, quoniam hi tituli librorum eius redarguunt, Ψυχομαχία, καθημερινῶν, ἀποθέωσις, ἁμαρτιγένεια, περὶ στεφάνων, διττοχαῖον: ſed Ectaſin, Syſtolemque facere poſſe interdum in rebus ſacris ſibi licuiſſe (niſi mendoſi codices) fortaſſe voluit. Dolens præterea nihil ſcribendo eo ætatis veniſſe, ſic queritur:

Inſtat terminus, & diem
Vicinum ſenio iam Deus applicat,
Quid nos vtile tanti ſpatio temporis egimus?

Floruit temporibus Valentiniani ſecundi, & Theodoſij magni, & filiorum eius Arcadij & Honorij Imperatorum, quibus & Auſonius & Claudianus Poetæ, item Hieronymus, Ambroſius, Auguſtinus, diui Eccleſiæ ſanctæ Doctores floruerunt. Nam in Proœmio primi libri contra Symmachum, colligimus Prudentium eo tempore floruiſſe, quo Symmachus, his ad

A Chriſtum pro Symmacho precibus.

Saluator generis Romulei, precor,
Qui cunctis veniam das pereuntibus,
Qui nullum ſtatuis non operis tui
Mortalem, facili quem releues manu.
Huius, ſi potis eſt, iam miſereſcito.
Præruptam in foueam præcipitis viri.
Spirat ſacrilegis flatibus neſcius,
Erroreſque ſuos indocilis fouet.
Obteſtor iubeas, ne citus impetus
Arſurum medijs inſerat ignibus.

Tum quia contra Symmachum D. etiam Ambro-
B ſius ſcripſit ad Valentinianum Auguſtum, perſpicimus D. Ambroſij tempeſtate fuiſſe Prudentium. In fine autem ſecundi libri contra Symmachum, videtur Prudentius ad Honorium Theodoſij Magni filium dirigere ſermonem his carminibus:

Te precor Auſonij dux Auguſtiſſime regni,
Et tam triſte ſacrum iubeas, vt cætera tolli.
Perſpice, nonne vacat meriti locus iſte paterni,
Quem tibi ſupplendum Deus, & genitoris amica
Seruabit pietas? Solus ne præmia tantæ
Virtutis caperet, partem tibi nate reſeruo?
Dixit: & integrum decus, intactumque reliquit.
C *Arripe dilatam tua dux in tempora famam,*
Quodque patri ſupereſt, ſucceſſor laudis habeto.
Ille vrbem vetuit taurorum ſanguine tingi,
Tu mortes miſerorum hominum prohibeto litari.
Nullus in vrbe cadat, cuius ſit pœna voluptas,
Nec ſua virginitas oblectet cædibus ora,
Iam ſolis contenta feris immanis arena,
Nulla cruentatis homicidia ludat in armis.
Sit deuota Deo, ſit tanto Principe digna,
Et virtute potens, & criminis inſcia Roma,
Quemque ducem belli ſequitur, pietate ſequatur.

D Præterea meminit Stiliconis, quem & Rufinum Theodoſius Magnus, quum Arcadius, & Honorius filij, quos poſt liberatum orbem, ſubactóſque vndique, domitóſque Tyrannos, conſortes Imperij fecerat, nondum maturi imperio forent, ductores legit, & Rufinum Arcadio adiunxit, & Stiliconem Honorio: & Arcadius Conſtantinopoli, Romæ Honorius imperauit. Carmina verò, quibus de Stilicone Honorij comite meminit, quoniam ſtragem Barbarorum continent, qui duce Radagaſio in Italiam irruperant (fuit enim numerus cc. millium) operæpretium hoc loco recenſere exiſtimauimus: ſunt autem hæc:

Digitized by Google

Tentauit Gethicus nuper delere tyrannus
Italiãm, patrio veniens iuratus ab Iſtro,
Has arces æquare ſolo, tecta aurea flammis
Soluere, maſtrucis proceres veſtire togatos.
Iámque ruens Venetos turmis protriuerat agros,
Et Ligurum vaſtarat opes, & amœna profundi
Rura Padi, Thuſcúmq; ſolũ victo amne premebat.
Depulit hos equitum nimbus, non peruigil anſer
Proditor occulti tenebroſa nocte pericli,
Sed vis cruda virûm, perfractáque congredientum
Pectora, nec trepidans animus ſuccumbere letho
Pro patria, & pulchrã per vulnera quærere laudé.
Nunquid & ille dies Ioue contulit auſpice tãtum
Virtutis pretium? dux agminis, imperijque,
Chriſtipotens nobis iuuenis fuit, & comes eius,
Atque pares Stilico, Deus vnus Chriſtus vtrique.
Huius adoratis altaribus, & cruce fronti
Inſcripta cecinère tubæ, prima haſta dracones
Præcurrit, quæ Chriſti apicem ſublimior effert.
Illic terdenis Gens exitiabilis annis
Pannoniæ pœnas tandem deleta pependit:
Corpora famoſis olim ditata rapinis
In cumulos congeſta iacent, mirabere ſeris
Poſteritas ſeclis inhumata cadauera latè,
Quæ Pollentinos texerunt oſſibus agros.

Romam quoqoe ex Hiſpania profectum fuiſſe teſtatur ipſe in libro Περὶ στεφάνων, io Caſsiani, Hippolyti, & Petri, & Pauli martyriis. Compoſuit autem multa, quæ titulis Græcis ornare operæpretiũ duxit, præter duos libros aduerſus Symmachum, ac Romani martyris tragœdiam. Ea verò ſunt Ψυχομαχία hoc eſt, animi pugna, Heroico carmine. Ψυχὴ enim Græcè, Latinè animus, & μάχομαι pugno. In eo enim libro vitiæ cum virtutibus pugnant, & ſuccumbunt vitia. Καθημερινῶν, hoc eſt, diurnarum rerum opus. Sunt enim Odæ ex vario metrorum genere à matutino ad veſpertinum creſpuſculum. Ἀποθέωσις, hoc eſt, diuinitas, deificatio, ἀποθεόω, deifico: eſt enim opus de rebus diuinis. Ἁμαρτιγένεια, peccatorum origo, ἡ ἁμαρτία peccatum, & γεννάω genero. Scribit enim aduerſus Marcionem

A hæreticum, qui duos eſſe Deos dicebat, alterum Veteris teſtamenti crudelem, ſanguinarium, ac peſſimum: Noui alterum pium, miſericordem, optimum: Atque animos, à Bono; à Malo, corpora eſſe creata; pugnaſſéque eos inter ſe, atq; à Malo Bonum victum, animúmque in corpus immiſſum, & hinc inter carnẽ & animum bella geri inteſtina aſsiduè: quod confirmabat his Apoſtoli verbis: *Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus autem aduerſus carnem.* Id verò, qoia fomes peccatorum, origóque eſt, ἁμαρτιγένεια ei libello inditum eſt nomen, Περὶ στεφάνων, hoc eſt, de coronis. Sunt enim Hymni in laudem Martyrum, qui quoniam legitimè certaoerunt, coronis honeſtati ſunt. Διττοχαῖον, duplex cibus, διττὸς duplex, & ὀχὴ cibus. Sunt enim tituli hiſtoriarum veteris, & noui Teſtamenti: atque hinc puto Dittochæum, hoc eſt, duplicem cibum appellatum hunc librum à Pruden-
B tio. Sed quoniam non ſic excultus eſt, & elaboratus hic liber, vt cæteri à Poëta compoſiti, ſunt qui non eſſe Prudentij dicunt. Ego verò ipſum à cæteris ſeparare non ſum auſus: tum quia Gennadius, qui poſt diuum Hieronymum ſcripſit de viris illuſtribus, Dittochæum à prudentio compoſitum dicit, tum etiam, quia io antiquiſsimo codice cæteris Prudentij operibus, quæ imprimenda curauimus, inſertus & hic erat libellus, & pro Dittochæum, Dirrochæum, titulus, ſcriptorũ culpa, qood coniicio facilè: quia interpretatum inibi eſt antiquiſsimis characteribus, doplex refectio, pro duplex cibus. Scripſit etiam aduerſus Symmachũ libros duos heroico carmine pulcherrimos, in quibus & doctrinam ſuam, copiámq; ac ingenium non mediocre oſtendit. Erat autẽ hic Symma-
C chus vrbis Romæ Præfectus, ac ſumma vir eloqoentia, qui ad Valentinianum, & Theodoſiũ, Arcadiúmque Imperatores legatus à Senatu miſſus, vt veteres deorum cultus reuocarentur, hac de re elegantẽ habuit orationem. Quæ impreſſa inter diui Ambroſij epiſtolas viſitur, cui & Ambroſius proſa oratione, & Prudentius duobus lib. heroico carmine compoſitis, aptè, copioſéque reſpõdent. Inquit quoq; Gennadius Hexaëmeron de mundi fabrica, vſq; ad conditionem primi parentis, & præuaricationem eiuſdem commentatum fuiſſe Prudentium, quod opus ſi veniſſet in manus noſtras, vnà cum cæteris produiſſet in publicum.

GENNADIVS PRESBYTER IN CATOLOGO VIRORVM ILLVSTRIVM, HVIVS PRVDENTII SIC MEMINIT.

PRVDENTIVS *vir ſecularis literaturæ eruditus, compoſuit Dittochæum de Veteri, & Nouo Teſtamento perſonis excerptis. Commentatus eſt in morem Græcorum Hexaëmeron de mundi fabrica, vſque ad conditionem primi hominis, & præuaricationem eius. Compoſuit & libellos, quos Græca appellatione prætitulauit, ἀποθέωσις, Ψυχομαχία, ἁμαρτιγένεια, id eſt, de diuinitate, de compugnantia animi, de origine peccatorum Fecit & in laudem Martyrum ſub aliquorum nominibus, Inuitatorium ad Martyrium librum vnum, & Hymnorum alterum: ſpeciali tamen conditione aduerſus Symmachum, idolatriam defendentem, ex quorum lectione agnoſcitur Palatinus miles fuiſſe.* Hæc Gennadius, vbi, quia Dittochæum, & commentarios in Hexaëmeron, cæteris præponit, hinc ſubiungit: *Compoſuit & libellos: an Dittochæum aliud opus fuerit, quàm nos ſcripſimus, quærendum.*

AVRELII PRVDENTII

CLEMENTIS, VIRI CONSVLARIS, IN ΨΥΧΟΜΑΧΙΑΝ PRÆFATIO.

Carmen Iambicum, ſenarium, acatalecticum habens locis imparibus Spondeum, Anapæſtum, Iambum, Tribrachum: Paribus verò Iambum, & nonnunquam Anapæſtum, in ſexto Pyrrhichium etiam.

SEnex fidelis prima credendi via eſt
Gen.17.5. *Abrâm, beati ſeminis ſeruus Pater,*
Adiecta cuius nomen auxit ſyllaba,
Abrã parenti dictus, Abrahã Deo.
Senile pignus qui dicauit victimæ,
Docens ad Aram cùm litare quis velit,
Quod dulce cordi eſt, quod pium, quod vnicum,
Deo libenter offerendum credito.
Pugnare noſmet cum prophanis Gentibus
Suaſit, ſuumque ſuaſor exemplum dedit.
Nec ante prolem coniugalem gignere
* parente. *Deo * placentem, matre Virtute editam,*
Quàm ſtrage multa bellicoſus ſpiritus
Portenta cordis ſæuientis vicerit.
Victum feroces fortè reges ceperant
Gen.14.14 *Loth, immorantem criminoſis vrbibus*
Sodomæ, & Gomorrhæ, quas fouebat aduena
Pollens honore patruelis gloriæ.
Abram ſiniſtris excitatus nuntiis,
Audit propinquum forte captum bellica,
Seruire duris Barbarorum vinculis,
Armat trecentos terque ſenos vernulas,
Pergant vt hoſtis terga euntis cedere,
Quem Gaza diues, ac triumphus nobilis
Captis tenebat impeditum copiis.
Quin ipſe ferrum ſtringit, & plenus Deo
Reges ſuperbos mole prædarum graues
Pellit fugatos, ſauciatos proterit,
Frangit catenas, & rapinam liberat,
Aurum, puellas, paruulos, monilia,
Greges equarum, vaſa, veſtem, buculas.
Loth ipſe ruptis expeditus nexibus
* bagis. *Attrita * baccis colla liber erigit.*
Abram triumphi diſſipator hoſtici,
A *Redit, recepta prole fratris inclytus,*
Nequaquam fidelis ſanguinis proſapiam
Vis peſſimorum poſſideret Principum.
Adhuc recentem cæde de tanta virûm,
Donat ſacerdos ferculis cæleſtibus.
Dei ſacerdos, Rex & idem præpotens,
Origo cuius fronte inenarrabilis
Secreta, nullum prodit autorem ſui
Melchiſedech, qua ſtirpe, quis maioribus
Ignotus, vni cognitus tantum Deo.
Mox & triformis Angelorum trinitas
Senis remſit hoſpitis mapalia, * alias, En quieta Sarræ in aluum fertile Munus venire.
** Et iam vieta Sarra in aluo fertilis*
B *Munus iuuenta mater exanguis ſtupet,*
Hærede gaudens & cachinni pœnitens.
Hæc ad figuram prænotata eſt linea,
Quam noſtra recto vita reſculpat pede,
Vigilandum in armis pectorum fidelium,
Omnemque noſtri portionem corporis,
Quæ capta fœde ſeruiat libidini,
Domi coactis liberandam viribus.
Nos eſſe largè vernularum diuites,
Si quid trecenti, bis nouenis additis
Poſſim figura nouerimus myſtica.
Mox ipſe Chriſtus, qui ſacerdos verus eſt.
Parente natus alto, & ineffabili,
Cibum beatis offerens victoribus,
Paruam pudici cordis intrabit caſam,
C *Monſtrans honorem trinitatis hoſpitæ.*
*Animam deinde ſpiritus * connexibus,* * complexibus.
Piè maritam, prolis expertam diu,
Faciet perenni fertilem de ſemine.
** Tum Sarra dotem poſſidens puerpera,* * Tunc ſera.
Hærede digno patris implebit domum.

AVRELII PRVDENTII

V. C. PSYCHOMACHIÆ, ID EST DE PVGNA ANIMI, LIBER.

Sect. I.

CHriſte graues hominum ſemper miſerate labores,
Qui patria virtute cluis, propriaque ſed vna,
Vnum namque Deum colimus de nomine trino,
Non tamen & ſolũ, quia tu Deus ex patre Chriſte,
A *Diſſere rex noſter, quo milite pellere culpas*
Mens armata queat noſtri de pectoris antro,
Exoritur quoties turbatis ſenſibus intus
Seditio, atque animam morborum rixa fatigat,
Quod tunc præſidium pro libertate tuenda,
Quæve acies furiis inter præcordia mixtis
Obſiſtat meliore manu. Nec enim bone ductor

Magnarum virtutum inopes, neruiſque carentes
Chriſticolas vitiis populantibus expoſuiſti,
Ipſe ſalutiferas obſeſſo in corpore turmas
Depugnare iubes, ipſe excellentibus armas
Artibus ingenium, quibus ad ludibria cordis
Oppugnanda potens tibi dimicet, & tibi vincat.
Vincendi præſens ratio eſt, ſi cominus ipſas
Virtutum facies, & colluctantia contra
Viribus infeſtis liceat portenta notare.

FIDEI, ET IDOLOLATRIÆ pugna. SECT. II.

PRima petit campum dubia ſub ſorte duelli
Pugnatura Fides, agreſti turbida cultu,
Nuda humeros, intonſa comas, exerta lacertos,
Namque repentinus laudis calor ad noua feruens
Prælia, nec telis meminit, nec tegmine cingi:
Pectore ſed fidens valido, membriſque retectis
Prouocat inſani frangenda pericula belli.
Ecce laceſſentem collatis viribus audet
Prima ferire Fidem, veterum cultura Deorum.
Illa hoſtile caput, phaleratáque tempora vittis
Altior inſurgens labefactat, & ora cruore,
Et pecudum ſatiata, ſolo applicat, & pede calcat,
Eliſos in mortem oculos, animamque malignam
Fracta intercepti commercia gutturis arctant,
Difficilemque obitum ſuſpiria longa fatigant,
Exultat victrix legio, quam mille coactam
Martyribus Regina Fides animarat in hoſtem.
Nunc fortis ſocios parta pro laude coronat
Floribus, ardentique iubet veſtirier oſtro.

PVDICITIÆ, ET LIBIDINIS pugna. SECT. III.

EXin gramineo in campo concurrere prompta
Virgo pudicitia ſpecioſis fulget in armis:
Quam patrias ſuccincta faces Sodomita libido
Aggreditur, piceamque ardenti ſulphure pinum
Ingerit in faciem, pudibundaque lumina flammis
Appetit, & tetro tentat ſuffundere fumo.
Sed dextram furiæ flagrantis, & ignea diræ
Tela lupæ ſaxo ferit imperterrita virgo,
Excuſſaſque ſacro tedas depellit ab ore.
Tunc exarmata iugulum meretricis adacto
Transfigit gladio, calidos vomit illa vapores,
Sanguine concretos cœnoſo, ſpiritus inde
Sordibus exhalans vicinas polluit auras.
** Hoc tibi habe, exclamat victrix Regina, ſupremus* — *Hoc habe.
Hic tibi finis erit, ſemper proſtrata iacebis,
Nec iam mortiferas audebis ſpargere flammas
In famulos famulaſve Dei, quibus intima caſti
Vena animi ſola feruet de lampade Chriſti.
Téne, ô vexatrix hominum, potuiſſe reſumptis
Viribus extincti capitis recaleſcere flatu?
Aſſyrium poſtquam thalamum ceruix Olophernis
Caſa, cupidineo madefactum ſanguine lauit.
Gemmatumque torum mœchi ducis aſpera Iudith

A *Spreuit, & inceſtos compeſcuit enſe furores.*
Famoſum mulier referens ex hoſte trophæum,
Non trepidante manu vindex mea cœlitus audax.
At fortaſſe parum fortis matrona ſub vmbra
Legis adhuc pugnans, dum tempora noſtra figurat
Vera, quibus virtus terrena in corpora fluxit,
Grande per infirmos caput exciſura miniſtros,
Nunquid & intactæ poſt partum virginis vllum
Fas tibi iam flupereſt? poſt partum virginis, ex quo
Corporis humani naturam priſca propago* — *priſtina origo.
Deſeruit, carnemque nouam vis ardua ſeuit,
Atque innupta Deum concepit fœmina Chriſtum,
Mortali de matre hominem, ſed cum patre numen.
B *Inde omnis iam diua caro eſt, quæ concipit illum,*
Naturamque Dei conſorti fœdere ſumit:
Verbum quippe caro factum, non deſtitit eſſe
Quod fuerat verbum, carnis dum glutinat vſum,
Maieſtate quidem non degenerante per vſum
Carnis, ſed miſeros ad nobiliora trahente.
Ille manet quod ſemper erat, quod non erat eſſe
Incipiens: Nos, quod fuimus, iam non ſumus, aucti
Naſcendo in melius: mihi contulit, & ſibi manſit.
Nec Deus ex noſtris minuit ſua, ſed ſua noſtris
Dum tribuit, noſmet dona ad cœleſtia vexit.
*Dona hæc ſunt, * quis victa iaces lutulenta libido,* — *quòd.
Nec mea poſt Mariam potis es perfringere iura.
Tu præceps ad mortis iter: tu ianua lethi,
C *Corpora commaculans, animas in tartara mergis,*
Abde caput triſti iam frigida peſtis abyſſo,
Occide proſtibulum, manes pete, claudere Auerno,
Inque tenebroſum noctis detrudere fundum.
Te voluat ſubter vada flammea, te vada nigra,
Sulphureuſque rotet per ſtagna ſonantia vortex.
Nec iam Chriſticolas, furiarum maxima, tentes,
Vt purgata ſuo ſeruentur corpora Regi.* — *Chriſto.
Dixerat hæc: & læta libidinis interfecta
Morte pudicitia, gladium Iordanis in vndis
Abluit infectum, ſanies cui rore rubenti
Hæſerat, & nitidum macularat vulnere ferrum,
Expiat ergo aciem fluuiali docta lauacro
Victricem victrix, abolens baptiſmate labem
Hoſtilis iuguli, nec iam contenta piatum,
Condere vagina gladium, ne tecta rubigo
D *Occupet. Ablutum ſcabroſa ſorde nitorem*
Catholico in templo diuini fontis ad aram
Conſecrat, æterna ſplendens vbi luce niteſcat.* — *coruſcet.

PATIENTIÆ, ET IRÆ, congreſſus. SECT. IV.

ECce modeſta graui ſtabat Patientia vultu,
Per medias immota acies, varioſque tumultus,
Vulneraque & rigidis vitalia peruia pilis
Spectabat defixa oculos, & lenta manebat.
Hanc procul Ira tumens ſpumanti feruida rictu,
Sanguinea intorquens ſuffuſo lumina felle,

Vt belli exortem, telóque & voce laceſſit,
Impatienſque moræ conto petit, increpat ore,
Hirſutas quatiens galeato vertice criſtas.
En tibi Martis, ait, ſpectatrix libera noſtri,
Excipe mortiferum ſecuro pectore ferrum,
Nec doleas, quia turpe tibi gemuiſſe dolorem.
Sic ait, & ſtridens ſequitur conuitia pinus
Per teneros criſpata notos, & certa ſub ipſum
Defertur ſtomachum, rectóque illiditur ictu:
Sed reſilit duro loricæ excuſſa repulſu:
Prouida nam virtus conſerto adamante trilicem
Induerat thoraca humeros, ſquamoſaque ferri
Texta per* intortos commiſerat vndique neruos.
*innumeros.
Inde quieta manet Patientia, fortis ad omnes
Telorum nimbos, & non penetrabile durans,
Nec mora eſt iaculo monſtri ſine more furentis,
Operiens propriis perituram viribus iram,
Scilicet indomitos poſtquam ſtomachando lacertos
Barbara bellatrix impenderat, & iaculorum
Nube ſuperuacuam laſſauerat irrita dextram,
Cùm venteſa leui cecidiſſent tela volatu,
*Iactibus.
* Ictibus & vacuis haſtilia fracta iacerent.
Vertitur ad capulum manus improba, & enſe coruſco
Connixa in plagam, dextra ſublimis ab aure
Erigitur, mediúmque ferit librata cerebrum.
Aerea ſed cocta caſis formata metallo
Tinnitum percuſſa refert, aciémque retundit
Dura reſultantem, frangit quoque vena rebellis
Illiſum chalybem, dum cedere neſcia* caſſos
*caſſis.
Excipit aſſultus, ferienti & tuta reſiſtit.
Ira, vbi truncati mucronis fragmina vidit,
Et procul in partes enſem crepuiſſe minutas,
Iam capulum retinente manu ſine pondere ferri,
Mentis inops, ebur infelix, decoriſque pudendi
Perfida ſigna abiicit, monimentaque triſtia longè
Spernit, & ad proprium ſuccenditur effera lethum
Miſſile de multis, quæ fruſtra ſparſerat: vnum
Puluere de campi peruerſos ſumit in vſus,
Raſile figit humi lignum, ac ſe cuſpide verſa
Perfodit, & calido pulmonem vulnere tranſit.
Quam ſuper aſſiſtens Patientia, vicimus, inquit,
Exultans vitium ſolita virtute ſine vllo
Sanguinis, ac vitæ diſcrimine, lex habet iſtud
Noſtra genus belli, furias, omnémque malorum
Militiam, & rabidas tolerando extinguere vires.
Ipſa ſibi eſt hoſtis Veſania, ſeque furendo
Interimit, moriturque ſuis Ira ignea telis.
Hæc effata ſecat medias impunè cohortes
Egregio comitata viro: nam proximus Iob
Hæſerat inuictæ dura inter bella magiſtræ,
Fronte* ſeuerus adhuc, & multo funere anhelus,
Sed iam clauſa truci ſubridens vlcera vultu,
Perque cicatricum numerum ſudata recenſens
Millia pugnarum, ſua præmia, dedecus hoſtis.
Illum Diua iubet tandem requieſcere ab omni
Armorum ſtrepitu, captis, & perdita* quæ ſunt
*quæque.
Multiplicare opibus, nec iam peritura referre.
Ipſa globum legionum, & concurrentia rumpit
Agmina, vulniferos gradiens intacta per imbres,
Omnibus vna comes virtutibus aſſociatur,
A Auxiliumque ſuum fortis Patientia miſcet.
Nulla anceps luctamen init virtute ſine iſta
Virtus, nam vidua eſt, quam non Patientia firmat.

SVPERBIÆ, ET HVMIlitatis pugna.

Sect. V.

Fortè per effuſas inflata ſuperbia turmas
Effreni volitebat equo, quem pelle leonis
Texerat, & validos villis onerauerat armos.
B Quo ſe fulta iubis iactantiùs illa ferinis
Inferret, tumido deſpectans agmina faſtu,
Turritum tortis caput accumularat in altum
Crinibus, extructos augeret vt addita cirros
Congeries, celſumqúe apicem frons ardua ferret.
Carbaſea ex humeris ſummo collecta coibat
Palla ſinu, térctem nectens á pectore nodum.
A ceruice fluens tenui velamine limbus
Concipit* infectas textis turgentibus auras.
*ingeſtas.
Nec minus inſtabili ſonipes feritate ſuperbit
Impatiens madidis frenarier ora lupatis.
Huc illuc frendens obuertit terga, negata
Libertate fugæ, preſſiſque tumeſcit habenis.
Hoc ſeſe oſtentans habitu ventoſa virago
Inter vtramque aciem ſupereminet, & phaleratum
C Circumflectit equum, vultuque, & voce minatur.
Aduerſum ſpectans cuneum, quem milite raro,
Et paupertinis ad bella coëgerat armis.
Mens humilis, Regina quidem, ſed egens alieni
Auxilij, proprio nec ſat confiſa paratu,
Spem ſibi collegam coniunxerat, edita cuius
Et ſuſpenſa ab humo eſt Opulentia diuite regno.
Ergo humilem poſtquã male ſana Superbia mentem
Vilibus inſtructam nullo oſtentamine telis
Aſpicit in vocem dictis ſe fundit amaris.
Non pudet, ô miſeri, plebeio milite claros
Attentare duces? ferróque laceſſere gentem
Inſignem* titulis? veteres cui bellica virtus
*telis.
Diuitias peperit? lætos & gramine colles
Imperio calcare dedit? vnde aduena nudus
Nititur antiquos (ſi fas eſt) pellere reges.
D En, qui noſtra ſuis in prædam cedere dextris
Sceptra volunt, en qui noſtros ſulcare nouales?
Aruáque capta manu populariter hoſpite aratro
Contendunt? duros & pellere marte colonos.
Nempe* ô ridiculum vulgus, natalibus horis
*hoc.
Totũ hominẽ, & calidos à matre amplectimur artus
Vimqúe poteſtatum per membra recentis alumni
Spargimus, & rudibus dominamur in oſſibus omnes.
Quis locus in noſtra tunc vobis ſede dabatur,
Congenitis cùm regna ſimul ditionibus æquo
Robore creſcebant? nati nam luce ſub vna
Et domus, & Domini paribus adoleuimus annis.
Ex quo plaſma nouum de conſepto paradiſi
Limite progrediens amplum transfugit in orbem,
Pellitoſque habitus ſumpſit venerabilis Adam,
Nudus adhuc, ni noſtra foret præcepta ſequutus.
Quiſnam iſte ignotis nunc hoſtis ſurgit ab oris
Importunus, iners, infelix, degener, amens?

Qui ſibi tam ferum ius vindicat, hactenus exul.
Nimirum vacuæ credentur friuola famæ,
Quæ miſeros optare iubent, quandoque futuri
Spem fortaſſe boni, lenta vt ſolatia mollem
Deſidiam pigro rerum medicamine palpent.
Quidni illos ſpes palpet iners: quos puluere in iſto
Tyrones Bellona truci non excitat ære,
Imbelléſque animos virtus tepefacta reſoluit?
Anne Pudicitiæ gelidum iecur vtile bello eſt?
An tenerum pietatis opus ſudatur in armis?
Quàm pudet, ò Mauors, & virtus conſcia, talem
Contra ſtare aciem, ferróque laceſſere nugas,
Ac cum virgineis dextram conferre choreis,
*ubi. * Iuſtitia eſt nam ſemper egés, & pauper Honeſtas,*
Arida Sobrietas, albo Ieiunia vultu,
Sanguine vix tenui pudor interfuſus, aperta
Simplicitas, & ad omne patens ſine tegmine vulnus,
Et proſtrata in humum, nec libera iudice ſeſe
Mens humilis, quam degenerem trepidatio prodit.
Faxo ego ſub pedibus ſtipularum more teratur
Inualida iſta manus, neque enim perſtringere duris
* fragiliq; vitos. *Dignamur gladiis, argenti, & ſanguine ferrum*
*Imbuere, & * fragili vires fœdare triumpho.*
Talia vociferans rapidum calcaribus vrget,
Cornipedem, laxiſque volant temeraria frenis,
Hoſtem humilem cupiens impulſu calcis equini
Sternere, deiectámque ſupercalcare ruinam.
Sed cadit in foueam præceps, quàm callida fortè
Fraus interciſo ſuffoderat æquore furtim.
Fraus deteſtandi vitiorum è partibus vna,
Fallendi verſuta opifex, quæ præſcia belli
Planiciem ſcrobibus violauerat inſidioſis,
Hoſtili de parte latens, vt foſſa ruentes
Exciperet cuneos, atque agmina merſa voraret.
Ac ne fallacem puteum deprēdere poſſet
Clara acies, virgis adopertas texerat oras,
Et ſuperimpoſito ſimularat ceſpite campum.
At regina humilis quamuis ignara manebat
Vlteriore loco, nec adhuc ad fraudis opertum
Venerat, aut foueæ calcarat furta malignæ.
Hunc eques illa dolum dum fertur præpete curſu
Incidit, & cæcum ſubitò patefecit hiatum.
Prona ruentis equi ceruice inuoluitur, ac ſub
Pectoris impreſſu fracta inter crura rotatur.
At virtus placidi moderaminis, vt leuitatem
Perſpicit obtritam monſtri ſub morte iacentis,
Intendit greſſum mediocriter, os quoque parcè
Erigit, & comi moderatur gaudia vultu.
Cunctanti Spes fida comes ſuccurrit, & offert
Vltorem gladium, laudiſque inſpirat amorem.
Illa cruentatam correptis crinibus hoſtem
Protrahit, & faciem læua reuocante ſupinat.
Tunc caput orantis flexa ceruice reſectum
Eripit, ac madido ſuſpendit colla capillo.
Extinctum vitium ſancto Spes increpat ore,
Deſine grande loqui, frangit Deus omne ſuperbum,
Magna cadūt, inflata crepāt, tumefacta premūtur.
Diſce ſupercilium deponere, diſce cauere
Ante pedes foueam, quiſquis ſublime minaris.
Peruulgata viget noſtri ſententia Chriſti,
Scandere celſa humiles, & ad ima redire feroces.
Vidimus horrendum membris, animiſque Goliam
A *Inualida cecidiſſe manu, puerilis in illum*
Dextera fundali torſit ſtridore lapillum,
Transfectámque cauo penetrauit vulnere frontem,
Ille minax, rigidus, iactans, truculentus, amarus,
Dum tumet indomitum, dum formidabile feruet,
Dum ſeſe oſtentat clypeo, dum territat auras,
Expertus pueri quid poſſint ludicra parui,
Succumbit teneris bellator turbidus armis.
Me tunc ille puer virtutis pube ſequutus
Florentes animos ſurſum in mea regna tetendit,
Seruatur qua certa mihi domus omnipotentis
Sub pedibus Domini, méque ad ſublime vocantem
Victores cæſa culparum labe capeſſunt.
Dixit, & auratis perſtringens aëra pennis
In cœlum ſe virgo rapit, mirantur euntem
B *Virtutes, tolluntque animos in vota, volentes*
Ire ſimul, ni bella duces terrena retardent.
Confligunt vitiis, ſeque ad ſua præmia ſeruant.

LVXVRIÆ, ET SOBRIETAtis pugna. SECT. VI.

VEnerat occidui mundi de finibus hoſtis
Luxuria, extinctæ iamdudum prodiga famæ,
Delibuta comas, oculis vaga, languida voce,
Perdita delitiis, vitæ cui cauſa voluptas,
Elumbem mollire animum, petulanter amœnas
Haurire illecebras, & fractos ſoluere ſenſus.
Et nunc peruigilem ructabat marcida cœnam:
C *Sub lucem quia forte iacens ad fercula raucos*
Audierat lituos, atque inde tepentia linquens
Pocula, lapſanti per vina, & balſama greſſu
Ebria calcatis ad bellum floribus ibat.
Non tamen illa pedes, ſed curru inuecta venuſto
Saucia mirantum capiebat corda virorum.
O noua pugnandi ſpecies! non ales harundo
Neruo pulſa fugit, nec ſtridula lancea torto
Emicat amento, framea nec dextra minatur.
Sed violas laſciua iacit, foliſque roſarum
Dimicat, & calathos inimica per agmina fundit.
Inde eblanditis virtutibus, halitus ilex
Inſpirat tenerum labefacta per oſſa venenum.
Et malè dulcis odor domat ora, & pectora, & arma,
Ferratoſque toros oblito robore mulcet.
Deiiciunt animos, ceu victi, & ſpicula ponunt
D *Turpiter, heu dextris languentibus obſtupefacti,*
Dum currum varia gemmarum luce micantem
Mirantur, dum bracteolis crepitantia lora,
Et ſolido ex auro, precioſi ponderis axem
Defixis inhiant obtutibus, & radiorum
Argento albentem ſeriem, quam ſumma rotarum
Flexura electri pallentis continet orbe.
Et iam cuncta acies in deditionis amorem
Sponte ſua verſis tranſibat perfida, ſignis
Luxuriæ ſeruire volens, dominæque fluentis
Iura pati, & laxa ganeonum lege teneri.
Ingemuit tam triſte nefas fortiſſima virtus
Sobrietas, dextro ſocios decedere cornu,
Inuictamque manum quondam ſine cæde perire.
Vexillum ſublime Crucis, quod in agmine primo
Dux bona prætulerat, defixa cuſpide ſiſtit,

Digitized by Google

Inſtauratque leuem dictis mordacibus alam,
Extimulans animos, nunc probris, nunc prece mixta,
Quis furor inſanas agitas caligine mentes?
Quò ruitis? cui colla datis, quæ vincula tandem
Proh pudor! armigeris amor eſt perferre lacertis?
Lilia luteolis interlucentia ſertis
Et ferrugineo vernantes flore coronas,
Hi placet aſſuetas bello iam tradere palmas
Nexibus? his rigidas nodis innectier vlnas?
Vt mitra cæſariem cohibens aurata virilem
Combibat infuſum croceo religamine nardum.
Poſt inſcripta oleo frontis ſignacula, per quæ
Vnguentum regale datum eſt, & chriſma perenne.
Vt tener inceſſus veſtigia ſyrmate verrat,
Sericaque infractis fluitent vt pallia membris
Poſt immortalem tunicam, quam pollice docto
Texuit alma Fides, dans impenetrabile tegmen
Pectoribus lotis, dederat quibus ipſa renaſci.
Ite ad nocturnas epulas, vbi cantarus ingens
Deſpuit effuſi ſpumantia damna falerni
Immenſam cyathis ſtillantibus vndam, vbi multo
Fulcra mero, veterique toreumata rore rigantur.
Excidit ergo animis eremi ſitis, excidit ille
Fons patribus de rupe datus, quem myſtica virgo
Euchariſtia. *Elicuit ſcißi ſalientem è vertice ſaxi,*
Angelicuſve cibus prima in tentoria noſtris
Fluxit auis, quem nunc ſero felicior æuo
Veſpertinus edit populus de corpore Chriſti.
His vos imbutos dapibus iam crapula turpis
Luxuriæ, ad madidum rapit importuna lupanar,
Quoſque viros non ira fremens, idolaque bello
Cedere compulerant, ſaltatrix ebria flexit.
State precor veſtri memores, memores quoq; Chriſti,
Quæ ſit veſtra tribus, quæ gloria, quis Deus, & rex,
Quis Dominus, meminiſſe decet. Vos nobile Iudæ
Germen ad vſque Dei genitricem, quæ Deus ipſe
Natus homo, procerum venuſtis ſanguine longo,
Excitet egregias mentes celeberrima Dauid
Gloria, continuis bellorum exercita curis.
Excitet & Samuel, ſpolium qui diuite ab hoſte
Attrectare vetat, nec victum viuere Regem
Incircumciſum patitur, ne præda ſuperſtes
Victorem placidum rediuiua in prælia poſcat.
Parcere iam capto crimen putat ille tyranno.
At nobis contra vinci, & ſuccumbere votum eſt,
Pœniteat, per ſi qua mouet reuerentia ſummi
Numinis, hoc tam dulce malum voluiſſe nefanda
Proditione ſequi, ſi pœnitet, haud nocet error.
Pœnituit Ionathan ieiunia ſobria dulci
Conuiolaſſe fauo ſumpto, mellisque ſapore
Heu malè guſtato, regni dum blanda voluptas
Oblectat iuuenem, iurataque ſacra reſoluit.
Sed quia pœnituit, nec ſors lacrymabilis vlla eſt,
Nec tinxit patrias ſententia ſæua ſecures.
En ego Sobrietas (ſi conſpirare paratis)
Pando viam cunctis virtutibus, vt male-ſuada
Luxuries multo ſtipata ſatellite pœnas
Cum legione ſua, Chriſto ſub iudice pendat.
Sic effata Crucem Domini feruentibus offert
Obuia quadrigis, lignum venerabile in ipſos
Intentans frenos, quod vt expauere feroces
Cornibus expanſis, & ſumma fronte coruſcum,
A *Vertunt præcipitem cæca formidine fuſi*
Per prærupta fugam, fertur reſupina reductis
Nequicquam auriga loris, comaſque madentes
Puluere fœdat humi, tunc & vertigo rotarum
Implicat excuſſam Dominam: nam prona ſub axe
Labitur, & lacero tardat ſufflamine currum.
Addit Sobrietas vulnus lethale iacenti,
Coniiciens ſilicem rupis de parte moralem.
Hunc vexillifera, quoniam ſors obtulit, ictum
Spicula nulla manu, ſed belli inſigne gerenti
Caſus agit ſaxum, medij ſpiramen vt oris
Frangeret, & recauo miſceret labra palato;
Dentibus introrſum reſolutis, lingua reſectam
Dilaniata gulam fruſtis cum ſanguinis implet.
Inſolitus dapibus crudeſcet guttur, & oſſa
Colliquefacta volũs remouet, quas hauſerat, offas.
B *Ebibe iam proprium poſt pocula multa cruorem,*
Virgo ait increpitans, ſint hic tibi fercula tandem
Triſtia præteriti nimiis ſub luxibus æui.
Laſciuas vitæ illecebras guſtatus amaræ,
Mortis, & horrifico ſapor vltimus aſperat hauſtis.
Cæde ducis diſperſa fugit trepidante pauore
Nugatrix acies. Iocus, & Petulantia primi
Cymbala proiiciunt: bellum nam talibus armis
Ludebant reſono meditantes vulnera ſyſtro.
Dat terga fugitiuus Amor lita tela veneno,
Et lapſum ex humeris arcum, pharetramq; cadẽtem
Pallidus ipſe metu ſua poſt veſtigia linquit.
Pompa oſtentatrix vani ſplendoris, inani
Exuitur nudata peplo, diſciſſa trahuntur
Serta venuſtatis, collique ac verticis aurum
C *Soluitur, & gemma diſcordia diſſona turpat.*
Non piget attritis pedibus per acuta fruteta
Ire Voluptatem: quoniam vis maior acerbam
Compellit tolerare fugam, formido pericli
Perdurat teneras iter ad cruciabile plantas,
Qua ſe cunque fugax trepidis fert curſibus agmen,
Damna iacent, crinalis acus, redimicula, vittæ,
Fibula, flammeolum, ſtrophium, diadema, monile,
His ſe Sobrietas, & totus Sobrietatis
Abſtinet exuuiis miles, damnataque caſtis
Scandala proculcat pedibus, nec fronte ſeueros
Conniuente oculos prædarum ad gaudia flectit.

AVARITIÆ, ET LARGITATIS pugna. SECT. VII.

D

FErtur Auaritia gremio præcincta capaci,
Quicquid edax luxus pretioſum liquerat, vnca
Corripuiſſe manu, pulchra ad ludibria vaſto
Ore inhians, aurique legens fragmenta caduci
Inter arenarum cumulos, nec ſufficit amplos
Impleuiſſe ſinus, iuuat infarcire crumenis
Turpe lucrum, & grauidos furtis diſtendere fiſcos,
Quos læua celante tegit, laterisque ſiniſtri
Velat operimento: velox nam dextra rapinas
Abradit, ſpoliisque vngues exercet ahenos.
Cura, fames, metus, anxietas, periuria, pallor,
Corruptela, dolus, commenta, inſomnia, ſordes,
Eumenides furiæ, monſtri comitatus aguntur:
Nec minus interea rabidorum more luporum

Crimina perſultant toto graſſantia campo,
Matris Auaritiæ nigro de lacte creata.
Si fratris galeam fuluis radiare ceraunis
Germanus vidit commilito, non timet enſem
Exerere, atque caput ſocio mucrone ferire,
De conſanguineo rapturus vertice gemmas.
Filius extinctum belli ſub ſorte cadauer
Aſpexit ſi forte patris, fulgentia bullis
Cingula, & exuuias gaudet rapuiſſe cruentas,
Cognatam ciuilis agit diſcordia prædam,
Nec parcit propriis amor inſatiatus habendi
Pignoribus, ſpoliátque ſuos fames impia natos.
Talia per populos edebat funera victrix
Orbis Auaritia, ſternens centena virorum
Millia vulneribus variis, hunc lumine adempto,
Effoſſiſque oculis velut in caligine noctis
Cæcum errare ſinit, perque offenſacula multa
Ire, nec oppoſitum baculo tentare periclum.
Porrò alium capit intuitu, fallitque videntem,
Inſigne oſtentans aliquid, quo dum petit ille,
Excipitur telo incautus, cordiſque ſub ipſo
Saucius occulto ferrum ſuſpirat adactum.
Multos præcipitans in aperta incendia cogit,
Nec patitur vitare foco, quibus æstuat aurum:
Quod petit arſurus pariter ſpeculator auarus.
Omne hominum rapit illa genus, mortalia cuncta
Occupat interitu, neque enim eſt violentius vllum
Terrarum vitium, quod tantis cladibus æuum
Mundani inuoluat populi, damnétque gehennæ,
Quin ipſos tentare manu (ſi credere dignum eſt)
Auſa ſacerdotes Domini, qui prælia fortè
Ductores primam ante aciem pro laude gerebant
Virtutum, magnóque implebant claſſica flatu.
Et fors innocuo tinxiſſet ſanguine ferrum,
Ni Ratio armipotens gentis Leuitidis vna
Semper ſida comes, clypeum obiectaſſet, & atræ
Hoſtis ab incurſu claros texiſſet alumnos.
Stant tuti Rationis ope, ſtant turbine ab omni
Immunes, fortéſque animi, vix in cute ſumma
Perſtringens paucos tenui de vulnere lædit
Cuſpis Auaritiæ. Stupuit lues improba caſti
Heroum iugulis longè ſua tela repelli.
Ingemit, & dictis ardens furialibus infit:
Vincimur heu ſegnes, nec noſtra potentia perfert
Vim ſolitam, languet violentia ſæua nocendi.
Sueueras inuictis quæ viribus omnia vbique
Rũpere corda hominũ, nec enim tã ferrea quẽquam
Formauit natura virum, cuius rigor æra
Sperneret, aut noſtro foret impenetrabilis auro.
Ingenium omne neci dedimus, tenera, aſpera, dura,
Docta, indocta ſimul, bruta, & ſapientia, necnon
Caſta, inceſta meæ patuerunt pectora dextræ.
Sola igitur rapui quicquid Styx abdit auaris
Gurgitibus, nobis mitiſſima tartara debent,
Quos retinent populos, quod voluunt ſæcula noſtrum eſt,
Quod miſcet mundus veſana negotia, noſtrum eſt.
*Qui ſit, præualidas quod pollens gloria vires *Quid fit.
Deſerit, & caſſos ludit fortuna lacertos?
Sordet Chriſticolis rutilantis fulua monetæ
Effigies, ſordens argenti emblemata, & omnis
Theſaurus nigrante oculis vileſcit honore.

A Quid ſibi docta volunt faſtidia? nónne triumphum
Egimus è Scarioth? * magnus qui diſcipulorum *ſummus.
Et conuiua Dei, dum fallit fœdere menſæ
Haudquaquã ignarũ dextrámq; paropſide tingit,
Incidit in noſtrum flammante cupidine telum,
Infamem mercatus agrum de ſanguine amici
Numinis, obliſo luiturus iugera collo.
Viderat, & Hierico propria inter funera, quãtũ
Poſſet noſtra manus, cùm victor concidit Achab,
Cædibus inſignis, murali & ſtrage ſuperbus,
Succubuit capto victis ex hoſtibus auro,
Dum vetitis inſigne legens anathema fauillis,
Mæſta ruinarum ſpolia inſatiabilis haurit.
Non illum generoſa tribus, non plebis auitæ
Iuuit * Iuda parens, Chriſto quandoque propinquo *iura.
B Nobilis, & tali fælix Patriarcha nepote.
Quis placet exẽplum generis, placeat quoq; forma,
Exitij ſit pœna eadem, quibus & genus vnum eſt.
Quid moror aut Iudæ populares, aut populares
Sacricolæ ſummi (ſummus nam fertur Aaron)
Fallere fraude aliqua Martis congreſſibus impar.
Nil reffert, armis contingat palma, doliſve.
Dixerat, & toruam faciem, furialiaque arma
Exuit, inque habitum ſeſe transformat honeſtum.
Fit virtus ſpecie, vultúſque & veſte ſeuera:
Quam memorant frugi, parcè cui viuere cordi eſt:
Et ſeruare ſuum, tanquam nil raptet auarè,
Artis adumbratæ meruit ceu ſedula laudem.
Huius ſe ſpecie mendax Bellona coaptat.
Non vt auara lues, ſed virtus parca putetur,
Necnon & tenero pietatis tegmine crines
C Obtegit anguineos, vt candida palla latentem
Diſſimulet * rabiem, diróque obtenta furori, *formam.
Quod rapere, & clepere eſt, auidéq; abſcõdere parta,
Natorum curam dulci ſub nomine iactet.
Talibus illudens, malè credula corda virorum
Fallit imaginibus, monſtrúmque ferale ſequuntur,
Dum credunt virtutis opus, caput impia Erinnys
Conſenſu faciles, manicíſque tenacibus arctat.
Attonitis ducibus, perturbatíſque maniplis
Nutabat virtutum acies errore biformis
Portenti, ignorans, quid amicum credat in illo,
Quidve hoſtile * vocet lethum, verſatile & anceps, *natet.
Lubricat incertus dubia ſub imagine viſus.
Cùm ſubitò in medium frendens * miſeratiq campum *operatio.
Proſilit auxilio ſociis, pugnámque capeſſit
D Militiæ poſtrema gradu, ſed ſola duello
Impoſitura manum, ne quid iam triſte ſuperſit.
Omne onus ex humeris reiecerat, omnibus ibat
Nudata * exuuiis, multo & ſe faſce leuarat, *induuiis.
Olim diuitiis, grauibúſque oppreſſa talentis,
Libera nunc miſerando inopes, quos larga benignè
Fouerat, effundens patrium bene prodiga cenſum,
Iam loculos ditata fide ſpectabat inanes,
Aeternam numerans redituro fœnore ſummam.
Horruit inuictæ Virtutis fulmen, inópſque
Mentis Auaritia ſtupefactis ſenſibus hæſit,
Certa mori, nam quæ fraudis via reſtat, vt ipſa
Calcatrix mundi mundanis victa fatiſcat
Illecebris, ſpretóque iterum ſeſe implicet auro?
Inuadit trepidam Virtus fortiſſima duris
Vlnarum nodis, obliſo & gutture frangit

Exanguem, ſiccamque gulam, compreſſa ligantur
Vincla lacertorum ſub mentum, & faucibus arctis
Extorquent animam, nullo quæ vulnere rapta
Palpitat, atque aditu ſpiraminis intercepto
Incluſam patitur venarum carcere mortem.
Illa reluctanti genibuſque, & calcibus inſtans
Perfodit & coſtas, atque ilia rumpit anhela,
Mox ſpolia extincto de corpore diripit, auri
Sordida fruſta rudis, nec adhuc fornace recoctam
Materiem tinea etiam marſupia crebra
Exeſa, & virides obducta ærugine numos
Diſpergit ſeruata diu victrix, & egenis
Diſſipat, ac tenuis captiuo munera donat.
Tunc circunfuſam* vultu exultante coronam
Reſpiciens, alacris media inter millia clamat:
Soluite procinctum iuſti, & diſcedite ab armis,
Cauſa mali tanti iacet interfecta, lucrandi
* Ingluuie pereunte, licet requieſcere ſanctis.
Summa quies, nil velle ſuper quàm poſtulet vſus
Debitus, vt ſimplex alimonia, veſtis & vna
Infirmos tegat, ac recreet mediocriter artus,
Expletumque modum naturæ non trahat extra,
Ingreſſurus iter peram ne tollito, neve
De tunicæ alterius geſtamine prouidus* eſto.
Nec te ſollicitet res craſtina, ne cibus aluo
Defuerit, redeunt eſcæ cum ſole diurnæ.
Nonne vides vt nulla auium cras cogitet? ac ſe
Paſcendam, præſtante Deo, non anxia credat?
Confidunt volucres victum non defore viles,
Paſſeribuſque ſubeſt modico venalibus aſſe
Indubitata fides, Dominum curare potentem
Ne pereant. Tu cura Dei, facies quoque Chriſti
An dubitas ne te tuus vnquam deſerat autor?
Ne trepidate homines, vitæ dator, eſt dator eſcæ.
Quærite luciferum cæleſti dogmate paſtum,
Qui ſpem multiplicans alat* inuiolabilis æui
Corporis immemor, memor eſt, qui condidit illud,
Suppeditare cibos, atque indiga membra fouere.
His dictis curæ emotæ, metus, & labor, & vis,
Et ſcelus, & placitæ fidei fraus inficiatrix
Depulſa vertere ſolum: Pax inde fugatis
Hoſtibus alma abigit bellum, diſcinditur omnis
Terror, & auulſis exfibulat ilia zonis.
Veſtis ad vſque pedes deſcendens defluit imos,
Temperat & rapidum priuata modeſtia greſſum.
Cornicinum curua æra ſilent, placabilis implet
Vaginam gladius, ſedato & puluere campi
Suda redit facies, liquidæ ſine nube diei
Purpuream videas cæli clareſcere lucem.
Agmina caſta ſuper vultum ſenſere tonantis
Arridere, hilares pulſo certamine turmæ,
Et Chriſtum gaudere ſuis victoribus, arcem
Ætheris, ac portum famulis aperire profundum.
Dat ſignum felix Concordia, reddere caſtris
Victrices aquilas, atque in tentoria cogi.
Nunquam tanta fuit ſpecies, nec par Deus vlli
Militiæ, cùm diſpoſitus bifida agmina longè
Duceret ordinibus, peditum pſallente caterua.
Aſt alia de parte equitum reſonantibus hymnis,
Non aliter cecinit reſpectans victor hiantem
Iſraël rabiem ponti poſt terga minacis,
Cùm iam progrediens calcaret littora ſicco

*multum. *illuuiæ. *ito. *inſatiabilis.

A Vlteriora pede, ſtridenſque per extima calcis
Mons rueret pendentis aquæ, nigroſque relapſo
Gurgite Nilicolas fundo dependeret imo,
Ac refluente ſinu iam redderet vnda natatum
Piſcibus, & nudas præceps operiret arenas
Pulſauit reſono modulantia tympana plectro
Turba Dei celebrans mirum ac memorabile ſeclis
Omnipotentis opus, liquidas inter freta ripas
Fluctibus inciſis, & ſubſiſtente procella
Creſcere, ſuſpenſoſque globos potuiſſe teneri.
Sic expugnata vitiorum gente, reſultant
Myſtica dulcimodis virtutum carmina pſalmis.
Ventum erat ad fauces portæ caſtrenſis, vbi arctum
Liminis introitum biſori dant cardine clauſtra,
Naſcitur hic inopina mali lacrymabilis æſtu
Tempeſtas, placidæ turbatrix inuida Pacis:
B Quæ tantum ſubita vexauit clade triumphum.

CONCORDIÆ, ET DISCORdiæ pugna. SECT. VIII.

INter confertos cuneos Concordia fortè
Dum ſtipata pedem iam tutis mœnibus infert,
Excipit occultum vitij latitantis ab ictu
Mucronem læuo in latere, ſqualentia quamuis
Texta catenato ferri ſub tegmine corpus
Ambirent, ſutis & acumen vulneris hamis
Reſpuerent, rigidis nec fila tenacia nodis
Impactum ſinerent penetrare in viſcera telum.
Rara tamen chalybem tenui tranſmittere puncto
C Commiſſura dedit, qua ſeſe extrema politæ
Squama ligat tunicæ, ſinus & ſibi conſerit oras.
Intulit hoc vulnus pugnatrix ſubdola victa
Partis, & incautis victoribus inſidiata eſt.
Nam pulſa culparum acie Diſcordia, noſtros
Intrarat cuneos, ſociam mentita figuram.
Sciſſa procul palla, ſtructum & ſerpente flagellum
Multiplici, medio camporum in ſtrage iacebat.
Ipſa redimitos olea frondente capillos
Oſtentans, feſtis reſpondit læta choreis.
Sed ſicam ſub veſte tegit, te maxima virtus,
Te ſolam tanto è numero, Concordia triſti
Fraude petens. Sed non vitalia rumpere ſacri
Corporis eſt licitum, ſummo tenus extima tactu
Læſa cutis, tenuem ſignauit ſanguine riuum.
Exclamat Virtus ſubitò turbata: Quia hoc eſt?
D Quæ manus hic inimica latet? quæ pectora noſtra
Vulnerat, & ferrum tanta inter gaudia vibrat?
Quid iuuat indomitos bello ſedaſſe furores,
Et ſanctum vitiis pereuntibus omne receptum,
Si virtus ſub Pace cadit? Trepida agmina mæſtos
Conuertere oculos, ſtillabat vulneris index
Ferrata de veſte cruor, nex & pauor hoſtem
Comminus aſtantem prodit, nam pallor in ore
Conſcius audacis facti, dat ſigna reatus,
Et deprenſa tremit languens manus, & color albens,
Circunſtat properè ſtrictis mucronibus omnis
Virtutum legio, exquirens feruente tumultu
Et genus, & nomen, patriam, ſectamque, Deumque
Quem colat, & iuſſu cuiatis venerit: illa
Exanguis, turbante metu; Diſcordia dicor,

Cognomēto Hæreſis. Deus eſt mihi diſcolor, inquit.
Nūc minor, aut maior, modò duplex, & modò ſīplex,
Cùm placet aërcus & de phantaſmate viſus,
Aut innata anima eſt quoties volo ludere numen,
Præceptor Belial mihi ſit, domus eſt plaga mundi.
Non tulit vlterius capti blaſphemia monſtri
Virtutum regina Fides, ſed verba loquentis
Impedit, & vocis claudit ſpiramina pilo,
Pollutam rigida tranſfigens cuſpide linguam,
Carpitur innumeris feralis beſtia dextris,
Fruſtatim ſibi quiſq; rapit, quod ſpargat in auras,
Quod canibus donet, coruis quod edacibus vltrò
Offerat, immundis cœno exhalante cloacis
Quod tradat; monſtris quod mādet habere marinis.
* Diſciſſum fœdis animalibus omne cadauer
Diuiditur, ruptis perit hæreſis horrida membris.
Compoſitis igitur rerum, morumque ſecundis,
In commune bonis, * tranquillæ plebis ad vnum
Contigit hac ſtatione frui, valloque foueri
Pacificos ſenſus, & in otia ſoluere curas.
Extruitur media caſtrorum ſede tribunal
Edittore loco tumulus, quem vertice acuto
Excitat in ſpeculum, ſubiecta vnde omnia latè
Liber inoffenſo circunſpicit aëre viſus.
Hunc ſyncera Fides, ſimul & Concordia ſacro
Fœdere iuratæ Chriſti ſub amore ſorores,
Conſcendunt apicem, mox, & ſublime tribunal
Per ſanctum, charumque ſibi, ſupereminet æquo
Iure poteſtatis, conſiſtunt aggere ſummo
Conſpicuæ, populoſque iubent aſtare frequentes.
Concurrunt alacres caſtris ex omnibus omnes,
Nulla latet pars mentis iners, quæ corporis vllo
Intercepta ſinu per conceptacula ſeſe
Degeneri languore tegat, tentoria apertis
Cuncta patent velis, reſorantur carbaſa, nequis
Marceat obſcuro ſtertens habitator operto.
Auribus intentis expectat concio, quidnam
Victores poſt bella vocet Concordia princeps,
Quam velit atque Fides virtutibus addere legem.
Erumpit primam in vocem Concordia, tali
Alloquio, cumulata quidem iam gloria vobis
O patris, ô Domini fidiſſima pignora Chriſti,
Contigit: extincta eſt multo certamine ſæua
Barbaries, ſanctæ quæ circumſepſerat vrbis
Indigenas, ferroque viros, flammaque premebat.
Publica ſed requies priuatis rure, foroque
Conſtat amicitiis: ſciſſura domeſtica turbat
Rem populi, titubatque foris, quod diſſidet intus.
Ergo cauete viri, ne ſit ſententia diſcors,
Senſibus in veſtris, ne ſecta exotica tectis
Naſcatur conflata odiis, quia ſciſſa voluntas
Confundit variis arcana biformia fibris.
Quod ſapimus, coniungat amor: quod viuimus, vno
Conſpiret ſtudio, nil diſſociabile firmum eſt.
Vtque homini, atque Deo medius interuenit Ieſus,
Qui ſociat mortale patri, ne carnea diſtent
Spiritui æterno, ſitque vt Deus vnus vtrumque:
Sic quicquid gerimus, mentiſque & corporis actu,
Spiritus vnimodis texat compagibus vnus.
Pax plenum virtutis opus, Pax ſumma laborum,
Pax belli exacti pretium eſt, pretiumque pericli,
Sydera Pace vigent, conſiſtunt terrea Pace.

A Nil placitum ſine pace Deo, non munus ad Aram
Cùm cupias offerre probat, ſit turbida fratrem
Mens impacati ſub pectoris oderit antro,
Nec ſi * flammicomis Chriſti pro nomine martyr
Ignibus inſilias, ſeruans inamabile votum
Bile ſub obliqua, pretioſam proſit Ieſu
Impendiſſe animam, meriti quia clauſula, Pax eſt.
Non inflata tumet, non inuidet æmula fratri,
Omnia perpetitur patiens, atque omnia credit.
Nunquam læſa dolet, cuncta offenſacula donat.
Occaſum lucis venia præcurrere geſtit
Anxia, ne ſtabilem linquat ſol conſcius iram.
Quiſque litare Deo mactatis vult holocauſtis,
Offerat in primis pacem, nulla hoſtia Chriſto
Dulcior, hoc ſolo ſancta ad donaria vultum
B Munere conuertens, liquido oblectatur odore
Sed tamen & niueis tradit Deus ipſe columbis
Pennatum tenera plumarum veſte colubrum
Rimante ingenio doctè internoſcere mixtum
Innocuis auibus, latet & lupus ore cruento
Lacteolam mentitus ouem ſub vellere molli,
Cruda per agninos exercens funera rictus.
Hac ſeſe occultant Fotinus, & Arrius artè,
Immanes feritate Lupi: diſcrimina produnt
Noſtra, recenſque cruor, quāuis de corpore ſummo,
Quid poſſit furtiua manus gemitum dedit omnis
Virtutum populus, caſu concuſſus acerbo.
Tunc generoſa Fides hæc ſubdidit: Imò ſecundis
In rebus ceſſet gemitus, Concordia læſa eſt,
Sed defenſa Fides, quin & Concordia ſoſpes
Germanam comitata Fidem, ſua vulnera ridet.
C Hæc mea ſola ſalus, nihil hac mihi triſte recepta,
Vnum opus egregium reſtat poſt bella labori
O proceres, regni quod tandem pacifer hæres
Belligeri, armatæ ſucceſſor inermis & aulæ
* Inſtituit Salomon: quoniam genitoris anheli
Fumarat calido regum de ſanguine dextra.
Sanguine nam terſo templum fundatur, & ara
Ponitur auratis Chriſti domus ardua tectis.
Hieruſalem templo tunc illuſtrata quieto
Suſcepit iam diua Deum, circumuaga poſtquam
Sedit marmoreis fundata altaribus arca.
Surgat & in noſtris templum venerabile caſtris,
Omnipotens cuius ſanctorum ſancta reuiſat,
Nam quid terrigenas ferro pepuliſſe phalanges
Culparum prodeſt, hominis ſi filius arce
D Ætheris illapſus, purgati corporis vrbem
Intret inornatam, templi ſpondentis egenus?
Hactenus alternis ſudatum eſt comminus armis,
Munia nunc agitet tacita toga candida Pacis,
Atque ſacri ſedem properet diſcincta iuuentus.
Hæc vbi dicta dedit, gradibus Regina ſuperbis
Deſilyt, tantique operis Concordia conſors
Metatura nouum iacto fundamine templum:
Aurea planiciem ſpatijs percurrit arundo
Dimenſis, quadrent vt quattuor vndique frontes,
Ne commiſſuris diſtantibus angulus impar
Argutam mutilet per diſſona ſymmetra normam.
Auroræ de parte tribus plaga lucida portis
Illuſtrata patet, triplex aperitur ad Auſtrum
Portarum numerus, tres occidualibus offert
Ianua trina fores, toties Aquilonis ad axem

*Diſciſſūque feris.

* Poſtquā intratura morati Contigit, ac ſtatione frui.

* flammicomis.

* Inſtruxit.

Panditur alta domus, nullum illic ſtructile ſaxum,
Sed caua per ſolidum, multóque forata dolatu
Gemma relucentis limen complectitur arcus,
Veſtibulumque lapis penetrabile concipit vnus,
Portarum ſummis inſcripta in poſtibus auro
Nomina apoſtolici fulgent biſſena Senatus.
Spiritus his titulis arcana recondita mentis
Ambit, & electos vocat in præcordia ſenſus.
Quaque hominis natura viget, quæ corpore toto
Quadrua vis animæ, trinis ingreſſibus Aram
Cordis adit, caſtiſque colit ſacraria votis.
Seu pueros Sol primus agat, ſeu feruor ephebos
Incendat nimius, ſeu conſummabilis æui
Perficiat lux plena viros, ſiue algida Boreæ
Aetas decrepitam vocet ad pia ſacra ſenectam,
Occurrit trinum quadrina ad compita numen,
Quod bene diſcipulis diſponit Rex duodenis.
Quin etiam totidem gemmarum inſignia textis
Parietibus diſtincta micant, animaſque colorum
Viuentes liquido lux euomit alta profundo.
Ingens chryſolitus natiuo interlitus auro,
Hinc ſibi ſaphirum ſociauerat, inde beryllum,
Diſtantéſque nitor medius variabat honores.
Hinc chalcedon hebes perfunditur ex hyacinthi
Lumine vicino, nam fortè cyanea propter
Stagna lapis cohibens, oſtro fulgebat aquoſo.
Sardonychem pingunt amethyſtina, pingit iaſpis
Sardonium iuxta appoſitum, pulcherque topazon.
Has inter ſpecies ſmaragdus gramine verno
Prata virens, voluitq; vagos lux herbida fluctus.
Te quoque conſpicuum ſtructura interſerit ardens
Chryſopraſe, & ſydus ſaxis ſtellantibus addit.
Stridebat grandis funalis machina vinclis,
Immenſas rapiens alta ad faſtigia gemmas.
At domus interior ſeptem ſubnixa columnis
Cryſtalli algentis vitrea de rupe reciſis
Conſtruitur, quarum tegit edita calculus albens
In conum cæſus capita, & ſinuamine ſubter
Subductus conchæ in ſpeciem, quod mille talentis
Margaritum ingens opibúſque, & viribus* arte
Addictis animoſa Fides mercata pararat. *aſtu
Hoc reſidet ſolio pollens Sapientia, & omne
A Conſilium regni celſa diſponit ab aula.
Tutandique hominis leges ſub corde retractat.
In manibus dominæ ſceptrum, non arte politum,
* Sed lignum viuum eſt, viride quod ſtirpe reciſum *Sed ligno viuū viride eſt
Quamuis nullus alat terreni ceſpitis humor,
Fronde tamen viret incolumi, tum ſanguine tinctis
Intertexta roſis candentia lilia miſcet,
Neſcia marcenti florem ſubmittere collo.
Huius forma fuit ſceptri geſtamen Aaron,
Floriferum, ſicco quod germina cortice trudens,
Explicuit tenerum ſpe pubeſcente decorem,
Inque nouos ſubito* viruit virga arida fœtus. tumuit
B Reddimus æternas indulgentiſſime doctor
Grates Chriſte tibi, meritóſque ſacramus honores
Ore pio: nam cor vitiorum ſtercore ſordet.
Tu nos corporei latebroſa pericula operis,
Luctantiſque animæ voluiſti agnoſcere caſus.
Nouimus ancipites nebuloſo in pectore ſenſus
Sudare alternis conflictibus, & variato
Pugnarum euentu, nunc indole creſcere dextram,
Nunc inclinatis ceruicibus ad iuga vitæ
Deteriora trahi, ſeſeque addicere noxis
Turpibus, & propriæ iacturam ferre ſalutis.
O quoties animam vitiorum peſte repulſa
C Senſimus incaluiſſe Deo, quoties tepefactum
Cæleſte ingenium poſt gaudia candida tetro
Ceſſiſſe ſtomacho, feruent bella horrida, feruent
Oſſibus, atque incluſa fremit diſcordibus armis
Non ſimplex natura hominis: nam viſcera limo
Effigiata premunt animum. Contrà ille ſereno
Editus afflatu nigrantis carcere cordis
Æſtuat, & ſordes arcta inter vincla recuſat.
Spiritibus pugnant varijs lux, atque tenebræ,
Diſtantéſque animat duplex ſubſtantia vires,
Donec præſidio Chriſtus Deus adſit, & omnes
D Virtutum gemmas componat ſede piata,
Atque vbi peccatum regnauerat, aurea templi
Atria conſtituens, texat ſpectamine morum
Ornamenta animæ, quibus oblectata decorè
Æternùm ſolio diues Sapientia regnet.

PHYCHOMACHIAE FINIS.

AVRELII PRVDENTI

VIRI CONSVLARIS, IN LIBRVM [illegible], PRÆFATIO.

Ode tricolos triſtrophos: Primus enim verſus eſt Glyconius, conſtans Spondeo, Choriambo, & Pyrrhichio. Secundus Aſclepiadæus, conſtans Spondeo & duobus Choriambis, & Pyrrhichio. Tertius Choriambus, conſtans Spondeo, & tribus Choriambis, & Pyrrhichio, hoc modo.

PER quinquennia iam decem,
Ni fallor, fuimus*, ſeptimus* inſuper
Annum cardo rotat, dum fruimur ſole volubili.
Inſtat terminus, & diem
Vicinum ſenio iam deus applicat.
Quid nos vtile tanti ſpatio temporis egimus?
Ætas prima crepantibus
A Fleuit ſub ferulis. Mox docuit toga
Infectum vitiis falſa loqui, non ſine crimine.
Tum laſciua proteruitas,
Ac luxus petulans: heu pudet, ac piget!
Fœdauit iuuenem nequitiæ ſordibus, ac luto.
Exin iurgia turbidos
Armarunt animos, & male pertinax
Vincendi ſtudium ſubiacuit caſibus aſperis.

Sat conuolutis artubus
Senſum profunda obliuio
Preſſit, grauauit, obruit
Vanis vagantem ſomniis.
Sunt nempe falſa, & friuola,
Quæ mundiali gloria
Ceu dormientes egimus,
Vigilemus, hic eſt Veritas,
Aurum, voluptas, gaudium,
Opes, honores, proſpera,
Quæcunque nos inflant mala,
Fit manè, nil ſunt omnia.
Tu Chriſte ſomnum diſſice,
Tu rumpe noctis vincula,
Tu ſolue peccatum vetus,
Nouúmque lumen ingere.

HYMNVS SECVNDVS
MATVTINVS.

Carminis ratio eadem eſt, quæ ſuperioris.

Fer. 4. ad laud.

NOx, & tenebræ, & nubila,
Confuſa mundi, & turbida,
Lux intrat, albeſcit polus,
Chriſtus venit, diſcedite.
Caligo terræ ſcinditur
Percuſſa ſolis ſpiculo,
Rebúſque iam color redit,
Vultu nitentis ſyderis.
Sic noſtra mox obſcuritas,
Fraudiſque pectus conſcium,
Ruptis retectum nubibus
Regnante palleſcit Deo.
Tunc non licebit claudere,
Quod quiſque fuſcum cogitat,
Sed manè clareſcent nouo
Secreta mentis prodita.
Fur ante lucem ſqualido
Impunè peccat tempore,
Sed lux dolis contraria
Latere furtum non ſinit.
Verſuta fraus, & callida,
Amat tenebris obtegi,
Aptámque noctem turpibus
Adulter occultus fouet.
Sol ecce ſurgit igneus
Piget, pudeſcit, pœnitet,
Nec teſte quiſquam lumine
Peccare conſtanter poteſt.
Quis manè ſumptis nequiter
Non erubeſcit poculis,
Cùm ſit libido temperans,
Caſtúmque nugator ſapit?
Nunc, nunc ſeuerum viuitur,
Nunc nemo tentat ludicrum,
Inepta nunc omnes ſua
Vultu colorant ſerio.
Hæc hora cunctis vtilis
Qua quiſque, quod ſtudet, gerat,
Miles, togatus, nauita,
A *Opiſex, arator* inſitor.* * inſtitor.
Illum forenſis gloria,
Hunc triſte raptat claſſicum,
Mercator hinc, ac ruſticus
Auara ſuſpirant lucra.
At nos lucelli, ac fœnoris,
Fandique prorſus neſcij,
Nec arte fortes bellica,
Te Chriſte ſolum nouimus.
Te mente pura, & ſimplici,
B *Te voce, te cantu pio,*
Rogare curuato genu,
Flendo, & canendo diſcimus.
His nos lucramur quæſtibus,
Hac arte tantùm viuimus,
Hæc inchoamus munera,
Cùm ſol reſurgens emicat.
Intende noſtris ſenſibus,
Vitámque totam diſpice,
Sunt multa fucis illita,
Quæ luce purgentur tua.
C *Durare nos tales iube,*
Quales remotis ſordibus
Nitère pridem iuſſeras,
Iordane tinctos flumine.
Quodcumque nox mundi dehinc
Infecit atris nubibus,
Tu rex Eoi ſyderis* * lux.
Vultu ſereno illumina.
Tu ſancte, qui tetram picem
Candore tingis lacteo,
D *Ebenóque cryſtallum facis,*
Delicta tergens liuida.
Sub nocte Iacob cærula
Luctator audax angeli
Eò vſque dum lux ſurgeret
Sudauit impar prælio.
Sed cùm iubar clareſceret,
Lapſante claudus poplite,
Fœmúrque victus debile
Culpæ vigorem perdidit.
Nutabat inguen ſaucium,
Quæ corporis pars vilior,
E *Longéque ſub cordis loco,*
Diram fouet libidinem.
Hæ nos docent imagines
Hominem tenebris obſitum,
Si fortè non cedat Deo.
Vires rebelles perdere.
Erit tamen beatior,
Intemperans membrum cui
Luctando claudum, & tabidum
Dies oborta inuenerit.
Tandem faceſſat cæcitas
F *Quæ noſmet in præceps diu*
Lapſos ſiniſtris greſſibus
Errore traxit deuio.
Hæc lux ſerenum conferat,
Puróſque nos præſtet ſibi
Nihil loquamur ſubdolum.
Voluamus obſcurum nihil.
Sic tota decurrat dies.

Ne lingua mendax, ne manus,
Oculi ne peccent lubrici,
Ne noxa corpus inquinet.
Speculator adſtat deſuper,
Qui nos diebus omnibus,
Actuſque noſtros proſpicit
A luce prima in veſperum.
Hic teſtis, hic eſt arbiter,
Hic intuetur quicquid eſt
Humanæ quod mens concipit,
Hunc nemo fallit iudicem.

HYMNVS TERTIVS ANTE CIBVM.

Carmen Alcmanium, trimetrum, hypercatalecticum, monocolum, pentaſtrophon, conſtans tribus Dactylis, & ſemipede, id eſt hephthemimeri heroica, hoc modo.

O Crucifer, bone lucifator!
Omniparens pie, Verbigena,
Edite corpore virgineo,
Sed priùs in genitore potens,
Aſtra, ſolum, mare quàm fierent.
Huc nitido precor intuitu,
Flecte ſalutiferam faciem,
Fronte ſerenus: & irradia,
Nominis vt ſub honore tui
Has epulas liceat capere.
Te ſine dulce nihil, Domine,
Nec iuuat ore quid appetere,
Pocula, ni prius, atque cibos
Chriſte tuus fauor imbuerit,
Omnia ſanctificante fide.
Fercula noſtra Deum ſapiant,
Chriſtus & influat in pateras,
Seria, ludicra, verba, iocos,
Denique quod ſumus aut agimus
Trina ſuperna regat pietas.
Hic mihi nulla roſæ ſpolia,
Nullus aromate fragrat odor,
Sed liquor influit ambroſius,
Nectareámque fidem redolet
Fuſus ab vſque patris gremio.
Sperne camœna leues hederas,
Cingere tempora queis ſolita es.
Sertaque myſtica dactylico
Texere docta, liga ſtrophio
Laude Dei redimita comas.
Quod generoſa poteſt anima,
Lucis, & ætheris indigena,
Soluere dignius obſequium,
Quàm data munera ſi recinat
Artificem modulata ſuum?
Ipſe Homini quia cuncta dedit,
Quæ capimus dominante manu,
Quæ polus, aut humus, aut pelagus
Aëre, gurgite, rure creant.
Hæc mihi ſubdidit, & ſibi me.
Callidus inlaqueat volucres.
A *Aut pedicis dolus, aut maculis,*
Inlita glutine corticeo
Vimina plumigenam ſeriem
Impediunt, & abire vetant.
Ecce per æquora fluctiuagos
Texta greges ſinuoſa trahunt.
Piſcis item ſequitur calamum,
Raptus acumine vulnifico
Credula ſaucius ora cibo.
Fundit opes ager ingenuas,
B *Diues ariſtiferæ ſegetis,*
Hic vbi vitea pampineo
Brachia palmite luxuriant,
Pacis alumna vbi bacca viret.
Hæc opulentia Chriſticolis
Seruit, & omnia ſuppeditat.
Abſit enim procul illa fames
Cædibus vt pecudum, libeat
Sanguineas lacerare dapes.
Sin fera gentibus indomitis
Prandia, de nece quadrupedum
Nos oleris coma, nos ſiliqua
C *Fœta legumine multimodo*
Pauerit innocuis epulis.
Spumea mulctra gerunt niueos.
Vbere de gemino latices,
Perque coagula denſa liquor
In ſolidum coit, & fragili
Lac tenerum premitur calatho.
Mella recens mihi Cecropia
Nectare ſudat olente fauus,
Hæc opifex apis aërio
Rore liquet, tenuique thymo,
D *Nexilis inſcia connubij.*
Hinc quoque pomiferi nemoris
Munera mitia proueniunt,
Arbor onus tremefacta ſuum
Deciduo grauis imbre pluit,
Puniceoſque iacit cumulos.
Quæ veterum tuba, quæ ve lyra
Flatibus incita, vel fidibus,
Diuitis omnipotentis opus,
Quæque fruenda patent homini,
E *Laudibus æquiparare queat?*
Te pater optime, mane nouo,
Solis & orbita cùm media eſt,
Te quoque luce ſub occidua
Sumere cùm monet hora cibum,
Noſtra Deus canit harmonia.
Quod calet halitus interior,
Corde quod abdita vena tremit,
Pulſat & incita quod reſonam
Lingua ſub ore latens caueam,
F *Laus ſuperi patris eſto mihi.*
Os igitur tua ſancta manus
Ceſpite compoſuit madido,
Effigiem meditata ſuam,
Vtque foret rata materies
Flauit, & indidit ore animam.
Tunc per amœna vireta iubet
Frondicomis habitare locis.
Ver vbi perpetuum redolet,

Digitized by Google

Praſique multicolorata latex
Quadrifluo celer amne rigat.
Gen.2.16. *Hæc tibi nunc ſimulentur, ait,*
Vſibus omnia dedo tuis.
Sed tamen aſpera mortifero
Stirpe carpere poma veto,
Qui medio viret in nemore.
Hic draco perfidus indocile
Gen.3.1. *Virginis illicit ingenium,*
Vt ſocium maleſuada virum
Mandere cogeret ex vetitis,
Ipſa pari peritura modo.
Corpora mutua noſſe nefas,
Poſt epulas inoperta vident,
Lubricus error & erubuit:
Tegmina ſuta parant folijs,
Dedecus vt pudor occuleret.
Conſcia culpa Deum pauitans
Sede pia procul exigitur.
Innuba fœmina quæ fuerat,
Coniugis excipit imperium,
Fœdera triſtia iuſſa pati.
Auctor & ipſe doli Coluber
Plectitur improbus, vt mulier
Colla trilinguia calce terat,
Sic coluber muliebre ſolum
Suſpicit, atque virum mulier.
Hæc ducibus vitioſa dehinc
Poſteritas ruit in facinus,
Dumque rudes imitatur auos,
Faſque, nefaſque ſimul glomerans
Impia crimina morte luit.
Ecce venit noua progenies,
Æthere proditus alter homo,
Non luteus, velut ille prior:
Sed Deus ipſe gerens hominem,
Corporeiſque carens vitijs.
Fit caro viuida ſermo patris,
Numine quem rutilante grauis
Non thalamo, neque iure tori,
Nec genialibus illecebris
Intemerata puella parit.
Hoc odium vetus illud erat,
Hoc erat aſpidis atque hominis
Digladiabile diſſidium,
Quod modo cernua fœmineis
Vipera proteritur pedibus.
Edere namque Deum merita
Omnia virgo venena domat,
Tractibus anguis inexplicitis
Virus inerme piger reuomit,
Gramine concolor in viridi.
Quæ feritas modò non trepidat,
Territat de grege candido?
Impauidos lupus inter oues
Triſtis obambulat, & rabidum
Sanguinis immemor os cohibet.
Agnus enim vice mirifica
Ecce leonibus imperitat,
Exagitanſque truces aquilas
Per vaga nubila, perque notos
Sydere lapſa columba fugat.

A *Tu mihi Chriſte columba potens,*
Sanguine paſta cui cedit auis,
Tu niueus per ouile tuum
Agnus hiare lupum prohibes,
Sub iuga tigridis ora premens.
Da locuples Deus hoc famulis
Ritè precantibus, vt tenui
Membra cibo recreata leuent,
Neu piger immodicis dapibus
*Viſcera * tenta grauet ſtomachus.* * tenſa
Hauſtus amarus abeſto procul,
B *Nec libeat tetigiſſe manu*
Exitiale quid, aut vetitum,
Guſtus & ipſe modum teneat,
Soſpites vt iecur incolume.
Sit ſatis anguibus horrificis,
Liba quod impia corporibus
Ah miſeram peperère necem.
Sufficiat ſemel ob facinus
Plaſma Dei potuiſſe mori.
C *Oris opus, vigor igneolus*
Non moritur, quia flante Deo
Compoſitus, ſuperòque fluens
De ſolio patris artificis,
Vim liquidæ rationis habet.
Viſcera mortua, quin etiam
Poſt obitum reparare datur,
Eque ſuis iterum tumulis
Priſca renaſcitur effigies,
Puluereo coeunte ſitu.
Credo equidem, neque vana fides,
D *Corpora, viuere more animæ:*
Nam modò corporeum memini
De Phlegethonte gradu facili
Ad ſuperos remeaſſe Deum.
Spes eadem mea membra manet,
Quæ redolentia funereo
Iuſſa quieſcere ſarcophago.
Dux paribus rediuiuus homo*
Ignea Chriſtus ad aſtra vocat. * Parili rediuiuus homo.

E
HYMNVS QVARTVS POST CIBVM.

Metrum monocolon Hendecaſyllabum Phaleucium, conſtans Spondeo, Dactylo, & tribus Trocheis, hoc modo:

PAſtis viſceribus, ciboque ſumpto,
Quem lex corporis imbecilla poſcit,
Laudem lingua Deo patri rependat:
Patri, qui Cherubim ſedile ſacrum,
F *Necnon & Seraphim ſuum ſupremo*
Subnixus ſolio tenet regitque.
Hic eſt, quem Sabaoth Deum vocamus,
Expers principij, carenſque fine,
Rerum conditor, & repertor orbis.
Fons vitæ liquida fluens ab arce,
Infuſor fidei, ſator pudoris,
Mortis perdomitor, ſalutis autor.
Omnes quod ſumus, aut vigemus inde eſt,

Regnat ſpiritus ille ſempiternus,
A Chriſto ſimul & parente miſſus.
Intrat pectora candidus pudica,
Quæ templi vice conſecrata rident,
Poſtquam combiberint Deum medullis.
Sed ſi quid vitij, doliſve naſci
Inter viſcera iam dicata ſenſit,
Ceu ſpurcum, refugit celer ſacellum.
Tetrum flagrat enim vapore craſſo
Horror conſcius æſtuante culpa,
Offenſúmque bonum niger repellit.
Nec ſolus pudor, innocénſque votum
Templum conſtituunt perenne Chriſto
In cordis medij ſinu, ac receſſu.
Sed ne crapula ferueat cauendum eſt,
Quæ ſedem fidei cibis refertam
Vſque ad congeriem coarctet intus.
Parcis victibus expedita corda
Infuſum melius Deum receptant,
Hic paſtus animæ eſt, ſapórque verus.
Sed nos tu gemino fouens paratu,
Artus, atque animas vtroque paſtu
Confirmas pater, ac vigore comples.
Sic olim tua præcluens poteſtas,
Inter raucisonos ſitum leones
Illapſis dapibus virum refouit.
Illum ſuſile numen execrantem,
Et curuare caput ſub expolita
Æris materia nefas putantem,
Plebs diræ Babylonis, ac tyrannus
Mortis ſubdiderant feris dicarant,
Sæuis protinus hauſtibus vorandum,
O ſemper pietas, fidéſque tuta!
Lambunt indomiti virum leones,
Intactúmque Dei tremunt alumnum:
Aſtant cominus, & iubae reponunt,
Manſueſcit rabies, faméque blanda
Prædam rictibus lambit incruentis.
Sed cùm tenderet ad ſuperna palmas,
Expertúmque ſibi Deum rogaret,
Clauſus iugiter, indigénſque victu:
Iuſſus nuntius aduolare terris,
Qui paſtum famulo daret probato,
Raptim deſilit obſequente mundo.
Cernit forte procul dapes inemptas,
Quas meſſoribus Abacuch Propheta
Agreſti bonus exhibebat arte.
Huius cæſarie manu prehenſa,
Plenis ſicut erat grauem caniſtris
Suſpenſum rapit & vehit per auras.
Tum raptus, ſimul ipſe, prandiúmque
Senſim labitur in lacum leonum,
Et quas tunc epulas gerebat, aufert.
Sumas lætus, ait, libénſque carpas
Quæ ſummus pater, angelúſque Chriſti
Miſerunt liba tibi ſub hoc periclo.
His ſumptis, Danielus erexit
In cælum faciem, cibóque fortis
Amen reddidit, alleluia dixit.
Sic nos muneribus tuis refectis,
Largitor Deus omnium bonorum
Grates reddimus & ſacramus hymnos.
A Tu nos triſtifico velut tyranno,
Mundi ſcilicet impotentis actu
Concluſos regis, & feram repellis.
Quæ circumfremit, ac vorare tentat,
Inſanos acuens furore dentes,
Cùm te, ſumme Deus, precemur vnum.
Vexamur, premimur, malis rotamur,
Oderunt, lacerant, trahunt, laceſſunt?
Iuncta eſt ſuppliciis fides iniquis.
Nec deſit tamen anxiis medela:
Nam languente trucis leonis ira,
B Illapſæ ſuperingeruntur eſcæ,
Quas ſi quis ſitienter hauriendo
Non guſtu tenui, ſed ore pleno,
Internis velit implicare venis.
Hic ſancto ſatiatus ex Propheta,
Iuſtorum capiet cibos virorum,
Qui fructum Domino metunt perenni.
Nil eſt dulcius ac magis ſaporum,
Nil quod plus hominem iuuare poſſit,
Quàm vatis pia præcinentis orſa.
C His ſumptis licet inſolens poteſtas
Prauum iudicet, irrogétque mortem,
Impoſiti licet inruant leones,
Nos ſemper Dominum patrem fatentes,
In te, Chriſte Deus, loquemur vnum,
Conſtantérque tuam crucem feremus.

HYMNVS QVINTVS AD INCENSVM CEREI PASCHALIS.

D Carmen monocolon Choriambicum Aſclepiadæum Tetrametrum Acatalecticum, conſtans Spondæo, duobus Choriambis, Pyrrhichio vel Iambo, hoc modo.

INuentor rutili, Dux bone, luminis,
Qui certis vicibus tempora diuidis,
Merſo ſole chaos ingruit horridum,
Lucem Chriſte tuis redde fidelibus.
Quamuis innumero ſydere regiam,
Lunarique polum lampade pinxeris,
E Incuſſu ſilicis lumina nos tamen
Monſtras ſaxigeno ſemine quærere.
Hoc ſignis opere Conditor inclyte,
Lumen veridicum mentibus omnium,
In Chriſto Domino quærere iugiter,
Quem petram loquitur doctor egregius.
Ne neſciret homo ſpem ſibi luminis
In Chriſti ſolido corpore condita,
Qui dici ſtabilem ſe voluit petra,
Noſtris igniculis vnde genus venit.
F * Pingui quos olei rore madentibus * Pinguis
Lychnis, aut facibus paſcimus aridis,
Quin & fila fauis ſcirpea floreis
Preſſo melle prius collita fingimus.
Viuax flamma viget, ſeu caua teſtula
Succum linteolo ſuggerit ebrio,
Seu pinus piceam fert alimoniam,
Seu ceram teretem ſtuppa calens bibit.
Nectar de liquido vertice feruidum

Guttatim lacrymis ſtillas * alentibus, * olentibus.
Ambuſtum quoniam vis facit ignea
Imbrem de madido flere cacumine.
Splendent ergo tuis muneribus pater
Flammis mobilibus ſcilicet atria,
Abſentémque diem lux agit æmula,
Quam nox cum lacero victa fugit peplo.
Sed quis non rapidi luminis arduum,
Manantémque Deo cernat originem?
Moſes nempè Deum ſpinifero in rubo
Vidit conſpicuo lumine flammeum.
Felix qui meruit ſentibus in ſacris
Cæleſtis ſolij viſere Principem,
* Iuſſus nexa pedum vincula ſoluere, * Hoſtia.
Ne ſanctum inuolucris pollueret locum.
Hunc ignem populus ſanguinis inclyti
Maiorum meritis tutus, & impotens;
Suetus ſub Dominis viuere barbaris,
Iam liber ſequitur longa per auia:
Qua greſſum tolerans, caſtraque cerula
Noctis per medium concita mouerant,
Plebem per vigilem fulgure præuio
Lucebat radius ſole micantior.
Sed Rex Niliaci littoris, inuido
Feruens felle, iubet præualidam manum
In bellum rapidis ire cohortibus,
Ferratáſque acies clangere claſſicum.
Sumunt arma viri, ſeque minacibus
Accingunt gladiis, triſte canit tuba,
Hic fidit iaculis, ille volantia
Præfixit calamis ſpicula Gnoſiis.
Denſatur cuneis turba pedeſtribus,
Currus pars, & equos & volucres rotas
Conſcendunt celeres, ſignáque bellica
Prætendunt tumidis clara draconibus.
Hinc iam ſeruitij neſcia priſtini
Gens Peluſiacis vſta vaporibus,
Tandem purpurei gurgitis hoſpita
Rubris littoribus feſſa reſederat.
Hoſtis dirus adeſt cum duce perfido,
Infert & validis prælia viribus.
Moſes porrò ſuis in mare præcipit
Conſtans intrepidis tendere greſſibus.
Præbent rupta locum ſtagna viantibus,
Riparum in faciem peruia, aſtitur
Circumſtans vitreis vnda liquoribus,
Dum plebs ſub biſido permeat æquore.
Pubes quinetiam decolor aſperis
Irritata odiis, rege ſub impio,
Hebræum ſitiens fundere ſanguinem,
Audet ſe pelago credere concauo.
Ibant præcipiti turbine percitæ
Fluctus per medios agmina regia.
Sed confuſa dehinc vnda reuoluitur
In ſemet reuolans gurgite confluo.
Currus tunc, & equos, teláque naufraga,
Ipſos & proceres, & vaga corpora
Nigrorum videas nare ſatellitum,
Arcis iudicium triſte tyrannicæ.
Quæ tandem poterit lingua retexere
Laudes Chriſte tuas? qui domitum Pharon
Plagis multimodis cedere Præſuli

A Cogis iuſtitia, vindice dextera.
Qui pontum rabidis æſtibus inuium
Perſultare vetas, vt refluo in ſalo
Securus pateat te duce tranſitus,
Et mox vnda rapax vt voret impios.
Cui ieiuna* via ſaxa* madentibus * eremi * loquacibus.
Exundant ſcatebris, & latices nouos
Fundit ſciſſa ſilex, qua ſitientibus
Dat potum populis axe ſub igneo.
Inſtar fellis aquis triſtifico in lacu
B Fit ligni venia mel velut Atticum,
Lignum eſt, quo ſapiunt aſpera dulcius,
Nam præfixa cruci ſpes hominum viget.
Implet caſtra cibus tunc quoque ningidus,
Illabens gelida grandine denſius,
His menſas epulis, hac dape conſtruunt,
Quam dat ſidereo Chriſtus ab æthere.
Necnon imbrifero ventus anhelitu
Craſſa nube leues inuehit alites,
Quæ diſflata in humum, cùm ſemel agmina
Fluxerunt, reduci non reuolant fuga.
C Hæc olim patribus præmia contulit
Inſignis pietas Numinis vnici,
Cuius ſubſidio nos quoque veſcimur,
Paſcentes dapibus pectora myſticis.
Feſſos ille vocat per freta ſæculi,
Diſciſſis populum turbinibus regens.
* Raptatáſque animas mille laboribus * Iuſtaſque.
Iuſtorum in patriam ſcandere præcipit.
Illic purpureis tecta roſariis
Omnis fragrat humus, caltaque pinguia,
D Et molles violas, & tenues crocos
Fundit fonticulis vnda fugacibus.
Illic & gracili balſama ſurculo
Deſudata fluunt, raráque cinnama
Spirant, & folium, fonte quod abdito
Prælabens fluuius portat in exitum.
Felices animæ prata per herbida
Concentu pari ſuaue ſonantibus
Hymnorum modulis dulce canunt melos,
Calcant & pedibus lilia candidis.
Sunt & ſpiritibus ſæpe nocentibus
Pœnarum celebres ſub Styge feriæ.
E Illa nocte ſacer, quâ rediit Deus
Stagnis ad ſuperos ex Acheronticis.
Non ſicut tenebras de face fulgida
Surgens Oceano lucifer imbuit,
Sed terris Domini de cruce triſtibus
Maior ſole nouum reſtituens diem.
Marcent ſuppliciis Tartara mitibus,
Exultátque ſui carceris otio
* Vmbrarum populus, liber ab ignibus, * Fauſtorum.
Nec feruent ſolito flumina ſulphure.
Nos feſtis trahimus per pia gaudia
F Noctem conciliis, votáque proſpera
Certatim vigili congerimus prece,
Extructóque agimus liba ſacrario.
Pendent mobilibus lumina funibus,
Quæ ſuffixa micant per laquearia,
Et de languidulis fota natatibus
Lucem perſpicuo flamma iacit vitro.
Credas ſtelligeram deſuper aream.

Ornatam geminis ſtare trionibus,
Et qua Phoſphorum temo regit iugum
Paſſim purpureos ſpargier heſperos.
O res digna Deus, quam tibi roſcidæ
Noctis principio grex tuus offerat,
Lucem, qua tribuis nil pretioſius,
Lucem, qua reliqua præmia cernimus,
Tu lux vera oculis, lux quoque ſenſibus,
Intus tu ſpeculum, tu ſpeculum foris,
Lumen, quod famulans offero, ſuſcipe,
Tinctum pacificæ chriſmatis vnguine.
Per Chriſtum genitum, ſumme, Pater tuum,
In quo viſibilis ſtat tibi gloria,
Qui noſter Dominus, qui tuus vnicus
Spirat de patrio corde paraclitum.
Per quem ſplendor, honos, laus, ſapientia,
Maieſtas, bonitas, & pietas tua
Regnum continuat numine triplici,
Texens perpetuis ſecula ſeculis.

HYMNVS SEXTVS
ANTE SOMNVM.

Dimetrum Iambicum, Anacreonticum, Catalecticum, monocolon, tetraſtrophum, conſtans tribus pedibus, & ſemipede. Primo enim loco habet Iambum vel ſpondæum promiſcuè, ſecundo Iambum, tertio Iambum vel Spondæum, hoc modo.

ADes, Pater ſupreme,
Quem nemo vidit vnquam,
Patriſque ſermo Chriſte,
Et Spiritus benigne.
O Trinitatis huius
Vis vna, lumen vnum,
Deus ex Deo perennis,
Deus ex vtroque miſſus.
Fluxit labor diei,
Redit quietis hora,
Blandus ſopor viciſſim
Feſſos relaxat artus.
Mens æſtuans procellis,
Curiſque ſauciata
Totis bibit medullis
Obliuiale poclum.
Serpit per omne corpus
Lethæa vis, nec vllum
Miſeris doloris ægri
Patitur manere ſenſum.
Lex hæc data eſt caducis
Deo iubente membris,
Vt temperet laborem
Medicabilis voluptas.
Sed dum pererrat omnes
Quies amica venas,
Pectuſque feriatum
Placant rigante ſomno.
Liber vacat per auras
Rapido vigore ſenſus,
Variáſque per figuras

A Quæ ſunt operta cernit.
Quia mens ſoluta curis
Cui eſt origo cœlum,
Purúſque fons ab æthra
Iners iacere neſcit.
Imitata multiformes
Facies ſibi ipſa fingit
Per quas repente currens
Tenui fruatur actu.
Sed ſenſa ſomniantum
B Diſpar fatigat horror,
Nunc ſplendor intererrat,
Qui dat futura noſſe.
Plerunque diſſipatis
Mendax imago veris,
Animos pauore mœſtos
Ambage fallit atra.
Quem rara culpa merum
Non polluit frequenter,
Hunc lux ſerena vibrans
Res edocet latentes,
C Atqui coinquinatum
Vitiis cor impianit,
Luſus pauore multo
Species videt tremendas.
Hoc Patriarcha noſter
Sub carceris catena
Geminis ſimul miniſtris
Interpres adprobauit.
Quorum reuerſus vnus
Dat poculum tyranno:
D Aſt alterum rapaces
Fixum vorant volucres.
Ipſum deinde regem
Perplexa ſomniantem,
Nouit famem futuram
Clauſis cauere aceruis.
Mox præſul ac tetraches
Regnum per omne iuſſus
Sociam tenere virgam,
Dominæ reſedit aulæ.
O quàm profunda iuſtis
E Arcana, per ſoporem
Aperit tuenda Chriſtus,
Quàm clara, quàm tacenda.
Euangeliſta ſummi
Fidiſſimus magiſtri,
Signata quæ latebant
Nebulis videt remotis.
Ipſum Tonantis agnum
De cæde purpurantem,
Qui conſcium futuri
Librum reſignat vnus,
F Huius manum petentem
Gladius perarmat anceps,
Et fulgurans vtrinque
Duplicem minatur ictum.
Quæſitor ille ſolus
Animæque, corporiſque,
Enſiſque bis timendus
Prima, ac ſecunda mors eſt.
Idem tamen benignus

Digitized by Google

Vltor, retundit iram,
Paucoſque non piorum
Patitur perire æuum.
Huic inclytus perenne
Tribuit pater tribunal,
Hunc obtinere iuſſit
Nomen, ſuprà omne nomen.
Hic præpotens cruenti
Extinctor Antichriſti,
Qui de furenti monſtro
Pulchrum refert trophæum:
Quam beſtiam rapacem,
Populóſque vorantem,
Quam ſanguinis charybdim,
Ioannes execratur.
Hæc nempè quæ ſacratum
Præferre nomen auſa,
Imam petit gehennam
Chriſto perempta vero.
Tali ſopore iuſtus
Mentem relaxat heros,
Vt ſpiritu ſagaci
Cælum peragret omne.
Nos nil meremur horum,
Quos creber implet error,
Concreta quos malorum
Vitiat cupido rerum.
Sat eſt quiete dulci
Feſſum fouere corpus;
Sat ſi nihil ſiniſtrum
Vanæ minentur vmbræ.
Cultor Dei memento
Te fontis, & lauacri
Rorem ſubiſſe ſanctum,
*Te chriſmate * innotatum.* *innouatum.
Fac cùm vocante ſomno
Caſtum petis cubile,
Frontem, locúmque cordis
Crucis figura ſignet.
Crux pellit omne crimen,
Fugiunt crucem tenebræ,
Tali dicata ſigno
Mens fluctuare neſcit.
Procul, ò procul vagantum
Portenta ſomniorum,
Procul eſto peruicaci
Præſtigiator aſtu.
O tortuoſe ſerpens,
Qui mille per mæandros,
Fraudéſque flexuoſas
Agitas quieta corda.
Diſcede, Chriſtus hic eſt,
Hic Chriſtus eſt, liqueſce,
Signum, quod ipſe noſti,
Damnat tuam cateruam.
Corpus licet fatiſcens.
Iaceat recliue paulùm,
Chriſtum tamen ſub ipſo
Meditabimur ſopore.

A

HYMNVS SEPTIMVS
IEIVNANTIVM.

Carmen monocolon Iambicum, ſenarium, Acatalecticum, locis imparibus habens Spondæum, Anapæſtum, Iambum, Tribrachum: Paribus verò Iambum, & nonnunquam Anapæſtum. Eius ſpecimen, ſi voles, licebit mutuari ex primo hymno:
B *Senex fidelis.*

O Nazarene, dux Bethlem, verbum patris,
Quem partus alui virginalis protulit,
Adeſto caſtis Chriſte, parcimoniis,
*Feſtūmque noſtrum rex ſerenus * aſpice,* *accipe.
Ieiuniorum dum litamus victimam.
Nil hoc profectò purius myſterio,
*Quo fibra cordis expiatur * liuidi,* *viuidi.
C *Intemperata quo domantur viſcera*
A ruina, putrem ne reſudans crapulam
Obſtrangulatæ mentis ingenium premat.
Hinc ſubiugatur luxus, & turpis gula,
Vini atque ſomni degener ſocordia,
Libido ſordens, inuerecundus lepos,
Variæque peſtes languidorum ſenſuum,
Parcam ſubactæ diſciplinam ſentiunt.
Nam ſi licenter diffluens potu, & cibo,
Ieiuna ritè membra non coërceas,
Sequitur frequenti marcida oblectamine,
D *Scintilla mentis vt tepeſcat nobilis,*
Animúſque pigris ſtertat vt præcordiis.
Frænentur ergo corporum cupidines,
Deterſa vt intus emicet prudentia,
Sic excitato perſpicax acumine,
Libérque flatu laxiore ſpiritus
Rerum parentem rectiùs precabitur.
Helias tali creuit obſeruantia
Vetus ſacerdos, ruris hoſpes aridi,
Fragore ab omni quem remotum à ſe gregem
Spreuiſſe tradunt criminum frequentiam,
E *Caſto fruentem Syrtium ſilentio.*
Sed mox in auras igneis iugalibus,
Currúque raptus euolauit præpeti,
Ne de propinquo ſordium contagio
Dirus quietum mundus afflaret virum,
Olim probatis inclytum ieiuniis.
Non ante cœli principem ſeptemplicis
Moſes tremendi fidus interpres throni
Potuit videre, quàm decem recurſibus
Quater volutis ſol peragrans ſydera
Omni carentem cerneret ſubſtantia.
F *Victus precantis ſolus in lacrymis fuit,*
Nam flendo pernox, irrigatum puluerem
Humi madentis ore preſſit cernuo,
Donec loquentis voce perſtrictus Dei,
Expauit ignem non ferendum viſibus.
Ioannes huius artis haud minus potens,
Dei perennis præcurrit filium,
Curuos viarum qui retorſit tramites,
Et flexuoſa corrigens diſpendia,

Dedit ſequendam calle recto lineam.
Hanc obſequelam præparabat nuntius
Mox affuturo conſtruens iter Deo
Cliuoſo planis, confragoſa vt lenibus
Conuerterentur, nève quicquam deuium
Inlapſa terris inueniret veritas
Non vſitatis ortus hic natalibus,
Oblita lactis iam vieto in pectore
Matris tetendit ſeruus infans vbera,
Nec ante partu de ſenili effuſus eſt,
Quàm prædicaret virginem plenam Deo.
Poſt in patentes ille ſolitudines,
Amictus hirtis beſtiarum pellibus,
Setisve tectus, hiſpidis & lanugine,
Seceſſit, horrens inquinari, & pollui
Contaminatus oppidorum moribus.
Illic dicata parcus abſtinentia
Potum, cibumque vir ſeueræ induſtriæ
In vſque ſerum reſpuebat veſperum,
Parum locuſtis & fauorum agreſtium
Liquore paſtum corpori ſuetus dare.
Hortator ille primus, & doctor nouæ
Fuit ſalutis, nam ſacrato in flumine
Veterum piatas lauit errorum notas,
Sed tincta poſtquam membra defecauerat,
Cœlo refulgens influebat ſpiritus.
Hoc ex lauacro labe dempta criminum,
Ibant renati non ſecus, quàm ſi rudis
Auri recocta vena pulchrum ſplendeat
Micet metalli ſiue lux argentei,
Sudum polito prænitens purgamine.
Referre priſci ſtemma nunc ieiunij
Libet, fideli proditum volumine,
Vt diruendæ ciuitatis incolis
Fulmen benigni mauſuefactum patris
Piè repreſſis ignibus pepercerit.
Gens inſolenti præpotens iactantia
Pollebat olim, quam fluentem nequiter
Corrupta vulgò ſoluerat laſciuia,
Et inde bruto contumax faſtidio,
Cultum superni negligebat numinis.
Offenſa tandem iugis indulgentiæ
Cenſura, iuſtis excitatur motibus,
Dexteram perarmat rhomphealis incendio,
Nimbos crepantes, & fragoſos turbines
Vibrans, tonantum nube flammarum quatit.
Sed pœnitendi dum datur diecula,
Si fortè vellent improbam libidinem,
Vetereſque nugas condomare, ac frangere,
Suſpendit ictum terror exorabilis,
Paulumque dicta ſubſtitit ſententia.
Ionam Prophetam mitis vltor excitat,
Pœnæ imminentis iret vt prænuntius:
Sed noſſet ille cùm minacem iudicem
Seruare malle, quàm ferire, ac plectere,
Tectam latenter vertit in Tharſos fugam.
Celſam paratus pontibus ſcandit ratem,
Vda reuincta ſune puppis ſoluitur.
* Iter, ** Itur per altum, fit procelloſum mare,*
Tum cauſa tanti quæritur periculi,
Sors in fugacem miſſa Ionam decidit.
Iuſſus perire ſolus è cunctis reus,
A *Cuius voluta crimen vrna expreſſerat,*
Præceps rotatur, & profundo immergitur,
Exceptus inde belluarum faucibus,
Alui capacis viuus hauritur ſpecu.
Tranſmiſſa raptum præda, caſſos dentium
Eludit ictus, incruentam tranſuolans
Impunè linguam: ne retentam mordicus
*Offam molares diſſecarent * ſtimidi,* *vndi,
Os omnes tranſit, & palatum præterit.
Ternis dierum, ac noctium proceſſibus
B *Manſit ferino deuoratus gutture,*
Errabat illic per latebras viſcerum,
Ventris receſſus circumibat tortiles
Anhelus, extis intus æſtuantibus.
Intactus exin tertiæ noctis vice.
Monſtri vomentis pellitur ſingultibus,
Qua murmuranti ſiue fluctus frangitur,
Salſoſque candens ſpuma tundit pumices,
Ructatus exit, ſeque ſeruatum ſtupet.
In Niniuita ſe coactus percito
Greſſus reflectit, quos vt increpauerat
Pudenda Cenſor imputans opprobria,
C *Impendet, inquit, ira ſummi vindicis,*
Vrbèmque flamma mox cremabit, credito.
Apicem deinceps ardui montis petit,
Viſurus inde conglobatum, turbidæ
Fumum ruinæ, cladis & diræ ſtruem. *multimodis.
*Tectus flagellis * multimodi germinis,*
Nato & repente perfruens vmbraculo
Sed mæſta poſtquam ciuitas vulnus noui
Hauſit doloris, heu ſupremum palpitat,
Curſans per ampla congregatum mœnia
Plebs, & ſenatus, omnis ætas ciuium,
D *Pallens iuuentus, eiulantes fœminæ.*
Placet frementem publicis ieiuniis
Placare Chriſtum, mos edendi ſpernitur:
Glaucos amictus induit, monilibus
Matronæ demptis, próque gemma, & ſerico,
Crinem fluentem ſordibus ſpargit cinis.
Squalent recincta veſte pullati patres,
Setaſque plangens turba ſumit textiles,
Impexa villis virgo beſtialibus
Nigrante vultum contegit velamine,
E *Iacens arenis & puer proooluitur.*
*Rex ipſe, * Choas æſtuantem murices* *Chios.
Læna reuulſa diſſipabat fibula
Gemmas virentes, & lapillos ſutiles,
Inſigne frontis exuebat vinculum
Turpi capillos impeditus puluere.
Nullus bibendi, nemo veſcendi memor,
Ieiunas menſas pubes omnis liquerat,
Quin & negato lacte vagientium
Fletu madeſcunt paruulorum cunulæ,
F *Succum papillæ parca nutrix denegat.*
Greges & ipſos claudit armentalium
Solers virorum cura, ne vagum pecus
Contingat ore rorulenta gramina,
Potum ſtrepentis nève fontis hauriat,
Vacuis querela perſonant præſepibus.
Mollitus his, & talibus, breuem Deus
Iram refrenat, temperans oraculum
** Proſper ſiniſtrum prona nam clementia* *Propter, tanquam properè dicas,

Haud difficulter ſupplicem mortalium
Soluit reatum, fitque ſaluatrix flentium.
Sed cur vetuſtæ gentis exemplum loquor?
Pridem caducæ cùm grauatus artubus
Ieſus, dicato corde ieiunauerit,
Prænuncupatus ore qui prophetico
Emmanuel eſt, ſiue nobiſcum Deus:
Qui corpus iſtud molle naturaliter
Captúmque laxo ſub voluptatum iugo,
Virtutis arcta lege fecit liberum,
Emancipator ſeruientis plaſmatis,
Regnatis ante victor & cupidinis,
Inhoſpitali namque ſecretus loco
Quater decebat octies labentibus,
Nullam ciborum vindicauit gratiam,
Firmans ſalubri ſcilicet ieiunio
Vas appetendis imbecillum gaudiis.
Miratus hoſtis poſſe limum tabidum
Tantùm laboris ſuſtinere, ac perpeti,
Explorat arte ſuſcitator callida
Deus ne membris ſit receptus terreis,
Sed increpatus fraude, poſt tergum ruit.
Hoc nos ſequamur quiſque nunc pro viribus,
Quod conſecratis tu magiſter dogmatis
Tuis dediſti, Chriſte, ſectatoribus,
Vt cùm voranda vicerit libidinem,
Latè triumphet Imperator ſpiritus.
Hoc eſt quod atra liuor hoſtis inuidet,
Mundi poliſque quod gubernator probat,
Altaris aram quod facit placabilem,
Quod dormientis excitat cordis fidem,
Quod limat ægram pectorum rubiginem.
Perfuſa ſic amne flamma extinguitur,
Nec ſic calente ſole tabeſcunt niues,
Vt turbidarum ſcabra culparum ſeges
Vaneſcit almo trita ſub ieiunio
Si blanda ſemper miſceatur largitas.
Eſt quippe & illud grande virtutis genus,
Operire nudos, indigentes paſcere,
Opem benignam ferre ſupplicantibus,
Vnam, paremque ſortis humanæ vicem
Inter potentes atque egenos ducere.
Satis beatus quiſque dextram porrigit,
Laudis rapacem, prodigam pecuniæ,
Cuius ſiniſtra dulce factum neſciat,
Illum, perennes protinus complet opes,
Ditátque fœnus fœnerantem centuplex.

HYMNVS OCTAVVS POST IEIVNIVM.

Carmen Saphicum, Endecaſyllabum, conſtans Trochæo, Spondæo, Dactylo, & duobus Trochæis hoc modo

quartus verò quiſque, Adonius eſt, conſtans Dactylo, & Spondæo, hoc modo.

CHriſte ſeruorum regimen tuorum,
Mollibus qui nos moderans habenis,
Leniter frænas facilique ſeptos
Lege coërces.
A Ipſe cùm portans onus impeditum
Corporis, duros tuleris labores,
Maior exemplo, famulos remiſſo
Dogmate palpas.
Nona ſubmiſſum rotat hora ſolem,
Partibus vix dum tribus euolutis,
Quarta deuexo ſupereſt in axe
Portio lucis.
Nos breuis voti dape vindicata
Soluimus feſtum, fruimúrque menſis
B Adſatim plenis, quibus imbuatur
Prona voluptas.
Tantus æterni fauor eſt magiſtri,
Doctor indulgens ita nos amico
Lactat hortatu, leuis obſequela vt
Mulceat artus.
Addit & nequis velit inuenuſto
Sordibus cultu lacerare frontem,
Sed decus vultus, capitiſque pexum
Comat honorem.
C Terge ieiunans, ait, omne corpus,
Neu ſubducto faciem rubore
Luteus tingat color, aut notetur
Pallor in ore.
Rectius læto tegimus pudore
Quicquid ad cultum patris exhibemus,
Cernit occultum Deus, & latentem
Munere donat.
Ille ouem morbo reſidem, gregique * ſiea
Perditam* ſanat male diſſipantem
Vellus adfixis vepribus per hirtæ
D Deuia ſyluæ.
Impiger paſtor reuocat, lupiſque
Geſtat excluſis humeros grauatus,
Inde purgatam reuehens aprico
Reddit ouili.
Reddit & pratis, viridique campo
Vibrat* implexis vbi nulla lappis
Spina, nec germen ſudibus perarmat *impexis.
Carduus horrens.
Sed frequens palmis nemus, & reflexa
Vernat herbarum coma, tum perennis
E Gurgitem viuis vitreum fluentis
Laurus obumbrat.
Hiſce pro donis tibi fide paſtor,
Seruitus quænam poterit rependi?
Nulla compenſant pretium ſalutis
Vota precantum.
Quamlibet ſpreto ſine more paſtu
Sponte confectos teneamus artus,
Téque contemptis epulis rogemus
Nocte, dieque.
Vincitur ſemper minor obſequentum
Cura, nec munus genitoris æquat,
F Frangit & cratem luteam laboris
Grandior vſus.
Ergóne limum fragilem ſoluta
Deſerant vires, & aquoſus albis
Humor in venis dominetur, ægrum
Corpus eneruans.
Laxus, ac liber modus abſtinendi
Ponitur cunctis, neque nos ſeuerus

Terror impellit, ſua quemque cogit
Velle poteſtas.
Sufficit quicquid facias vocato
Numinis nutu prius, inchoare,
Siue tu menſam renuas, cibumque*
Sumere tentes.
Annuit dexter Deus, & ſecundo
Proſperat vultu, velut hoc ſalubre
Fidimus nobis fore, quod dicatas
Carpimus eſcas.
Sit bonum ſupplex precor, & medelam
Conferat membris, animúmque paſcat
Sparſus in venas cibus obſecrantum
Chriſticolarum.

*renoues

HYMNVS NONVS OMNI HORA.

Carmen Trochaicum, tetrametrum, monocolon, triſtophon, catalecticum: Paribus locis habet Trochæum, Spondeum, & nonnunquam Anapæſtũ: Imparibus, Trochæũ, Tribrachum, & Dactylum, hoc modo.

DA, puer, plectrum, choreis
Vt canam fidelibus,
Dulce carmen, & melodum,
Geſta Chriſti inſignia,
Hunc camæna noſtra ſolum
Pangat, hunc laudet lyra.
Chriſtus eſt, quem rex ſacerdos
Ad futurum protinus
Infulatus concinebat
Voce, chorda, & tympano,
Spiritum cælo influentem
Per medullas hauriens.
Facta nos etiam probata
Pangimus miracula,
Teſtis eſt orbis, nec ipſa
Terra, quod vidit, negat,
Cominùs Deum docendis
Proditum mortalibus.
Corde natus ex parentis,
Ante mundi exordium,
Alpha & ω cognominatur,
Ipſe fons, & clauſula
Omnium, quæ ſunt, fuerunt,
Quæque poſt futura ſunt.
Ipſe iuſſit, & creata,
Dixit ipſe, & facta ſunt,
Terra, cælum, foſſa ponti,
Trina rerum machina,
Quæque in his vigent ſub alto
Solis, & Lunæ globo.
Corporis formam caduci,
Membra morti obnoxia
Induit, ne gens periret
Primoplaſti ex germine,
Merſerat quem lex profundo
Noxialis tartaro.
O beatus ortus ille,
A *Virgo cùm puerpera*
Edidit noſtram ſalutem,
Fœta ſancto Spiritu,
Et puer redemptor orbis
Os ſacratum protulit.
Pſallat altitudo cæli,
Pſallant te omnes Angeli,
Quicquid eſt virtutis vſquam
Pſallant in laudem Dei:
Nulla linguarum ſileſcat,
B *Vox & omnis conſonet.*
Ecce quem Vates vetuſtis
Concinebant ſeculis:
Quem Prophetarum fideles
Pagina ſpoponderant,
Emicat, promiſſus olim,
Cuncta collaudent eum.
Cantharis infuſa lympha
Fit falernum nobile,
Nuntiat vinum miniſter
C *Eſſe promptum ex hydria,*
Ipſe rex ſapore tinctis
Obſtupeſcit poculis.
Membra orbis vlceroſa,
Viſcerum putredines
Mando, vt abluantur, inquit,
Fit ratum quod iuſſerat,
Turgidam cutem repurgant
Vulnerum piamina.
Tu perennibus tenebris
Iam ſepulta lumina
D *Illinis limo ſalubri,*
Sacri & oris nectare,
Mox apertis, hac medela
Lux reducta eſt orbibus.
Increpas ventum furentem
Quod procellis triſtibus
Vertat æquor fundo ab imo,
Vexat & vagam ratem:
Ille iuſſis obſecundat,
Mitis vnda ſternitur.
Extimum veſtis ſacratæ
E *Furtim mulier attigit,*
Protinus ſalus ſecuta eſt,
Ora pallor deſerit,
Siſtitur riuus, cruore
Qui fluebat perpeti.
Exitus dulcis iuuentæ
Raptum ephebum viderat,
Orba quem mater ſupremis
Funerabat fletibus:
Surge dixit, ille ſurgit,
F *Matri & aſtans redditur.*
Sole iam quarto carentem,
Iam ſepulcro abſconditum
Lazarum iubet vigere
Reddito ſpiramine,
Fœtidum iecur reductus
Rurſus intrat halitus.
Ambulat per ſtagna ponti,
Summa calcat fluctuum,
Mobilis liquor profundi

Pendulam præſtat viam.
Nec fatiſcit vnda ſanctis
Preſſa ſub veſtigiis.
Suetus antro buſtiali
Sub catenis frendere
Mentis impos efferatis
Percitus furoribus
Proſilit, ruitque ſupplex
Chriſtum adeſſe, vt ſenſerat.
Pulſa peſtis lubricorum
Mille formis dæmonum,
Corripit gregis ſuilli
Sordida ſpurcamina,
Séque nigris mergit vndis,
** Vt pecus lymphaticum.* — * Fit.
Fert qualis ter quaternis
Ferculorum fragmina,
Affatim referta iam ſunt
Accubantum millia
Quinque panibus pereſis,
Et gemellis piſcibus.
Tu cibus, paniſque noſter,
Tu perennis ſuauitas,
Neſcit eſurire in æuum
Qui tuam ſumit dapem,
Nec lacunam ventris implet,
Sed fouet vitalia.
Clauſus aurium meatus,
Et ſonorum neſcius,
Purgat ad præcepta Chriſti
Craſſa queque obſtacula,
Vocibus capax fruendis,
Ac ſuſurris peruius.
Omnis ægritudo cedit,
Languor omnis pellitur,
Lingua fatur, quam veterna
Vinxerant ſilentia,
Geſtat & ſuum per vrbem
Lætus æger lectulum.
Quin & ipſum, ne ſalutis
Inferi expertes forent,
Tartarum benignus intrat,
Fracta cedit ianua.
Vectibus cadit reuulſus
Cardo diſſolubilis.
Illa prompta ad inruentes,
Ad reuertentes tenax,
Obice retrorſum pulſo* — * extrorſū recluſo.
Porta reddit mortuos
Lege verſa, & limen atrum
Iam recalcandum patet.
Sed Deus dum luce fulua
Mortis antra inluminat,
Dum ſtupentibus tenebris
Candidum præſtat diem,
Triſtia ſqualentis æthræ
Palluerunt ſydera.
Sol refugit, & lugubri
** Sordidus ferrugine* — * Sordium
Igneum reliquit axem,
Séque mœrens abdidit,
Fertur horruiſſe mundus

A *Noctis æternæ chaos.*
Solue vocem mens ſonoram,
Solue linguam mobilem,
Dic trophæum paſſionis,
Dic triumphalem Crucem,
Pange vexillum notatis
Quod refulget frontibus.
*O nouum * cæde ſtupenda* — * cædis ſtupendæ.
Vulneris miraculum.
Hinc cruoris fluxit vnda,
B *Lympha parte ex altera,*
Lympha nempe dat lauacrum,
Tum corona ex ſanguine eſt.
Vidit anguis immolatam
Corporis ſacri hoſtiam,
Vidit & fellis peruſti,
Mox venenum perdidit,
Saucius dolore multo
Colla fractus ſibilat.
Quid tibi prophane ſerpens,
Profuit rebus nouis
C *Plaſma primum perculiſſe*
*Verſipelli * aſtutia?* — * Hortamine.
Diluit culpam recepto
Forma mortalis Deo.
Ad breuem ſe mortis vſum
Dux ſalutis dedidit,
Mortuoſque olim ſepultos,
Vt redire inſueſceret,
Diſſolutis priſtinorum
Vinculis peccaminum.
D *Hunc patres, ſanctique multi*
Conditorem præuium
Iam reuertentem ſecuti,
Tertio demum die
Carnis indumenta ſumunt,
Eque buſtis prodeunt.
Cerneres coire membra
De fauillis aridis;
Frigidum venis reſumptis
Puluerem tepeſcere;
Oſſa, neruos, ac medullas
Glutino cutis tegi.
E *Poſt vt occaſum reſoluit*
Vitæ & hominem reddidit
Arduum tribunal alti
Victor aſcendit patris,
Inclytam cœlo reportans
Paſſionis gloriam.
Macte iudex mortuorum,
Macte rex viuentium,
Dexter in parentis arce,
Qua tuis virtutibus
Omnium venturus inde
F *Iuſtus vltor criminum.*
Te ſenes, & te iuuentus,
Paruulorum te chorus,
Turba matrum, virginumque,
Simplices puellulæ
Voce concordes pudicis
Perſtrepant concentibus.
Fluminum lapſus, & vndæ,

Digitized by Google

Littorum crepidines,
Imber, æſtus, nix, pruina,
Sylua, & aura, nox, dies,
Omnibus te concelebrent
Seculorum ſeculis.

HYMNVS DECIMVS IN EXEQVIIS DEFVNCTORVM.

Carmen monocolum, Anapæſticum, dimetrum, catalecticum, conſtat tribus Anapæſtis & ſyllaba: Quamuis Prudentius promiſcuè duabus prioribus ſedibus Anapæſto & Spondæo vtatur, tertia verò Anapæſto, eſt peculiaris, hoc modo.

DEus ignee fons animarum,
Duo qui ſocians elementa,
Viuum ſimul, ac moribundum
Hominem pater effigiaſti.
Tua ſunt, tua recta vtraque,
Tibi copula iungitur horum,
Tibi dum vegetata cohærent,
Spiritus ſimul & caro * viuit. *feruit.
Reſciſſa ſed iſta ſeorſum,
Proprios reuocantur in ortus,
Petit alter æthera feruens,
Humus excipit arida corpus,
Reſciſſa ſed iſta ſeorſum
Soluunt hominem, perimuntque,
Humus excipit arida corpus,
Animæ rapit aura liquorum.
Quia cuncta creata neceſſe eſt
Tabefacta ſeneſcere tandem,
Compactáque diſſociari,
* Et diſſona texta retexi.
*Vt Hanc tu, Deus optime, mortem
Famulis abolere paratus,
Iter inuiolabile monſtras,
Quo perdita membra reſurgant.
Vt dum generoſa caducis,
Ceu carcere clauſa ligantur,
Pars illa potentior extet,
Quæ germen ab æthere traxit.
Si terrea fortè voluntas
Luteum ſapit, & graue captat,
Animus quoque pondere victus,
Sequitur ſua membra deorſum.
At ſi generis memor ignis
*pigra Contagia * nigra recuſet,
Vehit hoſpita viſcera ſecum,
Pariterque reportat ad aſtra.
Nam quod requieſcere corpus
Vacuum ſine mente videmus,
Spatium breue reſtat, vt alti
Repetat collegia ſenſus.
Venient citò ſecula cùm iam
Socius calor oſſa reuiſat,
Animatáque ſanguine viuo
Habitacula priſtina geſtet.
Quæ pigra cadauera pridem
A Tumulis putrefacta iacebant,
Volucres rapientur in auras,
Animas comitata priores.
Hinc maxima cura ſepulcris
Impenditur, hinc reſolutos
Honor vltimus accipit artus,
Et funeris ambitus ornat.
Candore nitentia claro
Prætendere lintea mos eſt,
Aſperſaque myrrha Sabæo
Corpus medicamine ſeruat.
B Quidnam ſibi ſaxa cauata?
Quid pulchra volunt monumenta?
Res quod niſi creditur illis
Non mortua, ſed data ſomno?
Hoc prouida Chriſticolarum
Pietas ſtudet, vtpote credens
Fore protinus omnia viua,
Quæ nunc gelidus ſopor * vrget. *arcet.
Qui iacta cadauera paſſim
Miſerans tegit aggere terræ
C Opus exhibet ille benignum
Chriſto pius omnipotenti.
Quia lex eadem monet omnes
Gemitum dare ſorte ſub vna,
Cognatáque funera nobis
Aliena in morte dolere.
Sanctiſator ille Tobiæ,
Sacer ac venerabilis heros,
Dapibus iam rite paratis
Ius prætulit exequiarum.
Iam ſtantibus ille miniſtris,
Cyathos & fercula liquit,
D Stúdióque accinctus humandi,
Fletu dedit oſſa ſepulchro.
Veniunt mox præmia cœlo,
Pretiúmque rependitur ingens,
Nam lumina neſcia ſolis
Deus illita felle ſerenat.
Iam tunc docuit pater orbis
Quàm ſit rationis egena,
Mordax, & amara medela,
Cùm lux animum noua vexat.
E Docuit quoque non priùs vllum
Cæleſtia cernere regna,
Quàm nocte, & vulnere triſti
Tolerauerit aſpera mundi.
Mors ipſa beatior inde eſt,
Quod per cruciamina lethi
Via panditur ardua Iuſtis,
Et ad aſtra doloribus itur.
Sic corpora mortificata
Redeunt melioribus annis,
F Nec poſt obitum recaleſcens
Compago fatiſcere nouit.
Hæc quæ modo pallida tabo
Color albidus inficit ora,
Tunc flore venuſtior omni,
Sanguis cute tinget amœna,
Nam nulla deinde ſenectus
Frontis decus inuida carpet,
Macies neque ſicca lacertos

Succo

Succo tenuabit adeſo.
Moribus quoque peſtifer artus
Qui nunc populatur anhelos,
Sua tunc tormenta refudans
* Iuci. ** Lucet inter vincula mille.*
Hunc eminus aëre ab alto
Victrix caro, iamque perennis
Cernet ſine fine gementem
Quos mouerat ipſe dolores.
Quid turba ſuperſtes inepta
Clangens vlulamina miſcet?
Cur tam bene condita iura,
Luctu dolor arguit amens?
Iam mæſta quieſce querela,
Lacrymas ſuſpendite matres,
Nullus ſua pignora plangat,
Mors hæc, reparatio vita eſt,
Sic ſemina ſicca vireſcunt
Iam mortua, iamque ſepulta,
Quæ reddita ceſpite ab imo
Veteres meditantur ariſtas.
Nunc ſuſcipe terra fouendum,
Gremioque hunc concipe molli,
Hominis tibi membra ſequeſtro,
Generoſa & fragmina credo.
Animæ fuit hæc domus olim
Factoris ab ore creatæ,
Feruens habitauit in iſtis
Sapientia principe Chriſto.
Tu depoſitum tege corpus,
Non immemor ille requiret
Sua munera fictor, & auctor,
Proprijque ænigmata vultus.
Veniant modò tempora iuſta,
Cum ſpem Deus impleat omnem,
Reddas patefacta neceſſe eſt,
Qualem tibi trado figuram.
Non ſi carioſa vetuſtas
Diſſoluerit oſſa fauillis,
Fueritque cinuſculus ardens,
Minimi menſura pugilli.
Nec ſi vaga flumine, & aura
Vacuum per inane volantes,
Tulerint cum puluere neruos,
Hominem periiſſe licebit.
Sed dum reſolubile corpus
Reuocas Deus, atque reformas,
Quanam regione iubebis
Animam requieſcere puram?
Gremio ſenis abdita ſancti
Recubabit, vt eſt Eleazar,
Quem floribus vndique ſeptum
Diues procul aſpicit ardens.
Sequimur tua dicta Redemptor,
Quibus atra morte triumphans,
Tua per veſtigia mandas
* Luc. 23. 41. 42. 43. *Socium* crucis ire latronem.*
Patet ecce Fidelibus ampli
Via lucida iam Paradiſi,
Licet & nemus illud adire,
Homini, quod ademerat anguis.
** Illud precor, optime ductor,*
A *Famulam tibi præcipe mentem*
Genitali in ſede ſacrari,
Quam liquerat exul, & errans.
Nos tecta fouebimus oſſa
Violis, & fronde frequenti,
Titulumque, & frigida ſaxa
Liquido ſpargemus odore.

HYMNVS VNDECIMVS, OCTAVO
B CALENDAS IANVARIAS. Die 25. Decembr. Natal. Christi ſacro.

Carmen Iambicum, dimetrum, Acatalecticum, recipiens locis imparibus Spondæum, & nonnunquam Anapæſtum: paribus verò Iambum, hoc modo.

QVID *eſt quod arctum circulum*
Sol iam recurrens deſerit?
Chriſtuſne terris naſcitur,
Qui lucis auget tramitem?
C *Heu quàm fugacem gratiam*
Feſtina voluebat dies,
Quam penè ſubductam facem
Senſim reciſa extinxerat.
Cælum niteſcat lætiùs,
Gratetur & gaudens humus,
Scandit gradatim denuo
Iubar priores lineas.
Emerge, dulcis puſio,
Quem matris edit caſtitas,
D *Parens & expers coniugis*
Mediator, & duplex genus.
Ex ore quamlibet Patris
Sis ortus, & verbo editus,
Tamen paterno in pectore
Sophia callebas prius.
Quæ prompta cœlum condidit,
Cœlum, diemque, & cætera, Ioan. 1. 1. 2.
Virtute Verbi effecta ſunt
Hæc cuncta: nam verbum Deus.
Sed ordinatis ſeculis,
E *Rerumque digeſto ſtatu,*
Fundator ipſe, & Artifex
Permanſit in Patris ſinu.
Donec rotata annalium
Tranſuoluerentur millia,
Atque ipſe peccantem diu
Dignatus orbem viſeret.
Nam cæca vis Mortalium
Venerans inanes nænias,
Vel æra, vel ſaxa algida,
Vel ligna credebat Deum.
F *Hæc dum ſequuntur perfidi*
Prædonis in ius venerant
Et mancipatam fumido
Vitam barathro immerſerant.
Stragem ſed iſtam non tulit
Chriſtus cadentum gentium
Impunè, ne forſan ſui
Patris periret fabrica.
Mortale corpus induit

Vt excitato corpore
Mortis catenam frangeret,
Hominemque portaret patri
Hic ille natalis dies,
Quo te creator arduus
Spirauit, & limo indidit,
Sermone carnem gl[illegible]inans.
Sentis ne, Virgo nobilis
Matura per faſtidia
Pudoris intactum decus
Honore partus creſcere?
O quanta rerum gaudia
Aluus pudica continet,
Ex qua nouellum ſeculum
Procedit, & lux aurea.
Vagitus ille exordium
Vernantis orbis prodidit,
Nam tunc renatus ſordidum
Mundus veternum depulit.
Sparſiſſe tellurem reor
Rus omne denſis floribus,
Ipſaſque arenas Syrtium
Fragraſſe nardo, & nectare.
Te cuncta naſcentem puer
Senſere dura, & barbara,
Victuſque ſaxorum rigor
Obduxit herbam cotibus.
Iam mella de ſcopulis fluunt,
Iam ſtillat ilex arido.
Sudans amomum in ſtipite,
Iam ſunt myricis balſama.
O ſancta præſepis tua,
Æterne Rex, cunabula,
Poliſque per ſeclum ſacra,
Mutis & ipſis credita.
Adorat hæc brutum pecus,
Indocta turba ſcilicet,
Adorat excors natio,
Vis cuius in paſtu ſita eſt.
Sed cum fideli ſpiritu
Concurrat ad præſepia
Pagana gens, & quadrupes,
Sapiatque quod brutum fuit,
Negat patrum proſapia,
Peroſa præſentem Deum,
Credas veniens ebrium
Furiſve lymphatam rapi.
Quid prona per ſcelus ruis?
Agnoſce, ſi quicquam tibi
Mentis reſedit integræ,
Ducem tuorum Principum.
Hunc quem latebræ & obſtetrix
Et virgo fœta, & cunula
Et imbecilla infantia,
Regem dederunt Gentibus.
Peccator intueberis
Celſum coruſcis nubibus,
Dev[illegible]tus ipſe, & inritus
1 Cor 15. 52. *Plangens reatum fletibus.*
Cùm vaſta ſignum buccina
Terris cremandis miſerit,
Et ſciſſus axis cardinem
A *Mundi ruentis ſoluerit.*
Inſignis ipſe, & præminens Matt. 24. 32.
Meritis rependet congrua,
His lucis vſum perpetis;
Illis, gehennam & Tartarum.
Iudæa, tunc fulmen crucis
Experta, quis ſit ſenties,
Quem te furoris præſule
Mors hauſit, & mox reddidit.

B

HYMNVS DVODECIMVS EPIPHANIÆ.

Ratio carminis huius conuenit cum ſuperiore,

QVICVNQVE *Chriſtum quæritis,* In Transfigurat. ad Veſp.
„ *Oculos in altum tollite,*
„ *Illic licebit viſere*
„ *Signum perennis gloriæ.*
C „ *Hæc ſtella, quæ ſolis rotam*
„ *Vincit decore, ac lumine,* De Epiph. ad Lau. Matt. 2. 2. 3
„ *Veniſſe terris nuntiat*
„ *Cum carne terreſtri Deum.*
Non illa ſeruit noctibus,
Sequuta Lunam menſtruam,
Sed ſola cælum poſſidens,
Curſum dierum temperat,
Arctoa quamuis ſydera
In ſe retortis motibus
Obire nolint, attamen
Plerunque ſub nimbis latent.
D *Hoc ſydus æternum manet,*
Hæc ſtella nunquam mergitur.
Nec nubis occurſu abdita
Obumbrat obductam facem.
Triſtis cometa intercidat,
Et ſi quod aſtrum Sirio
Feruet vapore, iam Dei
Sub luce deſtructum cadit.
En perſici ex orbis ſinu,
Sed vnde ſumit ianuam,
E *Cernunt periti interpretes*
Regale vexillum Magi.
Quod vt refulſit, cæteri
Ceſſere ſignorum globi,
Nec pulcher eſt auſus ſuam
Conferre formam lucifer.* * ſlámam.
Quis iſte tantus, inquiunt,
Regnator, aſtris imperans,
Quem ſic tremunt cæleſtia,
Cui lux, & æthra inſeruiunt?
F „ *Illuſtre quiddam cernimus,* In Transfigurat. ad Veſp.
„ *Quod neſciat finem pati,*
„ *Sublime, celſum, interminum,*
„ *Antiquius cælo, & Chao.*
„ *Hic ille rex eſt Gentium,*
„ *Populique Rex Iudaici,*
„ *Promiſſus Abrahæ patri,*
„ *Eiuſque in æuum ſemini.*
Æquanda nam ſtellis ſua

Digitized by Google

Cognouit olim germina,
Primus ſator Credentium,
Nati immolator vnici.
Iam flos ſubit Dauidicus
Radice Ieſſæa editus,
Iſa. 11. 1. Rom. 15. 12. Sceptrique per virgam virens,
Rerum cacumen occupat.
Exin ſequuntur perciti,
Fixis in altum vultibus,
Qua ſtella ſulcum traxerat,
Claramque ſignabat viam.
Sed verticem pueri ſupra
Signum pependit imminens,
Pronaque ſubmiſſum face
Caput ſacratum prodidit.
,,Videre quod poſtquam Magi,
ad Lau. Eſa. 60. Matt. 2. 11. ,,Eoa promunt munera,
,,Stratique votis offerunt
,,Thus, myrrham, & aurum regium.
Agnoſce clara inſignia
Virtutis ac regni tui
Puer o, cui trinam Pater
Prædeſtinauit indolem.
,,Regem, Deumque adnunciant,
,,Theſaurus, & flagrans odor
,,Thuris Sabæi, ac myrrheus
,,Puluis ſepulchrum prædocet.
Hoc eſt ſepulchrum, quo Deus
Dum corpus extingui ſinit,
Atque id ſepultum ſuſcitat,
Mortis refregit carcerem.
Init. Hymn. ad Lau. Epip. ,,O ſola magnarum vrbium
,,Maior Bethleem, cui contigit
,,Ducem ſalutis cælitus
,,Incorporatum gignere.
Altrice te ſummo Patri
Hæres creatur vnicus,
Homo ex Tonantis ſpiritu,
Idemque ſub membris Deus.
,,Hunc & Prophetis teſtibus,
Ad Veſ. Tranſf. ,,Iiſdemque ſignatoribus,
,,Teſtator, & ſator iubet
Adire regnum, & cernere.
Regnum quod ambit omnia
Dia, & marina, & terrea
A Solis ortu ad exitum,
Et tartara & Cælum ſupra.
Hymn. de Innocent. ad Matut. ,,Audit Tyrannus anxius
,,Adeſſe Regum Principem,
,,Qui nomen Iſrael regat,
,,Teneatque Dauid Regiam.
,,Exclamat, amens, nuntio,
Matth. 2. 6 ,,Succeſſor inſtat, pellimur,
,,Satelles, i, ferrum rape,
,,Perfunde cunas ſanguine.
Mas omne infans occidat,
Scrutare nutricum ſinus,
Interque materna vbera
Enſem cruentet pugio.
Suſpecta per Bethleem mihi
Puerperarum eſt omnium
Fraus, ne qua furtim ſubtrahat
A Prolem virilis indolis.
Transfigit ergo carnifex
Mucrone diſtricto furens
Effuſa nuper corpora,
Animaſque rimatur nouas.
Locum minutis artubus
Vix interemptor inuenit,
Quo plaga deſcendat patens.
Iuguloque maior pugio eſt.
O barbarum ſpectaculum!
B Illiſa ceruix cautibus
Spargit cerebrum lacteum,
Oculoſque per vulnus vomit.
Aut in profundum palpitans,
Merſatur infans gurgitem,
Cui ſubter arctis faucibus,
Singultat vnda & halitus.
,,Saluete flores Martyrum. Hymn. de Innocent. ad Laud.
,,Quos lucis ipſo in limine
,,Chriſti inſecutor ſuſtulit,
,,Ceu turbo naſcentes roſas,
C ,,Vos prima Chriſti victima,
,,Grex immolatorum tener,
,,Aram ante ipſam ſimplices
,,Palma, & coronis luditis.
,,Quid proficit tantum nefas?
,,Quid crimen Herodem iuuat?
Vnus tot inter funera
,,Impunè Chriſtus tollitur.
Inter coæui ſanguinis
Fluenta ſolus integer
D Ferrum, quod orbabat nurus, Exod. 1. 16. 17. & c. 22.
Partus fefellit Virginis.
Sic ſtulta Pharaonis mali
Edicta quondam fugerat,
Chriſti figuram præferens
Moſes, receptor ciuium.
Cautum, & ſtatutum iuſſerat,
Quo non liceret matribus,
Cum pondus aluꝰ abſolueret,
Puerile pignus tollere.
Mens obſtetricis ſedulæ
E Piè in Tyrannum contumax,
Ad ſpem potentis gloriæ
Furata ſeruat paruulum.
Quem mox ſacerdotem ſibi
Aſſumpſit orbis conditor,
Per quem notatam ſaxeis
Legem tabellis traderet.
Licetne Chriſtum noſcere
Tanti per exemplum viri? Exod. 2. 12.
Dux ille cæſo Ægyptio
Abſoluit Iſraël iugo.
F At nos ſubactos iugiter
Erroris imperio graui,
Dux noſter, hoſte ſaucio,
Mortis tenebris liberat.
Hic expiatam fluctibus
Plebem marino in tranſitu
Repurgat vndis dulcibus, Exod. 14. 22. 1. Cor. 10. 2.
Lucis columnam præferens.
Hic præliante exercitu,

Paſſis in altum brachiis,
Exord. 17. 11.12. Sublimis Amalech premit
Crucis quod inſtar tunc fuit.
Ioſ. 14.1 & 15 &c. Hic nempe IESVS verior,
Qui longa poſt diſpendia,
Victor ſuis tribubus
Ioſ. 4. 3. Reg. 18. 31. Promiſſa ſoluit iugera.
Qui ter, quaternas denique
Refluentis amnis alueo
Fundauit, & fixit petras,
Apoſtolorum ſtemmata.
Iure ergo ſe Iudæ ducem
Vidiſſe teſtantur Magi,
Cùm facta priſcorum Ducum
Chriſti figuram pinxerint.
Hic Rex piorum Iudicum,
Rexère qui Iacob genus,
Dominæque Rex Eccleſiæ,
Templi & nouelli, & priſtini.
* filij Ioſeph. Hunc poſteri* Ephraim colunt,
Hunc ſancta Manaſſe domus,
A Omneſque ſufficiunt Tribus
Biſſena* fratrum ſemina. Gen. 48. 5.10.15 17. * Duodecim Patriarchæ, filii Iacob.
Quin & propago degener
Ritum ſecuta inconditum,
Quæcunque dirum feruidis
Baal caminis coxerat. Gen. 49.
Fumoſa auorum numina
Saxum, metallum, ſtipitem,
Raſum, dolatum, ſectile,
In Chriſti honorem deſerit.
Gaudete quicquid Gentium eſt,
Iudæa, Roma, & Græcia,
Ægypte, Thrax, Perſa, & Scytha,
B Rex vnus omnes poſſidet.
Laudate veſtrum Principem
Omnes beati, ac perditi,
Viui, imbecilli, ac mortui,
Iam nemo poſthac mortuus.

CATHEMERINON
FINIS.

AVRELII PRVDENTII

CL. V. C. ΠΕΡΙ ΣΤΕΦΑΝΩΝ, IDEST, DE CORONIS.

HYMNVS PRIMVS IN HONOREM SS. MARTYRVM HERMITERII, ET Chelcdonii, Calagurritanorum.

Pag. 91. Carminis ratio eiuſmodi eſt qualis Hymni omnium horarum. *Da puer plectrum.*

Luc. 10. 20 SCRIPTA ſunt cœlo duorum
Martyrum vocabula,
Aureis quæ Chriſtus illic
Annotauit literis.
Sanguinis notis eadem
Scripta terris tradidit.
Pollet hoc felix per orbem
Terra Hibera ſtemmate.
Hic locus dignus tenendis
Oſſibus viſus Deo,
Sepulchrũ Martyrũ. Qui Beatorum pudicus
Eſſet hoſpes corporum.
Hic calentes hauſit vndas
Cæde tinctus duplici.
Illitas cruore ſancto
Nunc arenas incolæ
Orantur ſancti. Confrequentans obſecrantes
Voce, votis, munere.
Exteri nec non & orbis
Huc colonus aduenit.
Fama nam terras in omnes
Præcucurrit proditrix,
Hic patronos eſſe Mundi,
Quos precantes ambiant.
A Nemo puras hic rogando
Fruſtra congeſſit preces,
Lætus hinc terſis reuertit
Supplicator fletibus,
Omne quod iuſtum popoſcit
Impetratum ſentiens.
Tanta noſtra periclis
Cura ſuffragantium eſt. Exaudiunt hominum preces,
Non ſignant, inane vt vllus
Voce murmur fuderit.
Audiunt, ſtatimque ad aurem
Regis æterni ferunt.
B Inde larga fonte ab ipſo
Dona terris influunt,
Supplicum cauſas petitis
Quæ medelis irrigant.
Nil ſuis bonus negauit
Chriſtus vnquam Teſtibus; Martyribus nihil negat Chriſtus.
Teſtibus quos nec catenæ,
Dira nec mors terruit.
Vnicum Deum fateri
Sanguinis diſpendio,
Sanguinis ſed tale damnum
Lux rependit longior.
C Hoc genus mortis decorum eſt,
Hoc probis dignum viris,
Membra morbis exedenda
Texta venis languidis.
Hoſtico donare ferro,
Morte & hoſtem vincere, Pulchrum pro Chriſto mori.
Pulchra res ictum ſub enſe
Perſequutoris pati.
Nobilis per vulnus amplum

Digitized by Google

Porta iuſtis panditur.
Lota mens in fonte rubro
Sede cordis exilit.
Nec rudem crudi laboris
Ante vitam duxerant
Milites, quos perenne
Cingulum Chriſtus vocat.
Sueta virtus bello, & armis
Militat ſacrarijs,
Cæſaris vexilla linquunt,
Signum Crucis. *Eligunt ſignum Crucis.*
Proque ventoſis draconum
Quod gerebant pallijs,
Præferunt inſigne lignum,
Quod draconem ſubdidit,
Vile cenſent expeditis
Ferre dextris ſpicula,
Machinis murum ferire,
Caſtra foſſis cingere.
Impias manus cruentis
Inquinare ſtragibus,
Fortè tunc atrox ſecundos
Iſraëlis poſterot.
Ductor aulæ mundialis
Ire ad aram iuſſerat,
Idolis litare nigris,
Eſſe Chriſti refugas.
Liberam ſuccincta ferre
Pectus vrgebat fidem,
Illa virgas, & ſecures
Et biſulcas vngulas.
Vltrò fortis expetebat,
Chriſti amore interrita,
Carcer illigata duris
Colla baccis impedit.
Barbaras forum per omne
Tortoris immanitas *Tortor exercet manus,*
Veritas crimen putatur,
Vox fidelis plectitur.
Tunc & enſe cæſa virtus
Triſte percuſſit ſolum,
Et rogis ingeſta mæſtis,
Ore flammas ſorbuit.
Dulce tunc iuſtis cremari,
Dulce ferrum perpeti.
Hic duorum chara fratrum
Conualeſcunt pectora.
Fida, quos per omne tempus
Iunxerat ſodalitas,
Stant parati ferre, quicquid
Martyrum cōſtantia. *Sors tuliſſet vltima.*
Seu foret præbenda ceruix
Ad bipennem publicam,
Verberum poſt vim crepantum,
Poſt cataſtas,
Siue pardis offerendum
Pectus, aut leonibus,
Nos ne Chriſto procreati
*Mammonæ * dicabimur?* *Matt. 6 24 Luc. 16.13.
Et Dei formam gerentes
Seruiemus ſeculo?
Abſit vt cæleſtis ignis
A *Se * tenebris miſceat.* *2 Cor. 6.14
Sit ſatis quod capta primo
Vita ſub chirographo,
Debitum perſoluit omne,
Functa rebus Cæſaris. Matth 22. 21 Mar. 12. 17.
Tempus eſt Deo rependi
Quicquid eſt proprium Dei, Luc. 20 25.
Ite ſignorum Magiſtri,
Et vos tribuni abſiſtite.
Aureos auferre torques,
B *Sauciorum præmia,*
Clara nos hinc Angelorum
Iam vocant ſtipendia.
Chriſtus illic candidatis
Præſidet cohortibus,
Et throno regnans ab alto,
Damnat infames Deos.
Voſque qui ridenda vobis
Monſtra Diuos fingitis.
Hæc loquentes obruuntur
Mille pœnis Martyres.
C *Nexibus manus vtraſque* Varia Martyrum tormenta.
Flexus inuoluit rigor,
Et calybs attrita colla
Grauibus ambit ciclis.
O vetuſtatis ſilentis
Obſoleta obliuio!
Inuidentur iſta nobis,
Fama & ipſa extinguitur.
Chartulas blaſphemus olim
Nam ſatelles abſtulit,
D *Ne tenacibus libellis*
Erudita ſæcula Tyranni Martyrologia cōburunt.
Ordinem, tempus, modumque
Paſſionis proditum
Dulcibus linguis per aures
Poſterorum ſpargerent.
Hoc tamen ſolùm vetuſta
Subtrahunt ſilentia,
Iugibus longum catenis
An capillum pauerint.
Quo viros dolore tortor,
E *Quave pœna ornauerit,*
Illa laus occulta non eſt,
Nec ſeneſcit tempore.
Miſſa quod ſurſum per auras
Euolarunt munera,
Quæ viam patere cœli
Præmicando oſtenderent.
Illius fidem figurans,
Nube fertur annulus, Annulus è cœlo.
Hic ſui dat pignus oris,
F *Vt ferunt) orarium.*
Quæ ſuperno rapta flatu
Lucis intrant intimum,
Per poli liquentis axem
Fulgor auri abſconditur.
Ac diu viſum ſequacem
Textilis candor fugit.
Subuehuntur vſque in aſtra,
Nec videntur amplius.
Vidit hoc conuentus adſtans,

Ipſe vidit carnifex,
Carni. et viſu terretur.
Et manum repreſſit hærens
Ac ſtupore obpalluit.
Sed tamen peregit ictum,
Ne periret gloria.
Iam ne credis bruta quondam
Vaſconum gentilitas,
Quàm ſacrum crudelis error
Immolarit ſanguinem?
Credis in Deum relatos
Hoſtiarum ſpiritus?
Dæmones domantur.
Cerne quàm palam feroces
Hic domantur Dæmones,
Qui lupino capta ritu
Deuorant præcordia.
Strangulant mentes & ipſas,
Seque miſcent ſenſibus,
Tunc ſuo tam plenus hoſte
Siſtitur furens homo,
Spumeas effl[…]s ſaliuas,
Cruda torquens lumina,
Expiandus quæſtione
Non ſuorum criminum.
Audias, ne tortor adſtat,
Eiulatus flebiles.
Tortor ipſe torquetur diuinitus.
Scinditur per flagra corpus,
Nec flagellum cernitur.
Creſcit & ſuſpenſus ipſe
Vinculis latentibus,
His modis ſpurcum latronem
Martyrum virtus quatit.
Hæc coërcet, torquet, vrit,
Hæc catenas incutit,
Prædo vexatus relictis
Se medullis exuit.
Linquit inlæſam rapinam,
Faucibus ſiccis fugit,
Vngue ab imo vſque ad capillum
Salua reddit omnia.
Confitens ardere ſeſe,
Nam geheunæ eſt incola.
Quid loquar, purgata longis
Alba moris corpora?
Algidus cùm decolores
Horror artus concutit,
Hic tumor vultum relinquit,
Hic color verus redit.
Hoc bonum Saluator ipſe,
Quo fruamur, præſtitit,
Martyrum cùm membra noſtro
Martyres Hiſpani.
Conſecrauit oppido.
Soſpitant quæ nunc colonos,
Quos Iberus alluit.
State tunc hymniſta matres
Pro receptis paruulis.
Martyrum feſta.
Coniugum ſalute læta
Vox maritarum ſtrepet,
Sit dies hæc feſta nobis,
Sit ſacratum gaudium.

A

HYMNVS SECVNDVS IN HONOREM B LAVRENTII, CONſtantiſſimi Martyris,

Menſura Carminis huius cōuenit cum hymno Matutino, *Ales diei nuncius*, *pag.* 49.

ANtiqua fanorum parens
Romaldolorū olim cultrix.
B *Iam Roma, Chriſto, dedita,*
Laurentio victrix duce
Ritum triumphans barbarum.
Reges ſuperbos viceras,
Populos freuis preſſeras,
Nunc monſtruoſis Idolis
Imponis imperij iugum.
Hæc ſolà deerat gloria
Vrbis togatæ inſignibus,
Feritate capta Gentium
Domaret vt ſpurcum Iouem,
C *Non turbulentis viribus,*
Coſſi; Camilli, aut Cæſaris,
Sed martyris Laurentij
Non incruento prælio.
Armata pugnauit fides,
Proprij cruoris prodiga,
Nam morte mortem diruit,
Ac ſemet impendit ſibi.
Fore hæc Sacerdos dixerat,
B. Xiſtus Martyr.
Iam Xiſtus, adfixus cruci,
Laurentium flentem videns
Crucis ſub ipſo ſtipite.
D *Deſiſte diſceſſu meo*
Fletus dolenter fundere,
Præcedo, frater, tu quoque
Poſt hoc ſequeris triduum.
Extrema vox Epiſcopi,
Prænuntiatrix gloriæ,
Nil fefellit, namque dies
Prædicta palmam præſtitit.
Qua voce, quantis laudibus
Celebrabo mortis ordinem?
E *Quo paſſionem carmine*
Act. 6. 5. Vide ſermon. B. Leonis in Natali S. Laurentii.
Dignè retexens concinam?
Hic primus è ſeptem viris,
Qui ſtant ad aram proximi,
Leuita ſublimis gradu,
Et cæteris præſtantior.
Clauſtris ſacrorum præerat,
Cæleſtis arcanum domus
Fidis gubernans clauibus,
Votaſque diſpenſans opes.
Præfecti cupiditas.
F *Verſat famem pecuniæ*
Præfectus vrbis regiæ,
Miniſter inſani Ducis
Exactor hauriſ ſanguinis.
Qua vi latentes eruat
Nummos, operta exiſtimans
Talenta ſub ſacrariis,
Cumuloſque congeſtos tegi.
Laurentium ſiſti iubet,

Exquirit arcam ditibus
Maſſis refertam, & fulgida
Montes monetæ conditos,
Soletis, inquit, conqueri,
Sæuire nos iuſto amplius,
Cùm Chriſtiana corpora
Plus quàm cruentè ſcindimus.
Abeſt atrocioribus
Cenſura feruens motibus,
Blandè, & quietè efflagito
Quod ſponte obire debeas.
Hunc eſſe veſtris orgijs
Moremque & artem proditum eſt.
Hanc diſciplinam fœderis,
Libent vt auro Antiſtites.
C Eccl. auri, & argentea ba. *Argenteis ſcyphis ferunt*
Fumare ſacrum ſanguinem,
Auroque nocturnis Sacris
Adſtare fixos cereos.
Chriſtianorum charitas. Act. 4. & 5. *Tunc ſumma eſt cura fratribus,*
Vt ſermo teſtatur loquax,
Offerre fundis venditis
Seſterciorum millia.
Addicta auorum prædia
Fœdis ſub auctionibus
Succeſſor exhæres gemit
Sanctis egens parentibus.
Hæc occuluntur abditis
Eccleſiarum in angulis,
Et ſumma pietas creditur
Nudare dulces liberos.
Deprome theſauros, malis
Suadendo quos præſtigijs
Exaggeratos obtines,
Nigrante quos claudis ſpecu.
Hoc poſcit vſus publicus,
Hoc fiſcus, hoc ærarium,
Vt dedita ſtipendijs
Ducem iuuet pecunia.
Sic dogma veſtrum eſt audio,
Suum quibuſque reddito,
En Cæſar agnoſcit ſuum
Nomiſma nummis inditum.
Quod Cæſaris ſcis, & Cæſari
Matt. 22. 21. Rom 13.7. *Da, nempe iuſtum poſtulo,*
Ni fallor, haud vllam tuus
Signat Deus pecuniam.
Nec cùm veniret, aureos
Secum Philippos detulit,
Præcepta ſed verbis dedit
Inanis à marſupio.
Implete dictorum fidem,
Quam vos per orbem venditis?
Nummos libenter reddite,
Eſtote verbis diuites.
Nil aſperum Laurentius
Refert ad iſta, aut turbidum,
Sed vt paratus obſequi,
Eccleſia diues. *Obtemperanter annuit.*
Eſt diues, inquit, non nego,
Habetque noſtra Eccleſia
Opumque, & auri plurimum,
A *Nec quiſquam in orbe ditior.*
Is ipſe tantum non habet
Argenteorum ænigmatum
Auguſtus, arcem poſſidens,
Cui nummus omnis ſcribitur.
Sed nec recuſo prodere,
Locupletis arcam numinis,
Vulgabo cuncta, & proferam
Pretioſa quæ Chriſtus tenet.
Vnum ſed orans flagito,
B *Induciarum paululum,*
Quo fungar efficacius
Promiſſionis munere.
Dum tota digeſtim mihi
Chriſti ſupellex ſcribitur,
Nam calculanda primitus,
Tunc ſubnotanda eſt ſummula.
Lætus tumeſcit gaudio
Præfectus, ac ſpem deuorat,
Aurum velut iam conditum
Domi maneret geſtiens.
C *Pepigère tempus triduí,*
Laudatus inde abſoluitur
Laurentius ſponſor ſui
Et ſponſor ingentis lucri.
Tribus per vrbem curſitat
Diebus, infirma agmina, Pauperes, & infirmi Eccleſiæ Theſauri.
Omneſque qui poſcunt ſtipem
Cogens in vnum, & congregans.
Illic vtriſque obtutibus
Orbes cauatos præferens
D *Baculo regebat præuio,*
Errore nutantem gradum.
Et claudus infracto genu,
Vel crure trunco ſemipes,
Breuior ve planta ex altera
Greſſum trahebat imparem.
Eſt vlceroſis artubus
Qui tabe corrupta fluat,
Eſt cuius arens dextera Inopes aluntur ab Eccleſia.
Neruos in vlnam contrahat.
Tales plateis omnibus
Exquirit, aſſuetos ali
E *Eccleſiæ matris penu,*
Quos ipſe primus nouerat.
Recenſes exin ſingulos,
Scribens viritim nomina,
Longo & locatos ordine
Adſtare pro templo iubet.
Præſcriptus & iam fluxerat
Dies, furebat feruido
Iudex auarus ſpiritu,
Promiſſa ſolui efflagitans.
Tum Martyr, aſſiſtas velim,
F *Coramque diſpoſitas opes*
Mirere, quas noſter Deus
Prædiues in Sanctis habet.
Videbis ingens atrium
Fulgere vaſis aureis,
Et per patentes porticus
Structos talentis ordines.
It ille, nec pudet ſequi.

Ventum ad ſacratam ianuam,
Stabant catervæ pauperum,
Inulta viſu examina.
Fragor rogantum tollitur,
Præfectus horreſcit ſtupens, * Tyranni rabies
Conuerſus in Laurentium,
Oculis turbatis minax.
Contrà ille: quid frendens, ait,
Minitaris? aut quid diſplicet?
Num ſordida hæc, aut vilia?
Num deſpuenda exiſtimas?
Aurum quod ardenter ſitis
Effoſſa gignunt rudera,* * ſtercora.
Et de metallis ſqualidis
. Pœnalis excudit labor.
Torrens vél amnis turbidus* * &
Voluens arenis implicat,
Quod terrulentum, ac ſordidum,
Flammis neceſſe eſt decoqui.
Pudor per aurum ſoluitur,
Violatur auro integritas, Aurimala.
Pax occidit, fides perit,
Leges & ipſe intercidunt.
Quid tu venenum gloriæ
Extollis, & magnum putas?
Si quæris aurum verius,
Lux eſt, & humanum genus.
Hi ſunt alumni luminis,
Quo corpus arctat debile,
Ne per ſalutem viſcerum
Mens inſoleſcat turgida.
*Quum membra morbus * diſſecat,* * diſſicit.
Animus viget robuſtior,
** Mentis viciſſim fortibus* * à fibris.
Vis ſauciatur ſenſuum.
Nam ſanguis in culpam calens
Minus miniſtrat virium,
Si feruore effætus malis
Elumbe virus contrahat.
Si fortè detur optio,
Malim dolore aſperrimo
Fragmenta membrorum pati,
Et pulcher intus viuere.
Committe formas peſtium,
Et confer alternas lues,
Carniſne morbus fœdior.
An mentis, & morum vlcera?
Noſtri per artus debiles,
Intus decoris integri,
Senſum venuſti innoxium
** Laboris experti gerunt.*
Veſtros valentes corpore * Languoris
Interna corrumpit lepra,
Errorque mancum claudicat,
Et cæca fraus nihil videt.
Quamuis tuorum principum,* * diuitum.
Qui veſte & ore prænitet,
Magis probabo debilem,
Quàm quis meorum pauperum.
Hunc qui ſuperbit ſerico,
Quem currus inflatum vehit, Superbi verè
Hydrops aquoſus lucido ægroti.

A *Tendit veneno intrinſecus.*
Aſt hic auarus contrahit Auari.
Manus recuruas, & volam
Plicans aduncis vnguibus
Laxare neruos non valet.
Iſtum libido fœtida
Per ſcorta tractum publica Lubrici.
Luto & cloacis inquinat,
Dum ſpurca mendicat ſtupra.
Quid ille feruens ambitum,
Sitimque honoris æſtuans, Ambitioſi.
B *Merſiſne anhelat febribus,*
Atque igne venarum furit?
Quiſquis tacendi intemperans
Silenda prurit prodere,
Vexatur, & ſcalpit iecur, Guloſi.
Scabiemque cordis ſuſtinet.
Quid inuidorum pectorum Inuidi.
Strumas retexam turgidas?
Quid purulenta, & liuida
Malignantum vulnera?
C *Tu & ipſe qui Romam regis,*
Contemptor æterni Dei,
Dum Dominum ſordes colis,
Morbo laboras regio.
Hi quos ſuperbus deſpicis,
Quos execrandos iudicas,
Breui vlcerosos exuent
Artus, & incolumes erunt.
Quum carne corruptiſſima
Tandem ſoluti, ac liberi Reſuſcitatorum
D *Pulcherrimo vitæ ſtatu* gloria.
In arce lucebunt Patris.
Non ſordidati, aut debiles,
Sicut videntur interim,
Sed purpurantibus ſtolis
Clari, & coronis aureis.
Tum ſi facultas ſuppetat,
Coram tuis obtutibus
Iſtos potentes ſeculi
Velim recenſendos dari.
E *Pannis videres obſitos,*
Et muculentis naribus,
Mentum ſaliuis vuidum,
Lipposque palpebra putri.
Peccante nil eſt tetrius,
Nil tam leproſum aut putridum Peccatore nil turpius
Cruda eſt cicatrix criminum,
Oletque vt antrum tartari.
Animabus inuerſa vice
Corrupta forma infligitur,
Quas pulcher aſpectus priùs
In corpore oblectauerat.
F *En ego nummos aureos,*
Quos proximè ſpoponderam,
Quos nec fauillis obruat
Ruina, nec fur ſubtrahat.
Nunc addo gemmas nobiles,
Ne pauperem Chriſtum putes, Matt. 6. 20
Gemmas coruſci numinis,* * luminis.
Ornatur hoc templum quibus,
Cernis ſacratas virgines, Virgines & viduæ.

Mireris intactas anus,
Primique poſt damnum thori
Ignis ſecundi neſcias.
Hoc eſt monile Eccleſiæ,
His illa gemmis comitur,
Dotata ſic Chriſti placet,
Sic ornat altum verticem.
Tecum talentum ſuſcipe,
Ornabis vrbem Romulam,
Ditabis & rem Principis,
Fies & ipſe ditior.
Tyrannus Ridemur, exclamat furens
Præfectus, ac miris modis
Per tot figuras ludimur,
Et viuit inſanum caput.
Impunè tantas furcifer
Strophas cauillo mimico
Te nexuiſſe exiſtimas,
Dum ſcurra ſaltas fabulam?
Concinna viſa vrbanitas
Tractare noſmet ludicris?
Egon cachinnis venditus
Acroma feſtiuum fui?
Adeòne nulla auſteritas,
Cenſura nulla eſt faſcibus?
Adeon ſecurim publicam
Mollis retundit lenitas?
Dicis, libenter oppetam,
Votiua mors eſt Martyri.
Eſt iſta vobis, noumus
Perſuaſionis vanitas.
Sed non volenti impertiam,
Præſtetur vt mortis citæ
Compendioſus exitus,
Perire raptim non dabo.
Vitam tenebo, & differam
Pœnis morarum iugibus,
Et mors inextricabilis
Longos dolores protrahet.
Prunas tepentes ſternite,
Ignis Martyrium. Ne feruor ignitus nimis
Os contumacis occupet,
Et cordis intret abdita.
Vapor ſeneſcens langueat,
Qui fuſus afflatu leui
Tormenta ſenſim temperet,
Semuſtulati corporis.
Bene eſt quòd ipſe ex omnibus
Myſteriarches incidat,
Hic ſolus exemplum dabit
Quid mox timere debeant,
* conſtructum. Conſcende * conſtratum rogum,
Decumbe digno lectulo.
Tunc, ſi libebit, diſputa
Nil eſſe Vulcanum meum.
Hæc fante Præfecto, truces
Tortores. Hinc inde tortores parant
Nudare amictu Martyrem,
Vincire membra, & tendere.
Illi decore ſplenduit,
Fulgorque circumfuſus eſt,
Talem reuertens legifer

A De monte vultum detulit.
Iudæis quem plebs aureo
Boue inquinata, & decolor B Laurentii decor. Exod. 32. 19 & cap. 34.29.
Expauit, & faciem retrò
Detorſit impatiens Dei.
Talemque & ille prætulit
Oris corufci gloriam,
Stephanus per imbrem ſaxeum Act. 6. 15. & 7.55.
Cœlos apertos intuens.
Illuminatum hoc eminus
Recens piatis fratribus,
B Baptiſma quos nuper datum
Chriſti capaces fecerat.
Aſt impiorum cæcitas,
Os oblitum noctis ſitu
Nigrante ſub velamine
Obducta, clarum non videt,
Ægyptiæ plagæ in modum, Ægypti tenebræ. Exod. 10, 21.32.
Quæ cum tenebris barbaros
Damnaret, Hebræis diem
Sudo exhibebat lumine.
C Quin ipſa odoris qualitas,
Aduſta quam reddit cutis,
Diuerſa vtroſque permouet,
His nidor, illis nectar eſt.
Idemque ſenſus diſpari
Variatus aura, aut adficit:
Horrore nares vindice,
Aut mulcet oblectamine.
Sic ignis æternus Deus,
Nam Chriſtus ignis verus eſt,
D Is ipſe complet lumine
Iuſtos, & vrit noxios.
Poſtquam vapor diutinus
Decoxit exuſtum latus,
Vltrò è cataſta Iudicem
Compellat affatu breui.
Conuerte partem corporis
Satis crematam iugiter,
Et fac periculum, quid tuus
Vulcanus ardens egerit.
E Præfectus inuerti iubet:
Tunc ille, coctum eſt, deuora, Admiranda Martyris conſtantia & libertas
Et experimentum cape
Sit crudum, an aſſum ſuauius.
Hæc ludibundus dixerat,
Cœlum deinde ſuſpicit,
Et congemiſcens obſecrat
Miſeratus vrbem Romulam. Ad Chriſtum oratio.
O Chriſte numen vnicum,
O ſplendor, ô virtus Patris,
O factor orbis, & poli,
Atque autor horum mœnium,
F Qui ſceptra Romæ in vertice
Rerum locaſti, ſanciens
Mundum Quirinali togæ
Seruire, & armis cedere.
Vt diſcrepantum Gentium
Mores & obſeruantiam,
Linguaſque, & ingenia, & ſacra,
Vnis domares legibus.
En omne ſub regnum Remi

Mortale conceſſit genus,
Idem loquuntur diſſoni
Ritus idipſum ſentiunt.
Hoc deſtinatum quo magis
Ius Chriſtiani nominis
Quodcunque terrarum iacet
Vno illigares vinculo.
Roma Ec- *Da Chriſte Romanis tuis*
cleſiæ ca- *Sit Chriſtiana vt ciuitas,*
put. *Per quam dediſti, vt cæteris*
Mens vna ſacrorum foret.
Confœderentur omnia
Hinc inde membra in ſymbolum,
Manſueſcat orbis ſubditus,
Manſueſcat & ſummum caput.
* ab ictas. *Aduertat* * *adiunctas plagas*
Coire in vnam gratiam,
Fiat fidelis Romulus,
Et ipſe iam credat Numa.
Confundit error Troicus,
Adhuc Catonum curiam
Veneratur occultis focis
Phrygum Penates exules.
Ianum bifrontem & Sterculum
Colit Senatus (horreo
Tot monſtra Patrum dicere)
Et feſta Saturni ſenis.
Abſterge Chriſte hoc dedecus,
Emitte Gabriel tuum,
Agnoſcat vt verum Deum
Errans Iulea cæcitas.
Et iam tenemus obſides
Fidiſſimos huius ſpei,
Hic nempe iam regnant duo
Apoſtolorum principes.
Alter vocator gentium,
Petrus, & Paulus *Alter cathedram poſſidens*
Romæ. * *Primam, recludit creditas*
* Primus. *Æternitatis ianuas.*
Diſcede adulter Iuppiter,
Stupro ſororis oblite,
Relinque Romam liberam,
Plebemque iam Chriſtifuge.
Te Paulus hinc exterminat,
Te ſanguis exturbat Petri,
Tibi id, quod ipſe armaueras
Factum Neronis officit.
Video futurum principem
* ſeruas. *Quandoque, qui* * *ſeruos Dei*
Tetris ſacrorum ſordibus
Seruire Romam non ſinat.
Qui templa claudat vectibus,
Valuas eburnas obſtruat,
* Nefāda. * *Ne facta damnet limina,*
Obdens ahenos peſſulos.
Tunc pura ab omni ſanguine
Tandem mitebunt marmora,
Stabunt & æra innoxia,
Quæ nunc habentur Idola.
Hic finis orandi fuit,
* Idolo- [illegible] *Et finis* * *idem vinculi*
Carnalis, erupit volens

A *Vocem ſequutus ſpiritus.*
Vexère corpus ſubditis Laurentii obitus.
Ceruicibus quidam Patres:
Quos mira libertas viri
Ambire Chriſtum ſuaſerat.
Repens medullas indoles
Afflarat, & coëgerat
Amore ſublimis Dei,
Odiſſe nugas priſtinas.
Refrixit ex illo die Chriſtiani tūc facti.
Cultus deorum turpium,
B *Plebs ad tribunal curritur,*
Chriſti in ſacellis rarior.
Sic dimicans Laurentius
Non enſe præcinxit latus
Hoſtile, ſed ferrum retrò
Torquens in Authorem tulit.
Dum dæmon inuictum Dei
Teſtem laceſſit prælio,
Perfoſſus ipſe concidit,
Et ſtratus æternùm iacet.
C *Mors illa ſancti Martyris,*
Mors vera templorum fuit,
Tunc Veſta Palladios Lares
Impunè ſenſit deſeri.
Quicquid Quiritum ſueuerat
Ornare res vanas Numæ,
Chriſti frequentans atria,
Hymnis reſultat Martyrem.
Ipſa & Senatus lumina.
Quondam Luperci, aut Flamines, Sanctorū veneratio.
D *Apoſtolorum, & Martyrum*
Exoſculantur limina.
Videmus illuſtres domos,
Sexu ex vtroque nobiles
Offerre votis pignora
Clariſſimorum liberùm.
Vittatus olim Pontifex
Acciţur in ſignum crucis,
Ædémque Laurenti tuam
Veſtalis intrat Claudia.
E *O ter, quaterque, & ſepties*
Beatus Vrbis incola,
Qui te ac tuorum cominus
Sedem celebrat oſſium.
Cui propter aduolui licet,
Qui fletibus ſpargit locum, SS. Reliquiar. in cultus.
Qui pectus in terram premit,
Qui Vota fundit murmure.
Nos Vaſco Hiberos diuidit,
Binis remotos Alpibus,
Trans Cottianorum iuga,
Trans & Pyrenas ingidos.
F *Vix fama nota eſt, abditis*
Quàm plena ſanctis Roma ſit,
Quàm diues vrbanum ſolum Roma clara Martyribus.
Sacris ſepulchris floreat.
Sed qui caremus his bonis,
Nec ſanguinis veſtigia
Videre coram poſſumus,
Cœlum intuemur eminus.
Sic ſancte Laurenti, tuam

Nos paſſio nem quærimus,
Eſt aula nam duplex tibi,
Hic corporis, mentis polo.
Illic inenarrabili
Allectus vrbi municeps
Æterna in arce curiæ
Geſtas coronam ciuicam.
Videor videre illuſtribus
Gemmis coruſcantem virum,
Quem Roma cœleſtis ſibi
Legit perennem Conſulem.
Martyrum preces. *Quæ ſit poteſtas credita,*
Et muneris quantùm datum,
Probant Quiritum gaudia,
Quibus rogatus annuis,
Quod quiſque ſupplex poſtulat.
Fert impetratum proſperè,
*Iocantur *Poſcunt, * litantur, indicant,*
Et triſtis haud vllus redit.
Ceu præſto ſemper adſies,
Tuoſque alumnos vrbicos
Lacteante complexus ſinu
Paterno amore nutrias.
Prudentii oratio. *Hos inter, ô Chriſti decus,*
Audi & Poëtam ruſticum
Cordis fatentem crimina,
Et facta prodentem ſua,
Indignus agnoſco & ſcio,
De B. Laurent. Baron 10. Auguſt. *Quem Chriſtus ipſe exaudiat,*
Sed per patronos Martyres
Poteſt medelam conſequi.
Audi benignus ſupplicem
Chriſti reum Prudentium,
Et ſeruientem corpori.
Ablue vinclis ſeculi.

V Baro. in Martyr. 12. Febr.

HYMNVS TERTIVS IN LAVDEM EVLALIÆ VIRGINIS.

Carmen monocolon, Alcmanium, Dactylicum, Hypercatalecticum: conſtans tribus Dactylis, & ſemipede, hoc modo;

CARMINE *nobilis Eulalia,*
Mortis & indole nobilior,
Emeritam ſacra Virgo ſuam
Cuius ab vbere progenita eſt
Oſſibus ornat, amore colit.
Proximus occiduo locus eſt,
Qui tulit hoc decus egregium,
Vrbe potens, populis locuples,
Sed magè ſanguine martyrij,
Virgineoque potens titulo.
Annorum duodecim *Curriculis tribus atque nouem*
Tres hyemes quater attigerat,
Cùm crepitante pyra trepidos
Terruit aſpera carnifices,
Supplicium ſibi dulce rata.
Iam dederat prius indicium,
Tendere ſe Patris ad ſolium,
Nec ſua membra dicata thoro
A *Ipſa crepundia repulerat,*
Ludere neſcia puſiola.
*Spernere ſuccina, * flere roſas,* * ſtare.
Fulua monilia reſpuere,
Ore ſerena, modeſta gradu,
Moribus & nimium teneris:
Caniciem meditata ſenum.
Aſt vbi ſe furiata lues
Excitat in famulos Domini,
Chriſticolaſque cruenta iubet
B *Thura cremare, iecur pecudis*
Mortiferis adolere Deis,
Infremuit ſacer Eulaliæ
Spiritus, ingeniique ferox
Turbida frangere bella parat,
Et rude pectus, anhela Deo
Fœmina prouocat arma virûm
Sed pia cura Parentis agit
Virgo animoſa domi vt lateat,
Abdita rure, & ab vrbe procul,
Ne fera ſanguinis in pretium
C *Mortis amore puella ruat.*
Illa peroſa, quietis opem
Degeneri tolerare mora,
Nocte fores ſine teſte mouet,
Septaque clauſtra fugax aperit,
Inde per inuia carpit iter.
Ingreditur pedibus laceris,
Per loca ſenta ſitu, & vepribus,
Angelico comitata choro:
Et licet horrida nox ſileat,
D *Lucis habet tamen illa ducem.*
Sic habuit generoſa Patrum Columna nubis. Exod. 13. 21
Turba columniferum radium,
Scindere qui tenebroſa potens,
Nocte viam face perſpicua
Præſtitit, intereunte chao.
Non aliter pia Virgo viam:
Nocte ſequuta diem meruit,
Nec tenebris adoperta fuit,
Regna Canopica cùm fugeret,
Et ſuper aſtra pararet iter.
Illa gradu cita peruigili,
E *Millia priùs peragit,*
Quàm plaga pandat Eoa polum,
Manè ſuperba tribunal adit,
Faſcibus adſtat & in medijs,
*Vociferans, rogo quis * pudor eſt* * furor.
Perdere præcipites animas,
Et malè prodiga corda ſui
Sternere raſilibus ſcopulis,
Omnipatremque negare Deum?
Quæritis, ô miſeranda manus,
Chriſticolum genus? En ego ſum
F *Dæmonicis inimica ſacris,*
Idola protero ſub pedibus,
Pectore, & ore Deum fateor.
Iſis, Apollo, Venus nihil eſt,
Maximianus & ipſe nihil,
Illa nihil, quia facta manu Idolum nihil eſt ſicut & Idololatria.
Hic, manuum quia facta colit:
Friuola vtraque, & vtraq; nihil,

1.Cor.8.4 & c.10.19. *Maximianus opem Dominus,*
Et tamen ipſe cliens lapidum,
Proſtituat, voueatque ſuis
Numinibus caput ipſe ſuum,
Pectora cur generoſa quatit?
Dux bonus, arbiter egregius
Sanguine paſcitur innocuo,
Corporibuſque pijs inhians,
Viſcera ſobria dilacerat,
Gaudet & excruciare fidem.
Eulaliæ mira conſtantia. *Ergo age, tortor, adure, ſeca,*
Diuide membra coacta luto.
Soluere rem fragilem facile eſt,
Non penetrabitur interior
Exagitante dolore animus.
Maximiani furor. *Talibus excitus in furias*
Prætor, ait, rape præcipitem
Lictor, & obrue ſupplicijs,
Sentiat eſſe Deos patrios,
Nec leue Principis imperium.
Quàm cuperem tamen ante necem
Si potis es reuocare tuam,
Torua puellula, nequitiam,
Reſpice gaudia quanta metas
Quæ tibi fert genialis honor.
Te lacrymis labefacta domus
Proſequitur, generiſque tui
Ingemit anxia nobilitas,
Flore quod occidis in tenero,
Proxima dotibus, & thalamo.
Non mouet aurea pompa thori,
Non pietas veneranda ſenum,
Quos temeraria debilitas,
Ecce parata miniſteria
Excruciabilis exitij,
Minæ. *Aut gladio feriêre caput,*
Aut laniabere membra feris,
Aut facibus data fumificis,
Flebiliterque vlulanda tuis
In cineres reſoluta flues.
Hæc, rogo, quis labor eſt fugere?
Si modicum ſalis eminulis,
Thuris & exiguum digitis
Tangere, Virgo benigna, velis,
Pœna grauis procul abfuerit.
Martyr ad iſta nihil, ſed enim
Infremit, inque Tyranni oculos
Sputa in Tyranni faciem. *Sputa iacit, ſimulacra dehinc*
Diſſipat, impoſitamque molem
Thuribulis pede proſubigit.
Nec mora, carnifices gemini
Iuncea pectora dilacerant,
Et latus vngula virgineum
Pulſat vtrinq; & ad oſſa ſecat
Eulalia numerante notas.
Scriberis ecce mihi Domine,
Quàm iuuat hos apices legere,
Qui tua Christi trophæa notant,
Nomen & ipſa ſacrum loquitur
Purpura ſanguinis eliciti.
Hæc ſine fletibus & gemitu
Læta canebat, & intrepida,

A *Dirus abeſt dolor ex animo,*
Membraque picta cruore nouo
Fonte cutem recalente lauant.
Vltima carnificina dehinc
Non laceratio vulnifica
**Ora tenus, nec arata cutis,* *Orte-nus.
Flamma, ſed vndiq; lampadibus
In latera, ſtomachumque furit.
Crinis odorus & in iugulos
Fluxerat, inuolitans humeris,
Quo pudibunda pudicitia, Martyriũ ignis.
B *Virgineuſque lateret honos,*
Tegmine verticis oppoſito.
Flamma crepans volat in faciem,
Perque comas vegetata caput
Occupat, exuperatque apicem:
Virgo citò cupiens obitum,
Appetit & bibit ore rogum.
Emicat inde columba repens,
Martyris os niue candidior Mors feliæ Eulaliæ.
C *Viſa relinquere, & aſtra ſequi:*
Spiritus hic erat Eulaliæ
Lacteolus, celer, innocuus.
Colla fluunt abeunte anima,
Et rogus igneus emoritur, Columbæ forma.
Pax datur artubus exanimis,
Flatus in æthere plaudit ouans,
Templaque celſa petit volucer.
Vidit & ipſe ſatelles auem
Fœminæ ab ore meare palam,
Obſtupefactus, & attonitus
D *Proſilit, & ſua geſta fugit,*
Lictor & ipſe fugit pauidus.
Ecce niuem glacialis hyems
Ingerit, & tegit omne forum,
Membra tegit ſimul Eulalia
Axe iacentia ſub gelido,
Pallioli vice linteoli.
Cedat amor lacrymantum hominum
Qui celebrare ſuprema ſolent,
Flebile cedat & officium,
Ipſa elementa iubente Deo
E *Exequias tibi virgo ferunt.*
Nunc locus emerita eſt tumulo
Clara Colonia Vettonia,
Quam memorabilis amnis Ana
Præterit, & viridante rapax
Gurgite, mœnia pulchra lauat.
Hic vbi marmore perſpicuo
Atria luminat alma nitor,* *alta
Et peregrinus, & indigena
Reliquias, cinereſque ſacros
Seruat humus veneranda ſinu. Reliquiæ Martyris.
F *Tecta coruſca ſuperrutilant*
De laquearibus aureolis,
Saxaque caſa ſolum variant
Floribus vt roſulenta putes
Prata rubeſcere multimodis.
Carpite purpureas violas,
Sanguineoſque crocos metite,
Non caret his genialis hyems,
Laxat & arua tepens glacies,
Floribus

Floribus vt cumulet calathos.
Iſta comantibus è folus
Munera virgo, puerque date,
Aſt ego ſerta choro in medio
Texta feram pede dactylico,
Reliquiarum veneratio. *Vilia, marcida, feſta tamen*
Sic venerarier oſſa libet,
Oſſibus altar & impoſitum,
Illa Dei ſita ſub pedibus
Proſpicit hæc, populóſque ſuos
Carmina propitiata, fouet.

V. Bar. in Mar. 16. Ap.

HYMNVS QVARTVS IN LAVDEM DECEM ET OCTO MARTYRVM, Cæſarauguſtanorum.

Ode dicolos tetaſtrophos: tres verſus ſunt Sapphici hendecaſyllabi, quartus Adonius, eius modi cuius hymnus poſt Ieiunium, *Chriſte ſeruorum*, ſupra.

BIs nouem noſter populus ſub vno
Martyrum ſeruat cineres ſepulcro,
Cæſarauguſtam vocitamus vrbem,
Res cui tanta eſt.
Plena magnorum domus Angelorum
Non timet Mundi fragilis ruinam,
Tot ſinu geſtans ſimul offerenda
Munera Chriſto.
Cùm Deus dextram quatiens coruſcam
Nube ſubnixus veniet rubente,
Matt. 24. 30. *Gentibus iuſtam poſiturus æquo*
Pondere libram.
Orbe de magno caput excitata
Obuiam Chriſto properanter ibit,
Ciuitas omnis pretioſa portans
Dona caniſtris.
Roma caput orbis. *Afra Carthago tua promet oſſa*
Ore facundo Cypriane doctor:
Corduba Aciſclum dabit, & Zoëllum,
Tréſque coronas.
Tu tribus gemmis diadema pulchrum
Martyres cuiuſque oppidi. *Offeres Chriſto genitrix piorum*
Tarraco, intexit cui Fructuoſus
Sutile vinclum.
Nomen hoc gemmæ ſtrophio illigatum eſt,
Emicant iuxta lapides gemelli,
Ardet & ſplendor parilis duorum
Igne coruſco.
Parua Felicis decus exhibebit
Artubus ſanctis locuples Gerunda:
Noſtra præſtabit Calagurris ambos
Quos veneramur.
*Barcilon. ** Barcinon claro Cucufate freta*
Surget, & Paulo ſpecioſa Narbo,
Téque præpollens Arelas habebit
Sancte Geneſi.
Luſitanorum caput oppidorum
Vrbs, odoratæ cineres puellæ
Obuiam Chriſto rapiens, ad aram
Porriget ipſam.

A *Sanguinem Iuſti, cui Paſtor hæret,*
Ferculum duplex, geminúmque donum
Ferre Complutum gremio iuuabit
Membra duorum.
Ingeret Tingis ſua Caſſianum
Feſta, Maſſylum monumenta Regum,
Qui cinis gentes domitas coëgit
Ad iuga Chriſti.
Singulis paucæ tribus aut duobus
Forſan & quinis aliquæ placebunt;
B *Teſtibus Chriſti prius hoſtiarum*
Pignore functæ.
Tu decem Sanctos reuehes & octo
Cæſarauguſta æquatur Romæ. *Cæſarauguſta ſtudioſa Chriſti,*
Verticem flauis oleis reuincta
Pacis honore.
Sola in occurſum numeroſiores
Martyrum turbas Domino paraſti,
Sola prædiues pietate multa
Luce frueris.
O Vix parens orbi populoſa Pœni,
C *Ipſa vix Roma in ſolio locata,*
Te decus noſtrùm ſuperare in iſto
Munere digna eſt.
Omnibus portis ſacer immolatus
Sanguis excluſit genus inuidorum
Dæmonum, & nigris populis tenebras
Vrbe piata.
Nullus vmbrarum latet intus horror,
Pulſa nam peſtis populum refugit,
Chriſtus in totis habitat plateis,
Chriſtus vbique eſt.
D *Martyrum credas patriam coronis*
Debitam ſacris, chorus vnde ſurgens
Tendit in cælum niueus togatæ
Nobilitatis.
Inde Vincenti tua palma nata eſt,
Clerus hinc tantum peperit triumphum:
Hinc Sacerdotum domus infulata
Valeriorum.
Sæuus antiquis quoties procellis
Turbo, vexatum tremefecit orbem,
Triſtior templum rabies in iſtud
E *Intulit iras.*
Nec furor quiſquam ſine laude noſtrum
Ceſſit, aut clari vacuus cruoris,
Martyrum ſemper numerus ſub omni
Grandine creuit.
Nonne Vincenti peregrè necandus
Martyr, his terris tenus notaſti
Sanguinis rore ſpeciem futuri
Morte propinqua?
F *Hoc colunt ciues, velut ipſa membra*
Ceſpes includat ſuus, & paterno
Seruet amplectens tumulo beati
Martyris oſſa.
Noſter eſt, quamuis procul hinc in vrbe
Paſſus ignota, dederit ſepulcro
Gloriam victor, prope littus altæ
Forte Sagunti.
Noſter & noſtra puer in palæſtra
Arte virtutis, fideique oliuo

Vnctus, horrendum didicit domare
Viribus hoſtem.
Nouerat templo celebres in iſto
Octies partas, deciesque palmas
Laureis doctus patriis, eadem
Laude cucurrit.
Hic & incrati recubant tuarum
Oſſa virtutum, quibus efferati
Spiritum mundi violenta virgo
Dedecor iſti.
Martyrum nulli remanente vita
Contigit terris habitare noſtris,
Sola tu morti propriè ſuperſtes
Viuis in orbe.
Viuis, ac pœnæ ſeriem retexis,
Carnis & cæſæ ſpolium retentans,
Tetra quàm ſulcos habitant amaros
Vulnera narras.
Barbarus tortor latus omne carpſit,
Sanguis impenſus, lacerata membra,
Pectus abſciſſa patuit papilla
Corde ſub ipſo.
Iam minus mortis pretium peractæ eſt,
Quæ venenatos abolens dolores,
Concitatam membris tribuit quietem
* ſoporis *Fine * ſupremo.*
Cruda te longum tenuit cicatrix,
Et diu venis dolor hæſit ardens,
* tenuit *Dum putreſcentes * tenuat medullas*
Tabidus humor.
Inuidus quamuis obitum ſupremum
Perſequutoris gladius negarit,
Plena te martyr tamen vt peremptam
Pœna coronat.
Vidimus partem iecoris reuulſam,
Vngulis longè iacuiſſe preſſis,
Mors habet pallens aliquid tuorum
Te quoque viua.
Huncnouum noſtræ titulum fruendum
Cæſaraugustæ dedit ipſe Chriſtus,
* tumba ** Iuge viuentis domus vt dicata*
Martyris eſſet.
Ergo ter ſenis ſacra candidatis
Diues optato, ſimul & Luperco
Perge conſcriptum tibimet ſenatum
Pangere pſalmis.
Ede Succeſſum, cane Martialem,
Mors & Vrbani tibi concinatur,
Iuliam cantus reſonet, ſimulque
Quintilianum
Publicum pandat chorus, & reuoluat
Quale Frontonis fuerit trophæum,
Quid bonus Felix tulerit, quid acer
Cæcilianus.
*Heuanti *Quantus * Euenti tua bella ſanguis*
Tinxerit, quantus tua, Primitiue,
Cùm tuos viuax recolat triumphos
Laus Apodami.
Quatuor poſthinc ſupereſt virorum
Nomen extolli, renuente metro,
Quos Saturninos memorat vocatos
Priſca vetuſtas.
A *Carminis leges amor aureorum*
Nominum paruifacit, & loquendi
*Cura de ſanctis * otioſa non eſt,* * vitioſa.
Nec rudis vnquam.
Plenus eſt artis modus, annotatas
Nominum formas recitare Chriſto,
Quas tenet cœli liber, explicandus
Tempore iuſto.
Octo tunc ſanctos recolet, decemque
Angelus, coram patre, filioque
B *Vrbis vnius regimen tenentes*
Iure ſepulcri.
Quin ad antiquum numerum trahentur
Viua poſt pœnæ ſpecimen puella,
Morſque Vincenti, cui ſanguis hinc eſt
Fons & honoris.
Additis Gaio, nec enim ſilendi,
Tèque Crementi, quibus incrementum
Ferre prouenit decus, ex ſecundo
Laudis agone.
Ambo confeſſi Dominum, ſteterunt
C *Acriter contra fremitum latronum,*
Ambo guſtarunt leniter ſaporem
Martyriorum.
Hæc ſub altari ſita ſempiterno,
Lapſibus noſtris veniam precatur
Turba quàm ſeruat procerum creatrix
Purpureorum.
Nos pio fletu, date, perluamus
Marmorum ſulcos, quibus eſt operta
Spes, vt abſoluam retinaculorum
Vincla meorum.
D *Sterne te totam generoſa ſanctis*
Ciuitas mecum tumulis, deinde
Mox reſurgentes animas, & artus
Tota ſequeris.

HYMNVS QVINTVS IN LAVDEM VINCENTII MARTYRIS.

V. Baron. in Martyr. 22. Ianuar.

Menſura carminis eadem eſt quæ fuit Hymni matutini, *Ales diei nuncius*, ſupra.

E

BEATE *Martyr proſpera*
Diem triumphalem tuum,
Quo ſanguinis merces tibi,
Corona Vincenti datur.
Hic te ex tenebris ſeculi
Tortore victo, & iudice,
Euexit ad cælum dies,
Chriſtoque ouantem reddidit.
F *Nunc Angelorum particeps,*
Conluces inſigni ſtola,
Quam Teſtis indomabilis
*Riuis cruoris * lauerat.* * Apoc. 7. 14. & c. 22. 14.
Cùm te ſatelles Idoli
Præcinctus atris legibus,
Litare Diuis Gentium
Ferro, & catenis cogeret. Martyres lauant ſtolas in ſanguine Agni.
Ac verba primùm mollia
Suadendo blandè effuderat

Captor, vt vitulum lupus
Rapturus, alludit priùs.
Rex, inquit, Orbis maximus,
Qui ſceptra geſtat Romula,
Seruire ſanxit omnia
Priſcis eorum cultibus.
Vos Nazareni aſſiſtite,
Rudemque ritum ſpernite,
Hæc ſaxa, quæ Princeps colit,
Placate fumo, & victima.
Exclamas hic Vincentius,
Leuita de Tribu ſacra,
Miniſter altaris Dei,
B. Vincentij conſtãtia.
Septem ex columnis lacteis.
Tibi iſta præſint numina,
Tu ſaxa, tu ligna colas,
Tu mortuorum mortuus
Fias Deorum Pontifex.
Nos lucis autorem Patrem,
Eiuſque Chriſtum filium,
Qui ſolus, ac verus Deus,
Datiane, confitebimur.
Hic ille iam commotior,
Datianus Tyrannus.
Audéſne non felix, ait,
Ius & ſacratum, & publicum,
Violare verbis aſperis?
Ius & ſacratum, & publicum,
Cui cedit humanum genus,
Nec te iubente feruidè
Inſtans periculum permouet.
Hoc namque decretum cape,
Aut ara, thure, & ceſpite
Precanda iam nunc eſt tibi,
Aut mors luenda eſt ſanguine.
Reſpondit ille altrinſecus,
Age ergo quicquid virium,
Quicquid poteſtatis tibi eſt,
Palàm reluctor, exere.
Vox noſtra quæ ſit, accipe,
Eſt Chriſtus, & pater Deus,
Serui huius, & teſtes ſumus,
Extorque ſi potes fidem.
Tormenta, carcer, vngulæ,
Stridenſque flammis lamina,
Atque ipſa pœnarum vltima,
Mors ludus eſt Chriſtianis.
Mors Chriſtianis ludus eſt.
O veſtra inanis v[illegible]
Sciumque brutum Cæſaris
Condigna veſtris ſenſibus
Colis iubetis Numina.
Exciſa fabrili manu,
Cauis recocta & follibus
Quæ voce, quæ greſſu carent,
Immota, cæca, elinguia.
His ſumptuoſa ſplendido
Delubra creſcunt marmore,
His colla mugientium
Percuſſo taurorum cadunt.
Adſunt & illic ſpiritus,
Sunt ſed magiſtri criminum,
Veſtræ & ſalutis auſpices
Vagi, impotentes, ſordidi,

A *Qui vos latenter incitos*
In omne compellunt nefas,
Vaſtare iuſtos cædibus,
Plebem piorum carpere.
Norunt & ipſi, ac ſentiunt
Pollere Chriſtum & viuere
Eiuſque iam iamque aſſore
Regnum tremendum perfidis.
Clamant fatentes denique,
Pulſi è latebris corporum,
B *Virtute Chriſti & nomine,*
Diuique & iidem Dæmones.
It intonantem Martyrem
Iudex profanus non tulit,
Conclamat, et obtrudite,
Ne plura iactet improbus.
Vocem loquentis claudite,
Datiani crudelitas.
Raptimque lictores date,
Illos reorum carnibus
Paſtos manuque exercitos.
C *Iam faxo ius prætorium*
Conuitiator ſentiat,
Impunéne noſtris ſibi
Diis deſtruendis luſerit.
Tibi ergo ſoli contumax
Tarpeia calcentur ſacra?
Tu porrò ſolus obteras
Romam, Senatum, Cæſarem?
Vinctum retortis brachiis,
Surſum, ac deorſum extendite,
Compago donec oſſium
Diuulſa, membratim crepet.
D *Poſt hinc hiulcis ictibus*
Nudato coſtarum abdita,
Vt per lacunas vulnerum
Iecur retectum palpitet.
Ridebat hæc miles Dei,
Vincẽtius tormenta ridet.
Manus cruentas increpans,
Quod fixa non profundiùs
Intraret artus vngula.
Ac iam omne robur fortium
Euiſcerando ceſſerat,
E *Niſuſque anhelos ſoluerat*
Feſſos lacertorum toros.
Aſt ille tanto lætior,
Omni vacantem nubilo
Frontem ſerenam luminat,
Te Chriſte præſentem videns.
Quis vultus iſte, proh pudor!
Datianus aiebat furens,
Gaudet, renidet, prouocat,
Tortore totus acrior.
F *Nil illa vis exercita*
Tot noxiorum mortibus
Agone in iſto proficit,
Ars & dolorum vincitur.
Sed vos alumni carceris,
Pars ſemper inuictam mihi
Cohibete paulùm dexteras,
Reſpiret vt laſſus vigor.
Præſicca rurſus vlcera,
Dum ſe cicatrix colligit

Tt ij

Refrigerat ſanguinis,
Manus reſulcans diruet.
His contrà Lenites refert,
Suam tuorum perſpicis
Languere virtutem canum,
Age ipſe maior carnifex.
Oſtende quo pacto queant
Imos receſſus ſcindere,
Manus & ipſe interſere,
Riuóſque feruentes bibe.
Erras, cruente, ſi meam
Te rère pœnam ſumere,
Quum membra mortis obnoxia
Dilaniata interficis.
Animus, internus homo. 2 Cor 4.16
Eſt alter Homo intrinſecus,
Violare quem nullus poteſt,
Liber, quietus, integer,
Exors dolorum triſtium.
Cic. Parad 2. in Som. Scipio.
Hoc, quod laboras perdere
Tantis furoris viribus,
Vas eſt ſolutum, ac fictile,
Quocunque frangendum modo.
Quinimo nunc eniteere
Illum ſecare, ac plectere,
Qui perſtat intus, qui tuam
Calcat, Tyranne, inſaniam.
Hunc laceſſe, hunc diſcute
Inuictum, inſuperabilem,
Nullis procellis ſubditum,
Solique ſubiectum Deo.
Hæc fatur, ſtridentibus
Laniatur vncis denuo,
Cui prætor ore ſubdolo
Anguina verba exſibilat.
Si tanta callum pectoris
Prædurat obſtinatio,
Puluinar vt noſtrum manu
Abomineris tangere:
Saltem latentes paginas,
Libros ſacros Dacianus vult igni tradere.
Libróſque opertos detege,
Quo Secta prauum ſeminans
Iuſtis crematur ignibus.
His Martyr auditis, ait:
Quem tu maligne, myſticis
Minitaris ignem literis,
Flagrabis ipſe hoc iuſtius.
Romphæa nam cœleſtium
Vindex erit voluminum,
Tanti veneni interpretem
Linguam perurens fulmine.
Vides fauillas indices
Gomorrheorum criminum,
Sodomus nec latet cinis,
Teſtis perennis funeris.
Geneſ. 19. 25. Deut. 29. 23. Sap. 10. 6.
Exemplar hoc ſerpens tuum eſt,
Fuligo quem mox ſulphuris,
Bitumen & miſtum pice
Imo implicabunt Tartaro.
His perſequutor ſaucius
Pallet, rubeſcit, æſtuat,
Tyranni furor.
Inſana torquens lumina,
Spumáſque frendens egerit.

A *Tum deinde cunctatus diu,*
Decernit extrema omnium
Igni, grabato & laminis
Exerceatur quæſtio.
Hac ille ſeſe ad munera
Gradu citato proprio
Ipſoſque pernix gaudio,
Pœnæ Miniſtros præuenit.
Ventum ad palæſtram gloriæ
Spes certat, & crudelitas
Luctamen anceps conſerunt,
B *Hinc Martyr, illinc Carnifex.*
Serrata lectum regula
Dente infrequenti exaſperat,
Cui multa carbonum ſtrues
Viuum vaporat halitum,
Hunc ſponte conſcendit rogum
Martyr conſtanter rogum conſcendit.
Vir ſanctus ore interrito,
Ceu iam coronæ conſcius,
Celſum tribunal ſcanderet.
Subter crepante aſpergine
Scintillas excuſſus ſalis,
C *Punctiſque feruens ſtridulis*
Sparſum per artus figitur.
Aruina poſt hinc igneum
Impreſſa cauterem linit,
Vi,i vnde torris fumidi
In membra ſenſim liquitur.
In cruciatu magnitudo.
Hic inter immotus manet
Tanquam dolorum neſcius,
Tenditque in altum lumina:
Nam vincla palmas preſſerant.
Sublatus inde fortior,
Lugubre in antrum truditur:
D *Ne liber vſus luminis*
Animaret altum ſpiritum.
Eſt intus imo ergaſtulo
Locus tenebris nigrior,
Quem ſaxa merſi fornicis
Anguſta clauſum ſtrangulant.
Æterna nox illic latet
Expers diurni ſyderis,
Hic carcer horrendus ſuos
Habere fertur Inferos.
E *In hoc Barathrum coniicit*
Truculentus hoſtis Martyrem,
Lignóque plantas inſerit
Carcer teterrimus.
Diuaricatis cruribus.
Quin addit & pœnam nouam
Crucis peritus artifex,
Nulli Tyranno cognitam
Nec fando compertam retrò.
Nouum tormenti genus.
Fragmenta teſtarum iubet
Hirta impolitis angulis
Acuminata, informia,
F *Tergo iacenti ſternerent.*
Totum cubile ſpiculis
Armant dolores anxij,
Inſomne qui ſubter latus
Mucrone pulſent obtuſo.
Hæc ille verſutus, vafra
Meditatus arte ſtruxerat

Sed Belzebulis callida
Commenta Chriſtus deſtruit.
Nam carceralis cæcitas
Splendore lucis fulgurat,
Duplexque morſus ſtipitis
Ruptis catenis diſſilit.

Chriſtus adeſt Martyri ſuo.

Agnoſcit hic Vincentius
Adeſſe, quod ſperauerat,
Tanti laboris præmium,
Chriſtum datorem luminis.
Cernit deinde fragmina
Iam teſtularum, mollibus
Veſtire ſemet floribus,
Redolente nectar carcere.
Quin & frequentes Angeli
Stant, ac loquuntur cominus,
Quorum vnus ore auguſtior
Compellat his dictis virum:
Exurge, Martyr inclyte,
Exurge ſecurus tui,

Angelus eũ hortatur ad palmam.

Exurge, & almis cœtibus
Noſter ſodalis addere.
Decurſa iam ſatis tibi
Pœna minacis munia,
Pulchroque mortis exitu
Omnis peracta eſt paſſio.
O miles inuictiſſime,
Fortiſſimiſque fortior,
Iam te ipſa ſæua & aſpera
Tormenta victorem tremunt
Spectator hæc Chriſtus Deus
Compenſat æuo intermino,
Propriæque collegam Crucis
Larga coronat dextera.
Pone hoc caducum vaſculum
Compage textum terrea,
Quod diſſipatum ſoluitur,
Et liber in cœlum veni.
Hæc ille, ſed clauſas fores

Carceris ſplendor erumpit.

Interna rumpunt lumina,
Tenuiſque per rimas nitor
Lucis latentis proditur.
Hæc cùm ſtuperet territus
Obſeſſor atri liminis,
Quem cura pernox manſerat
Seruare feralem domum.
Pſallentis audit inſuper

Martyr pſallit.

Prædulce carmen Martyris,
Cui vocis inſtar æmulæ
Conclaue reddit concauum.
Pauens deinde introſpicit,
Admota quantum poſtibus
Acies per arctas cardinum
Intrare iuncturas poteſt.
Vernare multis floribus

Teſtæ in flores verſæ.

Stramenta teſtarum videt,
Ipſumque vulſis nexibus
Obambulantem pangere.
Implentur aures turbidi
Prætoris hoc miraculo,
Flet victus, & voluit gemens
Iram, dolorem, dedecus,

A Exemptus, inquit, carcere,
Paulumque benignis fotibus
Recreetur, vt paſtum nouum
Pœnis refectus præbeat.
Coire toto ex oppido
Turbam Fidelem cerneres,

Chriſtianorum in Martyrem pietas.

Mollire præſultum torum,
Siccare cruda vulnera.
Ille vngularum duplices
Sulcos pererrat oſculis,
Hic purpurantem corporis
B Gaudet cruorem lambere.
Plerique veſtem lineam
Stillante tingunt ſanguine,
Tutamen vt ſacrum ſuis
Domi reſeruent Poſteris.
Tunc ipſe manceps carceris,

Carceris cuſtos fit Chriſtianus.

Et vinculorum ianitor,
Vt fert vetuſtas conſcia,
Repentè Chriſtum credidit.
Hic obſeratis vectibus
Denſæ ſpecum caliginis
C Spendore lucis aduenæ
Micuiſſe clauſum viderat.
At verò poſtquàm lectuli
Martyr quietem contigit,
Æger morarum tædio,
Et mortis incenſus ſiti.

Mors corporea mors non eſt.

Si mors habenda huiuſmodi eſt,
Quæ corporali ergaſtulo
Mentem reſoluit liberam,
Et reddit autori Deo.
Mentem piatam ſanguine.
D Mortis lauacris inclytam,
Quæ ſemet ac vitam ſuam
Chriſto immolandam præbuit.
Ergo vt recline mollibus
Eiecit auleis caput,

Martyr moritur ſanctè.

Victor relictis artubus
Cœlum capeſſit ſpiritus.
Cui recta celſo tramite
Reſeratur ad patrem via,
Quam fratre cæſus impio
E Abel beatus ſcanderat.
Stipant euntem candidi
Hinc inde Sanctorum chori,
Parique miſſus carcere

Angeli eius animam comitantur.

Baptiſta Ioannes vocat.
At Chriſtiani nominis
Hoſtem coquebant irrita
Fellis venena, & liuidum
Cor efferata excuſſerant.
Sæuire inermem crederes
F Fractis draconem dentibus.
Euaſit exultans, ait,
Rebellis & palmam tulit.
Sed reſtat illud vltimum,
Inferre pœnam mortuo,
Feris cadauer tradere,
Canibuſve carpendum dare.
Iam nunc & oſſa extinxero,
Ne ſit ſepulchrum funeris,

Quod plebs gregalis excolat,
Titulumque figat martyris.
Immanis ſepulchro priuat.
Sic frendit, & corpus ſacrum
Profanus, alitum nefas!
Nudum negato tegmine
Exponit inter carices.
Sed nulla dirarum fames,
Aut beſtiarum aut alitum,
Audet trophæum gloriæ
Fœdare tactu ſqualido.
Quin ſi qua clangens improbè
Circumuolares eminus
Trucis volucris impetu
Depulſa vertebat fugam.
Nam coruus Heliæ datus
Coruus Heliæ ſancti cadauer tutatur
Olim, ciborum portitor,
Hoc munus implet ſedulò,
Et irremotus excubat.
3.Reg.17.4.
Hic ex frutetis proximus
Inſectus alarum ſono,
Oculoſque pennis verberans
Exegit immanem lupum.
Quis perfidorum credere
Auſit, rapacem belluam
Tauris paratam congredi,
Ceſſiſſe plumis mollibus?
Ibat malignum murmurans
Leui volatu exterritus,
Prædamque viſam fugerat
Cuſtodis imbellis minus.
Quis audienti talia,
Datiane, tunc ſenſus tibi?
Quantus gementem ſpiculis
Figebat occultus dolor?
Quum te perempti corporis
Virtute victum cerneres,
Ipſis & impar oſſibus,
Vacuiſque iam membris minor?
Sed quis, Tyranne pertinax,
Hunc impotentem ſpiritum
Determinabit exitus,
Nullusue te franget modus?
Datiani feritas.
Nullus, nec vnquam deſinam,
Nam ſi ferina immanitas
Manſueſcit, & clementia
Coruos voraces mitigat:
Mergam cadauer fluctibus,
Inſana nunquam naufragis
Ignoſcit vnda, & ſpumeum
Neſcit profundum parcere.
Aut ſemper illic mobilis
Incerta per ludibria
Auſtris feretur flatibus,
Squamoſa paſcens agmina.
Aut ſub fragoſis rupibus
Scabri petrarum murices
Inter receſſus ſcrupeos
Diſciſſa rumpent viſcera.
Et quis mirorum ſtrenuè
Cymbam petitus pellere,
Remo, rudente, & carbaſo,
Secare qui pontum queas?

A *Rapias paluſtri è ceſpite*
Corpus, quod intactum iacet, In mare deiicitur Martyr.
Leuique vectum lembulo
Amplum per æquor auferas.
Sed complicatum ſparteus
Claudat cadauer culeus
Quem fune connexus lapis
Præceps in altum deprimat.
At tu per vndas emices
Rorante præceps palmula,
B *Donec relictum longior*
Abſcondat aſpectus ſolum.
Hæc iuſſa quidam militum,
Eumorphio nomen fuit,
Violentus, audax, barbarus,
Furore feruens arripit.
Funale textum conſerit,
Suto quod implet corpore,
Emenſus & multum freti,
Inter procellas excutit.
C *O præpotens virtus Dei,*
Virtus creatrix omnium,
Quæ turgidum quondam mare
Gradiente Chriſto ſtrauerat.
Vt terga calcans æquoris Matt.14.26.
Siccis mearet paſſibus,
Plantas nec vndis tingeret
Vaſti viator gurgitis. Exod.14.21.
Hæc ipſa virtus iuſſerat
Rubrum ſalum dehiſcere,
Patente dum profundo aridum
Secura plebs inceſſerit.
D *Necnon & ipſa nunc iubet*
Seruire ſancto corpori
Pontum quietis lapſibus
Ad curua pronum littora,
Saxum molaris ponderis
Vt ſpuma candens innatat,
Tantique cuſtos pignoris Saxum vna cum cadauere ſupernatat.
Fiſcella fertur fluctibus.
Cernunt ſtupentes nautæ
Vectam remenſo marmore,
Labi retrorſum leniter
E *Æſtu ſecundo, & flamine.*
Certant & ipſi concito
Pontum phaſeolo ſcindere,
Longè, ſed artus præuolant
Telluris ad mollem ſinum.
Prius relatos denique
Humus quieta ſuſcipit,
Quàm pulſa ſummis niſibus
Carina portum tangeret.
F *Felix amœni littoris*
Receſſus ille, qui ſacra
Fouens arenis viſcera
Vicem ſepulcri præbuit.
Dum cura Sanctorum pia
Deflens adornat aggerem,
Tumuloque corpus creditum
Vitæ reſeruat poſteræ.
Sed mox ſubactis hoſtibus,
Iam pace iuſtis reddita,

Alter quietem debitam
Præſtat beatis oſſibus.
Subiecta nam ſacrario,
Imamque ad aram condita,
Cæleſtis auram muneris
Perfuſa ſubter hauriunt:
Sic corpus eſt ipſum Dei
Sedes, receptum continet,
Cum Machabæis fratribus,
2 Mat. 7.3. Epiph. de vitis Proph. Secto Iſaiæ proximum
Simplex, ſed illis contigit
Corona pœnarum, quibus
Finem malorum præſtitit
Mortis & diei ſupremus.
Quid tale ſector auſus eſt?
Truncata nunquid corporis,
Segmenta poſt ferramferus
Obiecit, aut vinclis dedit?
Mach. 7. 30 Nam Machabæi martyris
Linguam Tyrannus erutam,
Raptamve pellem verticis
Palma duplex. Auibus cruentis obtulit.
Tu ſolus orbis inclyto,
Solus brauij duplicis
Palmam tuliſti, tu duas
Simul paraſti laureas:
In morte victor aſpera
Precatio ad Martyrem. Tum deinde poſt mortem pari
Victor triumphe proteris
Solo latronem corpore.
Adeſto nunc, & percipe
Voces precantum ſupplices,
Noſtri reatus efficax
Orator ad thronum patris.
Per te, per illum carcerem
Honoris augmentum tui,
Per vincla, flammas, vngulas,
Per carceralem ſtipitem.
Per fragmen illud teſteum,
Quo parta creuit gloria,
Per, quem trementes Poſteri
Exoſculamur, lectulum.
Miſerere noſtrarum precum,
Placatus vt Chriſtus ſuis
Inclinet aurem proſperam,
Noxas nec omnes imputet.
Si ritè ſolennem diem
Veneramur ore, & pectore,
Si ſub tuorum gaudio
Veſtigiorum ſternimur.
Paulſper huc tu illabere
Chriſti fauorem deferens,
Senſu grauatis vt ſentiant
Leuamen indulgentiæ.
Sic nulla iam reſtet mora
Quin excitatam nobilis
Carnem reſumat ſpiritus,
Virtute perfuncta pari.
Vt quæ laborum particeps
Commune diſcrimen tulit,
Sit & cohæres gloriæ
Cunctis in æuum ſeculis.

A

HYMNVS SEXTVS BEATISSIMORVM MARTYRVM FRVCTVOSI, Epiſcopi Eccleſiæ Tarraconenſis, & Augurij, & Eulogij Diaconi.

V. Martyrol. Bar. n. 21. Ianuarii.

Conuenit carminis genus cum hymno poſt cibum, *Paſtis viſceribus, ſupra hoc modo.*

B FELIX Tarraco, Fructuoſe, veſtris
Attollit caput ignibus coruſcum
Leuitis geminis procul relucens.
Hiſpanos Deus aſpicit benignus,
Arcem quando quidem potens Hiberam
Trino Martyre Trinitatis coronat.
Ardens Augurius capeſſit æthram:
Necnon Eulogius ſimul ſupernum
Chriſti lucidus ad ſedile tendit
Dux & præuius, & Magiſter illis
C Ad tantum decus, ex Epiſcopali
Clarus nomine Fructuoſus ibat
Accitus quia Præſidis repentè
Iuſſu, venerat ad forum Sacerdos
Leuitis comitantibus duobus.
Inde ad carceream viros catenam
Paſtus ſanguine carnifex trahebat,
Gaudet currere Fructuoſus vltrò.
Ac ne quis ſocios timor feriret,
Præceptor vehemens eundo firmat,
Inceditque fidem calore Chriſti.
D Mecum ſtate viri, vocat cruentus
Ad pœnam coluber Dei miniſtros,
Ne mors terreat, eſt parata palma.
Carcer Chriſticolis gradus coronæ eſt, Carceris laus.
Carcer prouehit ad ſuperna cæli,
Carcer conciliat Deum beatis.
His dictis, adeunt ſpecum reorum,
Exercent ibi myſticum lauacrum,
Et purgamina, quæ ſtupent tenebræ.
Sex hic continuis latent diebus,
Tandem ſtant trucis ad tribunal hoſtis,
Fratres ter geminos tremunt cataſtæ. Emilianus Tyrannus.
E Iudex Emilianus imminebat,
Atrox, turbidus, inſolens, profanus,
Aras dæmonicas coli iubebat.
Tu qui doctor, ait, ſeris nouellum
Commenti genus, vt leues puellæ
Lucos deſtituant, Iouem relinquant.
Damnes, ſi ſapias, anile dogma,
Iuſſum eſt Cæſaris ore Gallieni
Quod princeps colit, hoc colamus omnes.
Hæc ſanti placidus refert Sacerdos,
Æternum colo principem, dierum
F Factorem, dominumque Gallieni.
Et Chriſtum patre proſatum perenni,
Cuius famulus, gregiſque paſtor,
Subridens ait ille; Iam fuiſti.
Nec differt furor, aut refrenat iram.
Sæuis deſtinat ignibus cremandos,
Exultans, prohibentque flere vulgum.
Quoſdam de populo videt Sacerdos

Ieiunium ad Nonā

Libandum ſibi poculum offerentes,
Ieiunamus, ait, recuſo potum.
Nondum noua diem reſignat hora,
Nunquam conuiolabo ius dicatum,
Nec Mors ipſa meum ſacrum reſoluet,
Sic Chriſtus ſitiens crucis ſub hora

Matth 27. 34

Oblatum ſibi poculum recuſans,
Nec librare volens, ſitim peregit.

Amphitheatrum rotundū.

Intrant interea locum rotunda
Concluſum cauea, madens ferarum
Multo ſanguine, quem furor frequentat
Quum ſpectacula perſtrepunt cruenta,
Ac vilis gladiator enſe at duro
Percuſſus cadit, & fremit voluptas.
Hic flammante pyra, niger Miniſter
Ardens ſupplicium parare iuſſus,
Conſtruxit facibus rogum ſupremis,
Qui dum corpora concremanda ſoluit,
Feruentes animas amore lucis
Fracto carceris expediuit antro.
Certant officijs pij ſodales.
Plantis calciamenta diſſolutis,
Pronus detrahere ſtudebat vnus.
Sed ſanctus vetat, ora Fructuoſus

Nudat ſeipſum ſanctus athletha.

Inclinata premit: faceſſite, inquit,
Ne noſtram grauet obſequela mortem.
Atquin ipſe meos pedes reſoluam,
Ne veſtigia præpedita vinclis
Tardis greſſibus irruans in ignem.
Cur lamenta rigant genas madentes?
Cur veſtri memor vt ſiem rogatis?
Cunctis pro populis rogabo Chriſtum.
Vix hæc ediderat, relaxat ipſe

Exod 3. 5.

Indumenta pedum, velut Moyſes
Quondam fecerat ad rubum propinquans.
Non calcare ſacram cremationem,
Aut adſtare Deo priùs licebat,
Quàm veſtigia pura figerentur.
Stabat calce mera, reſultat ecce
Cælo ſpiritus, & ferit loquelam
Quæ cunctos tremefecit audientes.
Non eſt, credite, pœna quam videtis,
Quæ puncto tenus citata tranſit,
Nec vitam rapit illa, ſed reformat.

Ignis ad cœlū via.

Felices Animæ, quibus per ignem,
Celſa ſcandere contigit Tonantis:
Quas olim fugiet perennis ignis.
Hæc inter, rapidos focos crepantes
Intrant paſſibus, & minantur ipſis

* crepitantibus.

*Flammarum * trepidantibus caminis.*
Nexus denique, qui manus retrorſum
In tergum reuocauerant reuinctas,
Intacta cute, decidunt aduſti.
Nam auſa eſt cohibere pœna palmas
In mortem crucis ad Patrem leuandas:
Soluit brachia, quæ Deum precentur,
Priſcorum ſpecimen trium putares,
Quos olim Babylonicum per ignem
Cantantes ſtupuit tremens Tyrannus.
Illis ſed pia flamma tum pepercit,

Dan. 3. 23. 24 50

Nondum tempore paſſionis apto,
Nec mortis decus inchoante Chriſte.

A *Hos quum defugeret vaporus ardor,*
Orant, vt celer ignis aduolaret,
Et finem daret anxijs periclis.
Exorata ſuos obire tandem
Maieſtas famulos iubet caducis
Miſſis corporibus, ſibique reddi.
Vidit Præſidis ex domo ſatelles
Cælum Martyribus patere apertum,
Inſigneſque viros per aſtra ferri.
Quin & filiolæ monens herili
B *Oſtendit ſceleris notam paterni,*
Cælo viuere, quos forum peremit.
Hæc tum virginitas palàm videre
Per ſudum meruit, patente cælo,

Virgo apta contemplationi.

Vt crimen Domini domus timeret.
Tum de corporibus ſacris fauillæ,
Et perfuſa mero leguntur oſſa,
Quæ raptim ſibi quiſque vindicabat.

Reliquiarū cultus.

Fratrum tantus amor domum referre
Sanctorum cinerum dicata dona,
Aut geſtare ſinu fidele pignus
C *Sed ne reliquias reſuſcitandas,*
Et mox cum Domino ſimul futuras,
Diſcretis loca diuidant ſepulcris.
Cernuntur niueis ſtolis amicti,
Mandant reſtituı, cauoque claudi
Mixtim marmore, pulueren ſacrandum.
O triplex honor, ò triforme culmen!
Quo noſtræ caput excitatur vrbis,
Cunctis vrbibus eminens Hiberis.
Exultare tribus libet Patronis
D *Quorum præſidio fouentur omnes*
Terrarum populi Pyrenearum.
Circumſtet chorus ex vtroque ſexu,
Heros, virgo, puer, ſenex, anicla,
Veſtrum pſallite rite Fructuoſum.
Laudans Augurium reſultet hymnus,
Miſtis Eulogium modis coæquans,
Reddamus patribus pares Camænas.
Hinc aurata ſonent in arce tecta,
Blandum litteris extet inde murmur,
Et carmen freta feriata pangant.
Olim tempus erit ruente mundo,
E *Quum te Tartareo Fructuoſus acri*
Soluet ſupplicio tegens ab igni.
Fors dignabitur & meis medelam
Tormentis dare, proſperante Chriſto,
Dulces Hendecaſyllabos reuoluens.

HYMNVS SEPTIMVS QVIRINI MARTYRIS, ET EPISCOPI Eccleſiæ Siſcianæ.

V. Baron. in Martyr. 4. Iunii.

F Carmen eſt Glyconicum, conſtans Spondæo, Choriambo, & Pyrrhichio, ſeu Iambo, hoc modo:

INſignem meritis virum
Quirinum placitum Deo

Patria Quirini.

Vrbis mœnia Siſciæ
Conceſſum ſibi Martyrem

Complexu patrio fouent.
Hic ſub Galerio duce
Qui tunc Illyricos ſinus
Vrgebat ditionibus,
Fertur catholicam fidem
Inluſtraſſe per exitum.
Non illum gladij rigor,
Non incendia, non feræ
Crudeli interitu necant,
Sed lymphis fluuialibus
Gurges dum rapit, abluit.
Mors quæcunque pro Deo bona.
Nil refert vitreo æquore,
An de flumine ſanguinis
Tingat paſſio Martyrem,
Æquè gloria prouenit
Fluctu quolibet vuida.
Præceps in vndas agitur.
Summo pontis ab ardui
Sanctæ plebis Epiſcopus
In præceps fluuio datur,
Suſpenſum laqueo gerens
Ingentis lapidem molæ.
Deiectum placidiſſimo
Amnis vertice ſuſcipit,
Nec mergi patitur ſibi
Miris vaſta natatibus
Saxi pondera ſuſtinens.
Spectant eminus è ſolo
Doctorem pauidi greges,
Nam Chriſti populus frequens
Riparum ſinu anima
Stipato agmine ſepſerat.
Enatans illæſus.
Sed Quirinus vt eminens
Os circumtulit heu ſuos
Exemplò trepidos videt,
Nil ipſe proprij memor
Inter ſtagna periculi.
Confirmat pia pectora,
Verbis mirificis rogans,
Ne quem talia terreant,
Ne conſtans titubet fides,
Aut pœnam putet emori.
Dicentem fluitantibus
Amnis terga vehunt vadis,
Nec ſubſtrata profunditas
Saxòque, & laqueo, & viro
Audet ſponte dehiſcere.
Senſit martyr Epiſcopus
Iam partam ſibi præcipi
Palmam mortis, & exitus,
Aſcenſumque negarier
Æterni ad ſolium Patris.
Ieſu cunctipotens, ait:
Haudquaquam tibi gloria
Hæc eſt inſolita, aut noua,
Calcare fremitum maris,
Prona & flumina ſiſtere.
Scimus diſcipulum Petrum
Quum veſtigia tingeret
Matth. 14. 30.
Mortali trepidus pede,
Dextræ ſubſidio tuæ
Subieciſſe ſalum ſolo.
Iordanem quoque nouimus
A *Tortis verticibus vagum,*
Dum fertur rapido impetu,
Ad fontem refluis retrò
Confugiſſe meatibus. Pſalm. 113. 3.
Hæc miracula ſunt tuæ
Virtutis, Domine, vt modo
Suſpendar leue prænatans
Summo gurgite fluminis,
Cum collo ſcopulum traham.
Iam plenus titulus tui eſt,
B *Et vis prodita Nominis,*
Quæ Gentilis hebet ſtupor,
Abſoluas precor, optime,
Huius nunc animæ moras.
Quid poſſis, probat amnicus
Qui vectat ſilicem liquor.
Hoc iam quod ſupereſt cedo,
Quo nil eſt pretioſius
Pro te Chriſto Deus mori.
Orantem ſimul halitus,
Et vox deſerit, & calor,
C *Scandit ſpiritus ardua:*
Fit pondus graue ſaxeum, Mortem à Deo impetrat.
Corpus ſuſcipiunt aquæ.

LOCVS, VBI MARTYRES PASSI SVNT, QVODNVNC BAPTISTErium appellatur.

Carmen eſt Elegiacum.

D *ELectus Chriſto locus eſt, vbi corda probata*
Prouehat ad cœlum, ſanguine, purget aqua
Hic duo purpureum Domini pro nomine caſi
Martyrium pulchra morte tulère viri.
Hic etiam liquido fluit indulgentia fonte,
Ac veteres maculas diluit amne nouo.
Qui cupit æternum cœli conſcendere regnum,
Huc veniat ſitiens, ecce parata via eſt,
Ante coronati ſcandebant ardua teſtes
Atria, nunc lotæ celſa petunt animæ.
E *Spiritus æterno ſolitus deſcendere lapſu,*
Vt dederat palmam, ſic tribuit veniam.
Haurit terra ſacros, aut fonte aut ſanguine rores,
Exundátque ſuo iugiter vnda Deo.
Ipſe loci eſt Dominus, laterum cui vulnere vtroque,
Hinc cruor effuſus fluxit, & inde latex.
Ibitis hinc, vt quiſque poteſt per vulnera Chriſti,
Deuectus gladiis alter, & alter aquis.
Sanguis, & aqua ex Chriſti latere. Ioan. 19. 34. V. Baron. in Martyrol. 13. Auguſt.

F
PASSIO CASSIANI MARTYRIS IN FORO CORNELIANO

HYMNVS OCTAVVS.

Carmen Heroicum, cui adnexum eſt Senarium Iambicum.

SYlla forum ſtatuit Cornelius, hoc Itali vrbem
Vocant ab ipſo conditoris nomine:
Hic mihi quum peterem te rerum maxima Roma.

Spes eſt oborta proſperum Chriſtum fore.
Stratus humi tumulo aduoluebar, quem ſacer ornat
Martyr, dicato Caſſianus corpore.
Dum lacrymas mecū reputo mea vulnera, & omnes
Vitæ labores ac dolorum acumina,
Erexi ad cœlum faciem, ſtetit obuia contrà
Fucis colorum picta imago Martyris.
Imago Martyris.
Plagas mille gerens, totos lacerata per artus,
Ruptam minutis præferens punctis cutem:
Innumeri circum pueri, miſerabile viſu,
Confoſſa paruis membra figebant ſtylis.
Vnde pugillares ſoliti percurrere ceras,
Scholare murmur adnotantes ſcripſerant.
Æditums conſultus ait, quod proſpicis hoſpes
Non eſt inanis, aut anilis fabula:
Hiſtoriam pictura refert, quæ tradita libris,
Veram vetuſti temporis monſtrat fidem.
Imaginum vtilitas.
Præfuerat ſtudiis puerilibus, & grege multo
Septus, magiſter literarum ſederat.
Verba notis breuibus comprendere cuncta peritus,
Raptimque punctis dicta præpetibus ſequi.
Aſpera nonnunquam præcepta, & triſtia viſa,
Impube vulgus mouerant, ira, & metu.
Magiſter Caſſianus pueris inuiſus.
Doctor amarus enim diſcenti ſemper Ephebo
Nec dulcis vlli diſciplina infantiæ eſt.
Ecce fidem quatiens tempeſtas ſæua premebat
Plebem dicatam Chriſtianæ gloriæ.
Extrahitur cœtu è medio moderator alumni
Gregis, quòd aris ſupplicare ſpreuerat.
Pœnarum artifici quærenti, quod genus artis
Vir noſſet, alto tam rebellis ſpiritu,
Reſpondent: agmen tenerum, ac puerile gubernat,
Fictis notare verba ſignis imbuens.
Ducite conclamat captiuum ducite, & vltro
Donetur ipſis verberator paruulis.
Vt libet illudant, lacerent impunè; manuſque
Tingant Magiſtri feriatas ſanguine.
Ludum Diſcipulis volupe eſt vt præbeat ipſe
Doctor ſeuerus, quos minis coërcuit.
Vincitur poſt terga manus, ſpoliatus amictu,
Adeſt acutis agmen armatum ſtilis.
Quantum quiſque odij tacita conceperat ira,
à Diſcipulis confoditur
Effudit ardens felle tandem libero.
*Coniiciunt alij * lapides, inque ora tabellas*
* fragiles.
Frangunt, reliſa fronte lignum diſſilit.
Buxa crepant cerata, genis impacta cruentis,
Rubétque ab ictu curua tumens pagina.
Inde alij ſtimulos, & acumina ferrea vibrant,
Qua parte aratis ſulcis ſcribitur.
Et qua ſecti apices abolentur, & æquoris hirti
Rurſus niteſcens innouatur area.
Hinc foditur Chriſti confeſſor, & inde ſecatur,
Pars viſcus intrat molle, pars ſcindit cutem.
Omnia membra manus pariter fixere cruentæ,
Totidémque guttæ vulnerum ſtillant ſimul.
Maior terror erat, qui ſumma pupugerat infans
Quàm qui profunda perforarat viſcera.
Ille leuis, quoniam percuſſor morte negata
* ſolelcit.
*Sæuire * ſolis ſcit dolorum ſpiculis,*
Hic quanto interius vitalia condita pulſat,
Plus dat medelæ dum necem prope applicat.
Eſte precor fortes, & vincite viribus annos,
A *Quod deſit æuo, ſuppleat crudelitas.*
Sed malè conatus tener, infirmuſque laborat,
Tormenta creſcunt dum fatiſcit carnifex.
Quid gemis? exclamat quidam, tute ipſe Magiſter
Diſcipulorū in Magiſtrum crudelitas immanis.
Iſtud dediſti ferrum, & armaſti manus.
Reddimus ecce tibi iam millia multa notarum,
Quæ ſtando, flendo, te docente excepimus.
Non potes iraſci quod ſcribimus, ipſe iubebas
Nunquam quietum dextera vt ferret ſtilum:
Non petimus toties te Præceptore negatas,
B *Auare doctor, iam ſcholarum ferias.*
Pangere puncta libet, ſulciſque intexere ſulcos,
Flexas catenis impedire virgulas.
Emendes licet inſpectos longo ordine verſus,
Mendoſa fortè ſi quid errauit manus.
Exerce imperium, ius eſt tibi plectere culpam,
Si quis tuorum te notauit ſegniùs.
Talia ludebant pueri per membra Magiſtri
Nec longa feſſum pœna ſoluebat virum.
Tandem luctantis miſeratus ab æthere Chriſtus,
Iubet ſolui pectoris ligamina.
C *Difficileſque moras animæ, ac retinacula vitæ*
*Relaxat * artus, & latebras expedit.*
* arctas
Sanguis ab interno venarum fonte patentes
Vias ſequutus, deſerit præcordia.
Totque foraminibus penetrati corporis exit,
Fibrarum anhelans ille vitalis calor.
Hæc ſunt quæ liquidis expreſſa coloribus hoſpes
Miraris, iſta eſt Caſſiani gloria.
Suggere, ſi quod habes iuſtum, vel amabile votum,
Sancti orātes audiūtur.
Spes ſi qua tibi eſt, ſi quid intus æſtuas.
D *Audit ire de preces Martyr proſperrimus omnes,*
Rataſque reddit, quas videt probabiles.
Pareo, complector tumulum, lacrymas quoq; fundo,
Altar' tepeſcit ore, ſaxum pectore.
Tunc arcana mei percenſeo cuncta laboris,
Tunc quod petebam, quod timebam murmuro.
Et poſt terga domum dubia ſub ſorte relictam,
Et ſpem futuri forte nutantem boni.
Audior, vrbem adeo, dextris ſucceſſibus vtor:
Domum reuertor, Caſſianum prædico.

E

ROMANI MARTYRIS SVPPLICIVM.

V. Baron. in Martyrol. 18. Nouemb.

HYMNVS NONVS.

Carminis ratio eadem eſt, quæ fuit Præfationis Pſychomachiæ, *Senex fidelis, ſupra.*

Inuocatio elegans.

ROmane Chriſti fortis adſertor Dei,
Elinguis oris organum fauor moue,
F *Largire comptum carmen infantiſsimo,*
Fac vt tuarum mira laudum concinam:
Nam ſcis & ipſe, poſſe mutos eloqui.
Mat. 7.37.
Plectrum palati, & faucium ſæuus tibi
Tortor reuulſit, nec tamen ſilentium
Indixit ori, quo fatebaris Deum,
Vox veritatis teſtis, extingui nequit,
Nec ſi reciſis palpitet meatibus,
Sic noſter hærens ſermo linguæ debilis.
Balbutit, & modis laborat abſonis:
Sed ſi ſupremo rore reſpergas iecur,

Digitized by Google

Et ſpirituali lacte pectus inriges,
Vox impeditos rauca laxabit ſonos.
Euangeliſta ſcripſit ipſe talia
Matth. 10. 19. *Præcepea Meſſiam dediſſe Apoſtolis.*
Nolite verba, quum ſacramentum meum
Erit canendum, prouidentur quærere:
Ego imparatis, quæ loquantur, ſuggeram.
Sum mutus ipſe, ſed potens facundiæ,
Mea lingua Chriſtus luculenter diſſeret,
Ipſe explicabit quos ſupremo ſpiritu
Dæmon tumultus dum domatur, mouerit,
Furore peſtis peior in nouiſſimo:
Sic vulneratus anguis ictu ſpiculi
Ferrum remordet, & dolore ſæuior,
Quaſſando preſſis immoratur dentibus,
Haſtile fixum, ſed manet profundius,
Nec caſſa ſentit morſuum pericula.
*Gallerius * vrbis fortè Romanæ ſtatum*
* Orbis. *Ductor regebat, vt refert antiquitas*
Immitis, atrox, aſper, implacabilis,
Edicta latè Mundum in omnem miſerat,
Chriſtum negaret quiſque mallet viuere.
*Hæc ille ſerpens ore dictat * regio,*
* legio *Qui mortuorum de ſepulchris exiens*
Clamat: Quid ante tempus aduentu cito
Mea regna ſoluis? parce fili altiſſimi,
Vel poſſidere corda porcorum iube.
Matth. 8. 29. *Præfectus iſtis imminens negotiis*
Aſclepiades, ire mandat milites
Eccleſiæ tenus quæ de ſacrariis
Raptare plebem, mancipandam vinculis;
Ni diſciplinam Nazarenam reſpuat.
Mox ipſe templum cogitans irrumpere,
Act. 9. 1. *Et diſſipare Sancta ſanctorum ſtudens,*
Armis profanus præparabat impius
Altaris Aram funditus peſſundare,
Foreſque & ipſas in ruinam ſoluere.
Præcurrit index his repentè cognitis
Romanus, ſacræ heros excellentiæ,
Venire in armis perduelles nuntiat,
Animos pauentum præſtruens hortatibus,
Stent vt parati, neve cedant turbini.
Conſpiret vno fœderatus ſpiritu
Chriſtianorum cõſtantia. *Grex Chriſtianus, agmen imperterritum,*
Matrum, virorum, paruulorum, virginum;
Fixa & ſtatuta eſt omnibus ſententia
Fidem tueri, vel libenter emori.
Refert repulſus miles ad ſubſellia,
Plebis rebellis eſſe Romanum ducem,
Flagrare cunctos peruicaci audacia,
Iugulos retectos obſtinatè opponere,
Quò glorioſa morte fortes oppetant.
Præceps iubetur inde Romanus rapi,
Soluſque, vt incitator, & fax omnium,
Romanus ſeſe offert Ter orbus. *Pro contumaci plebe cauſam dicere.*
It non reſiſtens, ſeque vinciri petit,
Flexas & vltrò torquet in tergum manus.
* pone *Amor coronæ * pene præuenit trucem*
Lictoris artem, ſponte nudas offerens
Coſtas biſulcis execandas vngulis.
Irrumpit altum limen, & præconibus
Stupore mutis, ipſe tortorem trahit.

A *Aſtanti ob ora ſic Tyrannus incipit,*
Infame monſtrum, vilis, inteſtabilis, Tyranni feritas.
Tu ventilator vrbis, & vulgi leuis
Procella, mentes inquietas mobiles,
Ne ſe imperita turba dedat legibus.
Populare quiddam ſub colore gloriæ
Inliterata credidit frequentia,
Vt ſe per æuum conſecrandos autument,
Si bella Diuis ceu gigantes inferant,
Victique flammis obruantur montium.
Hoc tu paraſti, perdite, ſpectaculum
B *Cladis cruentæ de necandis ciuibus,*
Quos vt profanos impiati, & ſæculi
Reos, neceſſe eſt te magiſtro interfici,
Tu cauſa mortis, tu malorum ſignifer.
Ni fallor æquum eſt, vt quod autor improbus
Tolerare multos compuliſti, vt carnifex
In te recurrat, próque tantis cædibus
Quæ mox futuræ, primus exitium luas,
Foras & ipſe quod ferendum ſuaſeras.
His ille contra reddit ore libero:
Amplector, ô Præfecte, nec me ſubtraho,
C *Vt pro fideli plebe ſolus immoler,*
Dignus ſubire cuncta, ſi me conſulas,
Quæcunque veſtra iuſſerit crudelitas.
Intrare ſeruus Idolorum, ac Dæmonum, Romani animi magnitudo.
Sanctam ſalutis non licet noſtræ domum,
Ne polluatur purus orandi locus:
Confido ſancto Spiritu nunquam tibi
Dandum, vt beatum limen attingas pede.
Niſi fortè noſter factus, in noſtrum gregem
Mereare ſumi, quod pater faxit Deus.
Incenſus Aſclepiades, iuſſerat
Euiſcerandum corpus eculeo eminus
D *Pendere, & vncis, * vinculiſque creſcere.*
Apparitores ſed furenti ſuggerunt * vnguliſq;
Illum vetuſta nobilem proſapia, Romanus nobilis.
Meritiſque multis eſſe primum ciuium.
Iubet amoueri noxialem ſtipitem,
Plebeia clarum pœna ne damnet virum.
Tundatur, inquit, tergum crebris ictibus,
Plumbóque ceruix verberata extuberet:
Perſona quæque competenter plectitur,
Magnique refert vilis, an ſit nobilis
Gradu reorum, forma tormentis datur.
E *Pulſatus ergo Martyr illa grandine,*
Poſtquam inter ictus dixit Hymnum, plumbeos,
Erectus infit: abſit vt me nobilem
Sanguis parentum præſtet, aut lex curiæ,
Generoſa Chriſti ſecta nobilitat viros.
Si prima noſtris quæ ſit in cunabulis
Origo, textu ſtemmatis recenſeas: Vera nobilitas à Chriſto.
Dei parentis eſſe ab ore cœpimus,
Cui quiſque ſeruit, ille verè eſt nobilis,
Patri rebellis, inuenitur degener.
F *Honos deinde ſtemmati accedit nouus,*
Et ſplendor ingens, vt Magiſtratus venit,
Si confitendi nominis teſtem probum
Signent inuſta ferri, & ignis vulnera,
Et vim dolorum mors ſequatur inclyta.
*Caue benignus eſſe * peruerſe velis.*
Nec mi remiſſus leniter peperceris, * peruerſibilis.

Incumbe membris tortor, vt ſim nobilis:
His ampliatur ſi fruar ſucceſſibus,
Genus patris, matriſque flocci fecero.
Hæc ipſa veſtra dignitatum culmina
Nobilitas mundi fluxa. *Quid eſſe cenſes? nonne curſum tranſeunt*
Faſces, ſecures, ſellæ, prætextæ, togæ,
Lictor, tribunal, & trecenta inſignia
Quibus tumetis, moxque detumeſcitis?
Quum Conſulatum initis, vt vernæ ſolent,
(Pudet fateri) farre pullos paſcitis,
Aquila ex eburna ſumit arrogantiam
Geſtator eius, ac ſuperbit belluæ
Inflatus oſſe, cui figura eſt alitis.
Iam ſi ſub aris ad ſigillorum pedes
Ridetur à Romano. *Iaceatis, infra ſectilem quercum ſiti,*
Quid eſſe vobis æſtimem proiectius?
Nudare plantas, ante carpentum ſcio
Proceres rogatos, matris Ideæ ſacris.
Lapis nigellus euehendus eſſedo,
Muliebris oris clauſus argento ſedet,
Cibele ſacra. *Quem dum ad lauacrum præeundo ducitis,*
Pedes remotis atterentes calceis
Almonis vſque peruenitis riuulum.
Quid illa turpis pompa? nempè ignobiles
Vos eſſe monſtrat, quum Luperci curritis,
Quem ſeruulorum non rear viliſſimum,
Nudus plateas ſi per omnes curſitans,
Pulſet puellas verbere actas ludicro?*
Miſeret tuorum me ſacrorum, & Principum,
Morúmque Roma ſeculi ſummum caput.
Sacra veterũ impia *Age explicemus, ſi placet, myſteria*
Præfecte, veſtra, iam neceſſe eſt audias,
Nolis velis, ne quid colatis ſordium,
Nec terret iſta, qua tumes veſania,
Quod vultuoſus, quod ſupinus, quod rigens,
Tormenta lethi comminaris aſperi:
Si me mouere rebus vllis niteris,
Ratione mecum, non furore dimica.
Iubes relictis Patris, & Chriſti ſacris,
Vt tecum adorem fœminas, ac mille mares,
Deos, Deaſque, dèque ſexu duplici
Natos, nepotes, adnepotes editos,
Ac toe ſtuprorum ſordidam proſapiam.
Nubunt puellæ, ſæpe luduntur dolis,
Amaſiorum comprimuntur fraudibus:
Dij neſa... *Inceſta feruent, furta mœchorum calent,*
Fallit maritus, odit vxor pellicem,
Deos catenæ colligant adulteros.
Oſtende quæſo, quas ad aras præcipis
Veruece cæco fumet vt ceſpes meus:
Delphóſne pergam? ſed vetat paleſtrici
Corrupta ephebi fama, quem veſter Deus
Effœminauit Gymnadis licentia.
Mox fleuit impuratus occiſum graui
Diſco, & dicauit florulentum ſuccubam.
Conductus idem pauit alienum pecus,
Furem deinde perditi paſſus gregis
Segnis bubulcus, tela & ipſa perdidit.
An ad Cybellis ibo lucum pineum?
Puer ſed obſtat Gallus ob libidinem,
Per triſte vulnus, pérque ſectum decus
Ab impudica tutus amplexu Deæ:

A *Permulta matri ſacra plorandus ſpado.*
Sed credo magni limen amplectar Iouis,
Qui ſi atteritur legibus veſtris reus,
Laqueis minacis implicatus Iuliæ,
Luat ſeueram victus & cantiniam,
Te cognitore dignus ire carcerem.
Saturnus 8. Æn 320.
Quid aureorum conditorem temporum
Cénſes colendum? quem fugacem non negas,
Latuiſſe furtim, dum reformidat malum:
Quem ſi beatè viuere audit Iuppiter,
Plectat neceſſe eſt occulendi conſcios.
B *Quid inter aras diſſidentum Numinum*
Putas agendum? Martis indignabitur
Offenſa virtus, ſi colatur Lemnius.
Iunonis iram ſentiet, quiſque vt Deum
Signo, aut ſacello conſecrarit Herculem.
Dicis licenter hæc Poëtas fingere:
Sed ſunt & ipſi talibus Myſteriis
Tecum dicati, quódque deſcribunt, colunt. A Poetis idololatria
Tu cur piaculum tam libenter lectitas?
Cur in theatris, te vidente, id plauditur?
C *Cygnus ſtuprator peccat inter pulpita.*
Saltat tonantem tauricornem Lydius.* *comũtem Dij ... cũ ... ſunt.
Spectator horum Pontifex ſummus ſedet,
Ridéſque, & ipſe nec negando diluis,
Quum fama tanti polluatur Numinis,
Cur tu Satrate per cachinnos ſolueris,
Quum ſe maritum fingit Alcmenæ Deus?
Meretrix Adonim vulneratum ſcenica
Libidinoſo plangit affectu palam.
Nec te lupanar Cypridis ſancte mouet?
D *Quia quod ſub ipſa veritas ſignis patet,*
Formata in ære criminum veſtigiis.
Quid vult ſigillum ſemper adfixum Ioui
Auis miniſtræ? nempe velox armiger
Leno exoletum qui tyranno pertulit.
Facem recincta veſte prætendit Ceres,
Cur ſi Deorum nemo rapuit virginem,
Quam nocte quærens, mater errat peruigil.
Fuſos rotantem cernimus Tyrinthium?
Cur ſine ære non fuit ludibrio?
E *Quid ruſticorum monſtra deteſtor Deûm?*
Faunos, Priapos, fiſtularum præſides
Idolorum monſtra. *Nymphas natantes, incolaſque aquatiles,*
Sitas ſub alto, more, ranarum lacu,
Diuinitatis ius in algis vilibus?
Ad hæc colenda me vocas cenſor bone?
Potéſne quicquam tale, ſi ſanum ſapis,
Sanctum putare? nónne pulmonem mouet
Deriſus iſtas intuens ineptias,
Quas vinolentæ ſomniis fingunt anus?
F *Aut ſi quid vſquam eſt vanitatis myſticæ,*
Nobis colendum eſt, ipſe primus incipe,
Pronuſque adora quicquid in terris ſacrit eſt,
Deos Latinos, & deos Ægyptios,
Queis Roma libat, queis Canopus ſupplicat.
Venerem precaris? comprecare & Simiam,
Placet ſacratus Aſpis Æſculapij? Simia, Crocodilus Cepe.
Crocodilus, Ibis, & Canes cur diſplicent?
Adpone toris religioſas arulas,
Venerare acerbum Cepe, mordax Allium.
Fuliginoſi thure placantur Lares,

Et reſpui ntur

Et reſpuuntur conſecrata oluſcula:
At vnde maior eſſe maieſtas focis,
Quàm nata in hortis ſarculatis creditur,
Si numen ollis, numen & portis ineſt?
Ab ſculptoribus. Sed pulcrarei eſt forma in ære ſculptilis:
Quid imprecabor officinis Græciæ,
Qui condiderunt gentibus ſtultos Deos?
Forceps Myronis, Polycleti malleus
Natura veſtrum eſt, atque origo cælitum.
Ars ſeminandis efficax erroribus,
Barbarum rigentem dum Iouis circumplicat,
Dum defluentem leniter flectens comam,
Limat capillos, & corymbos Liberi,
Et dum Mineruæ pectus hydris aſperat,
Iniecit atram territis formidinem.
Vt fulmen aëris ceu Tonantis horreant,
Tremant venenum ſibilantis Gorgonæ,
Putent Ephebum poſt triumphos Indicos
Bacchus. Ferire Thyrſo poſſe, quum ſit ebrius.
Tum quod Dianam molle ſuccinctam vident,
Diana. Venantis arcum pertimeſcant virginis.
Hercules. Si fortè vultum triſtioris Herculis,
Liquore criſpo maſſa finxit fuſilis,
Clauam minari, ni colatur, creditur,
Iuno. Iam quis pauentum corda terror occupat?
Iunonis iram ſi politè expreſſerit,
Velut retortis intuens obtutibus,
Auertat ora delitantis hoſtia,
Lapis ſeuera fronte mentitur minas.
Miror quod ipſum non ſacratis Mentorem,
Phidias Idolorum fabricator. Nec templum, & aras ipſe Phidias habet
Fabri Deorum, vel parentes Numinum:
Qui ſi caminis inſtitiſſent ſegnius,
Quum condiderunt gentibus ſtultis Deos,
Non eſſet vllus Iuppiter conflatilis.
* Pagani quod in pago, idolis ſacrificarent. Non erubeſcis, ſtulte, * pago dedite,
Te tanta ſemper perdidiſſe obſonia:
Quæ dijs ineptus obtuliſti talibus
Quos trulla, peluis, cantharus, ſartagines,
Fracta, & liquata contulerunt vaſcula.
Ignoſco fatuis hæc tamen vulgaribus,
Quos lana terret diſcolor in ſtipite,
Quos ſæpe falſus circulator decipit,
Quibus omne ſanctũ eſt, quod pauendũ * vanulæ
* reucidæ Edentularum cantilenæ ſuaſerint.
Vos eruditos miror, & doctos viros,
Perpenſa vitæ quos gubernat regula,
Neſcire vel diuina, vel mortalia
Quo iure conſtent, quanta maieſtas regat
* qui Quicquid creatum eſt, * quæ creauit omnia
Deus perennis, res inæſtimabilis,
* viuendo Verus Deus quis ſit. Non cogitando, non * videndo clauditur,
Excedit omnem mentis humanæ modum,
Nec comprehendi viſibus noſtris valet,
Extraque, & intus, ac ſuperfluit.
Intemporalis, ante quàm primus dies
Eſſe, & fuiſſe ſemper vnus obtinet,
Lux ipſe vera, veri & autor luminis
Quum lumen eſſet, lumen effudit ſuum:
Ex luce fulgor natus hic eſt Filius.
Dei filius Vis vna Patris, vis & vna eſt Filij
Vnuſque ab vno lumine ſpendor ſatus,

A Pleno refulſit claritatis lumine,
Natura ſimplex pollet vnius Dei,
Et quicquid vſquam eſt, vna virtus condidit: Creator omnium.
Cælum, ſolumque, vim marini gurgitis,
Globos dierum, noctiumque præſides,
Ventos, procellas, fulgura, imbres, nubila,
Septentriones, heſperos, æſtus, niues,
Fontes, pruinas, & metalla, & flumina,
Prærupta, plana, montium conuallia,
Feras, volucres, reptiles, natatiles,
B Iumenta, pecua, ſubiugales belluas,
Flores, fruteta, germina, herbas, arbores,
Quæ ſunt odori, quæque vernant eſui. Omnia verbo facta. Gen. 1. Ioan. 1.
Hæc non labore, & arte molitus Deus,
Sed iuſſione, quam poteſtas protulit:
Mandauit eſſe, facta ſunt quæ non erant,
Verbo creauit omniformem machinam,
Virtus paterna ſemper in Verbo fuit.
Cognoſtis ipſum, nunc colendi agnoſcite
Ritum, mundumque, quale ſit templi genus,
C Quæ dedicari ſanxerit donaria,
Quæ vota poſcat, quos Sacerdotes velit,
Quod mandet illic nectar immolarier.
Ædem ſibi ipſe mente in Hominis condidit Homo Dei templum.
Viuam, ſerenam, ſenſualem, ſtabilem,
Solui incapacem poſſe, nec deſtructibilem,
Pulchram, venuſtam, præminentem culmine,
Diſcriminatis illitam coloribus.
Illic Sacerdos ſtat ſacraeo in limine,
Foreſque primas virgo cuſtodit Fides,
Innexa crines vinculis regalibus,
D Poſſit litari victimas Chriſto, & Patri,
Quas ſcit placere candidatas, ſimplices,
Frontis pudorem, cordis innocentiam? Fidei deſcriptio, & comites.
Pacis quietem, caſtitatem corporis,
Dei timorem, regulam ſcientiæ,
Ieiuniorum parcitatem ſobriam,
Spem non tacentem, ſemper & largam manum.
Ex his amœnus hoſtiis ſurgit vapor,
Vincens odorem balſami, thuris, croci,
Aras madentes Perſicorum aromatum,
E Sublatus inde, cælum adusque tollitur,
Et proſperatum dulce delectat Deum.
Hanc diſciplinam quiſquis infenſus vetat,
Vetat probatum viuere, & ſanctum ſequi,
Vetat vigorem mentis altè intendere,
Noſtrique acumen ignis ad terram vocat,
Nec excitari vim ſinit prudentiæ.
O merſa limo cæcitas Gentilium!
O carnulenta nationum pectora! Gentilitas cæca & demens.
O ſpiſſus error! ò tenebroſum genus!
F Terris amicum, deditum cadaueri,
Subiecta ſemper intuens, nunquam ſupra,
Furórne ſummus, vltima & dementia eſt
Deos putare, qui creantur nuptiis?
Rem ſpiritalem terrulentè quærere,
Elementa mundi conſecrare altaribus,
Id quod creatum eſt Conditorem credere;
Deaſciato ſupplicare ſtipiti,
Verris cruore ſcripta ſaxa ſpargere,
Aras offellis obſecrare bubulis,
Homines fuiſſe quum ſcias, quos conſecras,

Vu

Digitized by Google

Vrnas reorum morticinas lambere?
Deſiſte, Iudex ſeculi, tantum nefas
Viris iubere fortibuſque, & liberis.
Nihil eſt amore veritatis celſius,
Dei perennis numen aſſerentibus,
Nihil eſt pauori, & mors ipſa ſubiacet.
Dudum coquebat differente Martyre
Aſclepiades intus iram ſubdolam,
Stomachatus alto felle dum longum ſilet,
Bilémque tectis concipit præcordiis,
Tandem latentis vim furoris euomit:

Aſclepiadis Tyranni furor.

Prò Iuppiter quid eſt, quod ex hoc audio?
Stat inter aras, & Deorum imagines,
Et quod fateri cogor, in medio foro,
Tacente memet hic perorat perditus,
Quicquid ſacrorum eſt ore fœdans impio.
O fas priorum, moris ò priſci ſtatus,
Inuenta Regum pro ſalute publica
Pompiliorum noſtra carpunt ſecula.
Quis hos ſophiſtas error inuexit nouus,
Qui non colendos eſſe Diuos diſputent?
Nunc dogma nobis Chriſtianum naſcitur,
Poſt euolutos mille demùm Conſules
Ab vrbe Roma, ne retexam Neſtoras,
Quicquid nouellum ſurgit, olim non fuit:
Vis ſummam rerum noſſe? Pyrrham conſule.
Vbi iſte veſter tunc erat ſummus Deus,
Diuum ſatore quum puer Mauortius
Fundaret arcem ſepticollem Romulus?
Quod Roma pollet auſpicato condita
Ioui Statori debet, & Diis cæteris.
*Hoc ſanctum ab æuo eſt, hoc ab * auis traditum,* * atauis
Placanda nobis pro triumphis Principis
Delubra, fauſtus vt ſecundet gloriam
Procinctus, vtque ſubiugatis hoſtibus
Ductor quietum frenet orbem legibus.
Accingere ergo quiſquis es, nequiſſime,
Pro principali ritè nobiſcum Deos
Orare vita, vel quod hoſtem publicum
Pati neceſſe eſt, ſolue pœnam ſanguine.
Spreuiſſe templa, reſpuiſſe eſt principem.

Romani charitas.

Tunc ille, nunquam pro ſalute, & maximis,
Fortiſſimiſque principis cohortibus
Aliter precabor, quàm fidele vt militent,
Chriſtique lymphis vt renaſcantur Patri,
Capiant & ipſum cœlitus Paraclytum.
Vt idolorum reſpuant caliginem,
Cernant & illud lumen æternæ ſpei,
Non ſucculentis influens obtutibus,
Nec corporales per feneſtras emicans,
Puris, ſed intus quod relucet mentibus.

Animæ lumen.

Pupilla carnis craſſa craſſum perſpicit,
Et res caduca, quod reſoluendum eſt, videt;
Liquidis videndis aptus eſt animæ liquor,
Natura feruens ſola feruentiſſimæ
Diuinitatis vim coruſcantem capit.
Hoc opto lumen Imperator nouerit
Tuus, meúſque, ſi velit fieri meus:
Nam ſi reſiſtit Chriſtiano nomini,
Meus ille talis Imperator non erit,
Scelus iubenti, crede, nunquam ſeruiam.

Non parendum ſcelus iubenti.

Statis, miniſtri, clamitans Iudex ait,
A *Statis? manuſque continetis vindices?*
Non rupta ſulcis diſſecatis viſcera?
Animam nec intus abditam rimamini,
Erumpit vnde vox profana in Principem?

Romani Martyriũ.

Scindunt vtrumque milites teterrimi
Mucrone hiulco penſilis latus viri,
Sulcant per artus longa tractim vulnera,
Obliqua rectis, recta tranſuerſis ſecant,
Et iam retectis pectus albet oſſibus,
Nitendo anhelant, diffluunt ſudoribus,
B *Quum ſit quietus Heros in quem ſæuiunt.*
Hæc inter, addit ſponte Romanus loqui;
Si quæris, ò Præfecte, verum noſcere,
Hoc omne quicquid lancinamur, non dolet,
Dolet, quòd error pectori inſidet tuo,

Patientia & charitas

Populos quòd iſtos tecum trahis perditos,
Currunt frequentes vndique ad ſpectaculum
Gentile vulgus, heu gemenda corpora!
*Crudumque noſtra fortis exemplum * tremunt,* * trahunt
Audite cuncti, clamo longè, ac prædico,
Emitto vocem de caſtata celſior,
C *Chriſtus paternæ gloriæ ſplendor, Deus*
Rerum Creator, noſter idem particeps

In cruciatibus concionatur.

Spondet ſalutem perpetem credentibus.
Animæ ſalutem, ſola quæ non occidit,
Sed iuge durans, diſpares caſus ſubit,
Aut luce fulget, aut tenebris mergitur,
Chriſtum ſequuta Patris intret gloriam;
Defuncta Chriſto, mancipatur Tartaro.
Curanda mercis qualitas, quænam mihi
Contingat olim perpetis ſubſtantiæ:
Nam membra paruipendo quo pacto cadant,
D *Caſura certè lege naturæ ſuæ,*
*Inſtet ruina quod reſoluendum eſt * ruat.*

Genus mortis flocci pendendum.

* cadat.

Nec diſtat ignis, & fidiculæ ſæuiant,
An corpus ægrum languor aſper torqueat,
Quum ſæpe morbos maior armet ſæuitia,
Non vngularum tanta vis latus fodit
Mucrone, quanta dira pulſat pleureſis.
Nec ſi inuſta laminis ardet cutis,
Vt febris atro felle venas exedit,
Vel ſummam pellis ignis obductus coquit,
Papulaſque feruor æſtuoſus excitat,
E *Credas cremari ſtridulis cauteribus.*
Miſerum putatis quod retortis pendeo
Extentus vlnis, quod reuelluntur pedes,
Compago neruis quod ſonat crepantibus,
Sic eiulantes oſſa clamant diuidi,
Nodoſa torquet quos podagra, & arthriſis.
Horretis omnes haſce carnificum manus,

Chirurgos patienter toleramus.

Num mitiores ſunt manus medentium?
* *Lamina quando ſæuit Hippocratica?*
F *Viuum ſecatur viſcus, & recens cruor*
Scapella tingit, dum putredo abraditur.
Putatur ferrum triſte chirurgos meis
Inferre coſtis, quod ſecat ſalubriter,
Non eſt amarum quo reformatur ſalus,
Videntur iſti carpere artus tabidos,
Sed dant medelam rebus intus viuidis.

Animæ morbi.

Quis neſcit autem quanta corruptela ſit
Contaminatæ carnis ac ſolubilis?
Sordet, tumeſcit, liquitur, fætet, dolet,

Inflatur ira, ſoluitur libidine:
Plerumque felle tincta liuores trahit.
Aurum regeſtum nonne carni adquiritur?
Inluſa veſtis, gemma, bombix, purpura
In carnis vſum mille quæruntur dolis,
Luxus vorandi carnis ærumnam fouet,
à Carnifice curantur.
Carnis voluptas omne per nefas ruit.
Medere quæſo carnifex tantis malis,
Concide, carpe fomitem peccaminum,
Fac vt reſecto debilis carnis ſitu
Dolore ab omni mens ſuperſit libera,
Ne geſtet vltra quod Tyrannus amputet.
Nec terrearis turba circunſtantium,
Mors eadē omnibus.
Hoc prædo ſolum quod peribit omnibus
Regi, clienti pauperique, & diuiti,
Sic vernularum, ſic Senatorum caro
Tabeſcit, imo cùm ſepulcro condita eſt.
Iactura vilis mordet, & damnum leue,
Si quo carendum eſt, perdere extimeſcimus,
Cur quod neceſſe eſt non voluntas occupat?
Natura cur non vertit in rem gloriæ!
Legale damnum deputemus præmiis.
Sed præmiorum forma quæ ſit fortibus
Videamus, illa nempe quæ nunquam perit,
Fortium præmia.
Cælo refuſus ſubuolabit ſpiritus,
Dei parentis perfruetur lumine
Regnante Chriſto ſtans in arce regia.
Quandoque cælum ceu liber plicabitur,
Cadet rotati Solis in terram globus,
Sphæram ruina menſtrualem deſtruet,
Deus ſuperſtet ſolus, & Iuſti ſimul
Cum ſempiternis permanebunt Angelis.
Contemne præſens vtile, ô prudens homo,
Hortatur ad patiendum.
Quod terminandum, quod relinquendum eſt tibi
Omitte corpus, rem ſepulcri & funeris,
Tende ad futuram gloriam, perge ad Deum.
Agnoſce quid ſis, vince mundum, & ſeculum.
Vix dum eloquutus Martyr hanc peregerat
Orationem, quum furens interſerit
Aſclepiades furit.
Aſclepiades, vertat ictum carnifex
In os loquentis, inque maxillas manum,
Sulcoſque acutos, & fidiculas transferat.
Verboſitatis ipſe rumpatur locus,
Scaturientes perdat vt loquacitas
Sermonis auras, perforatis follibus,
Quibus ſonandis nulla lex ponit modum,
Ipſa & loquentis verba torqueri volo.
Implet iubentis dicta Lictor improbus,
Charaxat ambas vngulis ſcribentibus
Genas, cruentis & ſecat faciem rotis,
Hirſuta barbis ſoluitur carptim cutis,
Et mentum adusque vultus omnis ſcinditur.
Martyr fluentem fatur inter ſanguinem:
Grates tibi, ô Præfecte, magnas debeo,
Quòd multa pandens ora, iam Chriſtum loquor,
Arctabat ampli nominis præconium
Meatus vnus, impar ad laudes Dei:
Tot ſunt Martyri linguæ, quot vulnera.
Rimas patentes inuenit vox edita,
Multiſque fuſa rictibus reddidit ſonos
Hinc inde plures, & profatur vndique
Chriſti, Patriſque ſempiternam gloriam;
Tot ecce laudant ora, quot ſunt vulnera.

A Tali repreſſus cognitor conſtantia,
Ceſſare pœnam præcipit: tunc ſic ait:
Per Solis ignes iuro, qui noſtros dies
Reciprocatis adminiſtrat circulis,
Cuius recurſu lux, & Annus ducitur.
Ignis parandus iam tibi triſtis rogi,
Qui ſine digno corpus iſtud deuoret,
Quod perſeuerans tam reſiſtit nequiter
Sacris vetuſtis, nec dolorum ſpiculis
Victum fatiſcit, fieque pœnis fortius.
Corpus fit cruciatu fortius.
B Quis hunc rigorem pectori iniecit ſtupor?
Mens obſtinata eſt, corpus omne obcalluit,
Tantus nouelli dogmate regnat furor,
Hic nempe veſter Chriſtus haud olim fuit,
Quem tu fateris ipſe ſuffixum Cruci.
Crux omnium ſalus
Hæc illa Crux eſt omnium noſtrûm ſalus,
Romanus inquit, hominis hæc redemptio eſt,
Scio incapacem te ſacramenti, impie,
Non poſſe cæcis ſenſibus Myſterium
Haurire noſtrum, nil diurnum nox capit.
Tamen tenebris proferam claram facem,
C Sanus videbit, lippos oclos obteget,
Remouete lumen, dicet inſanabilis,
Iniurioſa eſt nil videnti claritas,
Odi, profane, quos grauatus oderis.
Chriſtus æterni Patris æternus Filius.
Regem perennem Rex perennis protulit,
In ſe manentem, nec minorem tempore,
Quia tempus illum non tenet, nam fons retrò
Exordiorum eſt, & dierum & temporum,
Ex Patre Chriſtus, hoc Pater quod Filius.
Hic ſe videndum præſtitit Mortalibus,
Mortale corpus ſumpſit Immortalitas,
D Vt dum caducum portat æternus Deus,
Transire noſtrum poſſet ad cæleſtia,
Homo eſt peremptus, & reſurrexit Deus.
Cur homo factus.
Congreſſa mors eſt membra geſtanti, Deo
Dum noſtra tentat, ceſſit Immortalibus,
Stultum putatis hoc ſophiſtæ ſeculi:
Sed ſtulta mundi ſummus elegit pater,
1 Cor. 1. 27
Vt ſtultus eſſet ſeculi, prudens Dei.
Antiquitatem Romuli, & Mauortiam
Lupam renarras primum, & omen vulturum,
Si res nouellas reſpuis, nil tam recens:
E Vix mille faſtis implet hanc ætatulam
Curſus dierum, conditore ab augure.
Sexcenta poſſum regna pridem condita
Proferre toto in orbe, ſi ſit otium,
Multo ante clara, quàm capellam Gnoſiam
Suxiſſe fertur Iuppiter, Martis pater,
Sed illa non ſunt, hæc & olim non erunt.
Crux iſta Chriſti, quam nouellam dicitis,
Crucis encomia.
Naſcente mundo factus vt primùm eſt homo
F Expreſſa ſignis, expedita eſt literis,
Aduentus eius mille per miracula
Prænuntiatus ore Vatum conſono.
Reges, Prophetæ, Iudiceſque, & Principes,
Virtute, bellis, cultibus, ſacris, ſtylo,
Non deſtiterunt formam pingere Crucis.
Crux prænotata, Crux adumbrata eſt prius,
Crucem vetuſta combiberunt ſecula.
Tandem retectis vocibus Propheticis,
Ætate noſtra comprobata antiquitas,

Coram refulſit ore conſpiciabilis,
Ne fluctuaret veritas dubia fide,
Si non pateret teſte viſu comminus.
Hinc nos & ipſum non perire credimus
Chriſti Reſurrectio, noſtra. Corpus ſepulchro quod vorandum traditur,
Quia Chriſtus in ſe mortuum corpus cruci
Secum excitatum vexit ad ſolium Patris:
Viamque cunctis ad reſurgendum dedit.
Crux illa noſtra eſt, nos patibulum aſcendimus,
Nobis peremptus Chriſtus, & nobis Deus,
Chriſtus reuerſus, ipſe qui moriens homo eſt,
Naturæ* duplex, moritur & Mortem domat,
* ſimplex Reditque in illud quod perire neſciat.
Dixiſſe pauca ſit ſatis de Myſticis
Noſtræ ſalutis, déque proceſſa ſpei,
Matth. 7. 6 Iam iam ſilebo, margaritas ſpargere
Chriſti vetamur immundos ſues,
Lutulenta ſanctum ne terant animalia.
Sed quia profunda non licet luctarier
Ratione tecum, conſulamus proxima,
Interrogetur ipſa naturalium
Simplex ſine arte ſenſuum ſententia,
Fuci imperitus fac vt adſit arbiter,
Da ſeptennem circiter puerum, aut minus,
Qui ſit fauoris liber, & non oderit
Quenquam, nec vllum mentis in vitium cadat,
Periclitemur quid recens infantia
Dicat ſequendum, quid nouus ſapiat vigor.
Infantis teſtimonio conuincitur Aſclepiades. Hanc ille ſancti Martyris vocem libens
Amplexus, vnum de caterua infantium
Paruum nec olim lacte depulſum, capi,
Captumque adeſſe præcipit: quid vis roga,
Inquit, ſequamur quod probarit puſio.
Romanus ardens experiri innoxiam
Lactantis oris indolem: Filiole ait,
Dic quid videtur eſſe verum, & congruens,
Vnumne Chriſtum colere, & in Chriſto Patrem,
An comprecari mille formarum Deos?
Arriſit infans, nec moratus retulit:
Eſt quicquid illud, quod ferunt Homines Deum,
Vnum eſſe oportet, quod vni eſt vnicum,
Quum Chriſtus hoc ſit, Chriſtus eſt verus Deus,
Genera Deorum multa nec pueri putant.
Stupuit Tyrannus, ſub pudore fluctuans,
Nec vim decebat innocenti ætatulæ
Inferre legis, nec loquenti talia
Furor ſinebat efferatus parcere:
Quis autor, inquit, vocis eſt huius tibi?
Veræ, & piæ Matris exemplum Reſpondit ille, Mater, & Matri Deus,
Illa ex parente ſpiritu doctæ, imbibit,
Quo me inter ipſa paſceret cunabula.
Ego vt gemellis vberum de fontibus
Lac paruus hauſi, Chriſtum & hauſi credere.
Ergo ipſa Mater adſit, exclamat cedo
Aſclepiades, diſciplinæ & exitum
Triſtem ſuæ magiſtra ſpectet impia,
Male eruditi torqueatur funere
Infantis orba, quemque corrupit, fleat.
Abſit Miniſtros vilis vt muliercula
Nos fatiget, quantulus autem dolor
Vexabit artus, mortis auxilio breuis?
Oculi parentis punientur acrius,

A Quàm ſi cruenta membra carpant vngulæ. Puer ob Chriſtianas crudeliter verberatur.
Vix hæc profanus, puſionem præcipit vngulæ,
Sublime tollant, & manu pulſent nates,
Mox & remota veſte virgis verberent,
Tenerumque duris ictibus tergum ſecent,
Plus vnde lactis, quàm cruoris defluat,
Quæ cautes illud perpeti ſpectaculum?
Quis ferre poſſit æris, aut ferri rigor?
Impacta quoties corpus attigerat ſalix,
Tenui rubebant ſanguine vda vimina,
B Quem plaga ferat roſcidis liuoribus.
Ferunt minaces verberantium genas
Inlacrymaſſe ſponte dimanantibus
Guttis per ora barbarûm frementiæ,
Scribas & ipſos, & coronam plebium,
Proceresque ſiccis non ſtetiſſe viſibus.
At ſola Mater hiſce lamentis caret, Matris in cruciatu filij conſtantia.
Soli ſereno frons renidet gaudio,
Stat impiorum corde pietas fortior,
Amore Chriſti contumax doloribus,
C Firmatque ſenſum mollis indulgentia.
Sitire ſeſe paruus exclamauerat,
Animæ æſtuantis ardor in cruciatibus Sitis pueri
Hoc exigebat, lymphæ vt hauſtum poſceret,
Quem torua Mater eminus triſte intuens
Vultu, & ſeueris vocibus ſic increpat:
Puto imbecillo, Nate, turbaris metu,
Et te doloris horror afflictum domat,
Non hanc meorum viſcerum ſtirpem fore
Deo ſpopondi, non in hanc ſpem gloriæ
Te procreaui, cedere vt letho ſcias.
D Aquam bibendam poſtulas, quum ſit tibi Chriſtus illi fons viuus.
Fons ille viuus præſtò, qui ſemper fluit,
Et cuncta ſolus irrigat viuentia,
Intus, foriſque ſpiritum, & corpus ſimul,
Æternitatem largiens potentibus. Ioan. 4. 14 Apo. 7. 17. & 21. 6.
Veniens ad illud mox fluentum ſi modò
Animo, ac medullis ſolus ardor æſtuet
Videre Chriſtum, quod ſemel potum affatim
Sic ſedat omnem pectoris flagrantiam,
Vita, vt beata iam ſitire neſciat.
E Hic hic bibendus, Nate, nunc tibi eſt calix, Innocentes. Matth. 2. 6
Mille in Betleem quem biberunt paruuli,
Oblita lactis, & papillarum immemor
Ætas amaris, mox deinde dulcibus
Refecta poclis, mella ſumpſit ſanguinis.
Exemplum ad iſtud nitere, ò fortis puer,
Generoſa proles matris, & potentia,
Omnes capaces eſſe virtutum pater
Mandauit annos, neminem excepit diem,
Ipſis triumphos annuens vagitibus.
F Scis ſæpè dixi quum docenti alluderes,
Et garrulorum ſigna verborum dares,
Iſaac fuiſſe paruulum patri vnicum,
Qui quum immolandus, aram & enſem cerneret,
Vltrò ſacranti colla præbuerit ſeni? Iſaac. Geneſ. 22. 9. 10.
Narraui & illud nobile, ac memorabile
Certamen, vna matre quod ſeptem editi
Geſſere pueri, ſed tamen factis viri,
Hortante eadem matre, in ancipiti exitu
Pœnæ & coronæ, ſanguini vt ne parcerent. Machabæi, l. 2 cap. 7. 1. 10. 20.
Videbat ipſos apparatus funerum

Google

Præſens ſuorum, nec monebatur parens,
Lætata quoties aut cliuo ſtridula
Sartago frixum torruiſſet puberem,
*Dira, aut * cremaſſet laminarum impreſſio.*

* crepuiſſet. Matris eorum conſtantia.

Comam, cutemque verticis reuulſerat
A fronte tortor, nuda teſta vt tegmine,
Ceruicem aduſque dehoneſtaret caput,
*Clamabat illa: * patere, gemmis veſtiet*
Apicem corona regio ex diademate.

* patitor

Linguam Tyrannus amputari iuſſerat,
Vnis ex ephebis mater aiebat: ſatis
Iam parta nobis gloria eſt, pars optima
Deo immolatur, ecce noſtri corporis
Digna eſt fidelis lingua quæ ſit hoſtia:
Interpres animi, enuntiatrix ſenſuum,
Cordis miniſtra, præco operti pectoris.
Prima offeratur in ſacramentum necis,
Et ſit redemptrix prima membrorum omnium:
Ducem dicatam mox ſequentur cætera.
His Maccabæos incitans, ſtimulis parens,
Hoſtem ſubegit ſubiugatum ſepties,

Martyr septies.

Quot fœta natis, tot triumphis inclita,
Me partus vnus vt feracem gloriæ
Mea vita præſtet, in tua eſt ſitum manu.
Per huius alui fida conceptacula,
Per hoſpitalem menſe bis quino larem,
Si dulce noſtri pectoris nectar tibi,
Si molle gremium, grata ſi crepundia,
Perſiſte, & horum munerum autorem adſere.
Quanam arte nobis viuere intus cœperis,
Nihilumque & illud, vnde corpus, neſcio,
Nouit animator ſolus, & factor tuus,
Impendere, ipſi, cuius ortus munere es,
Bene in datorem, quod dedit, refuderis.
Talia canente Matre, iam lætus puer
*Virgas ſtrepentes, & dolores * verberum*

* vulnerũ.

Ridebat, hic tum cognitor pronuntiat:
Claudatur infans carcere, & tanti mali
Romanus autor torqueatur acriùs.

Puer animatur a matre flagella rides

Illum recentes per cicatricum vias
Denuo exarabant, quaque acutum traxerant
Pauld ante ferrum, mox recrudeſcentibus
Plagis apertas perſequebantur notas.
Quos iam ſuperbus victor ignauos vocat,
O non virile robur, ô molles manus,

Romanus tortores ſubſannat. poteſtis

Vnam labantis diſſipare eamdiu
*Vos non * poteſſe fabricam corpuſculi?*
Vix iam cohæret, nec tamen penitus cadit,
Vincens lacertos dexterarum inertium.
Citius cadauer dentibus carpunt canes,
Longeque morſus vulturum efficacior
Ad deuorandas carnis offas mortuæ.
Languetis imbellis fame, ac fatiſcitis.
Gula eſt ferina, ſocors edacitas.
Exarſit iſtis turbida ira Iudicis,
Seque in ſupremam concitat ſententiam.
Si te morarum pœnitet, finem citum
Subeas, licebit, ignibus vorabere
Damnatus, & fauilla iam tenuis fiet.

arriperent Flammas pueru, gladium.

*Abiens, at ille, quum foro * abriperent virum*
Truces Miniſtri, ponè reſpectans ait:
Appello ab iſta, perfide, ad Chriſtum meum

A *Crudelitate, non metu mortis tremens,*
Sed vt probetur eſſe nil, quod iudicas.

Romano minatur. Aſclepiades.

Quid differo, inquit ille, vtroſque perdere,
Puerum, ac Magiſtrum, complices ſectæ impiæ?
Gladius recidat vile vix hominis caput
Infantis, iſtum flamma vindex concremet,
Sit his ſub vno ſiue diſpar exitus.
Peruentum ad ipſum cædis implendæ locum,
Natum gerebat Mater amplexu, & ſinu,
Vt primitiuum crederes fœtum geri
B *Deo offerendum, ſancti Abelis ferculo,*
Lectum ex ouili puriorem cæteris.

Gen. 4. Mater puerũ exoſculata cremandum libẽs tradit.

Puerum popoſcit carnifex, Mater dedit,
Nec memorata eſt fletibus, tantum oſculum
Impreſſit vnum, vale, ait, dulciſſime,
Et quum beatus regna Chriſti intraueris,
Memento Matris tùm patrone ex filio.

Sanctorũ oratio. Pſal. 115. 15. Pueri caput ꝯplectitur

Dixit: deinde dum ferit ceruiculam
Percuſſor enſe, docta mulier pſallere,
Hymnum canebat carminis Dauidici:
Pretioſi ſancti mors ſub aſpectu Dei,
C *Tuus ille ſeruus, proles ancillæ tuæ.*
Talia retexens explicabat pallium,
Manuſque tendebat ſub ictu, & ſanguine,
Venarum vt vndam profluam manantium,
Et palpitantis oris exciperet globum,
Excepit, & charo applicauit pectori.
At parte campi ex altera, immanem pyram
Texebat vſtor fumidus pinu arida,
Sarmenta miſtim ſubdita, & fœni ſtruem
Spargens, liquato rore feruentis picis,
Quo flamma paſtu creſceret ferociùs.
D *Etiam retortis brachiis furca eminus*
Romanus actus ingerebatur rogo,

Romanus in pyram conijcitur.

Scio, inquit ille, non futurum vt concremer,
Nec paſſionis hoc genus datum eſt mihi,
Sed reſtat ingens quod fiat miraculum.
Hæc eius oſſa ſequitur immenſus fragor
Nubis ruentis, nimbus vndatim nigro
Præceps aquarum flumine ignes obruit,
Alunt oliuo ſemicombuſtas faces,
Sed vincit imber iam madentem fomitem.
E *Trepidare teter carnifex, rebus nouis*
Turbatus, & qua poſſet arte, inſiſtere,
Verſare torres cum fauillis humidis,
Prunas maniplis confouere ſtupeis,
Et ſemen ignis inter vndas quærere.
Quod quum tumenti nuntiatum eſt Iudici,
Commouit iram fellis implacabilis,
Quouſque tandem ſummus his nobis Magus
Inludit, inquit, Theſſalorum carmine,
Pœnam peritus vertere in ludibrium?

Miraculũ Magiæ tribuit Tyrannus.

F *Fortaſſe ceruix, ſi ſecandam iuſſero,*
Flectiſ ſub enſem non patebit vulneris,
Vel amputatum plaga collum diuidens,
Rurſus coibit, ac reglutinabitur,
Humerique vertex eminebit additus.
Tentemus igitur ante partem quampiam
Truncare ferro corporis ſuperſtitis,
Ne morte ſimpla criminoſus multiplex

Caput ei amputari nõ ſtatuit.

Cadat, vel vna perfidus cæde oppetat,
Quin membra geſtat, tot modis pereat volo.

Libet experiri Lerna, ſicut traditur,
Vtrum reuictis pulluleſcat artubus,
Ac ſe imminuti corporis damnis nouum
Inſtauret, ipſe præſto tunc eris Hercules,
Hydrina ſuetus vſtum ire vulnera.
Iam nunc ſecandi doctus adſit artifex,
Qui cuncta morti viſcerum confinia,
Vel nexa neruis diſparare vincula,* * diſſipare.
Date hunc reuulſis qui medetur oſſibus,
Aut fracta nodis ſarciens compaginat.
Lingua ei primum præſciditur.
Linguam priorem de trahat radicitus,
Quæ corpore omni ſola viuit nequior,
Illa & procaci peſſima in noſtros Deos
Inuecta motu, fas profanauit vetus;
Audax & ipſi non pepercit principi.
Ariſto quidam Medicus accitus venit,
Proferre linguam præcipit, profert ſtatim
Martyr retectam, & pandit ima faucium,
Ille & palatum tractat, & digito exitum
Vocis pererrans, vulneri explorat locum.
Linguam deinde longè ab ore protrahens,
Scalpellum in vſque guttur inſertans agit,
Illo ſecante fila ſenſim ſingula,
Nunquam momordit martyr, aut os dentibus
Compreſſit arctis, nec cruorem ſorbuit,* * aut
Immotus & patente rictu conſtitit,
Dum ſanguis extra defluit ſcaturiens,
Perfuſa pulcher menta ruſo ſtemmate
Fert, & cruenti pectoris ſpectat decus,
Fruitúrque & oſtro veſtis vt iam regiæ.
Præfectus ergo ratus elinguem virum
Cogi ad ſacrandum poſſe, quum verbis carens
Nil in Deorum oblacteraret dedecus,* * oblatraret.
Iubet reduci iam iacentem, & debilem,
Multo loquentis turbine olim territus.
Reponit aras ad tribunal denuo,
Et thus, & ignem viuidum in carbonibus,
Taurina & exta, vel ſuilla abdomina:
Ingreſſus ille, vt hos paratus perſpicit,
Inſufflat, ipſo ceu videri Dæmonas.
* Arridet. ** Irridet hoc Aſclepiades lætior,*
Addit deinde: Nunquid inclementiùs,
Sicut ſolebas, es paratus dicere?
Effare quoduis, ac per ora ediſſere,
Permitto vocem liberè vt exerceas.
Romanus alto corde ſuſpirans diu,
Gemitu querelam traxit, & ſic orſus eſt:
Chriſtum loquenti lingua nunquam defuit,
Nec verba quæras quæ regantur organo,* * quo.
Cùm prædicatur ipſe verborum dator.
Romanus elinguis disertè loquitur.
Qui fecit vt vis vocis expreſſa intimo
Pulmone, & oris torta ſub teſtudine,
Nunc ex palato det repercuſſos ſonos,
Nunc temperetur dentium de pectine,
Sitque his agendis lingua plectrum mobile.
Si mandet idem, faucium ſic fiſtulas
Spirare flatu concinentes conſono,
Vt verba in ipſis explicent meatibus,
Vel exitu oris cimbalis profarier,
Nunc preſſa parce labra, nunc hiantia.
Dubitaſne verti poſſe naturæ ſtatum?
Cui facta forma eſt, qualis eſſet primitus,

A *Hanc nempe factor vertero, vt libet, poteſt,*
Poſitaſque leges texere, ac retexere,
Linguam loquelæ ne miniſtram poſtulet.
Vis ſcire noſtri Numinis potentiam?
Fluctus liquentis æquoris preſſit pede,
Natura fluxa, ac tenuis in ſolidum coit,
Quid diſpar illis legibus, quis condita eſt,
Solet natatus ferre, fert veſtigia.
Habet vſitatum munus hoc Diuinitas,
** Quæ vera nobis colitur in Chriſto, & Patre,* Quam Dei Miracula. Matth. 15
B *Mutis loquelam, percitum claudis gradum,*
Surdis fruendam reddere audientiam,
Donare cæcis lucis inſuetæ diem. Isa. 35. 5.
Hæc ſi quis amens fabuloſa exiſtimat,
Vel ipſe tute, ſi parum fidelia
Rebare pridem, vera cognoſcas licet:
Habes loquentem, cuius amputaueras
Linguam, probatis cede iam miraculis.
Horror ſtupentem perſequutorem ſubit,
Timorque, & ira pectus in caligmem
C *Vertère, neſcit vigilet, anne ſomniet.*
Miratur hærens quod ſit oſtenti genus.
Formido frangit, armat indignatio.
Nec vim domare mentis effrenæ poteſt,
Nec quò furoris tela vertat, inuenit,
Poſtremò medicum ſæuus inſontem iubet
Reum citari, nundinatum hunc arguit
Mercede certa pactus vt colluderet.
Aut ferrum in ore nil agens, & irritum
Verſaſſe fruſtra. ſeu retunſis tactibus,
Aut arte quadam vulnus illatum breue,
D *Quod ſauciata parte linguam læderet,*
Neruos nec omnes vſquequaque abſcinderet.
Manere ſaluam vocis armoniam probæ,
Non poſſe mani concauo verba exprimi,
Quæ contrepare lingua moderatrix facit,
Eſto vt reſultet ſpiritus vacuo ſpecu,
Echo ſed extat inde, non oratio.*
Veris refutat Medicus hanc calumniam,
Scrutare vel tu nunc latebras faucium,
Intraque dentes curioſum pollicem
Circunfer, hauſtus vel patentes inſpice,
E *Lateat ne quicquam quod regat ſpiramina.*
Quanquam foraſſem fortè ſi puncto leui,
Tenuive linguam contigiſſem vulnere, Ariſto probat linguã verè ab ſe ſciſſam.
Titubante plectro fatus eſſet debilis,
Nam quum magiſtra vocis in vitium cadit,
Vſus neceſſe eſt & loquendi intercidat.
Fiat periclum, ſi places, cuiuſmodi.
Edat querelam quadrupes, lingua eruta,
Elinguis & quem porca grunitum ſtrepat,
Cui vox fragoſa, clamor eſt inconditus,
F *Probabo mutum nil ſonare ſtridulum.*
Teſtor ſalutem Principis, me ſimplici* * nec.
Functum ſecantis arte, Iudex optime,
Seruiſſe iuſſi abſque fraude publicis,
Sciat hic quis illi verba ſuggillet Deus,
Ergo vnde mutus ſit diſertus, neſcio.
His ſeſe Ariſto purgat. At contrà impium
Nil hæc latronem Chriſtianorum mouent,
Magis, magiſque fertur in veſaniam,
Quærit num alienus ſanguis illum aſperſerit

Verum, ſuóne fluxerit de vulnere.
Reſpondit his Romanus: ecce præſto ſum,
Meus iſte ſanguis verus eſt, non bubulus,
Agnoſcis illum, quem loquor miſerrime
Pagane, veſtri ſanguinem ſacrum bouis,
Cuius litata cæde permadeſcitis.
Summus Sacerdos nempè ſub terram ſcrobe

Ri: s ſacri l.canda. Natus.

Acta in profundum conſecrandus mergitur,
Mirè infulatus, feſta vittis tempora
**Nectens, corona tum repexus aurea,*
Cinctu Gabino ſericam fulsus togam.
Tabulis supernè ſtrata texunt pulpita,
Rimoſa rari pægmatis compagibus,
Scindunt ſubinde, vel terebrant aream,
Crebróque lignum perforant acumine,
Pateat minutis vt frequens hiatibus.
Huc taurus ingens fronte torua, & hiſpida,

Taurus coronatus.

Sertis reuinctus, aut per armos floreis,
Aut impeditus cornibus deducitur.
Necnon & auro frons coruſcat hoſtiæ,
Setáſque fulgor bractealis inficit.
Hic vt ſtatuta eſt immolanda bellua,
Pectus ſacrato diuidunt venabulo,
Eructus amplum vulnus vndam ſanguinis
Feruentis, inque texta pontis ſubditi
Fundit vaporum flumen, & latè æſtuat.
Tum per frequentes mille rimarum vias
Illapſus imber, tabidum rorem pluit,
Defoſſus intus quem Sacerdos excipit.
Guttas ad omnes turpe ſubiectans caput,
Et veſte, & omni putrefactus corpore.
Qui nos ſupinat, obuias offert genas,
Supponit aures, labra, nares obiicit.
Oculos & ipſos perluit liquoribus,
Nec iam palato parcit, & linguam rigat
Donec cruorem totus atrum combibat.
Poſtquam cadauer ſanguine egeſto rigens,
Compage ab illa flamines retraxerint,
Procedit inde Pontifex, viſu horridus,
Oſtentat vdum verticem, barbam grauem,
Vittas madentes, atque amictus ebrios.
Hunc inquinatum talibus contagiis,
Tabo recentis ſordidum piaculi,
Omnes ſalutant, atque adorant eminus,
Vilis quod illum ſanguis, & bos mortuus
Fœdis latentem ſub cauernis lauerint.
Adamus illam vis, Hecatomben tuam?
*Centena ferro * quum cadunt animalia,*

em. Hecatombe.

Variáque abundans cæde reſtagnat cruor,
Vix vt cruentis Augures natatibus
Poſſint meare per profundum ſanguinem.
Sed quid macellum pingue puluinarium,
Quid maximorum laniatores gregum
Euiſcerata carne crudos criminor?
Sunt ſacra, quando voſmetipſi exciditis,
Votiuus & quum membra detruncat dolor.
Cultrum in lacertos exerit fanaticus,
Sectiſque Matrem brachijs placat Deam,
Furere, ac rotari, ius putatur myſticum,
Parca ad ſecandum dextra fertur impia,
Cælum meretur vulnerum crudelitas.

Pudendorũ oblatio.

Aſt hic metenda dedicat genitalia,

A *Numen reciſo mitigans ab inguine,*
Offert pudendum ſemiuir donum Deæ,
Illam reuulſa maſculini germinis
Vena effluentis paſcit actam ſanguine.
Vterque ſexus ſanctitati diſplicet,
Medium retentat inter alternum genus,
Mas eſſe ceſſat ille, nec fit fœmina.
Felix Deorum Mater imberbes ſibi
Parat Miniſtros leuibus nouaculis.
Quid quum ſacrandus accipit ſphragitidas,
Acus minutas ingerunt fornacibus,
B *His membra pergunt vrere, vt igniuerint*
Quæcunque partem corporis feruens nota
Stigmarit, hanc ſic conſecratam prædicant.
Functum deinde quum relinquit ſpiritus,
Et ad ſepulcrum pompa fertur funeris,
Partes per ipſas imprimuntur bracteæ,
Inſignis auri lamina obducit cutem,
Tergitur metallo, quod peruſtum eſt ignibus.
Has ferre pœnas cogitur Gentilitas,
Hac Dij coërcent lege cultores ſuos,
Sic Dæmon ipſe ludit hos, quos ceperit,
C *Docet execrandas ferre contumelias,*
Tormenta mortimandat infelicibus.
At noſter iſte ſanguis ex veſtra fluit
Crudelitate, vos tyrannide impia
Exulceratis Innocentum corpora,
Si vos ſinatis, incruentè viuimus,
At ſi cruentè puniamur, vincimus.
Sed iam ſilebo, finis inſtat debitus,
Finis malorum, paſſionis gloria,
Iam non licebit, improbe, vt licuit modò
Torquere noſtra, vel ſecare viſcera,
Cedas neceſſe eſt victus, & iam deſinas.
D *Ceſſabit equidem tortor, & ſector, dehinc*
Iudex minatur, ſed peremptoris manus
Succedit illis ſtrangulatrix faucium,
Aliter ſilere neſcit oris garruli
Vox inquieta, quàm tubam ſi fregero.
Dixit, foróque protrahi iuſſit virum,

Romanus in carcere laqueo moritur.

Trudi in tenebras noxialis carceris,
Elidit illic fune collum Martyris
Lictor nefandus; ſic peracta eſt paſſio,
Anima abſoluta vinculis, cælum petit.
E *Geſta intimaſſe cuncta fertur Principi*
Præfectus, addens ordinem voluminum,
Seriémque tantæ digerens tragœdiæ:
Lætatus, omne crimen in faſces refert
Suum Tyrannus; chartulis vinacibus.
Illa ſed ætas conficit diutina,
** Fuligo fuſcat, puluis obducit ſitu,*

Vligo!

Carpit ſenectus, aut ruinis obruit,
Inſcripta Chriſto pagina immortalis eſt,
Nec obſoleſcit vllus in cælis apex.
F *Excepit adſtans Angelus coram Deo,*
Et quæ loquutus Martyr, & quæ pertulit,
Nec verba ſolum diſſerentis condidit,
Sed ipſa pingens vulnera expreſſit ſtylo,
Laterum, genmarum, pectoriſque, & faucium.
Omnis notata eſt ſanguinis dimenſio,
Vt quamque plagam ſulcus exarauerit,
Altam, patentem, proximam, longam, breuem,

Quæ vis doloris, quive ſegmenti modus,
Liber vitæ. Guttam cruoris ille nullam perdidit.
Phil 4.3. Apoc.3.5. Hic in Regeſtis Liber eſt cœleſtibus,
Monimenta ſeruans, laudis indelebilis,
Relegendus olim ſempiterno Iudici
Librămine æquo, qui malorum pondera,
Et præmiorum comparabit copias.
Vellem ſiniſter inter hœdorum greges
Vt ſum futurus, eminus dinoſcerer,
Matth. 25. 33. Atque hoc precante diceret Rex optimus,
Romanus orat, transfer hunc hœdum mihi,
Sit dexter agnus, induatur vellere.

PASSIO HIPPOLYTI, MARTYRIS, AD VALERIANVM Epiſcopum.

V. Baron. in Martyr. 30. Ianu. & 13. Aug.

HYMNVS DECIMVS.

Carmen elegiacum.

INnumeros cineres ſanctorum Romula in vrbe
Vidimus, ô Chriſto Valeriane ſacer.
Inciſos tumulis titulos, & ſingula quæris,
Nomina difficile eſt vt explicare queam.
Tantos Iuſtorum populos furor impius hauſit,
Quum coleret patrios Troia Roma Deos.
Plurima litterulis ſignata ſepulcra loquuntur,
Martyris aut nomen, aut Epigramma aliquod
Sunt & muta tamen tacitas claudentia tumbas,
Marmora quæ ſolum ſignificant numerum.
Quanta virûm iaceant congeſtis corpora aceruis
Noſſe licet, quorum nomina nulla legas.
Sexaginta illic defoſſas molle ſub vna
Relliquias memini me didiciſſe hominum,
Quorum ſolus habet cooperta vocabula Chriſtus
Vtpote quos propriè iunxit amicitia.
Hæc dum luſtro oculis, & ſicubi fortè latentes
Rerum apices veterum per monumenta ſequor:
Hippolytus antè Nouatianus. Inuenio Hippolytum qui quondam ſchiſma Nouati
Presbyter attigerat, noſtra ſequenda negans.
Vſque ad Martyrij prouectum inſigne tuliſſe
Lucida ſanguinei præmia ſupplicij.
Nec mirère ſenem peruerſi dogmatis olim
Munere ditatum Catholicæ fidei.
Quum iam veſano victor raperetur ab hoſte
Exultante anima carnis ad exitium.
Plebis amore ſuæ multis comitantibus ibat,
Conſultus quænam Secta foret melior,
Reſpondit: fugite ô miſeri execranda Nouati
Schiſmata, Catholicis reddite vos populis.
Vna fides vigeat, priſco quæ condita templo eſt,
Quam Paulus retinet, quamque cathedra Petri:
Fides Catholica. Quæ docui, docuiſſe piget, venerabile Martyr
Certo quod à cultu rebar abeſſe Dei.
His vbi detorſit læuo de tramite plebem,
Monſtrauitque ſequi quà via dextra vocat:
Sèque ducem recti ſpretis anfractibus idem
Conuerſus alios conuertit. Præbuit, erroris qui prius autor erat.
Siſtitur inſano rectori Chriſticolas tunc
Oſtia vexauit per Tyberina viros.

A Illo namque die Roma ſeceſſerat, ipſos
Peſte ſuburbana quateret & populos.
Non contentus humum celſæ intra mœnia Romæ
Tingere Iuſtorum cædibus aſſiduis.
Ianiculum quum iam madidũ, fora, roſtra, ſaburrã
Cerneret eluuie ſanguinis affluere
Protulerat rabiem Tyrrheni ad littoris oram,
Quæque loca æquoreus proxima portus habet.
Inter carnifices, & conſtipata ſedebat
Officia, extructo celſior in ſolio
B Diſcipulos fidei, deteſtandique rebelles
Idolis, ardebat dedere perfidiæ.
Carcereo crinita ſitu ſtare agmina contra
Iuſſerat horrendis excrucianda modis,
Inde catenarum tractus, hinc lorea flagra
Stridere, virgarum concrepitare fragor.
Vngula fixa cauis coſtarum cratibus altos
Pandere ſeceſſus, & lacerare iecur:
Aciam laſſatis Iudex tortoribus ibat
In furias, caſſa* cognitione fremens. *conditione
C Nullus enim Chriſti ex famulis per tanta repertus
Supplicia, auderet qui vitiare animam.
Inde furens quæſitor ait, iam tortor ab* vno *vnco
Deſine, ſi vana eſt quæſtio, morte agito.
Varia tormentorum genera. Huic abſcinde caput, crux iſtum tollat in auras,
Viuenteſque oculos offerat alitibus.
Hos rape præcipites, & vinctos conijce in ignem,
Sit pyra quæ multos deuoret vna reos.
En tibi quos properes rimoſæ imponere cymbæ,
Pellere & in medij ſtagna profunda freti.
Quos vbi ſuſceptos* rapidum mala ſuta per æquor *rabidum.
D Vexerit, & tumidis* ceſſit labaris aquis. *celſa lauauit.
Diſſociata putrem laxent tabulata carinam,
Conceptumque bibant vndique naufragium.
Squammea cœnoſo præſtabit ventre ſepulchrum
Bellua conſumptis cruda cadaueribus.
Hæc perſultanti, celſum ſubitò ante tribunal
Hippolytus ligatus dux Chriſtianorum Offertur ſenior nexibus implicitus.
Stipati circum Iuuenes clamore ferebant
Ipſum Chriſticolis eſſe caput populis.
Si foret extinctum properè caput, omnia vulgi
Pectora Romanis ſponte ſacranda Deis.
E Inſolitum lethi poſcunt genus, & noua pœna
Inuenta, exemplo quo trepident alij.
Ille ſupinata reſidens ceruice, quis, inquit,
Dicitur? affirmant dicier Hippolytum.
Ergo ſit Hippolytus, quatiat, turbetque iugales,
Ab equis indomitis dilaceratur. Intereatque feris dilaceratus equis.
Vix hæc ille, duo cogunt animalia freni
Ignara inſueto ſubdere colla iugo;
Non ſtabilis, blandíue manu palpata magiſtri,
Imperiúmque equitis antè ſubacta pati.
F Sed campeſtre vago nuper pecus è grege captum,
Quod pauor indomito corde ferinus agit.
Iámque reluctantes ſociarant vincula bigas,
Oráque diſcordi fœdere nexuerant.
Temonis vice funis ineſt, qui terga duorum
Diuidit, & medius tangit vtrumque latus.
Déque iugo in longum ſe poſt veſtigia retro
Protendens trahitur, tranſit & ima pedum.
Huius ad extremum ſequitur qua puluere ſummo
Cornipedum refugas orbita trita vias,

Crura viri innectit laqueus, nodóque tenaci
Aſtringit plantas, atque rudente ligat.*
* cumque
Poſtquam compoſito ſatu inſtruxère paratu
Martyris ad pœnam, verbera, vincla, feras,
Inſtigant ſubitis clamoribus, atque flagellis,
Iliaque infeſtis perfodiunt ſtimulis,
Vltima vox audita ſenis venerabilis hæc eſt:
Hi rapiant artus, tu rape Chriſte animam.
Prorumpunt alacres, cæco & terrore feruntur
Quà ſonus, atque tremor, quà furor exagitant.
Incendit feritas, rapit impetus, & fragor vrget,
Nec curſus volucer nobile ſentit onus.
Per ſyluas, per ſaxa ruunt, non ripa retardat
Fluminis, aut torrens oppoſitus cohibet.

Equorum feritas Hippolytum variè diſcerpit.

Proſternunt ſepes, & cuncta obſtacula rumpunt,
Prona fragoſa petunt, ardua tranſiliunt.
Sciſſa minutatim labefacta corpore fruſta
Carpit ſpinigeris ſtirpibus hirtus ager.
Pars ſummis pendet ſcopulis, pars ſentibus horret,
Parte rubent frondes, parte madeſcit humus.
Exemplar ſceleris paries habet illitus, in quo
Multicolor fucus digerit omne nefas.
Picta ſuper tumulū ſpecies liquidis viget vmbris
Effigians tractis membra cruenta viri.
Rorantes ſaxorum apices vidi optime Papa.
Purpureaſque notas vepribus impoſitas.

Valer. Epiſc.

Docta manus virides imitando effingere dumos,
Luſerat & minio roſeolam ſaniem.
Cernere erat ruptis compagibus ordine nullo
Membra per incertos ſparſa iacere ſitus.
Addiderat charos greſſu, lacrymiſque ſequentes
Deuia quà fractum ſemita monſtrat iter.
Mœrore attoniti, atque oculis rimantibus ibant,
Implebantque ſinus viſceribus laceris.

Pietas Chriſtianorum in Martyris Reliquias.

D *Ille caput niueum complectitur, ac reuerendam*
Caniciem molli confouet in gremio.
Hic humeros, trūcaſq; manus, & brachia, & vlnas,
Et genua, & crurum fragmina nuda legit.
Palliolis etiam bibulæ ſiccantur arenæ,
Ne quis in intacto puluere ros maneat.*
* infecto.
Si quis & in ſudibus recalentia ſpergine ſanguis
Inſidet, hunc omnem ſpongia preſſa rapit.
Nec iam denſa ſacro quicquam de corpore ſylua
Obtinet, aut plenis fraudat ab exequiis.
E *Cúmque recenſitis conſtaret partibus ille*
Corporis integri qui fuerat numerus:
Nec purgata aliquid deberent inuia toto
Ex homine, exterſis frondibus & ſcopulis.

Sepulcrū.

Metando eligitur tumulo locus, oſtia linquunt,
Roma placet, ſanctos quæ teneat cineres.
Haud procul extremo culta ad pomaria vallo
Merſa latebroſis crypta patet foueis.*
* fouet.
Huius in occultum gradibus via prona reflexis
Ire per anfractus luce latente docet.
F *Primas namque fores ſummotenus intrat hiatu,*
Illuſtrátque dies limina veſtibuli.
Inde vbi progreſſu facili nigreſcere viſa eſt
Nox obſcura loci per ſpecus ambiguum,
Occurrunt celſis immenſa foramina tectis,*
* immiſſa.
Quæ iaciunt claros antra ſuper radios.
Quamlibet ancipites texant hinc inde receſſus,
Arcta ſub vmbroſis atria porticibus.

A *Attamen exciſi ſubter caua viſcera montis*
Crebra tenebroſo fornice lux penetrat.
Sic datur abſentis per ſubterranea ſolis
Cernere fulgorem, luminibuſque frui.
Talibus Hippolyti corpus mandatur opertis,
Propter vbi appoſita eſt ara dicata Deo.
Illa ſacramenti donatrix menſa, eadémque
Cuſtos fida ſui Martyris appoſita.
Seruat ad æterni ſpem Iudicis oſſa ſepulcro,
Paſcit item ſanctis Tybricolas dapibus.
Mira loci pietas, & prompta precantibus ara,
B *Spes hominum placida proſperitate iuuas,*

Martyrum preces.

Hic corruptelis, animique & corporis æger
Oraui quoties, ſtratus opem merui.
Quod lætor reditu, quod te venerande ſacerdos
Complecti licitum eſt, ſcribo quod hæc eadem,
Hippolyto ſcio me debere, Deus cui Chriſtus
Poſſe dedit, quod quis poſtulet annuere.
Ipſa illas animæ exuuias, quæ continet intus
Ædicula argento fulgurat ex ſolido.
Præfixit tabulas diues manus æquore leui,
Candentes recauum quale nitet ſpeculum.
C *Nec pariis contenta aditus obducere ſaxis,*
Addidit ornando clara talenta operi.
Manè ſalutatum concurritur, omnis adorat
Pubes, eunt, redeunt Solis adusque obitum.

In Hippolytum populi deuotio.

Conglobat in cuneum Latios ſimul, ac peregrinos
Permiſtim populos, religionis amor.
Oſcula perſpicuo figunt impreſſa metallo,
Balſama diffundunt, fletibus ora rigant.
Iam cùm ſe renouat decurſis menſibus Annus,
Natalemque diem paſſio facta refert.

Annui Feſti celebritas.

Quanta putas ſtudiis certantibus agmina cogi,
Quæve celebrando vota coire Deo?
D *Vrbs anguſta ſuos vomit, effunditque Quirites,*
Vna & Patricios ambitione pari.
Confundit plebeia phalanx vmbonibus æquis
Diſcrimen procerum, præcipitante fide.
Nec minus Albanis acies ſe candida portis
Explicat, & longis ducitur ordinibus.
Exultans fremitus variarum hinc inde viarum
Indigena & Picens, plebs & Ethruſca venit.
Concurrit Samnitis atrox habitator, & altæ
Campanus Capuæ, iamque Nolanus adeſt.

Confluxus populorū feruentiſſ.

E *Quiſque ſua lætus cum coniuge, dulcibus & cum*
Pignoribus, rapidum carpere geſtit iter.
Vix capiunt patulis populorum gaudia campi,
Hæret & in magnis denſa cohors ſpatiis.
Anguſtum tantis illud ſpecus eſſe cateruis,
Haud dubium eſt, ampla fauce licet pateat:
Stat, ſed iuxta aliud quod tanta frequentia templū
Tunc adeat cultu nobile regifico.
Parietibus celſum ſublimibus, atque ſuperba
Maieſtate potens, muneribuſque opulens.

Templi deſcriptio.

F *Ordo columnarum geminus laquearia tecti*
Suſtinet auratis ſuppoſitus trabibus.
Adduntur graciles tecto breuiore receſſus,
Qui laterum ſeriem iugiter extenuent.
At medios aperit tractus via latior alti
Culminis, exurgens editiore apice.

Concionatoris ſuggeſtum.

Fronte ſub aduerſa gradibus ſublime tribunal
Tollitur, Antiſtes prædicat vnde Deum.
Plena laborantes ægrè domus accipit vndas,

Arctáque confertis æſtuat in foribus.
Maternum pandens gremium quo condat alumnos,
Ac foueat fœtos accumulata ſinus.
Si benè commemini, colit hunc pulcherrima Roma
13. Aug. Feſtum Hippolyti celebratur. *Idibus Auguſti menſis vt ipſa vocat.*
Priſco meredìem quem te quoque ſancte Magiſter
Annua feſta inter dinumerare velim.
Crede ſalutigeros feret hic venerantibus ortus,
Lucis honoratæ præmia reſtituens.
Inter ſolemnes Cypriani, vel & Chelidonij,
5. Martz. Feb credita. ** Eulaliæque dies currat & iſte tibi.*
*Sic te pro populo, cuius tibi * tradita vita eſt,*
Orantem Chriſtus audiat omnipotens.
Sic tibi de pleno lupus excludatur ouili,
Agna nec vlla tuum capta gregem minuat.
Sāctorum interceſſio *Sic me gramineo remanentem denique campo*
Sedulus ægrotam paſtor ouem referas.
Sic cum lacteolis caulas compleueris agnis,
Raptus & ipſe ſacro ſi comes Hippolyto.

V. Baron. in Martyr. 29. Iunij.

PASSIO BEATORVM APOSTOLORVM PETRI, ET PAVLI.

HYMNVS VNDECIMVS.

Carmen Archilochium, conſtans Tetrametro bucolico, & tribus Trochæis. Alterum verò Iambicum Hipponactium, conſtans ſemiquinaria Iambica, & tribus Iambis, hoc modo:

Apoſtolorum celebritas. *PLus ſolito coëunt ad gaudia, dic amice quid ſit,*
Romam per omnem curſitant, ouantque
Feſtus Apoſtolici nobis redit hic dies triumphi,
Pauli atque Petri nobilis cruore.
Vnus vtrumque dies, pleno tamen innouatus anno
Vidit ſuperba morte laureatum.
Scit Tyberina palus, quæ flumine labitur propinquo
Binis dicatum ceſpitem tropæis.
Et crucis, & gladij teſtis, quibus irrigans eaſdem
Bis fluxit imber ſanguinis per herbas.
Prima Petrum rapuit ſententia legibus Neronis,
Pendere iuſſum præminente ligno.
Ille tamen veritus celſæ decus æmulando mortis
Ambire tanti gloriam Magiſtri:
Petrus cruci affigitur. *Exigit vt pedibus merſum caput imprimant ſupinis,*
Quo ſpectet imum ſtipitem cerebro.
Figitur ergo manus ſubter, ſola verſus in cacumen,
Hoc mente maior, quo minor figura.
Nouerat ex humili cælum citiùs ſolere adiri,
Deiecit hora, ſpiritum daturus.
Paulus ferro pleſtitur Philip. 1. 23. *Vt tres orbis iter flexi rota percurrit anni,*
Diémque eundem Sol reduxit ortus.
Euomit in iugulum Pauli Nero feruidum furorem,
Iubet feriri Gentium Magiſtrum.
Ipſe priùs ſibimet finem citò dixerat futurum,
Ad Chriſtum eundem eſt, iam reſoluor, inquit.
Nec mora protrahitur, pœna datur, immolatur enſe,
Non hora vatem, non dies fefellit.
Diuidit oſſa duûm Tybris, ſacer ex vtraque ripa,
Inter ſacrata dum fluit ſepulcra.
A *Dextra Petrum regio tectis tenet aureis receptum,*
Canens oliua, & murmurans fluento,
Namque ſupercilio ſaxi liquor ortus, excitauit
** Fontem perennem chriſmatis feracem.* Fontem;
Nunc pretioſa ruit per marmora, lubricatq; cliuum
Donec virenti fluctuet Colymbo.
Interior tumuli pars eſt vbi lapſibus ſonoris
Stagnum niuali voluitur profundo.
Omnicolor vitreas pictura ſuperne tingit vndas,
Muſci relucent, & vireſcit aurum.
B *Cyaneuſque latex vmbram trahit imminentis oſtri,*
Credas moueri fluctibus lacunar.
Paſtor oues adit, ipſe illic gelidi rigore fontis
Videt ſitire quas fluenta Chriſti.
Parte alia titulum Pauli via ſeruat Oſtienſis,
Qua ſtringit amnis ceſpitem ſiniſtrum.
Regia Pompa loci en princeps bonus has ſacrauit
Luſitque magnis ambitum talentis. (arces,
Bracteolas trabibus ſubleuit, vt omnis aurulenta
Lux eſſet intus, ceu iubar ſub ortu.
C *Subdidit & Parias fuluis laquearibus columbas,*
Diſtinguit illic quas quaternus ordo.
Tum Camyros hyalo inſigni variè cucurrit arcus,
Sic prata vernis floribus renident.
Ecce duas fidei ſummo patre conferente dotes,
Vrbi colendas quas dedit togatæ.
Aſpice, per biſidas plebs Romula funditur plateas,
Lux in duobus feruet vna feſtis. Sancti colendi.
Nos ad vtrumque tamē greſſu properemus incitato,
Et his & illis perfruamur hymnis.
Ibimus vlterius qua fert via pontis Hadriani,
D *Læuam deinde fluminis petemus.*
Tranſtyberina priùs ſoluit ſacra peruigil Sacerdos,
Mox huc recurrit, duplicátque vota.
Hæc didiciſſe ſat eſt Romæ tibi, tu domum reuerſus,
Diem bis feſtum ſi colas memento. biſeſtum

PASSIO CYPRIANI MARTYRIS, EPISCOPI CARTHAGINENSIS.

V Baron. in Martyr. 14. Septēb.

E

HYMNVS DVODECIMVS.

Verſus eſt Archilochius, conſtans Tetrametro bucolico, & tribus Trochæis, hoc modo:

PVnica terra tulit, quo ſplendeat omne quicquid vſquam eſt,
Inde domum Cyprianū ſed decus orbis, & magiſtrū.
Eſt proprius patriæ Martyr, ſed amore, & ore noſter,
Incubat in Lybia ſanguis, ſed vbique lingua pollet:
F *Sola ſuperſtes agit de corpore, ſola obire neſcit,*
Dum genus eſſe hominum Chriſtus ſinet & vigere mundum,
Dum liber vllus erit, dum ſcrinia ſacra litterarum,
Te leget omnis amans Chriſtum, tua Cypriane diſces, Cyprianus eloquens.
Spiritus ille Dei, qui fluxerat autor in Prophetas
Fontibus eloquij te cælitus actus irrigauit,
O niue candidius linguæ genus, ò nouum ſaporem
Vt liquor ambroſius, cor mitigat, imbuit palatum,

Sidem animæ penetrat, mentem fouet, & pererrat artus,
Sit Deus interius ſentitur & inditur medullis.
Vnde Bonum ſubitum terris dederis pater reueli.
Deerat Apoſtolicis ſcriptis opulentus executor,
Eligitur locuples facundia, quæ doceret orbem,
Quaque voluminibus Pauli famulata diſputaret,
Quo mage cruda hominũ præcordia perpolita noſſēt,
Siue timoris opus, ſeu myſtica, vel profunda Chriſti
Vnus erat Iuuenum doctiſſimus, artibus ſiniſtris,
Christus castrum reddit
Fraude pudicitiam perfringere, nil ſacrum putare:
Sæpe etiam magicum cantamen inire per ſepulcra,
Quo geniale toris ius ſolueret æſtuante nupta.
Luxuriæ rabiem tantæ cohibet repente Chriſtus,
Diſcutit & tenebras de pectore, pellit & furorem,
Implet amore ſui, dat credere, dat pudere facti,
Iamq; figura alia eſt, quàm quæ fuit oris & uitoris,
Exuitur tenui vultus cute, tranſit in ſeueram,
Deflua cæſaries compeſcitur ad breues capillos,
Ipſe modeſta loqui, ſpem quærere, regulam tenere,
Viuere iuſtitiæ Chriſti, & penetrare dogma noſtrũ,
Hic igitur meritis digniſſimus vſque epiſcopale
Prouehitur ſolium doctor, caput & ſedile ſummum.
Valerian. & Galienus Tyrãni
Valerianus opum princeps erat, atque Gallienus,
Conſtituere ſimul pœna capitis Deum fatentis,
Millia terrigenum ſpurciſſima iuſſerant ſacrari,
Contrà animos populi doctor Cyprianus incitabat,
Ne quis ab egregiæ virtutis honore diſtreparet,
Neu fides pretium quis ſumere degener timeret,
Eſſe leuem cruciatum, ſi modo conferas futura,
Quæ Deus ipſe viris intermina fortibus ſpopondit,
Merce doloris emi ſpem luminis, & diem perennem,
Omne malũ volucri cuius tempore trãſuolare curſim,
Nil graue quod peragi finis facit, & quiete donat,
Cyprianus hortans alios rapitur in carcerem.
Se fore principium pulchræ necis, & ducem cruoris,
Seque caput gladio ſubmittere, ſanguinem dicare,
Qui ſociare animam Chriſto velit, vt comes ſequar.
Hic vbi corda virũ Chriſto calefacta præparauit,
Ducitur ante alios Proconſule perfruente vinctus.
*Antra latent Tyriæ Carthaginis * abditis repoſta,*
* altius
Conſcia Tartareæ caliginis abdicata ſoli:
Clauſus in his ſpecubus sãctus Cyprianus, & catena
Nexus vtraq; manu, nomẽ patris inuocat ſupremi:
* Christus deus. Christum orat.
*Omnipotens genitor * Chriſti decus, & creator orbis,*
Chriſte parẽs hominis, quem diligis, & vetas perire,
Ille ego, vipereis quem tu bonis oblitum venenis
Criminibus variis tinctum miſeratus abluiſti,
Iamque tuum fieri mandas, fio Cyprianus alter,
Et nouus ex veteri, nec iam reus, aut nocens, vt antè,
Si luteum facili chariſmate pectus expiaſti:
Viſe libens tenebris ergaſtula cæca diſſipatis,
Eripe corporeo de carcere, vinculiſque mundi
Hanc animam, liceat fuſo tibi ſanguine immolari,
Ne qua ferum reprimat clementia iudicem Tyrãni,
Neu ſciat inuidia miteſcere, gloriam negare
Da quoque ne quis iners ſit de grege, quem tuum regebam,
Ne cadat impatiens pœnæ, titubétve quis tuorum,
Pro ſuis ouibus.
Incolumem vt numerum reddam tibi, debitumque ſoluam,
Vocibus his Dominum permouerat, influebat inde
A *Spiritus in populum Carthaginis, autor acrioris*
Ingenij ſtimulis, vt pectora ſubditis calerent
Ad decus egregium diſcrimine ſanguinis petendum,
Non trepidare docens, nec credere, nec dolore vinci,
Laudis amore rapi, Chriſtum ſapere, & fidem tueri.
Fama refert, foueam campi in medio petere iuſſam,
Calce vaporifera ſummos prope margines refertam,
Saxa recocta vomunt iguem, niueuſq; puluis ardet,
Vrere tacta potens, & mortifer ex odore flatus,
Appoſitam memorant aram fouea ſtetiſſe ſumma
B *Lege, ſub hac ſalis aut micam, ietur & ſuis litarent*
Trecenti Martyres.
Chriſticolæ, aut mediæ ſponte inruerent in ima foſſæ.
Proſiluère alacres turſu rapido ſimul trecenti,
Gurgite puluereo merſos liquor aridus vorauit,
Præcipitémque globum fundotenus implicauit imo.
Corpora candor habet, candor vehit ad ſiperna mentes,
Candida maſſa dehinc dici meruit per omne ſeclum:
Lætior interea iam Thaſcius ob diem ſuorum,
Siſtitur indomiti Proconſulis eminus furori,
Dogmatis atq; loci iuſſus genus, Chriſtianus inquit,
** Trado ſalutiferi myſteria conſecrata Chriſti.*
* Seruo
C *Ille ſub hæc, ſatis eſt iam criminis, ipſe confitetur*
Thaſcius, ipſe Iouis fulmen negat, expedite ferrum,
Carnificis gladio pœnam luat hoſtis Idolorum.
Ille Deo meritas gratei agit, & canit triumphans.
Fleuit obire virum mœſta Africa, quo docente, facta
Cultior eloquio, cuius ſibi docta gloriatur,
Mox tumulum lacrymans ſtruxit, cincreſque conſecrauit.
Cypriani virtus in cœlo & in terra.
Deſine flere bonum tantum, tenet ille regna cœli,
Nec minus inuolitat terris, nec ab hoc recedit orbe,
D *Diſſerit, eloquitur, tractat, docet, inſtruit, prophetat.*
Nec Lybiæ populos tantùm regit, exitúſq; in ortum
Solis, & vſq; obitũ, Gallos fouet, imbuit Britannos,
Præſidet Heſperiæ, Chriſtũ ſerit vltimis Hiberis.
Denique doctor humi eſt, idem quoque Mar. in ſupernis,
*Inſtruit hic homines, * illic pia dona dat patronus.*
* illinc

PASSIO AGNETIS MARTYRIS.

V. Baron. in Martyr. 21. Ianuar.

HYMNVS DECIMVS TERTIVS.

Carmen Alchaicum, conſtans Pentemimere Iambica, & duobus dactylis, hoc modo:

AGnes ſepulcrum eſt Romulea in domo
Fortis puellæ, Martyris inclytæ.
Conſpectum in ipſo condita turrium
Agnes Romæ tutelaris.
Seruat ſalutem virgo Quiritium:
F *Necnon & ipſos protegit aduenas,*
Puro ac fideli pectore ſupplices,
Duplex corona eſt præſtita martyri,
Intactum ab omni crimine virginis,
Mortis deinde gloria liberæ,
Aiunt iugali vix habilem toro
Primis in annis forte puellulam
Chriſto calentem, fortiter impiis

Digitized by Google

Iuſſis reviſam, quo minus Idolis
Addicta, ſacram deſereres fidem.
Tentata multis nam prius artibus,
Nunc ore blandi Iudicis illice,
Nunc ſæuientis Carnificis minis.
Stabat feroci robore pertinax,
Corpuſque duris exercitatibus
Vltrò offerebat, non renuens mori.
Tum trux Tyrannus, ſi facile eſt, ait,
Tyrannus lupanar minatur.
Pœnam ſubactis ferre doloribus,
Et vita vilis ſpernitur, at pudor
Charus dicatæ virginitatis eſt.
Hanc in lupanar trudere publicum
Certum eſt, ad aram ni caput adplicet,
Ac de Minerua iam veniam roget.
Quam virgo pergit temnere virginem,
Omnis iuuentus irruat, & nouum
Ludibriorum mancipium petat.
Haud, inquit Agnes, immemor eſt ita
Pudicitia vita charior.
Chriſtus ſuorum, perdat vt aureum
Nobis pudorem, nos quoque deſerat,
Præſto eſt pudicis, nec patitur ſacra
Integritatis munera pollui.
Ferrum impiabis ſanguine, ſi voles,
Non inquinabis membra libidine.
Sic elocutam, publicitus iubet
Flexu in plateæ ſiſtere Virginem,
Stantem refugit mæſta frequentia,
Auerſa vultus, ne petulantius
Quiſquam merendum conſpiceret locum.
Intendit vnus fortè procaciter
Os in puellam, nec trepidat, ſacram
Expectans formam lumine lubrico,
En alos ignis fulminis in modum
Petulans in Virginem cœlitus obcæcatur
Vibratur ardens, atque oculos ferit,
Cæcus coruſco lumine corruit,
Atque in plateæ puluere palpitat,
Tollunt ſodales ſemnecem ſolo,
Verbiſque deflent exequialibus.
Ibat triumphans virgo, Deum Patrem,
Chriſtumque ſacro carmine concinens,
Quod ſub profans labe periculi
Caſtum lupanar nec violabile
Experta victrix Virginitas fouet.
Viſum recuperat Agnetis prece.
Sunt qui rogatam retulerint preces
Fudiſſe Chriſto, redderet vt reo
Lucem iacenti, tum inuenit halitum
Vitæ innouatum viſibus integris.
Primum ſed Agnes hunc habuit gradum
Cæleſtis aulæ; mox alius datur
Aſcenſus, iram nam furor incitat
Hoſtis cruenti: vincor, ait gemens,
Aſtringe ferrum, miles, & exere
Præcepta ſummi regia Principis.
Vt vidit Agnes ſtare trucem virum
Mucrone nudo, lætior hæc, ait:
Exulto talis quod potius venit
Veſanus, atrox, turbidus, armiger,
Quàm ſi veniret languidus, ac tener,
Martyrii auct.
Molliſque ephebus tinctus aromate,
Qui me pudoris funere perderet.
Hic, hic amator iam fateor placet,

A *Ibo irruentis greſſibus obuiam,*
Nec demorabor vota calentia
Ferrum in papillas omne recepero,
Pectuſque ad imum vim gladij traham.
Sic nupta Chriſto tranſiliam poli
Omnes tenebras, æthere celſior.
Æterne Rector diuide ianuas
Cæli obſeratas Terrigenis prius,
Ad te ſequentem Chriſte animam voca,
Quum virginalem, tum patris hoſtiam.
B *Sic fata, Chriſtum vertice cernuo*
Supplex adorat, vulnus vt imminens
Ceruix ſubiret prona paratius.
Aſt ille tantam ſpem peragit manu,
Vno ſub ictu nam caput amputat. Capite plectitur.
Senſum doloris mors cita præuenit.
Exutus inde ſpiritus emicat,
Libérque in auras exilit. Angeli
Sepsère euntem tramite candido.
Miratur orbem ſub pedibus ſitum,
Spectat tenebras ardua ſubditas,
C *Ridétque Solis quod rota circuit.*
Quod mundus omnis voluit, & implicat, Mundana ridet, & deſpicit.
Rerum quod atro turbine viuitur,
Quod vana ſecli mobilitas rapit,
Reges, Tyrannos, Imperia, & gradus,
Pompáſque honorum ſtulta tumentium,
Argenti, & auri vim rabida ſiti
Cunctis petitam per varium nefas,
Splendore multo ſtructa habitacula.
Illuſa pictæ veſtis inania,
D *Iram, timorem, vota, pericula.*
Nunc triſte longum, nunc breue gaudium,
Liuoris atri fumificas faces.
Nigreſcit vnde ſpes hominum, & decus,
Et quod malorum tetrius omnium eſt,
Gentilitati ſordida nebula.
Hæc calcat Agnes, ac pede proterit,
Stans, & Draconis calce premens caput,
Terrena mundi qui ferus omnia
Spargit venenis, mergit & inferis.
E *Nunc virginali perdomitus ſolo,*
Criſtas cerebri deprimit ignei, Corona illi duplex.
Nec victus audet tollere verticem
Cingit coronis interea Deus
Frontem duabus Martyris innubæ,
Vnam decemplex edita ſexies
Merces perenni lumine conficit:
Centenus extat fructus in altera. Matt. 13. a
O Virgo felix, ô noua gloria,
Cæleſtis arcis nobilis incola,
F *Intende noſtris colluuionibus*
Vultum gemello cum diademate,
Cui poſſe ſoli Cunctiparens dedit Inuocatur.
Caſtum vel ipſum reddere fornicem.
Purgabo roris propitiabilis
Fulgore, noſtrum ſi iecur impleas,
Nil non pudicum eſt, quod pia viſere
Dignaris, almo vel pede tangere.

PERI STEPHANωN.

FINIS.

AVRELII

AVRELII PRVDENTII CLEMENTIS, V. C.

ΑΠΟΘΕΩΣΙΣ ID EST, DE DIVINITATE.

PRÆFATIO.

Carmen eſt Heroïcum Dactylicum.

Trinitas ineffabilis.

EST trina ſumma Deus trinum ſpecimen, vigor vnus, A
Corde patris genita eſt Sapientia, Filius ipſe eſt.
Sanctus ab æterno ſubſiſtit Spiritus ore,
Tempore nec ſenior Pater eſt, nec numine maior:
Nam ſapiens retro ſemper Deus, edidit ex ſe
Per quod ſemper erat giguenda ad ſecula Verbum.
Edere ſed verbum Patris eſt, ac cætera Verbi
Adſumptum geſtare Hominē, reparare peremptū,
Conciliare Patri dextráque in ſede locare,
Spiritus iſta Dei complet, Deus ipſe fidelet
In populos chariſma ſuum diffundere promptus, B
Et Patris, & Chriſti virtutem in corpora transfert.

HYMNVS IN INFIDELES.

Carmē Epodon, conſtans ſenario Iambico, cui additus eſt dimeter Iābicus, qui ſic ſe habēt.

Arcta ſolutis via Matt. 7.13. pro Secta. Act. 9. 2.

EST vera Secta? te, Magiſter, conſulo,
Rectámne ſeruamus fidem?
An viperina non cauemus dogmata?
Et neſcienter labimur?
Arctam ſalutis vix viam diſcernere eſt
Inter reflexas ſemitas.
Tam multa ſurgunt perfidorum compita,
Tortis polita erroribus,
Obliqua quæ ſe conferunt diuortia
Hinc inde textis orbitis.
Quas ſi quis errans, ac vagus ſectabitur
Rectum relinquens tramitem,
Scrobis latentis pronus in foueam ruens,
Quam fodit hoſtilis manus.
Manus latronum quæ viantis obſidet,
Iter ſequentis deuium.
Quid non libido mentis humanæ ſtruat?
Quid non malorum pruriat?

Idem & Hæretici.

Statum laceſſunt omnipotentis Dei
Calumnioſis litibus.
Fidem minutis diſſecant ambagibus,
Vt quiſquis lingua nequior,
Soluunt, ligantque quæſtionum vincula
Per ſyllogiſmos plectiles.
Væ captioſis ſycophantarum ſtrophis,
Væ verſipellis aſtutiæ.
Nodos tenaces recta rumpit regula
Infeſta diſſertantibus.

1 Cor 1.27

Idcirco Mundi ſtulta delegit Deus,
Vt concidant ſophiſtica.
Déque imbecillis ſubiugauit fortia,
Simplex vt eſſet credere.
Lapis ecce noſtro fixus offenſaculo eſt, Rom. 9. 32.
Impingat in quem vanitas.
Signum cauenti, non cauenti ſcandalum
Hunc ſternit, illum dirigit.
Dum plura tentat cæcus incerto gradu,
Incurrit id quod obuium eſt.
Fax ſola fidei eſt præferenda greſſibus,
Vt recta ſint veſtigia.
Quis in tenebris hoſtis errantes tamen
Pulſat, trahitque, & proterit.
Qui ſparſa ad ipſum commeantem tranſitum
Frumenta ſæuus deuorat.
Qui læta Chriſti culta fur interpolat,
Addens auenas æmulas.
Quas de venenis lacte in herbam fertilem Matt 13. 24.
Patitur colonus creſcere.
Ne fortè culmum fibra inanis ſpiceum
Simul reuulſa internecet.
Expectat ergo dum doloſa, & farrea
Feruens coquat maturitas.
Dat ventilabro lecta quæque, vt horreis
Vrat recrementum focis.
C *Refert ſed ipſa noſſe, quæ meſſem necant*
Zizaniorum ſemina.

CONTRA HÆRESIM, QVÆ Patrem paſſum affirmat.

POEMA PRIMVM.

PLurima ſunt, ſed pauca loquar, ne dira relatu
Dogmata Catholicam maculent malè prodita linguam.
Ille Patrem pellens ſolio detrudit in arctum
Corporis humani geſtamen, nec pauet ipſum
D *Obiectare neci, duroque adfigere ligno.*
Paſſibilisne Deus? cuius ſpecies, & imago
Nulli viſa vnquam, nec enim comprendier illa
Maieſtas facilis, ſenſuve, oculiſue, manuve,
Ioannis magni celebris ſententia præſto eſt:
Haud vnquam teſtata Deum potuiſſe videri.
Ille pater quem nulla acies violenta tuendo
Eminus ardentis penetrauit acumine viſus,
Qui ſe formam Hominis non induit, & Deitatis
Immenſum adſumpto non temperat ore, modove,
Aut Euangelici pietas ſpernenda libelli

Deus impaſſibilis & inuiſus. Ioan. 1. 18. & 4. 24.

Iam blaſpheme tibi eſt? aut nunquam viſa beati
Vis intacta Patris, non admiſcenda caducis,
Sed tamen & Patris ſpecimen, quo cernere fas ſit
Humanis aliquando oculis concurrere promptum,
Quod quamuis hebes intuitus ſpeculamine glauco,
Humentique acie potuit nebuloſus adire,
Quiſq; hominum vidiſſe Deum memoratur, ab ipſo
Infuſum vidit Gnatum, nam Filius hoc eſt,
Quod de Patre micans ſe præſtitit inſpiciendum,
Per ſpecies quas poſſet homo comprehendere viſu.
Nam mera Maieſtas eſt infinita, nec intrat
Obtutus, aliquo ni ſe moderamine formet.
Hoc vidit princeps generoſi ſeminis Abram,
Iam tunc dignati terras viſere Chriſti
Hoſpes homo in triplicem Numen radiaſſe figuram,
* Gen. 32. 24. *Hoc* conluctantis tractarant brachia Iacob.*
* Moſes Exod. 33. 6. *Ipſe* dator Legis diuinæ accedere coram*
Iuſſus, amicitiæ conlato qui ſtetit ore
Comminùs, & ſacris coniunxit verba loquelis,
Carnis in effigie Chriſtum ſe cernere ſenſit:
Sed maiora petens, animum per vota tetendit
Inconceſſa homini plusquam mortale laborans,
Ipſum quantus erat ſine corpore viſere Chriſtum,
Denique poſt multi ſermonis mutua, poſtque
Conſpectum præſentis heri & conſortia longa,
Quæſo, ait, vt liceat te nunc Deus optime noſſe.
Gen. 33. 20. 25. *Reſpondit Dominus: Mea non me cernere Iuſtis*
Poſteriora dabo, quid apertiùs abſque aliena
Quàm ſumat facie Verbum non poſſe videri?
Poſſe tamen, quum malit idem nunquam patre viſo
Terrenis oculis, habitu ſe oſtendere noſtro,
Sæpe & in angelicas vel mortales memoratum eſt
Induci ſpecies, queat vt ſub imagine cerni.
Hoc verbum eſt, quod vibratum Patris ore benigno
Sumpſit virgineo fragilem de corpore formam.
Inde figuram hominis, nondum ſub carne Moyſi
Obiecta, effigiem noſtri ſignauerat oris,
Quod quandoque Deus Verbi virtute coactum
*ſimulabat *Sumpturus corpus, faciem* referebat eandem.*
Sed tamen & ſentum viſa eſt exuta cremare
Exod 32. Act 7 20. Rubus incarnationis figura. *Flamma rubum, Deus in ſpinis volitabat acutis,*
Vulnificaſque comas, innoxius ignis agebat,
Eſſet vt exemplo, Deus inlapſurus in artus
Spiniferos, ſudibus quos texunt crimina denſis,
Et peccata malis hirſuta doloribus implent.
Inculto nam ſtirpe frutex vitioſus iniquis,
Luxuriem virgis inhoneſto effundere ſucco
Cœperat, & nodos per acumina crebra ligabat.
Cernere erat ſteriles ſubito ſplendeſcere frondes,
Accenſiſque citam foliis magno impete latè
Conlucere Deum, nec ſpinea lædere texta,
Lambere ſanguineos fructus, & poma cruenta,
Stringere mortiferi vitalia germina ligni.
Quandoquidem triſtes purgantur ſanguine culpæ,
Quem contorta rubus denſis cruciatibus edit.
Ergo nihil viſum, niſi quod ſub carne videndum
Lumen, imago Dei, Verbum Deus, & Deus ignis,
Qui ſentum noſtri peccamen corporis implet:
Nam lucis genitor, Verbi ſator, auctor, & ignis
Creditur extra oculos, vt Apoſtolus edocet autor,
1 Tim. 6 16. *Qui negat intuitu fontem Deitatis adiri:*
Credite, nemo Deum vidit, mihi credite, nemo.

A *Viſibilis de fonte Deus, non ipſe Dei fons*
Viſibilis, cerni potis eſt qui naſcitur. At non 1. Pet. 1 8. 1. Ioan. 4. 12
Innatus cerni potis eſt: latet os Patris illud,
Vnde Deus, qui viſibilem ſe præſtitit olim,
Tale aliquid formans in ſeſe, quale ſequuta eſt Deus impaſſibilis.
Paſſio, quæ corpus ſibi vendicat: ardua nam vis
Eſt impaſſibilis, quoniam natura superni
Ignis ad horrificas neſcit deſcendere pœnas,
Nec capit humanis angoribus excruciari,
Pura, ſerena, micans, liquido prælibera motu,
Subdita nec cuiquam, dominatrix vtpote rerum.
B *Cui non principium de tempore, ſed ſuper omne*
Tempus, & ante diem maieſtas cum Patre ſummo,
Imò animus Patris, & ratio, & via conſiliorum,
Quæ non facta manu nec voce creata iubentis,
Protulit imperium patrio ructata profundo.
Hanc igitur non flagra ſecant, non ſputa ſalutis
Aſpergunt, alapis non vexat palma reliſis:
Nec perfoſſa cruci clauorum vulnera figunt.
His affecta caro eſt Hominis, quā fœmina prægnās Chriſtus homo patitur.
Enixa eſt ſub lege vteri, ſine lege mariti.
Ille famem patitur, fel potat, & haurit acetum,
C *Ille pauet mortis faciem, tremit ille dolorem.*
Dicite ſacrilegi Doctores, qui Patre ſummo
Deſertum vacuiſſe thronum contenditis, illo* * Deum
Tempore quo fragiles Deus eſt inlapſus in artus.
Ergo pater paſſus? quid non malus audeat error,
Ille puellari conceptus ſanguine creuit,
Ipſe verecundæ diſtendit virginis aluum?
Et iam falſiloqua eſt diuini pagina libri,
Quæ Verbum in carnis loquitur fluxiſſe figuram?
At non qui Verbi Pater eſt caro factus habetur,
Fige gradum ſcriptura tuum, nil mobile, & anceps
Adfirmaſſe decet, Pater eſt quem cernere nulli
D *Eſt licitum; Pater eſt, qui nunquam viſus in orbe eſt.*
Nec mundana inter radiauit lumina coram.
Verbum conſpicuum miſit, miſſumque recepit
Quum voluit, verbo præſtrinxit viſcera puræ
Virginis, & verbo ſtruxit puerilia membra.
Ipſe quidem in terris virtute, & numine præſens * munere
Semper adeſt quocunque loci, nec pars vacat vlla
Maieſtate Patris, nuſquam eſt genitor Deus abſens,
Per verbum ſed ſemper adeſt, atque inde Philippo
Chriſtus ait: Tanto tecum iam tempore verſor,
Et Patrem te noſſe negas, quem perſpicis in me? Ioan. 14 9.
E *Eſt inuiſibilis donum Patris, edere Natum*
Viſibilem, per quem valeat Pater ipſe videri:
Nec ſolis Sanctorum oculis, ſed lumine caſſis,
Cæcorum cæcos loquor, atra ſocordia quorum
Corde tenebroſo verum perpendere neſcit.
Quem ſi perſpicuum Mortalibus inficiaris,
Fare age, quem videat Babylonis ab arce Tyrānus Dan. 2. 29. 30.
Innocuas inter flammas procul exſpatiantem,
Calcantem rapidos inaduſtis fratribus ignes,
Nempe ait, ò proceres, tres vaſta incendia anhelis
F *Accepere viros fornacibus, additus vnus*
Ecce vaporiferos ridens interſecat ignes,
Filius ille Dei eſt, fateor quem victus adoro;*
Inriſas remouete faces, cedaſque tepentes * fateorque, &c
Subtrahite, en friget ſuccenſi ſulphuris ardor.
Filius haud dubium eſt, agit hæc miracula rerum,
Quem video, Deus ipſe, Dei certiſſima proles,

Imperat immenſis ardoribus, & domat ira,
Inſultans famulante rogo, piceoſque furores
Comprimit, & rabiem flammarum algeſcere cogit,
Barbaricos calida aura ſinus non tangere iuſſa
Præterit, & tenues ſtridens tranſcurrit amictus
* vetitus *Ipſe per Aſſyrias* metuit vapor ire tyaras,*
Ne coma fuſa humeris fumo obſordeſcat amaro.
Hæc ait, & varios iubet obmuteſcere cantus,
Organa, ſambucas, citharas, calamoſque, tubaſque
Stulta ſuperſtitio tacuit, vox feſta quieuit,
Quæ malè conſpicuæ celebrabat imaginis aurum.
Carmina ſanctorum reſonans iam ſola virorum,
Concentu tripliciregem laudantia cæli:
Qui mare, qui terras, qui lucida ſydera fecit,
Ignibus & mediis ſecuros texit alumnos.
Succurrit. *Semper in auxilium ſermo Patris omnipotentis*
Deſcendit, ſeruando homini, mortalia ſemper
Admiſcenda ſibi proprio curauit amore,
Vt ſocianda caro, dominoque implenda perennis,
Degenerem vitam, quam tunc animalis agebat,
Exemplo mutaret heri, ſimileſque per artus
Cernere conſortem terreni adſueſceret, oris,
Participemque ſuum viſu velut obſide noſſe,
Et conſanguineo paulatim accedere Chriſto.
Ergo animalis Homo quondam, nunc ſpiritus illũ
Tranſtulit ad ſuperi naturam ſeminis, ipſum
Infundendo Deum, mortalia viuificantem.
1.Cor.2.14 & ca.15 44 *Nunc noua materies ſolidata intercute flatu,*
Materies, ſed noſtra tamen de virgine tracta
Exuit antiquæ corrupta exordia vitæ,
Immortale bonum proprio ſpiramine ſumens.
Filius ille Hominis, ſed filius ille Tonantis,
Iam ſolus vultus Patris aſpicit, & videt ipſum.
Nemo Patrem nouit, niſi Filius, & cui monſtrat
Filius, & noſtri mediator, & omnipotentis.
Denique concludam breuis vt compendia ſummæ:
Non Pater in carnem deſcendit, ſed Patris arcem
Sũpta caro aſcendit, Natus per vtrumq; cucurrit.

CONTRA VNIONITAS, id eſt, Sabellianos Hæreticos.

POEMA SECVNDVM.

Matt.11 27 Sabellius Hereſiarcha. *CEde profanator Chriſti, iam cede Sabelli,*
Depoſitorque Patris, Natiq; inſane negator.
Nonne Patrem violas, dum Natum ſcire recuſas?
Quandoquidem non eſt genitor, niſi Filius extet,
Nec vocitare Patrẽ potis es, quem germine fraudas.
Sed fortaſſe velis patriæ pietatis honore
Diſpoliare Deum, contentus nomine nudo
Quod Deꝰ eſt, adimaſq; decus Patris, & generis vim,
Et quis in idolio recubans, inter ſacra mille,
Ridiculoſque Deos venerans ſale, ceſpite, thure.
Non putat eſſe Deum ſummum, & ſuper omnia ſolũ,
Gentilium Diportenta. *Quamuis Saturnis, Iunonibus, & Cythereis,*
Portentiſque aliis fumantes conſecret aras:
Attamen in cælum quoties ſuſpexit, in vno
Conſtituit ius omne Deo, cui ſeruiat ingens
Virtutum ratio variis inſtructa Miniſtris,
Quæ gens tã ſtolida eſt animis? tam barbara linguis?

A *Quæue ſuperſtitio tam ſordida? quæ caniformem,*
Latrantemque throno cæli præponat Anubim?
Nemo Gloatinæ, aut Tiphonæ ſuper aſtra Deabus,* * Eponæ
Dat ſolium, quamuis ſolidam perſoluat acerram,* * olidam
Sacrilegiſque molam manibus ruinetur, & exta,
Conſule barbati deliramenta Platonis,
Conſule & hircoſos Cynicos, quos ſomniat, & quos
Texit Ariſtoteles torta vertigine neruos,
Hos omnes quamuis anceps labyrinthus, & error
Circunflexus agat, quamuis promittere & ipſi
Gallinam ſoleant, aut Gallum, Clinicus vt ſe
B *Dignetur præſtare Deus morientibus æquum,*
** Quum ventum tamen ad normam rationis, & artis* * Conuertunt. Natura docet vnum eſſe Deum
Turbidulos ſenſus, & litigioſa fragoſis
Argumenta modis concludunt Numen in vnum.
Cuius ad arbitrium ſphera mobilis, atque rotunda
Voluatur, ſeruentque ſuos vaga ſydera curſus.
Non recipit, natura hominis, modò quadrupes ille
Non ſit, & erecto ſpectet cæleſtia vultu,
Non recipit, neget vt regimen pollere ſupremum.
Iſtud & ipſe Numæ tacitus ſibi ſenſit aruſpex,
Semifer & Globus ſentit cane milite peior.
C *Sed nos, qui Dominum libris, & corpore iam bis*
Vidimus ante fide, mox carne, & ſanguine coràm,
** Quinque voluminibus vatum Cruce teſte probatis* * Quique Ioã 20.27. 1.Io.1.1.
Rimantes digitos coſtarum in vulnera cruda
Merſimus, & manuum viſu dubitante lacunas
Scrutari, æternum regem cognouimus Ieſum.
Abiurare Deo titulum, nomenque paternum
Credimus eſſe nefas, qui Regem protulit ex ſe,
Non Regem populi Parthorum, aut Romulidarum,
Sed Regem ſummæ, & mediæ rationis, & imæ,
Atque ideo rerum Dominum, & ſuper omnia Regẽ,
Carnis habet medium, ſummum Patris, & Stygis imum
D *Defluit his gradibus, rurſuſque reuoluitur in ſe.*
Eſt Deus, eſt & Homo, & fit mortuus, & Deus idem eſt,
Omnia percurrit naturæ munia pronæ,
Vt rurſum Patris in gremium replicata reportet
Mortua quæ fuerant, ipſos quoque ſubuehat artus,
Hæc fore quum veterum cecinissent organa Vatum,
Nos oculis, manibus, congreſſu, voce, loquela
Experti, Heroum tandem intelleximus orſa
Priſcorum, & viſo patefacta oracula Chriſto.
E *Hæc eſt noſtra ſalus, hinc viuimus, hinc animãtur.* Trinitatis Perſonæ.
Hoc ſequimur, nunquam detracto nomine Nati
Appellare Patrem, Patris & ſine nomine nunquam
Natum noſſe Deum, nunquam niſi ſanctus, & vnus
Spiritus interſit, Natuque Patremque vocare:
Sic tamen hæc conſtare tria, vt ne ſe pare ductus
Tres faciant, tribus his ſubſiſtat, ſed Deus vnus,
Nec Pater ipſe autem qui Filius, vt quia natum
Scimus ab innato, verè Pater, & ſata verè
Sic ſoboles, nec ſit genitor ſibi Filius ipſe,
F *Siue Pater natus fuerit, ſiue ipſe repentè*
Perquam ridiculum eſt, & futile, natus vt ex ſe
Naſcendi noua materies, ac ſe Deus vltrò
Ediderit, Natumque ſibi ſe fecerit ipſum.
Nil falſum, aut mendax diuina vocabula fingunt.
Qui Pater eſt, gignendo Pater, tum Filius ex hoc

Filius autore vt genitus quod ſit Patre ſummo.
Summus, ipſe tamen, nec enim minor, aut patre diſpar.
Vnde in vtroque operis forma indiſcreta, niſi omnem
Vim maieſtatis patriæ generoſus haberet
Filius æqualis Patri. *Filius, idque Deus genitor quòd filius eſſet.*
Pergunt vlterius ſcrutantes, quid ſit idipſum
Gignere, ſi fas eſt humanos tendere ſenſus
Vſque ad ſecretum, quod tempora cuncta, dieſque
Præuenit antiquos, & principium ſuper ipſum
B *Eminet, & quodcumque poteſt homo quærere trãſit,*
Quum ſit difficilis via noſcere principiorum
Generatio Filii coæterna. *Semina, cui dabitur mortali exquirere, quidnam*
Vltra principium Deus egerit? aut quo pacto
Ediderit Verbum, quod principio caret omni?
Hoc ſolum ſcimus, quod traditur eſſe Deus, quem
Non genitus genitor generauerit, vnus & vnum,
Integer integrum, non cœptum, ſed tamen ortum,
Et comperpetuum Patri, retrò ſed Patre natum.
Sed nec deciſus Pater eſt, vt pars Patris eſſet
C *Filius, extendens nec ſe ſubſtantia tractim*
Produxit, minuitve aliquid de numine pleno.
Dux mutata nouum procudit portio Natum,
Non conuertibilis, nec demutabilis vnquam,
Eſt Deus aut gignendo aliquid ſibi detrahit, atqui,
Docetur luminis ſimilitudine *Totus & ex toto Deus eſt, de lumine lumen,*
Quando autem lumen ſine lumine, quando refulgens
Lux fulgore caret, quando eſt vt proditus ignis
Ignem diminuit, quando Pater, & Deus, & lux,
Non lucis Deus, at Pater eſt, qui ſi Pater olim
Non fuit, & ſerum genuit poſt tempora Natum,
D *Fit nouus, inque nouum ius proficit, abſit vt vnquam*
Plenus proficiat, qui non eget incremento.
Et Deus, & genitor, lumenque & gloria ſemper
Ille fuit, nec poſt ſibi contulit, vt Pater eſſet.
Sic ſit vt æternum credamus cum Patre Chriſtum,
Illo autore ſatum, cui nullus præfuit autor.
Hæc tu ſi dubitas Nati myſteria Chriſti,
Perdite, Catholica non es de plebe, ſed vnus
De grege thurifero venerator Deucalionum
Deuotus cippo, ficulni, & ſtipitis vnctor:
Quin potius ſcrutare Dei ſignacula in ipſo
E *Fonte vetuſtatis, percurre ſcr nta prims*
Scriptoris, quẽ non Bardus pater, aut auus Augur,
Fabula nec veteris famæ, nec garrula nutrix,
Nec ſago clangore loquax, & ſtridula cornix
Rem docuère Dei, ſed coràm proditus ipſe,
Ipſe Deus trepidum mortalem mitis amico
Imbuit alloquio, ſeque ac ſua ſumma retexit.
Nimirum meminit ſcriptor doctiſſimus illo
Orbis principio non ſolum, ne ſine Chriſto
Informaſſe Patrem facturæ plaſma nouellæ.
F *Fecit, ait, condens hominem Deus, & dedit olli*
Ora Dei, quidnam eſt aliud, quàm dicere, ſolus
Non erat? atque Deo Deus adſiſtebat agenti,
Quũ Dominus faceret Domini ſub imagine plaſma?
Chriſtus forma Patris, nos Chriſti forma, & imago,
Condimur in faciem Domini bonitate paterna,
Venturo in noſtram faciem poſt ſecula Chriſto.
Poſſum multa ſacris exempla excerpere libris,
Nec refugis, quæ te doceant, non in Patre ſolo
Vim maieſtatis poſita, ſed cum patre Chriſtum
A *Eſſe Deum, velut ille ait genealogus idem,*
A Domino Dominus flammas pluit in Sodomitas. Gen. 19. 24. Deuteron. 29. 23.
Quis Dominus? de quo Domino? ſi ſolus ab arce
Syderea ſpectat Pater, aut ardeſcit in iras?
Filius armatam Domini Patris ignibus iram
Spargebat Dominus, ſunt vnum fulmen vtraque.

ADVERSVS IVDÆOS.

POEMA TERTIVM.

HÆc ſi Iudaïcos ſic intellecta rigaſſent
*Auditus ſtupidas * vt poſſent tangere fibras,* * aut
Audiſſent Dominum virtutum, qui pereuntes
Venerant vt ſeruaret oues, ſed ab auribus omnis
Fluxerat ornatus, caput & iam coctile Bahal
Finxerat, auriculaſque ſuo ſpoliarat honore. Exod. 34. [illegible]
Dux populi peccantis adeſt de monte coruſci
Luminis, alloquioque Dei, tabulaſque tremendo
Inciſas digito, cæca ad tentoria defert.
C *Sed cadit in faciem plebs non viſura profundæ*
Legis in effigie ſcriptum per ænigmata Chriſtum,
Infelix quæ luce oculos præſtricta pauentes
Texerit, & preſſo faciem velarit amictu.
*At nos * retecto Chriſtum velamine coràm* * directo
Cernimus, atque Deum vultu ſpeculamur aperto.
Nec ſub lege grauis depreſſa fronte iacemus,
Sed legis radium ſublimi agnoſcimus ore.
Heu frondoſa prius ramis felicibus arbor,
Pinguibus heu quondam radix oleagina baccis,
Ecce tibi inſerto reuireſcit nunc oleaſtro
D *Truncus, & externi veſtitur cortice libri,*
Iam miſerere tui, non ſe ſylueſtris olius
Surculus, exultans alieno ſtipite iactat.
Sed monet vt generis proprij memor, vnguinè amarè
Contriſtare comas deſueſcas, ſtirpe nec imo
Inuideas, nuſſis in celſa cacumina virgis.
Blaſphemas Dominum gens ingratiſſima Chriſtum.
Paſcha ſuum dic, dic cuius de ſanguine feſtum
Tam ſolemne tibi eſt? quis tandem cæditur agnus
Anniculus ſacer ille tibi redeuntibus annis?
E *Sed ſacer, in pecude ſtultum eſt ſic credere ſacrum*
Sanguine balantis ſummos contingere poſtes, Agnus Paſchalis.
Laſciuire choris, ſimilaginis azimon eſſe,
Quum fermentatis turgeſcant crimine mores.
Non ſapis imprudens noſtrum te effingere Paſcha?
Legis & antiquæ praeductis pingere ſulcis,
Omne ſacramentum, retinet quod paſſio vera,
Paſſio quæ noſtram defendit ſanguine frontem,
Corporeamque domum ſignato conlinit ore.
*Hanc fugit excluſis Ægypti plaga * flagellis,* * procellis
F *Hæc regis Phary regnum ferale reſoluit,*
Deque poteſtatis mundanæ grandine denſa
Eripit Abraham cum ſtirpe, & gente fideli.
Abrahæ genus eſt verum, cui ſanguis in ore
Creditur, inſcriptuſque rubet cui viſus in orbe,
Haud dubitante fide Deus eſt, Deus ex patre verus.
Ille Deum vidit, viſum mox credidit. At tu Abraham in Chriſt[illegible] credidit.
Poſteritas carnis, carnaliter omnia cernens,
Carnis opus ſub Lege geris, quam ſpiritus implet
Interior, nec enim Lex cælo carnea fluxit,
*Quam tu carne colis, ſed Chriſto * fixa, meam ſue* * ſcripta

Google

Spem paritura vt oro, quã ſpem niſi Numinis almũ
Gen 12.3 & 18. 8. *Lumen, & aduentum Domini quem viderat* Abræ*
Prima fides, noſtriſque Pater promiſerat olim
Perſpiciendum oculis, & legis voce probandum:
Linguæ tres Chriſtum celebrant *Nec ſolum Legis, nam quæ iam Littera Chriſtum*
Non habet, aut quæ non Scriptorũ armaria Chriſti
Laude referta, nouis celebrant miracula Libris?
Hebræus pangit ſtylus, Attica copia pangit,
Pangit & Auſoniæ facundia tertia linguæ.
Titulus crucis. *Pilatus iubet ignorans, tu ſcriba tripiſtis*
Digere verſiculis, quæ ſit ſuffixa poteſtas,
Fronte crucis titulus ſit triplex, triplice lingua
Agnoſcat Iudæa legens, & Græcia norit,
Et venerata Deum percenſeat aurea Roma.
Quicquid in ære cauo reboans tuba curua remugit,
Quicquid in arcano vouit ingens ſpiritus hauſtu,
Quicquid caſta chelis, quicquid teſtudo reſultat,
Organa diſparibus calamis quod conſona miſcent,
Æmula paſtorum quod reddunt vocibus antra,
Chriſtum concelebret, Chriſtum ſonet, omnia Chriſtũ
Muta etiam fidibus ſanctis animata loquantur.
Chriſti nomen laudatur. *O nomen prædulce mihi, lux, & decus, & ſpes,*
Præſidiumque meum, requies ò certa laborum,
Blandus in ore ſapor, flagrans odor, irriguus fons,
Caſtus amor, pulchra ſpecies, ſyncera voluptas.
Si gens ſurda negat ſibi tot præconia de te,
Tam multas rerum voces, elementaque tantæ
Nuntia lætitiæ, ſtolidas intrare per aures,
Audeat inſanum bacchantis energia monſtri,*
**energima* *Quod rabidus clamat capta inter viſcera Dæmon,*
Et credat miſeranda ſuis: torquetur Apollo
Nomine percuſſus Chriſti, nec fulmina Verbi
Ferre poteſt, agitant miſerum tot verbera linguæ,
Quot laudata Dei reſonant miracula Chriſti.
Dæmone terret. *Intonat Antiſtes Domini, fuge callide ſerpens,*
Exue te membris, & ſpiras ſolue latentes,
Mancipium Chriſti fur corruptiſſime vexas.
Deſine, Chriſtus adeſt, humani corporis vltor,
Non licet vt ſpolium rapias, ait Chriſtus inhaſit.
Pulſus abi ventoſe liquor, Chriſtus iubet, exi,
Has inter voces medias Cyllenius ardens
Eiulat, & notos ſuſpirat Iuppiter ignes.
Ecce Geraſſenos legio ruit efferа porcos,
Et poſt multiplices buſti ſub rupe catenas,
In porcos ruunt *Pœnarum gemitus longis grunnitibus edit,*
Clamarat, ſed ab ore hominis: cognoſcimus Ieſu
Matt 8 31. Mar. 5.12. Luc 8 32. *Nate Deo, nate ſceptris & germine Dauid,*
Quis ſis, quid venias, qua nos virtute repellas
Nouimus, aduentuſque tui terrore iacemus.
Hæc Iudæa tuas vox non peruenit ad aures?
Peruenit, mentem ſed non penetrauit egenam
Lucis, & à primis foribus diſcluſa refugit.
Audiit aduentum Domini, quem ſolus Hiberi
Veſper habet roſeus, & quem nouus excipit Ortus,
Laxauit Scythicas verbo penetrante pruinas
Vox euangelica, Hircanas quoque feruida brumas
Soluit, vt exutus glacie iam mollior amnis
Caucaſea de cote fluat Rhodopeius Hebrus,
Manſueuère Getæ, feritaſque cruenta Geloni
Lacte mero ſitiens exanguia pocula miſcet,
Libatura ſacros Chriſti de ſanguine potus.
Nouit & Atlantis pridem plaga perfida Mauri

A *Dedere ermitos ad Chriſti altaria Reges,*
Ex quo mortalem præſtrinxit ſpiritus alum,
Spiritus ille Dei, Deus & ſe corpore Matris
Induit, atque Hominem de virginitate creauit. *Oracula Chriſti aduentu tacuerunt.*
Delphica damnatis tacuerunt ſortibus antra,
Non tripodas Cortyna regit, non ſpumat anhelus
Fata Sibyllinis fanaticus edita libris.
Perdidit inſanus mendax Dodona vapores,
Mortua iam mutæ lugent oracula Cumæ,
Nec reſponſa refert Libycis in ſyrtibus Ammon,
Ipſa ſuis Chriſtum capitolia Romula mœrent,
B *Principibus lucere Deum, deſtructaque templa*
Imperio cecidiſſe ducum, iam purpura ſupplex
Sternitur Æneadæ rectoris ad atria Chriſti,
Vexillumque crucis ſummus Dominator adorat.
Principibus tamen è cunctis non defuit vnus,
Me puero, vt memini, ductor fortiſſimus armis.
Conditor & legum, celeberrimus ore, manuſque
Conſultor patriæ, ſed non conſultor habendæ *Trecenta Idolorum millia.*
Religionis, amans trecentum millia Diuûm.
Perfidus ille Deo, quamuis non perfidus vrbi,
Auguſtum caput ante pedes curuare Mineruæ
Fictilis, & ſoleas Iunonis lambere, plantis
C *Herculis aduolui, genua incuruare Dianæ.*
Quin & Appollineo frontem ſubmittere gypſo,
Aut Pollucis equum ſuffire ardentibus extis,
Fortè litans Hecaten placabat ſanguine multo,
Pontificum feſtis feriendas ſecuribus illic
Agmina vaccarum ſteterant, vitulaſque reuincta
Fronte coronatas vmbrabat torta cupreſſus,
Iamque inſertato reſerabat viſcera cultro
Vittatus de more ſenex, manibuſque cruentis
Tractabat trepidas lethali frigore fibras,
D *Poſtremoque animæ pulſus in corde tepenti*
Callidus interpres numeris, & fine notabat.
Quum ſubitò exclamat media inter ſacra Sacerdos
Pallidus, en quid ago? maius, Rex optime, maius
Neſcio quod numen veſtris interuenit aris,
Quam ſufferre queant ſpumantia cymbia lacte,
Cæſarum ſanguis pecudum, verbena, coronæ,
Accitas video longè diſpergier vmbras,
Territa Perſephone vertit veſtigia retrò,
Extinctis facibus tracto fugitiua flagello.
E *Nil agit arcanum murmur, nil Theſſala proſunt*
Carmina, turbatos reuocat nulla hoſtia manes.
Nonne vides vt thuribulis frigentibus ignis
Marceat? vt canis pigreſcat pruna fauillis,
Ecce Palatinus pateram retinere Miniſter
Non valet, eliſa diſtillant balſama dextra.
Flamen & ipſe ſuas miratur vertice laurus
Cedere, & incertum fruſtratur victima ferrum.
Neſcio quis certè ſubrepſit Chriſticolarum
Hic Iuuenũ, genus hoc hominũ tremit infula, & omne
Puluinar Diuûm, lotus procul abſit, & vnctus.
F *Pulchra reformatis redeat Proſerpina ſacris.*
Dixit, & exanguis conlabitur, ac velut ipſum
Cerneret exertò minitantem fulmine Chriſtum.
Ipſe quoque exanimis poſito diademate Princeps
Pallet, & aſtantes circumſpicit: ecquis alumnus
Chriſmatis inſcripto ſignaret tempora ligno?* * figno
Qui Zoroaſtræos turbaſſet fronte ſuſurros,
Armiger è cuneo puerorum flauicomantum

Xx iij

Purpurei cuſtos lateris deprenditur vnus.
Nec negat, & gemino gemmata haſtilia ferro
Proiicit, ac ſinum Chriſti ſe ferre fatetur.
Proſilit pauidus deiecto Antiſtite princeps,
Marmoreum fugiens nullo comitante ſacellum,
Dum tremefacta cohors, dominique oblita, ſupinas
Erigit ad cœlum facies, atque inuocat Ieſum.
Iamne piget facti? iam pœnitet? en tibi Chriſtum
Infelix Iudæa Deum, qui ſabbata ſoluens
Terrea, mortales æterna in ſabbata ſumpſit.
Gentibus emicuit, præfulſit regibus, orbem
Poſſidet, Imperij dominam ſibi credere Romam
Compulit, & ſimulacra Deum Tarpeia ſubegit.
Diſce tuis miſeranda malis, quo vindice tandem
Vana ſuperſtitio, lex & carnaliter acta
Plectatur, cuius virtus te proterat vltrix.
Deſtructione iacent Salomonia ſaxa metallo
Ædificata manu, iacet illud nobile templum?
Cur iacet? artificis quia dextra ſolubilis illud,
Cementum ſtruxit reſolubile, iure ſolutum eſt,
Et iacet, in nihilum quoniam redit omne politum.
Quod fieri recipit, recipit quandoque perire.
Si noſtrum contrà quod ſit vis diſcere templum,
Eſt illud, quod nemo opifex ſabriliter aptans
Compoſuit, quod nulla abies, pinúſve dolata
Texuit, exciſo quod nunquam marmore creuit.
Cuius onus nullis fultum ſublime columnis
Fornice curuato tenus ſuper arce pependit:* * arte
Sed verbo factum Domini, non voce ſonora,
Sed verbo, quod ſemper erat, verbum caro factũ eſt.
Hoc templũ æternum eſt, hoc finem non habet, hoc tu
Expugnare volens, flagris, cruce, felle petiſti,
Deſtructum iacuit pœnis vexantibus, eſto:
Matris enim ex vtero, quod deſtrueretur, habebat.
Sed quod morte breui materna ex parte ſolutum eſt,
Maieſtate patris viuum lux tertia reddit.
Vidiſti angelicis comitatum cœtibus altè,
Ire meum cuius feruor munimine templum,
Illius æternæ ſuſpendunt culmina portæ,
Ac per inacceſſas ſcalarum gloria turres
Tollitur, & gradibus lucet via candida ſummis.
At tua congeſtæ tumulant holocauſta ruinæ:
Quid mereare Titus docuit, docuére rapinis
Pompeianæ acies, quibus extirpata per omnes
Terrarum, pelagique plagas tua membra feruntur.
Exilijs vagus huc illuc fluitantibus errat
Iudæus, poſtquam patria de ſede reuulſus,
Supplicium pro cæde luit, Chriſtique negati
Sanguine reſperſus commiſſa piacula ſoluit.
En quo priſcorum virtus defluxit auorum?
Seruit ab antiquis delapſa fidelibus hæres
Nobilitas, ſed iam non nobilis, illa recentem
Suſpectat captiua fidem: vis tanta nouellæ
Credulitatis ineſt, Chriſtum confeſſa triumphat
Gens infida prius, Chriſti ſed victa negatrix
Subditur imperio, dominos ſortita fideles.

A

CONTRA HOMOVSIONITAS.

POEMA QVARTVM.

*S*VNT *qui Iudaico cognatum dogma furori*
Inſtituunt, media Chriſtum ratione ſequi,
Hoc tantum, quod verus Homo eſt, ac cœlitus illum
Adfirmant non eſſe Deum, pietate fatentur,
B *Maieſtate negant, morum pro laude ſacratum*
Concelebrant, adimunt naturæ ſumma ſupernæ,
Omne opus egregium, per quod ſolertia pollens
Emicat, ingenij eſt, vt roboris, illud acuto
Corde viget, duris excellit viribus iſtud,
Mortale eſt ſed vtrumq; hominis, nam cana ſeneſcũt
Ingenia, & validos conſumunt ſecla lacertos.
Hæc nos in Domini virtute, & laude perenni
Non ſequimur, ſequimur nullo quod ſemine terræ
Germinat immundum, quo non de labe virili
Sumit principium, tener illum ſeminat ignis,
C *Non caro, nec ſanguis patrius, nec fœda voluptas*
Intactam thalami virtus diuina puellam
Sincero afflatu per viſcera caſta maritat,
Incomperta ortus nouitas, iubet vt Deus eſſe
Credatur Chriſtus ſic conditus, innuba virgo
Nubit Spiritui, vitium nec ſentit amoris,
Pubertas ſignata manet, grauis intus, & extra
Incolumis, florens de fertilitate pudica,
Iam mater, ſed virgo tamen, maris inſcia mater.
Quid renuis? quid inane caput non credule quaſſas?
Angelus hoc ſancto pronuntiat ore, placétne Maria virgo cõcipit
Credere? & angelicis aurem reſerare loquelis?
D *Ipſa coruſcantis monitum ſacra virgo Miniſtri*
Credidit, atque ideo concepit credula Chriſtum:
Credentes nam Chriſtus adit, dubitabile pectus
Sub titubante fide, refugo contemnit honore.
Virginitas & prompta fides Chriſtum bibit aluo
Cordis, & intactis condit paritura latebris.
Crede quod emiſſus ſolio patris Angelus infit,
Vel ſi concretus liquidam de ſydere vocem
Non capit auditus, & mulier quid coniuge prægnãs Elizabet & Ioan. Bapt in vtero agnoſcũt.
Clamet anus credens, & tandem ſobrius audi.
Mira fides, vtero puer interceptus anili
E *Virgineum Dominum materno ex ore ſalutat,*
Primus & infantem non natus nuntiat infans,
Iam noſtrum vagire ſibi, nam paſſio nondum
Nôrat, & ora Deo reſerabat garrula Chriſto. Luc. 1. 41.
Promite ſecretos faſtos, date, pandite Librum,
Euomuit, ſpirante Deo, quem ſanctus Eſaias
Percenſere libet, calamique reſoluere ſulcos,
Sydereis quos illa notis manus aurea duxit.
Ite hinc, dum rutilos, apices ſubmiſſus adoro,
Dum lacrymans veneror, dumque oſcula dulcia figo,
F *Gaudia concipiunt lacrymas, dant gaudia fletum.*
Aduenit promiſſa dies, quam dixerat iſte
Adfore verſiculus, quum Virgo puerpera teſte
Haud dubiè ſponſo, pacti cui cura pudoris
Edidit, Emanuelque meum me cernere fecit.
Eſt no Deus iam noſter homo, verſatur & adſtat
Nobiſcum, nomenque probat, verſumque vetuſtis Emanuel.

Obſcurum ſeclis præſenti inluminat ore?
Stella duce Reges adorant. Matth. 2
Eſt ne Deus, cuius cunas veneratus Eous
Lancibus auratis regalia fercula ſupplex
Virginis ad gremium pannis puerilibus offert?
Quis iam pennatus, rapidoque ſimillimus Auſtro
Nuntius, Auroræ populos, atque vltima Bactra
Attigit, inluxiſſe diem lactantibus horis,
Qua tener innupto penderet ab vbere Chriſtus?
Vidimus hunc, aiunt puerum per ſydera ferri,
Et ſuper antiquos ſignorum ardeſcere tractus.
Diriguit trepidans Chaldæo in vertice pernox
Aſtrologus, ceſſiſſe Anguem, fugiſſe Leonem,
Contraxiſſe pedes lateris manco ordine Cancrum,
Cornibus infractis domitum mugire Iuuencum.
Sydus & Hircinum laceris marceſcere villis.
Labitur hinc pulſus puer Hydrius, inde ſagittæ
Palantes Geminos fuga ſeparat, improba Virgo
Prodit amatores tacitos in fornice mundi.
Quique alij horrificis pendent in nubibus ignes,
Luciferum timuère nouum: rota lurida Solis
Hæret, & excidium ſenſit iam iamque futurum,
Séque die medio velandam tegmine glauco,
Splendorémque poli periturum nocte diurna
Orbe repentinus caput obnubente tenebris.
Hunc ego nō cumulem myrrhæq; & thuris, & auri
Tria Regū munera.
Muneribus? ſcio quem videam, quæ dona repēdam,
Hunc ego non venerer, qui cœlo viſus, humique
Inuentus Rex atque Deus moderatur vtrumque,
Naturæ ſpecimen, tumulóque inferna refringens
Regna, reſurgentes ſecum iubet ire ſepultos;
Cœlum habitat, Terris interuenit, abdita rumpit
Deus vbique.
Tartara; vera fides Deus eſt, qui totus vbique eſt.
Nunquid vana viros, aut mens, aut lingua feſellit?
Nunquid fortuitis fruſtrantia dona dederunt
Caſibus? aut cæco votum ſub honore dicarunt?
Quæ porrò cauſa, aut ratio ſubmitere colla
Ante pedes Mariæ, pueríque crepundia parui?
Si tantùm mortalis erat, nec ſumma poteſtas
Implebat teneros diuinis flatibus artus?
Sed iam tolle Magos, thus, aurum, myrrhea dona,
Quæ verum docuere Deum, præſepia, pannus
Matris adoratum gremium, fax ſyderis ardens,
Ipſa Deum virtus factorum, & mira loquantur.
Inſanos video ſubitò muteſcere ventos
*Quum iubeat * Chriſtus, video luctantia magnis*
Christi miracula. Matt. 8. 27. Matt. 14. 25
Æquora turbinibus tranquillo marmore tendi
*Imperio Chriſti: video * calcatus eundem*
Quum patitur gurges tergum ſolidante liquore,
Ipſe ſuper fluidas plantis nitentibus vndas
Ambulat & preſſo firmat veſtigia fluctu;
Increpat ipſe Notos, & flatibus otia mandat,
Ventis imperat.
Quis iubeat ſæuis Aquilonibus, ite, ſilete,
Carceribus veſtris, amploque faceſſite ponto,
Sit niſi Cœliposens Aquilonum conditor idem?
Ningidus agnoſcit Boreas, atq; imbrifer Eurus
Nimborum Dominum, tempeſtatumq; potentem.
Excitamque hyemem verrunt ridente ſereno.
Quis pelagi calcarit aquas? quis per vada glauca
Greſſibus impreſſis ſpatiatus triuerit vdum
Non ſubmerſus iter, ſola pendulus, & pede ſicco,
Ambulat ſupra mare.
Æquoreæ niſi factor aquæ? qui ſpiritus olim
A *Ore ſuperfuſus patrio volitabat in vndis*
Nondum diſcretis, nec certo littore clauſis,
Suſtinuit greſſum Domini famulus liquor, ac ſe
Mobilitate carens ſolidos ſubſtrinxit ad vſus.
Quid diuerſa Dei memorem facta inclyta Chriſti?
Altiùs inſpecta qua maieſtate negator
Alia Christi miracula.
Haud dubitans hominem, tute ipſe fatebere numen,
Inleuit cæcos oculos, & lumina limo
Reddidit, humectam ſacro ſputamine terram
Contrectans digitis, luteum medicamen operta
Cæcus curatur. Io. 9. 6.
Nox habuit, tenebras obducta vligo remouit.
B *Inſuper oſtendit quonam caligo lauacro*
Expurganda foret, varij Syloa refundit
Momentis latices, nec fluctum ſemper anhelat,
Sed vice diſtincta largos lacus accipit hauſtus:
Agmina languentum ſitiunt ſpem fontis auari,
Membrorum maculas puro ablutura natatu.
Certatim interea rorantis pumice raucas
Expectant ſcatebras, & ſicco margine pendent.
Hoc limum iubet impoſitum de fonte lauari
Chriſtus, & infuſa vultum ſplendeſcere luce.
Norat enim limo ſeſe informaſſe figuram
Ante tenebroſam, proprij medicamen & oris
C *Adieciſſe nouo, quem primum finxerat, Adæ.*
Nam ſine diuino Domini perflamine ſummi
Arida terra fuit, nulli prius apta medelæ:
Gen. 2.
Sed poſtquam liquidus cœleſti ſpiritus ore
Virgineam reſperſit humum, medicabilis illa eſt,
Inde trahit ſuccum, lentoque humore ſalutem
Inlinit, infunditque diem baptiſmate lota.
Cæcus adeſt oculis iam Chriſti ex ore retectis,
Seque luto & nitidis lucem ſumpſiſſe fluentis
D *Clamat, & autorem & ſtupefacta per oppida monſtrat,*
Autorem lucis, largitoremque dierum,
Non dedignatum medicæ purgamina aquai
Corpore ſub proprio monſtrare errantibus ægris.
Millibus ex multis pauciſſima quæque retexam,
Summatim relegens, totus quæ non capit orbis.
Quinque in deſerto panes iubet, & duo piſces
Adponi in paſtum populis, qui forte magiſtrum
Miraculū 5. panum. Matth. 14. Mar. 6. 43. Luc. 9. 17. Ioan. 6. 13.
Non reuocante fame ſtipabant vndique ſeptum,
Immemoreſque cibi, vicos, caſtella, macellum,
E *Oppida, mercatus, & conciliabula, & vrbes*
Reſpuerant, largo contenti dogmate veſci.
Multa virûm ſtrato feruent conuiuia fœno,
Centenos ſimul accubitus inière ſodales,
Seque per innumeras infundunt agmina menſas.
Piſciculis iam crede Deum ſaturanda duobus,
Et paucis creſcente cibo per fragmina cruſtis,
Ambeſis dapibus cumulatim aggeſta redundant
Fercula, biſſenos micarum mollibus implent
Poſt cœnam cophinos, crudus conuiua reſudat
Congeriem ventris, gemit & ſub faſce Miniſter,
F *Quis cumulare poteſt epulas in grandia paruas?*
Quis, niſi qui corpus, paſtumque & corporis omnem
Condens ex nihilo nulla exſtente creauit
Mundum materia? non ſicut ſculptor ab æris
Mundus ex nihilo.
Rudere decoctam conſueſcit fingere maſſam.
Sed Deus, omnipotens orbem ſine ſemine finxit,
Nil erat omne quod eſt, nihil id procedere & eſſe,
Atque nouum fieri, mox & grandeſcere iuſſum eſt.

Paruum de nihilo primum fuit, addita paruo
Incrementa modis auxerunt omnia plenis.
Ergo ego quum videam manibus ſic creſcere Chriſti,
Parua alimenta hominum, poſſum dubitare per ipſum
Exiguas rerum ſpecies, elementáque Mundi
Ex nihilo primùm modica, & mox grandia ſenſim
Creuiſſe, ex modicis quæ conſummata videmus.
A. ne poſt hominum paſtus calcata perirent,
Néve relicta lupis, aut vulpibus, exiguis ve
Muribus in prædam nullo cuſtode iacerent,
His ſex appoſitis, cumulatim qui bona Chriſti
Seruarent grauidis procul oſtentata caniſtris.
Sed quid ego hæc autem titubanti voce retexo,
Indignus qui ſancta canam? procede ſepulcro
Lazare, dic cuius vocem tellure ſub ima
(* bdita.) Audieris, quæ vis penetrauerit * intima lethi.
(Lazarus [illegible] Ioa. 11 44.) Quod quem te Chriſtus penitus, nigrante profundo
Immerſum vocat, vt redeas, ceu proximus audis
Nec remoratus ades, quæ tam vicina Charydis
Regna tenebrarum tenui diſtantia fine
Contingit ſuperis, vbi? Tenera triſtia vaſto
In præceps deiecta Chao? latebroſus & ille
Amnis inexpletis voluens incendia ripis.
Ante fores tumuli, quas ſaxa immania duro
Obice damnarant, ſcopulis ſubſtructa cauatis
Stat dominus noménque ciet frigentis amici.
Nec mora, funereus reuolutis rupibus horror
Euomit exequias gradiente cadauere viuas.
Soluite iam lætæ redolentia vincla ſorores,
Solus odor ſparſi ſpiramen aromatis efflat,
Nec de corporeo nidorem ſordida tabo
Aura refert, oculos ſanie ſtillante ſolutos
Priſtinus in ſpeculum decor excitat, & putrefactas
Tincta rubore genas paulatim purpura veſtit.
Quis potuit fluidis animam ſuffundere membris?
Nimirum qui membra dedit, qui fictilis vlnæ
Perflauit venam madidam, cui tabida gleba
Traxit ſanguineos infecto humore colores.
O mors auritis iam mitis legibus, ò mors
Surda prius, iam docta ſequi * quæcunque iubetur, (*quæcunque iubentur.)
Cui tantum de te licuit? conuicta fatere
Eſſe Deum ſolum qui me tibi præripit Ieſum.
Abde negatores Chriſti, nemo inuidet, abde,
Vtere ſorte tua blaſphemis nocte tenendis,
Perpetuam plebem luſtorum capta reſolue,
Qui norunt hominem atque Dèum ſic dicere Chriſtum,
Vt verus, ſummuſque Deus mortalia geſtet.
Ipſe gerit, quod ſtruxit opus, nec ferre pudeſſit
Factor quod peperit, corpus loquor, atque animæ vim,
Finxerat hoc digitis, animam ſufflauerat ore,
Totum hominem Deus adſumit, quia totus ab ipſo eſt,
Et totum redimit, quem ſumſerat, omne reducens
Quicquid homo eſt, iſtud tumulis, aſt iſtud abyſſo.

A

DE NATVRA ANIMÆ.

POEMA QVINTVM.

OCcurrit dubitans hic diſſertator, & illud
Obiicit, an ne fides capit, vt ſubſtantia flante
Inſpirata Deo cruciatum ſentiat, atque
Inferni petat ima poli, baratroque coquatur.
B Crede animam non eſſe Deum, ſed crede creatis
Maiorem cunctis, ipſam quoque crede creatam.
Formata eſt namque ore Dei, quæ non erat antè, (Anima quid.)
Sed formata habitu pulcherrima, pictaque rebus
Diuinis, & plena Deo, ſimiliſque creanti,
Non tamen ipſa Deus, quoniam generatio non eſt,
Sed factura Dei eſt: ſolus de corde parentis
Filius emicuit, verus Deus ille, ſed iſtud (Filius à Patre.)
Conlatum eſt animæ ſubitò, vt quæ non erat eſſet.
Ille coæternus Patri eſt, & ſemper in ipſo eſt,
C Nec factus, ſed natus, habet quodcũq; paternũ eſt,
Hæc ſimilis velut vmbra Dei eſt, ſic ipſe loquutus
Factor, vtroque hominem meditans de figmine iunctum
Ædificare ſui ſimilem, ſed non habet vmbra
Quod corpus ſolidum, cuius imitatio in vmbra eſt,
Atque aliud verum eſt, aliud ſimulatio veri.
Eſt ſimilis ſeclis * quod non conſumitur vllis, (Anima Deo ſimilis.) (* quia.)
Quod ſapiens, iuſtique capax, regináque rerum
Imperat, ante videt: perpendit, præcauet, inſit,
Verborum, morúmque opifex, inſtructaque mille
D Artibus, & cælum ſenſu percurrere docta.
His animam ſimilem ſibi conditor effigiauit,
Cætera diſſimilem quippe hanc comprehendere promptum eſt,
Quam modus, & ſpecies determinat: at Deus ingens
Atque ſuperfuſus trans omnia, nil habet in ſe
Extremum, vt claudi valeat, ſenſúve teneri,
Incomprenſa manet virtus, cui linea deſit
Vltima, quam ſpatium non menſurabile tendit.
Ergo animam factam, magno & factore minorem, (Factore minor.)
E Maiorémque aliis, atque omnibus imperitantem,
Corruptela putris naſcentem turbida carnis
Concipit, ac membris tabentibus interfuſam
Participat de fece ſua, fit miſta deinde
Peccandi naturæ luto cum ſimplice flatu:
Sed fortaſſe animam Domini, quia fluxit ab ore
Compoſitam, factamq; neges, velut ipſa Dei pars,
Quod dictu ſcelus eſt, terras trahat oblita culpas,
Et preſſum damnata ruens Chaos inruet opertum.
Sit res illa Dei non abnuo, pars tamen illa
F Haud quaquam dicéda Dei eſt, quæ tempore cœpit,
Nec prior, aut ſenior, quam primum plaſma putanda eſt,
Tunc etenim facta video, quum cordis amici
Intrauit germana domum, limique recentis
Hoſpita, & ipſa recens fraterna ſedit in aula.
Illa quidem flatus Domini eſt, ſed ſpiritus, & vis
Non eſt plena Dei, tanto moderamine miſſa,
Quanto flans voluit flandi ſeruare tenorem.
Eſt impoſſibile ſpectare profunda ſabaoth,
Sed ſpeculum deitatis Homo eſt, in corpore diſcas

Homo Deitatis ſpeculum.

Rem non corpoream ſolers interprete Chriſto,
Qui Patrem proprium mortali in corpore monſtrat.
Perſpice quàm varios fundamus ab ore vapores,
Spiramus quoties animæ ſufflabilis auras,
Nunc flatum tepidum calor exhalatus anhelat.
Rorantes nebulas vdis de faucibus efflans,
Quum libet in gelidum flabrali frigore ventum
Spiritus exiſtit tenuis, & ſibilat aër,
Adde & diſtinctum quem muſica tibia flatum
Concipit, aut ille eſt preſſo modulamine parcus,
Aut tumidum largo ſublimat flamine bombum,
Aut raucos frangit modulos, aut lene ſuſurrat,

Tibiæ ſimilitudo.

Aut exile trahens ſonitus producit acutos,
Aut murmur tenerum ſublidit voce minuta.
Hæc quum te videas mortali in corpore poſſe,
Cur non æternum potuiſſe infundere credas
Qualem animam voluit præſcriptis quam quia condens
Efflauit fuditque modis, ſit facta neceſſe eſt,
Denique multa ſapit, ſed non ſapit omnia, noſtræ

Anima nō eſt Deus.

Vis Animæ, certum ſapere, ac prænoſcere iuſſa.
Iam cui certus ineſt modus, & cui noſſe negatum eſt
Omnia, factura eſt, nam condita, & aucta probatur. C
Collige de ſimili ſit ne hæc factura, creantis
Nempe manus Domini corpus mortale, lutúmque

Manus ſimilitudo.

Compoſuit digitis, nunquid manus articulatim
Eſt digeſta Dei? nunquid vola? nunquid & vngues
Claudere flexibiles? patulam ſeu tendere palmam?
Iſta figura manus noſtræ eſt, quam non habet in ſe
Incircunſcriptus Dominus ſed tradita forma eſt,
Humanis quæ nota animis daret intellectum:
Vt per corpoream ſpeciem plaſmaſſe feratur
Corporis effigiem, ſic eſt plaſmata viciſſim
Flatu incorporeo res ſtabilis, oris & eſſe
Fertur opus, tenuis per quod conſtructa refulſit D
Forma animæ, atque rudi factam ſe munere ſenſit.
Si non eſt factura manus caro noſtra, nec oris
Eſt factura anima flatu, & ſpiramine cœpta,
Inq; locum deducta aliquem namq; omne quod hora
Natalis profert, locus accipit, & locus vllus
Quod cohibere poteſt, modicum eſt, nec in omnia fuſum.
Et quod tam modicum eſt, vt certa ſede locetur,
Iam titubare poteſt, & quod titubauerit, intra
Naturam vitij eſt, vitioſum denique triſtem E
Recidit in pœnam, Deus hoc, mihi credite, non eſt.
Aut ſi maieſtas Animæ eſt, oſtendite quid ſit,
Quod lapſum Chriſtiq; inope noua gratia * mūdat.

* inundat

Spiritus & Sanctus Baptiſmate iuſtificatam
Nobilitat, famulæque decus quod defuit, addit.

Anima eſt non Dei pars

Quod quia præſtatur meritis, meritiſque negatur
Abſurdè fertur Deus, aut pars eſſe Dei, quæ
Diuinum ſummúmque bonum de fonte perenni
Nunc bibit obſequio, nunc culpa, aut crimine perdit.
Et modò ſupplicium recipit, modò libera calcat. F
Miraris peccare animam, quæ carne coactam
Sortita eſt habitare domum, quum peccet & ipſe
Angelus, hoſpitium qui neſcit adire caducum,
Cratis tabifluæ, peccat, quia factus & ipſe eſt,
Non genitus, quocunque modo ſit factus, id vnus
Scit factor Dominus, factum mihi credere ſat ſit.
Solus labe caret peccati conditor orbis,

A Ingenitus, genitúſque Deus, Pater, & Patre natus,
Solus & exceptus tormentum admittere triſte
Inuiolatus agit, nec quicquam ſentit acerbi,
Exortem dic eſſe animam crucis, atque doloris,
Si culpæ immunem, vacuámque à crimine noſti;
Quæ peccare valet, valet & ſuccumbere pœnæ.
Ipſa quidem ſyncera fuit cùm conditor olim,
Qua conlata rudem fecit viueſcere limum:
Vtpote de liquido naturæ ſemine primos
Accipiens halitus, ſuperóque expreſſa ſereno.
Sed mox vt grauido iuſſa eſt inueſcere arvo,
B Suauibus inlecebris nimium blandita refrixit,
Déque volutabris pretioſum polluit ignem,
Dum tranſgreſſa Dei poſitum fas improba calcat.
Hæc prima eſt natura animæ ſic condita ſimplex,
Decidit in vitium per ſordida fœdera carnis.
Exin, tincta malo peccamine principis Adæ,
Infecit genus omne Hominum quod pullulat inde,
Et tenet ingenitas Animarum infantia in ortu
Primi hominis maculas, nec quiſquam naſcitur inſons.

Adæ peccatum omnes infecit.

Vitandus tamen error erit, ne traduce carnis
C Transfundi in ſobolem credatur fons Animarum
Sanguinis exemplo, cui texta propagine vena eſt.
Non animas Animæ pariunt, ſed lege latenti
Fundit opus natura ſuum, * quo paruula anhelent
Vaſcula, vitaliſque adſit ſcintilla coactis,

* quod

Quæ quamuis infuſa nouum penetret noua ſemper
Figmentum, vetus illa tamen de crimine auorum
Ducitur, illoto quoniam concreta veterno eſt,
Inde ſecunda redit generatio, & inde lauatur
Naturæ inluuies, iterúmque renaſcimur intus
Perfuſi, vt veterem ſplendens Anima exuat Adam.
Quæ quia materiam peccati ex fomite carnis
D Conſociata trahit, necnon ſimul ipſa ſodali
Eſt incentiuum peccaminis, impleat ambas
Vindex pœna reas, peccantes mente ſub vna,
Peccandique cremat ſocias cruciatibus æquis.
His crucibus Chriſtus non liberat, incorruptæ
Matris, & innocui geſtator corporis, vnus

Chriſtus inſons.

Naturam pœnæ expoſitam, ſed non vitiorum
Naturam expoſitam contactibus induit IESVS.
Atque ideo pœnæ nil debuit, intemeratus,
Fraude carens, omni culparum aſpergine liber.
E Quid peccatorum proſapia corpore in illo,
Quid Chriſti in membris peccati ſæua ſatelles
Pœna ageret? quid Mors Homini ſine crimine poſſet?
Nimirum caſſis conatibus, & ſine neruis
Conciderat ſterilis peccati fomite nullo.
Mors alitur culpa, culpam qui non habet, ipſo
Paſtus defectu Mortem conſumit inanem.

Mors peccato paſcitur.

Sic mors in Domini conſumpta eſt corpore Chriſti,
Sic perit ſolitum dum non habet arida paſtum.
Suſpice quapropter ſolum inculpabile numen,
Virtutem Patris, & Chriſti, & iam deſine noſtræ
F Inuidiam conflare Animæ, quòd ſit Deus, aut quòd
Portio parua Dei, quum Chriſto abſcindere quicquid,
Et reſecare Deo partem, vel carpere tantum
Numen non liceat, plenum ſibi ſemper, & in ſe.

ADVERSVS PHANTASMATICOS QVI CHRISTVM NEGANT verum hominis corpus habuiſſe.

POEMA SEXTVM.

Eſt operæpretium nebuloſi dogmatis vmbram
Pondere, quam tenues atomi compage minuta
Inſtituunt: ſed caſſa cadit, ventóque liqueſcit
Aſſimilis, fluxu nec ſe ſuſtentat inani.
Aërium Manichæus ait, ſine corpore vero
Peruolitaſſe Deum, mendax phantaſma, cauámque
Corporis effigiem, nil contrectabile habentem,
Ac primùm ſpecta an deceat quicquam ſimulatum
Adſignare Deo, cuius mera gloria falſi
Nil recipit, membris hic ſe fallacibus aptans
Fingeret eſſe Hominem ventoſa ſubdolus arte?
Mentitus toties, quum diceret: Inueteratis
Do veniam morbis, ſimul & peccata remitto.
Filius eſt Hominis, peſtem qui pellere carnis,
Et ſcelerum nexus laxare, & ſoluere poſſit.
Surge valens, ſurge innocuus, iam tolle grabatum,
Filius hoc Hominis iubeo: dignuſque videtur
Qui teſtis ſibi ſit, ſe ac ſua carnea norit?
Quid, quum Diſcipulos hominis quid filius eſſet
Ioan. 5. 8. *Paſſurus, fido iam præſcius ore monebat?*
*Nonne fatebatur ſecum virtute * paterna*
Eſſe Hominem verum? quod ſi non, credo fefellit.
Si natura Dei quæ ſit, Manichæe, requiris,
*ſuperna *Omne quod eſt, verum eſt: nam mendoſus agit quid,*
Nec Deus eſt, mendum diuinis non capit vſus.
Obiicis æterno Domino, quòd lubricus ad nos
Venerit, adſimulans aliud quàm verus habebat.
Obmuteſce furor, linguam canis improbe morde
Ipſe tuam, lacero conſumens verba palato.
Latranti obſiſtet Matthæus, rabiemque refellet,
Qui notat omne genus carnalis ſtirpis, aduſque
Corporeum Chriſtum, per ſex ſeptena virorum
Nomina deſcendens, & venam ſanguinis alti
Chriſti genealogia *Ex atauis longo texens per ſtemmata filo.*
Matt. 1. 1. *Septimus hebdomadæ venit ſuperaddere ſextæ,*
Hunc numerum Chriſtus, placidū qui conficit annū
Cunctaque remittentem contractibus inlaqueata
Multimodis, hominémq; hominis de morte lauantē:
Imperfectus enim limus mortalis erat tunc,
Vir ſolus perfectus adeſt, atque integer IESVS,
Cui nihil ex ſeptem ſeptenis defuit, ex quo
Perficeret mortale genus virtute perenni.
Hic ille eſt nobis qui ſeptima ſabbata complet.
Vt caro noſtra Deo tandem ſociata quieſcat,
Quam bis terna malis vexabant ſabbata noxis,
Curramus notis gradibus, regúmque ſequamur
Progeniem, Chriſtum inuenies de carne parentum
Effluxiſſe hominum, qui ſit de ſemine Dauid,
Stirpe recenſitea numerandus ſanguinis hæres.
*germine *Quid cùm ſanctiloquus reuoluto * ſanguine Lucas*
Surſum verſus agit ſeriem, ſcandente nepotis
Corpore, pérq; atauos curſum relegente vetuſtos
Septenos decies conſcendit Chriſtus in ortus,
Et duo: nam totidem Doctores miſit in orbem:
A *Deſcenſes naſcendo gradus redeunde retexit*
Actus ad vſque apicem terreni corporis Adam.
Inde parens Deitas recipit ſua, noſtráque miſtim,
Fitque Dei ſummi per Chriſtum filius Adam.
Reſtat vt aëriam pingas ab origine gentem,
Aërios proceres, Leuin, Iudam, Simeonem,
Aërium Dauid, magnorum corpora Regum,
Aëria, atque ipſam fœcundæ Virginis aluum
Aëre fallaci, nebuliſque & nube tumentem.
Vaneſcat ſanguis per ſibilis, oſſa liqueſcant
Mollia, neruorum pereat texſura volantum.
B *Omne quod eſt geſtum Notus auferat irritus, auræ*
Diſpergant tenues, ſit fabula quod ſumus omnes,
Et quid agit Chriſtus ſi me non ſuſcipit? aut quem
Liberat infirmum, ſi dedignatur adire
Carnis onus, manuumque horret monimenta ſuarū?
Indignúmne putat luteum conſciſcere corpus?
Qui non indignum quondam ſibi credidit ipſum
Pertractare lutum, quum vas componeret aruo, Chriſtus ex luto luteum hominem amat.
Nondum viſcereo, ſed inertis glutine limi
Impreſſóque putres ſub pollice duceret artus.
Tantus amor terræ, tanta eſt dilectio noſtri.
Dignatur prapinguis humi comprendere mollem
C *Diuinis glebam digitis, nec ſordida cenſet*
Hærentis maſſæ contagia, iuſſerat vt lux
Conſieret, facta eſt vt iuſſerat, omnia iuſſu
Imperitante nouas traxerunt edita formas.
Solus homo emeruit Domini formidabile dextra
Os capere, & flabro Deitatis figmine naſci.
Querſum igitur limo tanta indulgentia noſtro
Contigit, vt Domini manibus tractatus honora
Arte ſacer fieret, tactu iam nobilis ipſo?
Decrêrat, quoniam Chriſtum Deus incorrupto Homo Dei imago.
D *Admiſcere ſolo, ſanctis quod fingere vellet*
Dignum habuit digitis, & charum cendere pignus:
Deſtituit natura quidem deſtructa coacta
Telluris formam, mortique obnoxia ceſſit,
Sed natura Dei nunquam ſoluenda, caducam
Tellurem noſtro vitiatam primitus vſu
Eſſe ſuam voluit, ne iam vitiabilis eſſet.
Chriſtꝰ noſtra caro eſt, mihi ſoluitur, & mihi ſurgit,
Soluor morte mea, Chriſti virtute reſurgo,
Quum moritur Chriſtus, quum flebiliter tumulatur, Chriſtus mihi moritur & reſurgit.
E *Me video, è tumulo quum iam remeabilis adſtat*
Cerno Deum, ſi membrorum phantaſma meorum eſt,
Et phantaſma Dei eſt, mendax in vtraque neceſſe eſt
Si, Chriſtus ſpecie, ſi Chriſtus fallere nouit.
Si non verus Homo eſt, quem mors Hominem probat ipſa,
Nec verus Deus eſt, operis quem gloria prodit
Eſſe Deum, vel crede mori, vel adeſſe refelle,
Et gemina verum Chriſtum ratione negato.
F *Nam quid magnificum, ſi non eſt mortuus IESVS?*
Et redit illa Dei virius memorabilis eſt, vt
Occiſus redeat ſuperis, ſurgátque ſepultus.
Quiſque Deum Chriſtum vult dicere, dicat eundem
Eſſe Hominem, ne maieſtas ſua fortia perdat.

DE RESVRRECTIONE CARNIS HVMANÆ.

POEMA SEPTIMVM.

NOſco meū in Chriſto corpus cōſurgere, quid me
Deſperare iubes? veniam quibus ille reuenit
Calcata de morte viis, quod credimus, hoc eſt,
Et totus veniam, nec enim minor, aut alius quàm
Nunc ſum reſtituar, vultus, vigor, & color idem
Qui modo viuit, erit, nec me vel dente, vel vngue
Fraudatum reuomet patefacti foſſa ſepulcri.
Qui iubet vt redeam, non reddet debile quicquam,
A *Nam ſi debilitas redit, inſtauratio non eſt,*
Quod caſus rapuit, quod morbus, quod dolor hauſit,
Quod truncauit edax ſenium populante veterno,
Omne reuertenti reparata in membra redibit.
Debet enim Mors victa fidem, ſeu fraude ſepulcri
Reddat curtum aliquid, quamuis iam curta vorarit
Corpora: debilitas tamen & violentia morbi
Virtus Mortis erat, reddat quod particulatim
Sorbuerat, quocunque modo, ne mortuus omnis
Non redeat, ſi quid pleno de corpore deſit.
B *Pellite corde metum mea membra, & credite voſmet*
Cum Chriſto reditura Deo, nam vos gerit ille,
Et ſecum reuocat: morbos ridete minaces,
Inflictos caſus contemnite, & atra ſepulcra
Deſpuite, exurgens quò Chriſtus prouocat, ite.

FINIS.

AVRELII PRVDENTII
AMAPTIΓENEIA ID EST, DE ORIGINE PECCATORVM.

PRÆFATIO.

Carmen eſt Iambicum ſenarium, Acatalecticum monocolon, habens locis imparibus Spondæum, Anapæſtum, Iambum, Tribrachum, hoc modo:

Abel & Cain. Gen. 4.

FRATRES *ephebi foſſor, & paſtor duo,*
Quos fœminarum prima primos procreat;
Siſtunt ad aram de laborum fructibus,
Deo ſacranda munerum primordia,
Hic terrulentis, ille viuis fungitur,
Certante voto diſcrepantes immolant;
Fœtum bibentis alter, eſt alter ſcrobis.
Deus minoris comprobauit hoſtiam.
Reiecit illam, quam parauit grandior,
Vox eſſe ſummo miſſa perſultat throno,
Cain quieſce, namque ſi rectè offeras,
Oblata nec tu lege recta diuidas,* (* certa.)
Peruerſa nigram culpam traxerint.
Armat deinde parricidalem manum
Frater, probatæ ſanctitatis æmulus,
Germana curuo colla frangit ſarculo,
Mundum recentem cæde tingit impia,
Serò expiantur iam ſeneſcensem ſacro
Cruore Chriſti, quo peremptor concidit,
Mors prima cœpit innocentis vulneris,
Ceſſit deinde vulnerato innoxio,
Per crimen orta, diſſoluta eſt crimine,
Abel quod ante perculit, Chriſtum dehinc.
Finita & ipſa eſt, finis exortem petens.
Ergo ex futuris priſca cœpit fabula,
Factóque primo res notata eſt vltima,
Vt ille mortis inchoator ruſticus
A *Inſulſa terræ deferens libamina,*
Deúmque rerum mortuarum deputans
Raſtris redacta digna ſacris crederet
Viuentis atrox æmulator hoſtiæ:
Agnoſce nempe, quem figura hæc denotet,
Quis parricida, quis peremptor inuidus
Prauè ſacrorum diſciplinam diuidit,
B *Mactare dum ſe vota cenſet rectiùs*
Marcion arui forma corruptiſſimi,
Docet duitas diſcrepare à ſpiritu
Contaminatæ dona carnis offerens,
Et ſegregatim Numen æternum colens;
Qui ſi quieſcat nec monentem negligat,
Pacem quietam diligat germanitas,
Vnum, atque viuum faſſa viuorum Deum,
C *Hic ſe caduco dedicans myſterio,*
Hic qui caduci rem laboris offerens
Summam profanus diuidit in ſubſtantiam,
Malum, bonúmque ceu duorum ſeparans
Regnum Diuorum, ſceptra committit duo,
Deum eſſe credens quem fatetur peſſimum;
Cain cruentus, vnitatis inuidus,
Mundi colonus, immolator ſqualidus,
Cuius litamen ſordet, & terram ſapit,
D *Terram caduci corporis, venam putrem,*
Humore denſo conglobatam, & puluere.
Natura cuius fraude floret fertilis,
Fœcunda fundens noxiorum crimina,
Animæque vitam labe carnis enecat,
Caro in ſororem tela mentem dirigit,

Sacrorum diuiſionē Cain deſignat.

*In cerebro *Mens * inlecebro ventilatur ebrio,*
Ex quo furores ſucculentos colligit
Madens veneno corporis lymphatico.
Deum perennem findit in duos Deos,
Audet ſecare Numen inſecabile,
* Cain. ** Cadet peremptor denegans vnum Deum,*
Cain triumphat morte fratris alitus.

ADVERSVS MARCIONITAS, QVI DVOS DEOS ESSE affirmant.

POEMA I.

Carmen Heroïcum Dactylicum.

QVo te præcipitat rabies tua perfide Cain?
Diuiſor blaſpheme Dei? tibi conditor vnus
Non liquet, & bifidæ caligant nubila lucis.
Inſincera acies duo per diuortia ſemper
Spargitur, in geminis viſum fruſtrata figuris.
Terrarum tibi forma duplex obludit, vt excors
Dimidium regnare Deum ſuper æthera credas.
Bina boni, atq; mali glomerat diſcrimina ſordens
Hic mundus, Domino ſed cælum obtemperat vni.
Non idcirco duos retinent cæleſtia Reges,
Quod duo ſint opera humanas agitantia curas:
Deus vnus eſt. *Exterior terrenus Homo eſt, qui talia cernens*
Conijcit eſſe duo variarum numina rerum,
Dum putat eſſe Deum, qui praua effixerit olim,
Et qui recta itidem condens induxerit, ambos
Autumat eſſe Deos natura diſpare ſummos,
*Quæ tandem natura poteſt * conſiſtere duplex?*
* conſtare biformis. *Aut regnare diu? quam fons diuiſus ab arce*
Separat, alternáque apicum ditione recidit.
Aut vnus Deus eſt, rerum cui ſumma poteſtas,
*Aut * quæ iam duo ſunt, minuuntur diſpare ſummo,*
* quia *Porro nihil ſummum, niſi plenis viribus vnum,*
Diſtantes quoniam proprium dum quiſque reuulſo
Vindicat imperio, nec ſumma, nec omnia poſſunt.
Ius varium non eſt plenum, quia non habet alter
Quicquid diſpar habet, cumulum diſcretio carpit.
Vnitas in Deo. *Nos plenum ſine parte Deum teſtamur, & vnum,*
In quo Chriſtus ineſt, idem quoque plenus, & vnus,
Qui viget, & viguit ſuper omnia, quique vigebit,
Participem nullum conlato fœdere paſſus,
Summa poteſtatum, ſimplex damnatio rerum,
Virtutum ſublime caput, fons vnicus orbis,
Naturalis apex, generiſque & originis autor.
Ex quo cuncta fluunt, & lux, & tempora, & anni,
Et numerus, qui poſt aliquid dedit eſſe ſecundum:
Vnus enim princeps numeri eſt, nec dinumerari
Tãtum vnus potis eſt, ſic quum pater, ac Deus alter
Non ſit, item Chriſtus non ſit genitore ſecundus,
Anterior numero eſt, cui filius vnicus vni eſt,
Ille Deus, meritoque Deus, quia primus & vnus,
In virtute ſua primus, tum primus in illo
Quem genuit, quid enim differt generatio ſimplex?
Pater & Filius vnum Ioan. 10.30 *Vnus ſemper erit gignens, atque vnus ab vno*
Ante Chaos genitus, numeroque & tempore liber,
A *Quis dixiſſe duos rem maieſtate ſub vna*
Regnantem, propriamque ſibi, retroque perennem
Auſit? & vnius naturæ ſcindere vires?
Nunquid adoptiuum genitor ſibi ſumpſit, vt alter
Externi generis numerum præſtare duorum
Debeat, & geminum diſtans inducere Numen?
Forma Patris veri verus ſtat Filius, ac ſe
Vnum ritè probat, dum formam ſeruat eandem,
Non amor adſcitus ſociat, nec iungit vtrumque
Coniurata fides, pietas ſed certo, genuſque
Vnum quod Deus eſt, ſummam reuocatus ad vnam.
B *Hæc tibi Marcion via diſplicet, hæc tua damnat*
Secta fidem, Dominis cælum partita duobus.
Quæ te confundunt nebulæ? quis ſomnus inerti Marcion hæreſiarcha.
Incubat ingenio? cui per phantaſmata duplex
Occurrit ſpecies, binio diſperſa ſuperno.
Si vim mentis hebes ſtupor obſidet, aſpice ſaltem
Obuia terrenis oculis elementa, quibus ſe
Res occulta Dei dignata eſt prodere ſignis.
Hanc hereſim præſaga Patris præuiderat olim
Maieſtas fore, quæ rectorem lucis, & orbis
Scinderet in partes, geminatum ſegrege regno.
C *Idcirco ſpecimen poſuit ſpectabile noſtris*
Exemplumque oculis, ne quis duo Numina credat
Imperitare vagas Mundi per inania formas.
Vna per immenſam cæli caueam reſolutos
Præbet flamma dies, rexit Sol vnicus annum,
Triplex ille tamen nullo diſcrimine, trina
Subnixus ratione viget, ſplendet, volat, ardet,
Motu agitur, feruore cremat, tum lumine fulget,
Sunt tria nempe ſimul, lux, & color, & vegetamen,
Vna eadémque tamen rota ſyderis indiſcreti
Fungitur his, vno ſeruat tot munera ductu.
D *Et tribus vna ſubeſt miſtim ſubſtantia rebus,* Sol Trinitatis figura
Non conferre Deo velut æquiparabile quicquam
Auſim, nec Domino famulum componere ſignum:
Ex minimis, ſed grande ſuum voluit Pater ipſe
Coniectare Homines, quibus ardua viſere non eſt.
Paruorum ſpeculo non intellecta notamus,
Et datur occultum per proxima quærere verum.
Nemo duos ſoles niſi ſub glaucomate vidit,
Aut ſi fuſca polum ſuffundit palla ſerenum,
Oppoſitus quoties radiorum ſpecula nimbus, Duo ſoles quando videantur.
E *Igne repercuſſo mentitos ſpargit in orbes.*
Sunt animis etiam ſua nubila, craſſus & aër,
Eſt glaucoma aciem quod tegmine velat aquoſo,
Libera ne tenerum penetret meditatio cælum,
Néve Deum rapidis comprendat ſenſibus vnum,
*Spargitur in bifidas * maleſana intentio luces,* * maleſida
Et duplices geminis autoribus extruit aras.
Si duo ſunt igitur, cur non ſunt multa Deorum
Millia? cur numero deitas contenta gemello eſt?
An non in populos diſperſa examina Diuum
F *Fundere erat meliùs, Mundumq; implere capacem* Cur non infiniti Dij
Semideis paſſim nullo diſcrimine monſtris?
Qui fera barbaries perituros mactat honores,
Diſſona diſcretum retinent ſi numina cælum:
Conueniet & nebulis, & fontibus, & reboanti
Oceano, & ſyluis, & collibus, & ſpeluncis,
Fluminibus, ventis, fornacibus, atque metallis
Adſignare Deos proprios, ſua cuique iura,

Vel

Google

Velſi Gentiles ſordet venerarier umbras,
Et placet eſſe* duos ſceptris ſocialibus æquos, * Deos.
Dic age quis terras ditione ſorte retentet?
Quis regat æquoreas æterna lege procellas?
Ede cohæredum diſtinctum ius Dominorum.
Vnus ais triſti reſidet ſublimis in arce,
Autor nequitiæ, ſcelerum Deus, aſper, iniquus,
Qui quodcumque malum vitioſo feruet in orbe,
Serit, & anguineo medicans noua ſemina ſucco,
Rerum principium mortis de fomite traxit.
Ipſe opifex mundi, terram, mare, ſydera fecit,
Condidit ipſe hominẽ, lutulenta & membra coegit,
Effigians quod morbus edat, quod crimine multo
Sordeat informi tumulus quod tabe reſoluat.
Aſt alij pietatis amor, placidumque medendi
Ingenium, recreans homines, mortalia ſeruans,
Teſtamẽta duo. Teſtamenta duo flexerunt principe vtroque,
Tradidit iſte nouum melior, vetus illud acerbus.
Hæc tua Marcion grauis, & dialectica vox eſt.
Imò hæc attoniti phreneſis manifeſta cerebri.
Nouimus eſſe patrem ſcelerum, ſed nouimus ipſum
Haudquaquam tamen eſſe Deũ, quin imò gehennæ
Mancipium, ſtygio qui ſit damnandus Auerno,
Martionita Deus, triſtis, ferus, inſidiator,
Vertice ſublimis, cinctum cui nubibus atris
Deus Marcionita qua'is. Anguiferum caput, & fumo ſtipatur, & igni,
Liuentes oculos ſubfundit felle peruſto.
Inuidia impatiens iuſtorum gaudia ferre.
Hirſutos iuba denſa, humeros errantibus hydris
Obtegit, & virides allambunt ora ceraſtæ.
Ipſe manu laqueos per lubrica fila reflexos
In nodum reuocat, facilique ligamine tortas
Innectit pedicas, neruoſque in vincula tendit.
Ars olli captare feras, animalia bruta
Irretire plagis, retinacula denique cæcis
Satan per Nebrod. Gen 10.9. Indeprenſa locis erranti opponere prædæ.
Hic ille eſt venator atrox, qui cæde frequenti
Incautas animas non ceſſat plectere Nembroth.
Qui mundum curuis anfractibus, & ſyluoſis
Horrentem ſcopulis, verſuto circuit aſtu.
Fraude alios, tectiſque dolis innectere adortus,
Hominis cæcitas in cõfingendis Diis ſibi noxiis. Porrò giganteis alios luctando lacertis
Frangere, funereos latè exercere triumphos.
Improba Mors quid non mortalia pectora cogis?
Ipſe ſuam (pudet heu contempto principe vitæ)
Perniciem veneratur homo, colit ipſe cruentum
Carnificem, gladijque aciem iugulandus adorat.
In tantum miſeris peccati nectare captis
Dulce mori eſt, tanta in tenebris de peſte voluptas,
Qui mala principio genuit, Deus eſſe putatur,
Quique bona infecit vitijs, & candida nigris.
Par furor illorum, quos tradit fama dicatis
Conſecraſſe deas Febrem, Scabiemque ſacellis.
Inuentor vitij non eſt Deus. Angelus illud
Degener infami conceptum mente creauit.
Qui prius auguſtum radiabat ſydus, & ingens
Deus non eſt Auctor peccati. Ex nihilo ſplendor nutrito ardebat honore:
Ex nihilo nã cuncta retrò, factũque quod vſquã eſt.
At non ex nihilo Deus, & ſapientia vera,
Spiritus & ſanctus, res ſemper viua, nec vnquam
Cœpta, ſed aërios etiam molita miniſtros.
Horum de numero quidam pulcherrimus ore,

A Maieſtate ferox, nimijs dum viribus auctus
Inflatur dum grande tumens ſeſe altiùs effert,
Oſtentatque ſuos licito iactantius ignes,
Perſuaſit proprium genitum ſe viribus, ex ſe
Materiam ſumpſiſſe ſibi, qua primitus eſſe
Inciperet, naſcique ſuum ſine principe cœptum.
Hinc ſchola ſub tacitam mediatus gignere ſectam,
Quæ docet è tenebris ſubitum micuiſſe Tyrannum,
Qui velut æterna latitans ſub nocte retrorſum
B Vixerit, & tecto ſemper regnauerit æuo,
Aemulus, vt memorant, opera ad diuina repentè
Corrumpenda, caput caligine protulit atra.
Hoc ratio, ſed noſtra negat, cui non licet vnam
Infirmare fidem, ſacro quæ tradita libro eſt.
Nil agit abſque Deo factum: ſed cuncta per ipſum, Deus creator omniũ
Cuncta, nec eſt alius quiſquam ni factus ab ipſo.
Sed factus de ſtirpe bonus, bonitatis in vſum
Preditus, & primo generis de fonte ſerenus,
Deterior mox ſponte ſua, dum decolor illum
Inficit inuidia, ſtimuliſque inſtigat amaris:
C Arſit enim ſcintilla odij de fomite zeli,
Et dolor ingentum ſubitus conflauit iniquum.
Viderat argillam, ſimulacrum & ſtructile, flatu
Concaluiſſe Dei, Dominum quoquè conditioni
Qui cunctum proprio regeret moderamine Mundũ:
Impoſitum, natura ſoli, pelagique, polique,
Vt famulans homini locupletem fundere partum
Noſſet, & effuſum terreno addicere Regi,
Inflauit fermento animi ſtomachante tumorem
Beſtia déque acidis vim traxit acerba medullis,
Beſtia* ſorde carens, cur tunc ſapientia longi
D Corporis enodem ſeruabat recta iuuentam,
Complicat ecce nouos ſinuoſo pectore nexus,
Inuoluens nitidam ſpiris torquentibus aluum.
Simplex lingua prius, varia micat arte loquendi,
Et diſciſſa dolis reſonat ſermone triſulco.
Vniuerſa pro homine cõdita. Pſal. 8.8. Ariſtot. 2. Phyſ. c. 3. * corde Serpentis inuidiã. Gen. 3. 2.
Hinc natale caput vitiorum, principe ab illo
Fluxit origo mali, qui ſe corrumpere primum
Mox Hominem didicit, nullo informãte Magiſtro.
Vltimus exitium ſubuerſo præſide mundus
Sortitur, mundique omnis labefacta ſupellex.
E Non aliter quàm quum incautum ſpoliare viantem
Fortè latro ad greſſus prædæ prius immemor, ipſum
Enſe ferit Dominum, pugnæ nodumque moramque,
Quo pereunte trahat captiuos victor amictus,
Iam non obſtanti locuples de corpore prædo,
Sic hominis ſubiecta domus, ditiſſimus orbis
Homo à Diabolo victus vt viator à latronib. Luc. 10. 30.
Scilicet in facilem Domino peccante ruinam
Lapſus, herile malum iam tunc vitiabilis hauſit.
Tunc lolium, lappaſque leues per adultera culta
Ferre malignus ager, glebis malè pinguibus auſus
Triticeam vacuis ſegetem violauit auenis,
Tunc etiam innocuo vitulorum ſanguine paſci,
F Iamque iugo edomitos rictu laniare iuuencos
Occiſo paſtore truces didicere leones,
Necnon & querulis balatibus irritatus
Plenas nocte lupus ſtuduit perrumpere caulas.
Omne animal diri callens ſolertia furti
Imbuit, & tortos acuit fallacia ſenſus.
Quamuis maceries florentes ambiat hortos,
Sepibus & denſis vallentur vitea rura,
Aut* populata redit gemmantia germina bruchus, * populator edit.

Aut auibus diſcerpta feris lacerabitur vua.
Quid loquar herbarum fibras, medicante veneno
V. nenatæ plantæ.
Tinctas, lethiferi fudiſſe pericula ſucci?
Noxius in teneris ſapor æſtuat ecce frutetis,
Quum prius innocuas tulerit natura cicutas,
Roſcidus & viridem qui veſtit flos Rododaphnen
Pabula laſciuis dederit ſyncera capellis.
Ipſa quoque appoſitum deſtructo fœdere certo
Tranſcendunt elementa modum, rapiuntq; ruuntq;
Omnia, legirupis quaſſantia viribus orbem,
Frangunt vmbriferos Aquilonum prælia lucos,
Elementa corrupta.
Et cadit immodicis ſylua extirpata procellis.
Parte alia violentus aquis torrentibus amnis
Tranſilit obiectæ præſcripta repagula ripæ,
Et vagus auerſis latè dominatur in agris.
Nec tamen his tantam rabiem naſcentibus ipſe
Conditor inſtituit, ſed laxa licentia rerum
Turbauit placidas rupto moderamine leges,
Nec mirum ſi membra orbis concuſſa rotantur,
Si vitiis agitata ſuis mundana laborat
Machina, ſi terras lues incentiua fatigat,
Homo vitioſus *& error.
Exemplum datura hominum quo cætera peccent
*Vita hominum, cui quicquid agit, veſania, * terror*
Suppeditant, vt bella fremant, vt fluxa voluptas
Diffluat, impuro ferueſcat vt igne libido,
Sorbeat vt cumulos numerorum faucibus amplis
Auaritia illius.
Gurges auaritiæ, finis quam nullus habendi
Temperat, aggeſtis addentem vota talentis.
Auri namque fames parto fit maior ab auro:
Inde ſeges ſcelerum, radix & ſola malorum.
Dum ſcatebras fluuiorum omnes, & operta metalla
Eliquat ornatus ſoluendo leno pudoris.
Dum venas ſqualentis humi ſcrutatur inepta
Ambitio, ſcalpens naturæ occulta latentis,
Si quibus in foueis radiantes forte lapillos
Fœminarũ fucus arguitur.
Rimata inueniat, nec enim contenta decore
Ingenito, externam mentitur fœmina formam.
Ac velut artificis Domini manus imperfectum
Os dederit, quod adhuc res exigat, aut hiacynthis
*ſubtilibus. 1. Pet. 3.
*Pingere * ſcultilibus redimitæ frontis in arce.*
Colla vel ignitis ſyncera incingere ſertis,
Auribus aut grauidis virides ſuſpendere baccas,
Nectitur & nitidis concharum calculus albens
Crinibus, aureolisque riget coma texta catenis.
Tædet ſacrilegas matrum percurrere curas,
Muneribus dotata Dei, quæ plaſmata fuco
Inficiunt, vt figmentis cutis inlita perdat
Quod fuerat, falſo non agnoſcenda colore.
Hæc ſexus male fortis agit, cui pectore in arcto
Mens fragilis facili vitiorum fluctuat æſtu.
Quid? quod & ipſe caput muliebris corporis, & rex
Virorum mollities, & luxus.
Qui regit inualidam propria de carne reſectam
Particulam, qui vas tenerum ditione gubernat,
Soluitur in luxum? cernas molleſcere cultu
Heroas vetulos, opifex quibus aſpera membra
Finxerat, & rigidos durauerat oſſibus artus.
Sed pudet eſſe viros, quærunt vaniſſima quæque
Quæ nitcant, genuina lues, vt robora ſoluant
Vellere non ouium, ſed Eoo ex orbe petitis
Ramorum ſpolus, fluitantes ſumere amictus,
Gaudent, & durum ſcutulis perfundere corpus.
Additur ars, vt fila herbis ſaturata recoctis,

A *Inludant varias diſtincto * flamine formas.* *ſamine.
Vt quæque eſt lanugo ferè molliſſima tactu
Pectitur, hunc videas laſciuas præpete curſu
Venantem tunicas, auium quoque verſicolorum
Indumenta nouis texentem plumea telis:
Amictus.
Illum pigmentis redolentibus, & peregrino
Puluere fœmineas ſpargentem turpiter auras.
Omnia luxus habet noſtræ vegetamina vitæ,
Senſibus in quinq; ſtatuens quæ condidit Autor.
Auribus atque oculis, tum naribus, atque palato
Quinque Senſuum abuſus.
Quæritur infectus vitioſis artibus vſus.
B *Ipſe etiam toto pollet qui corpore tactus,*
Palpamen tenerum blandis ex fotibus ambit.
Pro dolor! ingenuas naturæ occumbere leges,
Captiuaſque trahi regnante libidine dotes.
Peruerſum ius omne viget, dum quicquid habendum
Omnipotens dederat, ſtudia contraria vertunt.
Idcircone rogo ſpeculatrix pupula molli
Subdita palpebræ eſt, vt turpia ſemiuirorum
Membra theatralis ſpectet vertigine ferri,
Inceſtans miſeros fœdo oblectamine viſus?
Aut ideo ſpirant, mediaque ex arce cerebri
C *Demittunt geminas ſociata foramina nares,*
Vt bibat illecebras malè conciliata voluptas.
Inuehitur in abutentes.
Quis pigmentato meretrix iacit improba crine?
Num propter Lyricæ modulamina vana puellæ,
Neruorumque ſonos, & conuiuale calentis
Carmen, nequitia patulas Deus addidit aures?
Perque cauernoſos iuſſit penetrare meatus
Vocis iter? num quid madido ſapor inditus ori
Viuit ob hanc cauſam, medicata vt fercula pigram
*Ingluuiem, * vegetamque gulam ganeonis ineſcent?* *vetitãq;
Per varios guſtus inſtructa vt prandia ducat
D *In noctem? laſſetque grauem ſua crapula ventrem?*
Quid durum, quid molle foret, quid lene, quid horrẽs
Quid calidum gelidumve, Deus cognoſcere noſmet
Ad tactum voluit palpandi interprete ſenſu.
*Ad nos delitias * plumarum, & linea texta* *palmarũ.
Sternimus, atque cutem fulcro attenuante polimus.
Parcitas felix.
Felix qui indultis potuit mediocriter vti
Muneribus, parcumque modum ſeruare fruendi.
Quem locuples mundi ſpecies, & amœna venuſtas,
Et nitidis fallens circunflua copia rebus
E *Non capit vt puerum, nec inepto addicit amori.*
Qui ſub adumbrata dulcedine triſte venenum
Deprendit latitare boni mendacis operto.
Sed fuit id quondam nobis ſanctumque bonumque
Principio rerum Chriſtus quum conderet orbem:
Vidit enim Deus eſſe bonum, velut ipſe Moyſes
Hiſtoricus Mundi naſcentis teſtificatur.
Vidit, ait, Deus eſſe bonum quodcunque creauit.
Omnia bona à Deo ficta. Gen. 1. 31.
Hoc ſequar, hoc ſtabili conceptum mente tenebo
Inſpirante Deo, quod ſanctus Vaticinator
F *Prodidit, antiquæ recolens primordia lucis,*
Eſſe bonum quicquid Deus, & ſapientia fecit.
Conditor ergo boni Pater eſt, & cum Patre Chriſtus,
Nam Deus, atque Deus pater, eſt & Filius vnum:
Quippe vnum natura facit, quæ conſtat vtrique
Vna voluntatis, iuris, virtutis, amoris.
Non tamen idcirco duo Numina, nec duo rerum
Pater, & Filius vnum.
Artifices, quoniam generis diſſenſio nulla eſt,
Atque ideo nulla eſt operis diſtantia, nulla

Digitized by Google

Ingenij, peperit bona omnia conditor vnus.
Nil luteum de fonte fluit, nec turbidus humor
Io.10.31.
Naſcitur, aut primæ violatur origine venæ:
Sed dum liuentes liquor incorruptus arenas
Prælambit, putrefacta inter contagia ſordet,
Nunquid equus, ferrum, taurus, leo, funis, oliuum,
In ſe vim ſceleris quum formarentur habebant?
Rerũ abuſus non vſus arguitur.
Quod iugulatur homo, non ferrum cauſa furoris,
Sed manus eſt, nec equum veſania feruida circi
Autorem leuitatis habet, rapidiue fragoris,
Mens vulgi rationis inops, non curſus equorum
Perfurit, infami ſtudio perit vtile donum.
Sic Lacedæmonicas oleo maduiſſe palæſtras
Nouimus, & placidum ſeruire ad crimina ſuccum.
Inde per aërium pendens audacia funem,
Ardua ſecuris ſcandit proſcenia plantis.
Cum feris certamina.
Inde feras volucri temeraria corpora ſaltu
Tranſiliunt, mortiſque inter diſcrimina ludunt,
Sanguinis humani ſpectacula publicus edit
Conſeſſus, legeſque iubent venale parari
Supplicium, quo mẽbra hominum diſcerpta cruentis
Morſibus, oblectent hilarem de funere plebem.
Mille alia ſtolidi bacchantia gaudia Mundi
Percenſere piget, quæ veri oblita Tonantis
Humanum miſeris voluunt erroribus æuum.
Nemo animum ſummi memorem genitoris in altum
Excitat, ad cælum mittit ſuſpiria nemo:
Mundanorum reprehenſio.
Nec recolens apicem ſolij natalis ad ipſum
Reſpicit Autorem, nec ſpem ſuper aëra librat,
* terrenis.
Sed mentem grauidis contentus ſternere curis*
Indigno ſubdit Domino, perituraque pronus
Diligit, & curuo quærit terreſtria ſenſu.
* capit.
Hoc pulchrũ quod terra parit, quod gloria cõfert*
Lubrica, commendat quod pernicioſa voluptas,
Quod velut excitus difflato puluere ventus
Præterit, exemplo tenuis quod tranſuolat vmbræ.
His ægris animas morborum peſtibus vrget
Prædo potens, tacitis quem viribus interfuſum
Corda bibunt hominum, ſerit ille medullitus omnes
Nequitias, ſpargitque ſuos per membra miniſtros.
Namque illic numeroſa cohors ſub principe tali
Militat, horrendiſque animas circumſidet armis,
Hominum vitia.
Ira, ſuperſtitio, diſcordia, luxus,
Sanguinis atra ſitis, vini ſitis, & ſitis auri,
* habituq;
Liuor, adulterium, dolus, obtrectatio, furtum.
*Infernes horrent facies, * habituq; minaces,*
Ambitio ventoſa tumet, doctrina ſuperbit,
Perſonat eloquium, nodos fraus abdita nectit:
Inde canina foro latrat Facundia toto.
Eloquẽtia falſa.
Hinc gerit Herculeam vilis ſapientia clauam
Oſtentatque ſuos vicatim Gymnoſophiſtas.
Incerat lapides fumoſos idololatrix
Religio, & ſurdis pallens aduoluitur aris.
Heu quantis mortale premit genus improbus hoſtis
Armigeris, quanto ferrata ſatellite ductor
Bella gerit, quanta victos ditione triumphat.
Surgit in auxilium Chananæus, atq; agmina dēſat
Caſſide terribilis ſetarum pondera mento
Concutiens, dextramq; grauat cum cuſpide quaſſans.
Aſt alia de parte furens exercitus ardet
Regis Amorrhæi, tum milliæ Gergeſeorum
Effundunt aciem toto volitantia campo:

A *Eminus hi ſeriunt, confligunt comminus illi.*
Ecce Gebuſæicæ feruent ad prælia turmæ,
Aurea tela quibus de ſanguine tincta draconis
Mortifero ſplendore micant, radiantq; micantque,
Necnon terrificas pilis armare cateruas
Te Cethæe iuuat, ſed gens Ferezea ſagittis
Inſultat virtute pari, ſed diſpare ferro.
Poſtremum cuneum rex præmouet Aeueorum,
Squamoſum thoraca gerens de pelle colubri.
B *His ſubnixa viris ſcelerum peruerſa poteſtas*
Edomat inualidas mentes, quæ ſimplicitate
Indociles, bellique ſub fœdere falſo
Triſtis amicitiæ primum ſocia agmina credunt,
Mammoneamque fidem pacis ſub amore ſequuntur.
Mox faciles ad vincla dari iuga dura volentes
Addictis ſubeunt ceruicibus, & nebulonum
Spirituum iuſſis ſeruire ferocibus optant.
Ille ſuperuacuus augens patrimonia fundis,
Finitimiſque inhians contempto limite agellis,
Ducitur innexus manicis, & mille catenis
C *Ante triumphales currus poſt terga reuinctus.*
Nec ſe barbaricis addictum ſentit habenis,
Hic qui ventoſæ ſcandit faſtigia famæ,
Inflaturque cauo pompæ popularis honore,
Ambitio.
Qui ſummum, ſolidumque bonum putat ambitionis
Creſcere ſucceſſu, præconum voce trementes
Examinare reos, miſerorum in corpore faſces
Frangere, terribiles legum exercere ſecures,
In laqueum iam colla dedit, iam compede dura
Nectitur, & pedibus ſeruilia vincula limat.
Credite captiui Mortales, hoſtica quos iam
D *Damnatos cohibent ergaſtula, quos ſimulatu*
Pœnam virtus non intellecta coercet.
Hæc illa eſt Babylon, hæc tranſmigratio noſtræ
Ierem. V. Thre.c.1.
Gentis, & horribilis victoria principis Aſſur,
Carmine luctiſico quam deflens Hieremias,
Orbatam proprijs vlulauit ciuibus vrbem.
Nunc latet, aut dubium eſt animas de ſemine Iacob
Exilium Gentile pati, quas Perſica regna
Captiuas retinent, atque in ſua fœdera cogunt?
Illic natali deſueſcunt viuere ritu,
E *Moribus & patrijs exutæ, in barbara iura*
Degenerant, linguamq; nouam, veſtemq; ſequuntur,
Deque profanato diſcunt ſordeſcere cultu,
Nutricemque abolent petulanti è pectore Sion.
Commiſti inter Gentes didicerunt opera eorum. Pſal.105.35
Iam patria meminiſſe piget, iam myſtica frangunt
Organa, & externi laudant anathemata regni.
Nonne fuit melius ſæuum Memphitidis aulæ
Imperium toleraſſe Patres, penituſque ſiniſtris
Adſediſſe focis ſpoſitos Pharaonis iniqui
Sub pedibus, limo & paleis ſeruire paratos,
Carnis & immodicæ ſpurco ructamine crudos?
Exod.5.7.
Quo tantum auxilij per prodigialia ſigna
F *Effudit Dominus, populum dum fortè rebellem*
Seruat ope immerita, vinclis dum ſubdita colla
Soluit, & Ægyptum virga ſerpente coercet?
Quid iuuat æquoreum pelago cedente profundum
Puluerea calcaſſe via, quum conſcia ponti
Exod.14.29.
Saxa ſub ignoto patuerunt prodita cælo,
Aruit & medio ſitiens ſub gurgite limus,
Si victor virtute Dei, mediaſque tenebras
* Exod.13.21.
Luce columnari ſcindens exercitus olim,*

Perdidit inuenti vallem botryonis opimam? *Exod.3.5 & c.33.3. & Ioſ.6.1.
Si neſcit verſare ſolum, cui melle perenni
*Gleba fluens niueos permiſcet * lactea riuos?*
*Si domitam Iericho * lituis, atque ære canoro* * ripis
Rurſus in antiquos patitur conſurgere muros? * terris
*Si * rapidis fluuius Iordanis pellitur, & iam* * arietis vi concutit impacto aut ærata machina roſtro.
Deſerit adſcriptam dimenſa in iugera ſortem?
Denique ſi ſtructam mentis ſudoribus vrbem,
Et quæ nubigenas tranſcendunt culmina nimbos,
Defenſare nequit, ſi neſcit, quis lapis ille eſt
*Hoſtibus obſiſtens, & inexpugnabile * turris*
*Præſidium, quod non fragor hoſticus * arietis, aut quē*
Vis impacta quatit, non æris machina roſtro
Arietat inſiſtens, nec ferrea verbera quaſſant.
Angelus hic portæ in capite eſt, hic continet omnem
Saxorum ſeriem, conſtructaque limina firmat,
Quem qui ritè ſuis per propugnacula muris
Nouerit inſertum, ſeque ac ſua mœnia vallo
Præcinget triplici, celſa ſtans eminus arce
Fretus amore petræ, caſtis & peruigil armis.
Non illum regina Tyri, non accola magni
Euphratis Parthus rapiet, non decolor Indus
Temporis perimet redimitus nigra ſagittis.
Quin ſi fulmineos cogens ad bella Gigantes
Allophylus tua caſtra velit delere Tyrannus,
Tutus eris, nec te firma ſtatione mouebit
Ipſe Charon mundi, numen Marcionis ipſe,
Qui regit aërio vanas ſub Sole tenebras.
Nam vanum quicquid Sol aſpicit, ex elementis
Cuncta ſolubilibus, fluxóque creamine conſtans.
Fallo, creaturam niſi doctor Apoſtolus omnem
Subiectam vanis non ſponte laboribus orſus,
Periuro ingemuit miſerans ſeruire Latroni:
Errat, ait, qui luctamen cum ſanguine nobis,
Et carne, & venis feruentibus, & vitioſo
Felle putat, calidiſque animam peccare medullis,
Non mentem ſua membra premunt, nec terrea virtus
Oppugnat ſenſus liquidos, bellove laceſſit,
Sed cum ſpiritibus tenebroſis, nocte, diéque
Congredimur, quorum dominatibus humidus iſte
Et pigris denſus nebulis obtemperat aër.
Scilicet hoc medium, cœlum inter, & infima terra,
Quod patet, ac vacuo nubes ſuſpendit hiatu
Fræna poteſtatum variarum ſuſtinet, at ſub Pugna in Satanam.
Principe Belial rectoribus horret iniquis.
His colluctamur prædonibus, vt ſacra nobis Epheſ.6.13
Oris apoſtolici teſtis ſententia prodit.
Nemo habitum naturæ, aut irritamina peccans
Corporis accuſet, facilè eſt frænare rebelles
Affectus carnis, nimioſque retundere pulſus
Materiæ fragilis, & viſcera victa domare:
Quippe animus longè præſtantior, vtpote ſummo
Aethere demiſſus, ſubiectos ſi velit artus
Imperio quaſſare graui, iuſſiſque ſeueris
Dedere, regnanti Domini vis nulla reſiſtit. Animæ vires cum Deo.
Maior ineſt vis illa homini, quæ flatile virus
Ingerit, & tenuem tenui ferit aëre mentem.
Parthica non æquè ventos tranſcurrit harundo,
Cuius iter nullus potis eſt comprendere viſus,
Præpes enim volucris dum pennis tranſuolat auras,
Improuiſa venit, nec ſtridor nuntiat ante
Aduentum lethi, quam pectoris abdita rumpit,

A *Securam * rapiens medicato vulnere vitam.*
Sed magis aligera eſt, magis & medicata ſagitta * penetrās
Quam iacit vmbroſi dominatio lubrica mundi,
Eludens excuſſa oculos, calamique volantis
Præpete tranſcurſu cordis penetralia figens.
Nec ſegnis natura Animæ eſt, vt tarda cauendi
Vulneris, ignitum quoniam Deus indidit olli
Ingenium, purum, ſapiens, ſubtile, ſerenum, Ingenium hominis.
Mobile, ſollicitum, velox, agitabile, acutum.
*Factorem modo * ſidia ſuum veneretur, & ipſi* * caſta.
B *Militet, ac victum proculcet ſobria mundum:*
Nil de peſtiferis opibus, aut falſificatis
Terrarum ſpoliis ſtulto oblectamine libans,
Nec ſub faſce iacens alieno, & dedita regno
Non queat argutas hoſtis vitare ſagittas.
Sed quod ego omne malū mundiq; hominūq; maligni
Hoſtis ad inuidiam detorqueo, num mala noſtra Perditio noſtra ex nobis.
Ex noſtris concreta animis, genus, & caput, & vim
Quid ſint, quid valeant, ſumant de corde parente? Oſeæ 13.9.
Ille quidem fomes noſtrorum, & cauſa malorum eſt.
Sed tantùm turbare poteſt, aut fallere, quantum
C *Nos volumus, qui decrepito ſuggeſta Leoni*
Armamenta damus. friget fera futile frendens, Optimus Dauid Abſalonis perditi pater.
Humani generis ni per ſuffragia gliſcat.
Gignimus omne malum proprio de corpore noſtro,
Vt genuit Dauid (aliàs pater optimus) vnum 2.Reg.15.14.
Crimen Abeſſalon tetrum: pater ille, ſed vnum
Innocuas inter ſoboles genuit parricidam:
Auſus in autorem generis qui ſtringere ferrum.
Ah pietas! ſignis contraria ſigna paternis
Egit, & vnius commiſit ſanguinis arma.
D *Noſtra itidem duros vrente propagine Natos*
Pectora parturiunt, verſis qui protinus in nos
Morſibus inſueſcunt gignentum viuere pœnis:
Depopulantur enim viuorum fœcunda parentum
Viſcera, & interitu genitalis ſtirpis aluntur.
Progeniem verùm ille ſuam Rex vtpote ſummus,
Atque Dei vates, pituræ & virginis autor, Epenth. Epigram. de Baccho. ver. 26. induperator.
Triſtibus atque piis variauerat, vt Salomonis
Frater Abeſſalon miſceret crimina iuſtis
Pignoribus, dulcemque domum turbaret amaris
Nos dignum Salomone nihil, nos degener implet
Solus Abeſſalon lacerans pia viſcera ferro.
E *Si licet ex Ethicis quicquam præſumere, vel ſi*
De phyſicis exempli aliquid, ſic vipera (vt aiunt)
Dentibus emoritur fuſa per viſcera prolis.
Mater morte ſua, non ſexu fertilis, aut de
Concubitu diſtenta vterum, ſed quum calet igni
Percita fœmineo, moriturum obſcœna maritum
Ore ſitit patulo, caput infert ille trilingue
Coniugis in fauces, atque oſcula feruidus intrat,
Inſinuans oris coïtu genitale venenum.
F *Nupta voluptatis vi ſaucia, mordicus hauſtum*
Frangit amatoris blanda inter fœdera guttur,
Infuſaſque bibit caro pereunte ſaliuas.
His pater inlecebris conſumitur, at genitricem
Clauſa necat ſoboles, nam poſtquam ſemine adulto
Incipiunt calidis corpuſcula parua latebris
Serpere, motatúmque vterum vibrata ferire,
Æſtuat interno pietatis crimine mater,
Carnificémque gemit damnati conſcia ſexus,
Progeniem ſepti rumpentem obſtacula partus.

Nam quia naſcendi nullus patet exitus, aluus
Fœtibus in lucem nitentibus excruciata
Carpitur, atque viam lacerata per ilia pandit.
Tandem obitu altricis, prodit grex ille duorum
Ingreſſum vitæ vix eluctatus, & ortum
Similitudinis. ἀντανάκλασις. *Per ſcelus exſculpens, lambuns natale cadauer*
Reptantes catuli, proles dum naſcitur orba
Haud experta diem, miſeræ niſi poſthuma matri.
Non diſpar noſtræ conceptus mentis, ab ore
Vipereo infuſum ſic combibit illa venenum
Coniuge Beliadæ, ſic oſcula deuorat hauſtu,
Internúſque rapit, ſic felle libidinis ardens
Impletur vitiis, perituro miſta marito,
Tunc prægnans lethale genus concepta maligni
Fert opera ingenij, de ſemine complicis hydri,
Quem pœnis penſare prius ſua facta neceſſe eſt
Corruptæ pro ſtupro animæ, próque orbe perempto.
Ipſam porrò animam crudelia vulnera, carpunt
Mille puerperiis, ſoboles dum parturit, ex ſe
Contra naturam genitas, peccamina crebra
* partos *Scilicet, & * partos materno funere natos.*
Hinc illa eſt Domini iuſta obiurgatio Chriſti:
Ioan. 8. 44 *Nónne pater Dæmon, vos increpo peccatores,*
Concubitu carnis ſemen ſitientis iniquum
* perquire *Vos genuit? ſanctum, Lector * percenſe Volumen,*
Quod loquar inuenies Dominum dixiſſe profanis
Vera obiectantem mortalibus, ex Patre iam vos
* aut *Eſſe meo genitos: pietas * at ipſa probaret,*
Ac pietatis opus, prò cæca libido! quid hoc eſt?
Quod quum ſe thalamis deſponſam mens bona iuſtis
* thorum *Nouerit, inque * thronum regis nuptura vocetur,*
Et regis ſemper iuuenis, ſenioque repulſo
Diuinum decus æterno ſeruantis in ore,
* fuluo *Malit adulterium, * furuo & ſe munere vilem*
Vendat nocticolæ ſpurcis complexibus Iudi,
Aſpernata Dei fuſam per virginis artus
Progeniem, dulceſque vocans in fornice natos?
Sentio quam contra moueat pellicia litem,
Quo dente obnitens ſpinoſa calumnia pugnet,
Noſque laceſſito vocet ad luctamina vero.
Si non vult Deus eſſe malum, cur non vetat, inquis,
Nil refert autor fuerit, factórque malorum,
Anne opera in vitium ſceleris pulcherrima verti,
Quum poſſit prohibere, ſinat? quod ſi velit omnes
Hæreticorum argumenta *Innocuos agere Omnipotens, nec ſancta voluntas*
Degeneret, nec ſe facto manus inquinet vllo:
Condidit ergo malũ Dominus, quod ſpectat ab alto
Et patitur, fierique probat, tanquam ipſe crearit,
Ipſe creauit enim, quod quum diſcludere poſſit,
Non abolet, longóque ſinit craſſarier vſu.
Dãna aures, Pater alme, meas, & claude meatus
Obbruteſcentis capitis, ne peruia tales
Concipiat flexura ſonos, eſt perdere tanti
Extinctum vitæ officium de parte cerebri,
Immunem modò ſeſe anima, expertémque nefandi
Auditus felix, ſtolida conſeruet ab aure.
Quis ferat hæc inſecta Deo conuitia? qui ſe
Diuinis meminit percellere nobilitatum
Muneribus? multa vt taceam, vel ſola benignum
non eſt Autor mali. *Res probat eſſe Deum, veſtiti quod amore peremptos*
Excitat è tumulis homines, regnique per æuum
Participes iubet eſſe ſui: qui ſi foret autor

A *Seruatórque mali, nunquam poſt damna ſalutis,*
Peccatúmque obitus, rediuiuam ferre medelam
Vellet, & amiſſos opere inſtaurare ſecundo.
Labi Hominis, ſeruare Dei eſt: meritis perit iſte, Diſcrimen inter Deũ & Hominem.
Ille abolet pereuntis opus, meritúmque reſoluit
Argumentum ingens, Dominum, qui talia præſtet,
Nolle malum, ne quod poſt abluit, antè probaret,
Inuitóne aliquis potis eſt peccare Tonante?
Cui facile eſt in corde hominis componere ſenſus
Quos libeat, fibráſque omnes animare pudicis
B *Pulſibus, & totum venis infundere honeſtum.*
Neſcis ſtulte tuæ vim libertatis ab ipſo
Formatore datam? neſciſque ab origine quanta
Sit conceſſa tibi famulo ſuper orbe poteſtas? Libera Hominis voluntas.
Et ſuper ingenio proprio, laxéque ſoluto
*Iure * poteſtatis, liceat cui velle, ſequique* * volũtatis
Quod placitum, nulliq; animum ſubiungere vinclo?
An quum te Dominum cunctis quæcunque crearat
Præficeret, Mundúmque tuis ſeruire iuberet
Imperiis, quúmq; arua, polũ, mare, flumina, ventos
C *Dederet, arbitrium de te tibi credere auarus*
Nollet? vt indigno libertatémque negaret? Contra Cluuiſtas diſputat egregiè.
Quale erat, electus magni rex orbis vt eſſet,
Non Rex ipſe ſui, curto fœdatus honore.
Nã quis honos Domini eſt, cuius mens libera non eſt,
Vna ſed impoſitæ ſeruis ſententia Legi?
Quæ laus porro hominis, vel quod meritũ, ſine certo
Inter vtramque viam diſcrimine viuere iuſto?
Non ſit ſponte bonus, cui non eſt prompta poteſtas
Velle aliud, flexóſque animi conuertere ſenſus.
Atqui nec bonus eſt, nec conlaudabilis ille
D *Qui non ſponte bonus: quoniam probitate coacta*
Gloria nulla venit, ſordetque inglorià Virtus.
Nec tamen eſt virtus, ni deteriora refutans
Emicet, & meliore viam petat indole rectam.
Vade, ait ipſe parens, opifexq;, & conditor Adæ,
Vade Homo, & adſtatu noſtri prænobilis oris,
** Inſubiecte, potens, rerum arbitrer, arbitrer idem,* * Inſubiecta.
Et iudex mentis propriæ, mihi ſubdere ſoli
Sponte tua, quod ſit ſubiecto, & ipſa ſoluto
Libera iudicio, non cogo, nec exigo per vim,
Sed moneo iniuſtum fugias, iuſtúmque ſequaris.
E *Lux comes eſt iuſti, comes eſt mors horrida iniqui,*
Eligerem vitæ, tua virtus temet in æuum
Prouehat, æternum tua damnet culpa viciſſim,
Præſtet & alterutram permiſſa licentia ſortem.
Hac pietate vigens, & tanto munere abundans,
Tranſit propoſitum fas, & lethalia prudens
*Eligit, atque volens * magis vtile dum ſibi credit,* * illud magis vtile ſetur.
Quod prohibente Deo perſuaſit callidus anguis,
Perſuaſit certè hortata, non impulit acri Geneſ. 3. 5.
F *Imperio hoc mulier rea criminis exprobranti*
Reſpondit Domino, ſuadelis ſe malefabris
Illectam ſuaſiſſe viro, vir & ipſe libenter
Conſenſit, licuitne hortantem ſpernere rectis
Libertate animi? licuit; namque & Deus & antè
Suaſerat, vt meliora Volens ſequeretur, at ille
Spernens conſilium ſano plus credidit hoſti.
Nunc inter vitæ Dominum, mortiſque magiſtrum
Conſiſtit medius, vocat hinc Deus, inde Tyrannus
Ambiguum, atque ſuis ſe motibus alternantem. Loth, & vxor eius.
Accipe geſtarum monimenta inſignia rerum.

Præluſit quibus hiſtoria ſpectabile ſignum,
Loth fugiens Sodomis ardentibus, omnia ſecum
Pignora chara domus properabat ſede relicta
Nubibus vrbicremis ſubducere, ſulphure quum iam
Nimboſi ignitus cœlum ſubtexerat aër,
Flagrantémque diem crepitans incenderat imber.
Angelus hanc hoſpes legem præſcripſerat ollis
Emiſſus virtute Dei ſub imagine dupla:
Omnis vt è portis iret domus, vtque in apertum
Dirigeret conſtans oculos, nec pone reflexo
Lumine regnantes per mœnia cerneret ignes.
Nemo memor Sodomæ, quæ mūdi forma cremādi eſt,
Vt ſemel è muris greſſum promouerit, ore
Poſt tergum verſo, reſpectet funere rerum.
Loth monitis ſapiens obtemperat, at leuis Vxor

Vxor Loth in ſtatuam verſa.

Mobilitate animi, torſit muliebre retrorſus
Ingenium, Sodomiſque ſuis reuocabilis hæſit.
Traxerat Eua virum diræ ad conſortia culpæ.
Hæc peccans, ſibi ſola perit, ſolidata metallo
Diriguit fragili, ſaxúmque liquabile facta.
Stat mulier ſicut ſteterat priùs, omnia ſeruans
Cautè, ſigillati longum ſalis effigiata
Et decus, & cultum, frontémque oculóſque comāque
Et flexam in tergum faciem, paulúmque relata
Mente retro, antiquæ monimenta rigentia noxæ.
Liquitur illa quidem ſalſis ſudoribus vda,
Sed nulla ex fluido plenæ diſpendia formæ
Sentit deliquio, quantúmque armenta ſaporum
Attenuant ſaxum, tantúm lambentibus humor
Sufficit, attritamque cutem per damna reformat.
Hoc meruit titulo peccatrix fœmina ſiſti,
Infirmum, fluidúmque animum per lubrica ſoluens
Conſilia, & fragilis iuſſa ad cœleſtia, voti
Propoſitum contra non commutabile ſeruat
Loth ingreſſus iter, nec mœnia reſpicit, alto
In cinerem conlapſa rogo, populúmque peruſtum,

Loth, & eius vxor liberi arbitrij figura.

Et mores populi, tabularia, iura, forúmque,
Balnea, propolas, meritoria, templa, theatra,
Et circum cum plebe ſuæ, madidáſque popinas.
Quicquid agunt homines Sodomorum, incēdia iuſtis
Ignibus inuoluunt, & Chriſto iudice damnant.
Hæc fugiſſe ſemel ſatis eſt, non reſpicit vltrà
Loth noſter, fragilis ſed coniunx reſpicit, & quæ
Fugerat inuerſo mutabilis ore reuiſit,
Atque inter patrias perſtat durata fauillas.
En tibi ſignatum libertatis documentum,
** Quod voluit nos ſcire Deus, quocūq; ſequendū eſt,*

* Quo

Sub noſtra ditione ſitum, poſſimque remiſſum
Alterutram calcare viam, duo credere iuſſi
De Sodomis, alter ſe præripit, altera muſſat,
Ille gradum celerat fugiens, contrà illa renutat,
Liber vtrique animus, ſed diſpar vtrique voluntas,
Diuidit huc illuc rapiens ſua quemque libido.
*Talem * multa ſacris ſpeciem notat orbita Libris.*

* muta

Ruth & Orpha libertatem probant Rut. 1. 12. 13.

Aſpice Ruth generis Moabitidis, & ſimul Orphā,
Illa ſocrum Noëm infido comitatur amore,
Deſerit hæc, atque thalamis, & lege iugali
Exuta, Hebræiſque thoris ſacriſque vacantes,
Iure fruebatur proprio, ſed priſtinus Orphæ
Fanorum ritus præputia barbara ſuaſit
Malle, & ſemiferi ſtirpem nutrire Goliæ.
Ruth dum per ſtipulas agreſtis amburitur æſtu,

A *Fulcra Booz meruit, caſtóque adſcita cubili*
Chriſtigenam fœcunda domum, & Dauidica regna

Rut. 2. 8.

Edidit, atque Deo mortales miſcuit ortus.
Sæpe egomet memini, fratres, gemino ad hiulcum
Perueniſſe ſimul binium, nutante iuuenta,
Et dubitaſſe diu biſido ſub tramite, quodnam
Eſſet iter melius. quum dextrum ſpinea ſyluæ

Exitus biuij diuerſus.

Sentibus arctaret, ſcopuloſaque ſemita longè
Duceret aërium cliuoſo margine callem.
At læuum nemus vmbriferum per amœna vireta
B *Ditibus ornaret pomis, & lene iacentem*
Planicies daret ampla viam; ſqualentibus vnum
Contentum ſpinis reptaſſe per ardua ſaxa.
Porrò alium campo ſeſe indulſiſſe ſiniſtro,
Illum ſyderibus caput immiſcere propinquis,
Hunc in cœnoſas ſubitò cecidiſſe paludes.
Omnibus vna ſubeſt natura, ſed exitus omnis
Non vnus peragit placitorum ſegrege forma.
Haud ſecus, ac ſi olim per ſudum lactea fortè
Lapſa columbarum nubes, deſcendat in aruum
Ruris frugiferi, laqueos vbi callidus anceps
C *Prætendit, lentóque inleuit vimina viſco,*
Sparſit & inſidias ſiliquis, vel farre doloſo,
Iliciunt alias fallentia grana, gulámque
Innectunt auidam tortæ retinacula ſetæ,
Molle vel implicitas gluten circumligat alas.
Aſt aliæ quas nullus amor prolectat edendi,
Greſſibus innocuis ſterilis ſpatiantur in herbæ,
Suſpectámque cauent oculos conuertere ad eſcam.
Mox vbi iam cœlo reuolandum, pars petit æthram
Libera ſyderеam, plaudens ſuper aëra pennis:
D *Pars captiua iacet, laceris & ſaucia plumis*
Pugnat humi, & volucres nequicquā ſuſpicit auras,
Sic Animas cæli de fontibus vnicolores

Antapodoſis.

Infundit natura ſolo, ſed ſuauibus iſtic
Deuinctæ illecebris retinentur, & æthera paucæ
Conſcendunt reduces, multas viſcoſus ineſcat
Paſtus, & ad ſuperas percurrere non ſinit auras.
Præſcius inde Pater liuentia Tartara plumbo
Incendit liquido, piceáſque bitumine foſſas
Infernalis aquæ furuo ſuffodit Auerno,
E *Et Phlegethonteo ſub gurgite ſanxit edaces*
Perpetuis ſcelerum pœnis increſcere vermes.
Norat enim flatu ex proprio vegetamen ineſſe
Corporibus noſtris, animamque ex ore perennis
Formatam non poſſe mori, non poſſe viciſſim
Pollutam vitiis rurſum ad conuexa reuerti,

Anima immortalis, vitiata non fertur ſurſum.

Merſandam penitus puteo feruentis abyſſi,
Vermibus, & flammis, & diſcruciatibus, æuum
Immortale dedit, ſenio ne pœna periret
Non pereunte Anima, carpunt tormenta fouéntque
F *Materiem ſine fine datam, Mors deſerit ipſa*
Æternos gemitus, & flentes viuere cogit,
Ad diuerſa procul regionibus in Paradiſi
Præmia conſtituit, maieſtas gnara futuri
Spiritibus puris, & ab omni labe remotis,
Quique Gomorrhæas non reſpexere ruinas,
Auerſis ſed ritè oculis poſt terga tenebras
Liquerunt miſeri properanda pericula Mundi,
Ac primùm facili referuntur ad aſtra volatu:
Vnde fluens Anima structum vegetauerat Adam.
Nam quia naturam tenuem decliuia vitæ

Pondera non reprimunt, nec tardat ferrea compes,
Concretum celeri relegens ſecat aëra lapſu,
Exuperatque polum feruens ſcintilla remenſum,
Carcereos exoſa ſitus, quibus hæſerat exul
Tunc poſt liminio redeuntem ſuſcipit alto
Cana fides gremio, teneriſque oblectat alumnam
Delitiis, multos poſt diuerſoria carnis
Ore renarrantem querulo quos paſſa labores,
Illic purpureo latus exporrecta cubili.
Animæ felicitas.
Floribus æternis ſpirantes libat odores,
Ambroſiumque bibit roſeo de gramine rorem,
Aſt aliæ quas dira lues, errorque malignus
Immerſis tenebris, vaſtoque obſedit auerno,
Haud impune pius ab ſemet abeſſe fatentur
Conſiliis, meritas ferre & per ſecula pœnas.
Animæ damnatæ cruciatus. Lazarus & & Diues Luc. 16. 23.
Quis patri antiqui aut ægri reuerentis abyſſo
Excluſit, mundique bonis cum morte potitis
Ditibus & longo fumantibus interuallo,
Fluminaque, & totos cœli ſitientibus imbres
Implorata, negat digitum inſertare palato,
Flammarumque apices humenti extinguere tactu.
Nec mirère locis longè diſtantibus inter
Damnatas, iuſtaſque Animas concurrere viſus
Conſpicuos, meritaſque vices per magna notari
Interualla, polus medio quæ diuidit orbe.

DE INTEGRITATE viſionis Animæ.

ERRAT *quiſque Animas noſtrorum ſine oculorũ*
Æſtimat, inuoluit vitreo quos lucida palla
Obice, quis ſpeculum concreta coagula texunt,
Impediuntque vagas obducto humore feneſtras.
Numne Animarum oculis denſo vegetamine guttæ
Voluuntur teretes? aut palpebralibus extra
Horreſcunt ſetis? ciliove vmbrante teguntur?
Illis viua acies, nec pupula parua, ſed ignis
Traiector nebulæ, vaſti & penetrator operti eſt,
Nil ferrugineum, ſolidum vt tuentibus obſtat,
Nocturnæ cedunt nebulæ, nigrantia cedunt
Nubila, prætenti cedit teres area Mundi.
Nec tantùm aërios viſu tranſmittit hiatus
Spiritus, oppoſitos, ſed tranſit lumine montes,
Oceani fines, atque vltima littora Thyles
Tranſadit, volucreſque oculos in Tartara mittit.
Noſtris nempe omnes pereunt ſub nocte colores
Viſibus, & cæco delentur tempore formæ.
* autæ
*Nunquid & * exuti membris, ac viſcere, perdunt*
Agnitione notas rerum, vel greſſibus errant?
Vna animas ſemper facies habet, & color vnus
Aëris, vt cuique eſt meritorum ſumma, ſiniſtri
Seu dextri, alternas nec commutabile tempus
Conuertit, variatque vices, longum, atq; perenne eſt
Quicquid id eſt, vnus voluit ſua ſecula curſus,
Animæ dormientis.
Expertos dubitas Animas percurrere viſus?
Addita corporeis oculis, cùm ſæpe quietis
Rore ſoporatis, cernas mens viua remotos
Diſtanteſque locos, aciem per rura, per aſtra,
Per maria intendens, nec enim ſe ſegregat ipſa
Ante obitum viuis ex artubus, aut fugit exul
Sanguinis, & carnis penetralia, ſeque medullis

A *Exuit, abductam ve abigit de pectore vitam,*
Viſcera, ſed de ſede manens, ſpeculatur acutis
Omnia luminibus, & qua circumtulit aerem
Naturæ leuis intuitum, nullo obice rerum
Diſcluſa, ante oculos ſubiectum proſpicit orbem,
Atque orbis ſub mole ſitum ſordens elementum.
Obiacet interea tellus, nec viſibus obſtat,
Quin ſi ſtelligerum vultus conuertat ad axem,
Nil intercurrens obtutibus, impedit ignem
Peruigilis Animæ, quamuis denſata tumentur
Nubila, & oppoſito nigreſcat vellere cœlum.
B *Sic arcana videt tacitis cooperta * futuris,*
* figur'a
Corporeus Ioannes adhuc, ne carne ſolutus,
Munere, ſed ſomni pauliſper carne ſequeſtra
** Liber ad intuitum, ſenſuque, oculiſque peragrans,*
* libera intuitum.
Ordine diſpoſitos venturis ſolibus Annos,
Procinctum videt angelicum, iam tamque cremandi
Orbis in excidium, raucos & percipit aure
Mugitus grauium mundi ſub fine tubarum.
Hæc ille ante obitum, membrorum carcere ſeptus
Secedente Animæ, non diſcedente videbat.
Anima à corpore ſeparata.
Nónne magis flatus ſine corpore cuncta notabit,
C *Corporis inuolucris iumul. frigente repoſtis?*
Certa fides, rabidos ſub tetra voragine caminos,
Qui pollutam Animam per ſecula longa perenni
Igne coquunt, oculis longinqua per inane remotis
Pauperis expoſiti, reſpectus aurea dona
Iuſtorum interueniente Chao, rutilaſque coronas
Eminus oſtendi pœnarum carcere merſis.
Hinc Paradiſicolæ poſt vlcera dira beato
Proditur infelix vlulantis in veſte reatus
Spiritus, inque vicem meritorum mutua cernunt.

D

PERORATIO POETÆ.

O *Dee cunctiparẽs animæ dator, ô Dee Chriſte,*
Cuius ab ore Deus ſubſiſtit Spiritus vnus,
Te moderante regor, te vitam Principe duco,
Iudice te palleo trepido, te Iudice eodem
Spem capio, fore quicquid ago, veniabile apud te,
Quamlibet indignum veniæ faciamque, loquarque,
Confiteor, demitte libens, & parce fatenti:
E *Omne malum merui, ſed tu bonus arbiter aufer*
Quod merui, meliora fauens largire precanti,
Dona animæ quandoque meæ, quum corporis huius
Liquerit hoſpitium, neruis, cute, ſanguine, felle,
Oſſibus extructum, corrupta quod incola luxu
Heu nimium complexa fouet, quum flebilis hora
Clauſerit hos orbes, & conclamata iacebit
Materies, oculiſque ſuis mens nuda fruetur,
Nec cernat truculentum aliquem de gẽte latronum,
Immitem, rabidum, vultuque & voce minaci
F *Terribilem, qui me maculoſum aſpergine morum*
Ratio reddenda. Matth. 5. 26.
In præceps vt prædo trahat, nigriſque ruentem
Immergat ſpecubus, cuncta exacturus adusque
Quadrantem minimum, damnoſæ debita vitæ.
*Multa in theſauris Patris * eſt habitatio Chriſte,*
* Ioan. 14. 2
Diſparibus diſcreta locis: non poſco beata
In regione domum, ſint illic ca[ſt]a virorum
Agmina, puluereum quæ dedignantia cenſum
Diuitias petiere tuas, ſi flore perenni

Candida virginitas, animum caſtrata reciſum:
At mihi tartarei ſatis eſt ſi nulla Miniſtri
Occurrat facies, auidæ nec flamma gehennæ
Deuoret hanc animam, merſam fornacibus imis,
Eſto, cauernoſo quia ſic pro labe neceſſe eſt

A *Corporea, triſtis me ſorbeat ignis auerno;*
Saltem mitificos incendia lenta vapores — Purgationis agitur.
Exhalent, æſtuque calor languente tepeſcat,
Lux immenſa alios, & tempora vincta coronis
Glorificent, me pœna leuis clementer adurat.

HAMARTIGENIÆ FINIS.

IN PRVDENTII CLEMENTIS V.C. SYMMACHVM, ARGVMENTVM PER IOANNEM SICHARDVM.

INVALESCENTE Chriſtianiſmo, atque ob id ſenſim frigeſcentibus Gentilium ſacris è Curia, conniuentibus, opinor, ad hoc Romanis Principibus, erecta eſt Ara, quam veluti conſiliorum, dictorumque omnium teſtem, multis ab hinc Annis religioſiſſimè in Senatu coluerant. Eratque in hoc iam planè res, vt Sacris illis rancidis Veterum ſemel nuntius remitteretur. Exortus eſt Symmachus, Præfectus vrbis, vir honeſtiſſimi apud ſuos loci, & eloquentiæ tantæ, quanta in iſta tempora cadere potuit maxima, qui ex autoritate Senatus, & quòd peculiare hoc etiam munus exigeret, ad Principes legationem ſuſcepit, agens hoc potiſſimum, vt & Sacra tot Annorum conſenſu inolita, locum quem vſu ceperant, tuerentur, & eorum Antiſtites pergerent eo vti iure, quod & immunitate, & victu annuo ſuppeditando iampridem obtinuerant. Eam verò Orationem, quum eſſet inter diui Ambroſij Mediolanenſis Epiſcopi opera relata, conſilium fuit Prudentio inſerere, non tam ob elegantiam, quæ pro re ſuſcepta, & temporum ratione, tolerabilis eſt, quàm vt facilius intelligantur ea, quæ ex eadem relatione elegantiſſimus Poëta ſibi conuellenda deſumpſit. Nominatim enim, quibus reſpondeat ſubinde quædam ſuis admiſcet poſteriore libro.

AVRELII PRVDENTII CLEMENTIS V. IN LIB. CONTRA SYMMACHVM, PRÆFECTVM VRBIS.

PRÆFATIO.

Carmen eſt Aſclepiadeum, monocolon, conſtans Spondæo, duobus Choriambis & Pyrrhichio, vel Iambo, hoc modo:

Doctor Gentium Rom 11.13. & 15.16. Gal 2.2. 1.Tim.2.7.

PAVLVS *præco Dei, qui fera Gentium* A
Prius corda ſacro perdomuit ſtylo
Chriſtum per populos ritibus aſperis
Immanes, placido dogmate ſeminans,
Immanſueta ſuas vt cæremonias
Gens pagana Deo ſperneret agnito,
Actus turbinibus fortè nigerrimis
Hibernum pelagus iam rate debili,
Et vim naufragij pertulerat noti.
Sed cùm cærulei prælia gurgitis
Iuſſiſſet Domini dextra quieſcere,
Ad portum fluitans cymba relabitur,
Exponitque ſolo littoris vuide
Contractos pluuio frigore remiges,
Tunc de littoreis ſepibus algidi
Arentum propere brachia palmitum
Conuectant, rapidos vnde focos ſtruant, — A vipera non læditur Paulus. Act.28.2.3.
Faſcem quiſque ſuum congerit ignibus,
Expectans calidi luxuriam rogi.
Paulus, dum fragiles cogere ſurculos,
Et denſare foci congeriem ſtudet,
Incautam cumulis inſeruit manum,

A *Torpebat glacie pigra vbi vipera,*
Sarmentis liqucos corporis implicans,
Quæ poſtquam intepuit fomite fumeo,
Laxauitque ferox colla rigentia,
Iam flectit facilis, retulit ad manum
Vibrato capite ſpicula dentium.
Hærentem digiti vulnere mordicus,
Pendentemque gerens Paulus inhorruit.
Exclamant alij, quod cute liuida
Virus mortiferum ſerpere crederet.
Aut non intrepidum terret Apoſtolum — Ibid.v.6.
B *Triſtis tam ſubiti forma periculi,*
Attollens oculos ſydera ſuſpicit,
Chriſtum ſub tacito pectore murmurans,
Excuſſumque procul decutit aſpidem.
Abiectus coluber verberat aëra,
Atque oris patuli ſoluit acumina.
Mox omnis ſanies deſerit, & dolor,
Ceu nullo laceram vulnere dexteram,
Siccatuſque perit vipereus liquor.
Hydrum præcipitemque dum rotat impetus,
Arſurum mediis intulit ignibus.
Sic nunc poſt hyemen, vimque trucis freti,

Simulitudo ſanctæ pedoſis. Sacrilegis — *Quo iactata ratis tunc Sapientiæ eſt,*
*Quum ſub * ſæcricolis territa Regibus,*
Vix panſo poterat currere carbaſo,
Afflictoſque ſuos turbine ſeculi
Vectarat, rabidis fluctibus innatans.
Morſum vulnificum Lex pia pertulit:
Occultabat enim ſe prius abditum
Virus, nec grauidam protulerat caput,
Contentum inuolucris, atque cubilibus,
Subter quo premeret clauſa ſilentia.
Sed dum fortè latens impietas riget,
Nauis Eccleſiæ. — *Dextram iuſtitiæ pigra momorderat*
Succenſi ſtomacho fellis inæſtuans.
Heu quàm Catholicam nix propè profuit
Puppim naſſe ſacri remigio ſtyli.
Quem Paulus variis Gentibus edidit,
Vix portu placido tuta quieuerat
Victrix, edomitis mille furoribus.
Vix adſtricla ſuis iam retinaculis
Vectores ſtabili condiderat ſolo,
Erumpit ſubitò triſte periculum.
Nam dum præcalidos igniculos ſibi
Soluendis adolent, & ſenio, & gelu,
Dum virgas ſteriles, atque ſuperfluas
Flammis de fidei palmite concremant,
Vt conereta vagis vinea crinibus,
Syluoſi ſuluumem poneret Idoli,
Palpanti nimius perniciem tepor,
Spes inſueta ſubit, ſerpere flexibus,
Et vibrare ſagax eloquij caput.
Sed dextra impatiens vulneris, irritos
Oris rhetorici depulit halitus,
Effuſum ingenij virus inaniter,
Summa Chriſticolis in cute ſubſtitit,
Saluator generis Romulei precor,
Ad Chriſtum Apoſtrophe. — *Qui cunctis veniam das pereuntibus,*
Qui nullum ſtatuis non operis tui
Mortalem, facili quem releues manu,
Huius, ſi potis eſt, iam miſereſcito,
Præruptam in foueam præcipitis viri,
Spirat ſacrilegis flatibus inſcius,
Erroreſque ſuos indocilis fouet.
Obteſtor iubeas, ne citus impetus
Arſurum medius inferat ignibus.

LIBER PRIOR.

Carmen eſt Heroïcum Dactylicum.

EPIGRAM. I.

CREDEBAM *vitus ægram gentilibus vrbem*
Iam ſatis antiqui pepuliſſe pericula morbi
Nec quicquam reſtare mali, poſtquam medicina
Principis immodicos ſedaret in arce dolores.
Sed quoniam renouata lues turbare ſalutem
Tentat Romulidum, patris imploranda medela eſt,
Ne ſinat antiquo Romam ſqualere veterno,
Neve togas Procerum, fumóque & ſanguine tingi.
Inclytus ergo parens patriæ moderator, & orbis
Nilegit, prohibendo vagas ne priſtinus error
A *Crederet eſſe Deum nigrante ſub aëre formas,*
Aut Elementorum naturam, quæ patris ars eſt
Omnigeni ſumma pro maieſtate ſacraret:
Vir ſolus, cui cura fuit, ne publica morum
Plaga, cicatricem ſumma leuiter cute clauſam
Duceret, & latebram tabentis vulneris altè
Impreſſam, penituſque putri de pure pereſam,
Iuncta ſuperficies medico fallente foueret.
Sed ſtuduit quo pars Hominis generoſior intus
B *Viueret, atque animam lethali peſte piatam*
Noſſet ab interno tutam ſeruare veneno.
Illa Tyrannorum fuerat medicina, videre
Qui ſtatus ante oculos præſentibus, ac perituris
Competeret rebus, nec curam adhibere futuris,
Heu malè de populo meriti, malè patribus ipſis
Blanditi, quos præcipites in Tartara mergi
Cum Ioue ſiuerunt, multa & cum plebe Deorum.
Aſt hic imperium protendit lætius æuo
Poſteriore, ſuis cupiens ſancire ſalutem:
Nimirum pulchrè quidam doctiſſimus, eſſet*
C *Publica res, inquit, tunc fortunata ſatis, ſi* — *Plato lib. de Rep. Cic. 1 l. epiſt. 1. ad Q. frat. ſ. 23.
Vel reges ſaperent, vel regnarent ſapientes,
Eſtne ille è numero paucorum, qui diadema
Sortiti, ætheriæ coluerunt dogma ſophiæ?
* *Contigit ecce hominum generi, gentique togatæ* — * Eſt operæpretium.
Dux ſapiens, felix noſtræ res publica Romæ
Iuſtitia regnante viget, parcte magiſtro
Sceptra gubernanti, monet vt deterrimus error,
Vtque ſuperſtitio veterum procul abſit Auorum,
Nec putet eſſe Deum, niſi qui ſuper omnia ſummus
Emineat, magnique immenſa creauerit orbis.
D

DE SATVRNO.

EPIGRAM. II.

NVM *melius Saturnus auos rexiſſe Latinos*
Creditur? edictis qui talibus informauit
Agreſtes animos, & barbara corda virorum?
Sum Deus, aduenio fugiens, præbete latebras,
E *Occultate ſenem, N.ati feritate tyranni*
Deiectum ſolio, placeat hic fugitiuus, & exul — Virg 8. Æn. 319.
Vt lateam, genti atque loco Latium dabo nomen,
Vitibus incuruum, ſi qua eſt cura, putandis
Procudam chalybem, necnon & mœnia veſtri
Fluminis in ripa ſtatuam Saturnia vobis.
Vos nemus, appoſitaſque meo ſub honore ſacrantes,
Sum quia nam cœlo genitus, celebrabitis aras.
Inde Deos, quorum patriæ ſpectata ſepulcra
Scimus, in ære hebetes informauère Minores,
Aduena quos profugus gignens, & equina libido
Intulit Italiæ, Thuſcis namque ille puellis
F *Primus adhinnuit ſimulato numine mœchus.*

DE IOVE.

EPIGRAM. III.

MOX *patre deterior ſyluoſi habitator Olympi*
Iuppiter inceſtas ſpurcauit labe Lacænas.

*ſubiectã. *Nunc bone * ſubuectam rapiens ad crimẽ, amatam,*
Nunc tenera pluma lenior, blandoſque ſuſurros
In morem reecinens ſuaue immorientis oloris,
Iupiter obſcæniſſimus. Ouid. Metam. *Capta quibus volucrem virguncula ferret amorem.*
Nunc foribus ſurdis, ſera quas, vel peſſulus arctis
Firmarat cuneis, per tectum diues amator
Imbricibus ruptis, vndantis deſuper auri
Infundens pluuiam, gremio excipientis amicæ.
Armigero modò ſordidulam curante rapinam,
*Compreſſu immundo miſerum * cupiens catamithũ,*
*aſſiciens. *Pellice iam puero magis indignante ſorore.* B
Hæc cauſa eſt, & origo mali, quod ſecla vetuſto
Hoſpite regnante, crudus ſtupor aurea finxit,
*Verſutus. *Quodque nouo ingenio * verſutus Iuppiter, aſtus*
Multiplices, varioſque dolos texebat, vt illum,
Vertere quum vellet, pellem faciemque putarent
*Eſſe Bouem, prædari Aquilam, * conſingere Cygnũ.*
*concumbere. *Et nummos * fieri, & gremium penetrare puellæ.*
*ferere. *Nam quid ruſticitas non crederet indomitorum*
Stulta virûm, pecudes inter, ritùſque ferinos?
Dedere ſueta animum, diuæ rationis egenum? C
In quamcumque fidem nebulonis callida traxit
Nequitia, infelix facilem gens præbuit aurem.

DE MERCVRIO.

EPIGRAM. IV.

SVCCESSIT *Iouis imperio corruptior ætas,*
Quæ docuit rigidos vitijs ſeruire colonos
Mercurius furandi artifex. *Expertes furandi homines, hac imbutt arte* D
Mercurius Maia genitus, nunc magnus habetur
Ille Deus, cuius dedit experientia fures,
Necnon Theſſalicæ doctiſſimus ille magiæ
Traditur extinctas ſumptæ moderamine virgæ
In lucem reuocaſſe animas, Cocytia lethi
Iura reſignaſſe, ſurſum reuolantibus vmbris.
Aſt alias damnaſſe neci, penituſque latenti
Immerſiſſe Chao, facit hoc ad vtrumque peritus
Vt fuerit, geminoque armarit crimine vitam:
Magus. *Murmure nam magico tenues excire figuras,*
Atque ſepulcrales ſcitè incantare fauillas, E
Vita itidem ſpoliare alios, ars noxia nouit.
Artificem ſcelerum ſimplex mirata Vetuſtas
Supra hominem coluit, ſimulans per nubila ferri,
Aligeriſque leues pedibus tranſcurrere ventos.

DE PRIAPO.

EPIGRAM. V.

ECCE *Deum in numero formatus, & æneus adſtat,* F
*quidam Priapus Hortulanus ſcortator. *Grauis homo, anguſtaque Numæ præfulget in arce*
*Strenuus excultí dominus * quodam fuit agri,*
Hortorumque opibus memorabilis, hic tamen idem
Scortator nimius, multaque libidine ſuetus
Ruſticolas vexare lupas, interque ſalicta,
Et denſas ſepes obſcœna cubilia inire:
Indomitum intendens animum, ſemperque paratum
A *Ad facinus, nunquam calidis dabat otia venis.*
Hic Deus è patrio prænobilis Helleſponto
Venit aduſque Italos ſacris cum turpibus hortos, *&.
Sinum lactis, & hæc votorum liba quotannis
Accipit, ac ruris ſeruat vineta Sabini,
Turpiter adfixo pudeat quem viſcera ramo.

DE HERCVLE.

EPIGRAM. VI.

HERCVLEVS *mollis pueri famoſus amore*
Ardor, & in tranſtris iactata efferbuit Argo.
Nec maris erubuit Nemeæa pelle fouere
Concubitus, & Hylan pereuntem quærere cælebs.
Nunc Salijs, cantuque domus, Pinaria templum
Collis Auentini conuexa in ſede frequentat.

DE LIBERO, QVI & Bacchus.

EPIGRAM. VII.

THEBANVS *iuuenis ſuperatis fit Deus Indis,*
Succeſſu dum victor ouans laſciuit, & aurum
Captiua gentis reuehit, ſpolijſque ſuperbus
Diffluit in luxum cum ſemiuiro comitatu,
Atque auidus vini, multo ſe proluit hauſtu
Gemmantis pateræ ſpumis, multoque falerno
D *Perfundens biiugum rorantia terga ferarum.*
His nunc pro meritis, Baccho caper omnibus aris
Cæditur, & virides diſcindunt ore chelydros
Qui Bromium placare volunt, quod & ebria iã tũc
Ante oculos regis Satyrorum inſania fecit,
Et feciſſe reor ſtimulis furialibus ipſas
Mænadas, inflammãte mero in ſcelus omne rotatas,
Hoc circum ſaltante choro, temulentus adulter
Inuenit expoſitum ſecreti in littoris acta
Corporis egregij ſcortum, quod perfidus illic
Liquerat, inceſto iuuenis ſatiatus amore,
E *Hanc iubet aſſumptam feruens poſt vina Nearam,*
Secum in delitiis fluitantis ſtare triumphi,
Regaleinque decus capitis geſtare coronam.
Mox Ariadnæus ſtellis cœleſtibus ignis
Additur hoc pretium noctis perſoluit honore
Liber, vt ætherium meretrix illuminet axem.
Tantum poſſe omnes illo ſub tempore Reges,
Indocilis fatui ducebat ineptia vulgi,
Vt tranſire ſuis cum ſordibus Induperator Epẽtheſis pro Imperatore: ſic in Hamartigenia v. 571. & 584.
Poſſit in æternum cœli ſuper ardua regnum.
F *Regia tunc omnis vim maieſtatis, & omnis*
Parua licet, cœli imperium retinere poteſtas
Credita, thure etiam ducibus, paruoque ſacello
Impertitus honos, quę dum metus, aut amor, aut ſpes
Accumulant, longum miſeris proceſſit in æuum
Mos patrius, cœpit falſa pietatis imago
Irrepere ignaros, nebuloſo errore nepotes:
Tum quia quæ viuis veneratio regibus ante
Contigerat, funeris eadem iam munere lucis
Ceſſit, & ad nigras altaria tranſtulit vrnas.

Inde puellarum ludibria, pignora, partus,
Et furtiuus amor iuuenum, & deprenſa iugalis
Corruptela thori, quoniam regalibus aula
Feruere tunc vitiis ſolita eſt, nec perdita luxu
Diuorum ſoboles ſancti meminiſſe pudoris.

DE MATRE, VENERE, Iunone, & Cybele.

EPIGRAM. VIII.

Impudicitas Numinum Romanorum.

ATQVE vt *Roma tuos cœleſti ex ſede parẽtes,*
Qui te ſemideam iactant autoribus ortam,
Perſtringam breuiter, Gradiuum, vel Cithaream,
Ille ſacerdotem violat, contra illa marito
Succumbit Phrygio, coitus fuit impar vtrique,
Nec terreſtre Deam decuit mortale ſubire
Coniugium, nec Cœlicolam deſcendere ephabum
Virginis ad vitium, furtiuoſque igne calere:
Sed Venus auguſto de ſanguine fœmina, vili
Priuatoque viro vetitum per dedecus hæſit,
Et ſi Rhea ſacram laſciui Martis amore
Luſa pudicitiam, fluuiali amiſit in vlua:
Crediderim generoſæ aliquem ſtirpis, ſed eundem
Moribus infamem, compreſſa virgine per vim
Se dixiſſe Deum, ne ſtuprum numinis vllus
Obijcere auderet turpi miſeræque puellæ.
Hæc Italos induxit auos vel fama, vel error,
Martia Romuleo celebrarent vel ſacra campo,
Vtque Palatinis Capitolia con'ita ſaxis
Signarent titulo proaui Iouis, atque Pelaſgæ
Palladis, & Libyca Iunonem ex arce vocarent.
Cognatos de Marte Deos, Veneris quoque nudum
Accirent proceres Hericino è vertice ſignum.
Vtque Deûm mater Phrygia veheretur ab Ida,
Bacchica de viridi peterentur vt orgia Naxo,
Facta eſt terrigenæ domus vnica maieſtatis.
Et tot templa Deûm Romæ, quot in vrbe ſepulchra
Heroûm numerare licet, quos fabula Manes
Nobilitat, noſter populus veneratur, adorat.
Hos habuere Deos Ancus, Numitor, Numa, Tull⁹,
Talia Pergameas fugerunt Numina flammas.
Sic Veſta eſt, ſic Palladium, ſic vmbra Penatum,
Talis & antiquum terror ſeruauit Aſylum.

VNDE ERROR INVALVERIT.

EPIGRAM. IX.

VT SEMEL *obſedit gentilia pectora Patrum*
Vana ſuperſtitio, non interrupta cucurrit
Ætatum per mille gradus, tener horruit hæres,
Et coluit, quicquid ſibimet venerabile cani
Monſtrarent atauí, puerorum infantia prima
Error cum lacte ſugitur.
Errorem cum lacte bibit, guſtauerat inter
Vagitus, de farre molæ ſaxa illita ceris
Viderat, vnguentoque Lares humeſcere nigros.
Formatum Fortunæ habitum cum diuite cornu,
Sacratumque domi lapidem conſiſtere paruus
Spectarat, matremque illic pallere precantem.
A *Mox humeris poſitus nutricis, triuit & ipſe*
Impreſſis ſilicem labris, puerilia vota
Fudit, opeſque ſibi cæca de rupe popoſcit,
Perſuaſumque habuit, quid quis velit inde petendum.
Non qui oculos, animumque leuans rationis ad arcem
Rettulit; inſulſum tenuit ſed credulus vſum,
Priuatos celebrans agnorum ſanguine Diuos,
Iamque domo egrediens, vt publica feſta, dieſque,
B *Et ludos ſtupuit, celſa & Capitolia vidit,*
Laurigeroſque Deûm templis aſtare Miniſtros.
Ac Sacram reſonare viam mugitibus antè.

DE SIMVLACRO ROMÆ.

EPIGRAM. X.

DELVBRVM *Romæ, colitur nam ſanguine & ipſa*
C *More Deæ, nomenque loci ceu Numen habetur,*
Atque Vrbis, Veneriſque pari ſe culmine tollunt
Templa, ſimul geminis adolentur thura Deabus.
Vera ratus quæcumque * *Senatu autore probentur.*
* ſtant autore ſenatu.
Contulit ad ſimulacra fidem, domitoſque putauit
Aetheris, horrifico qui ſtant ex ordine vultu.
Illic Alcides, ſpoliatis Gadibus hoſpes
Hercules, Caſtor & Pollux.
Arcadiæ fuluo ære riget, Gemini quoque fratres
Corrupta de matre nothi, Ladeia proles,
Nocturnique equites, celſæ duo numina Romæ
D *Impendens* * *retinente ſolo, magnique triumphi*
* retinetq;
Nuntia, ſuffuſo figunt veſtigia plumbo.
Aſſiſtunt etiam priſcorum inſignia Regum,
Dux Italus, Ianuſque bifrons, genitorque Sabinus,
Saturnuſque ſenex, maculoſo & corpore Picus,
Coniugis epotum ſparſus per membra venenum.
Ianus bifrons.
Omnibus ante pedes poſita eſt ſua cuique vetuſta
Arula, Iano etiam celebri de menſe litatur
Auſpicijs, epuliſque ſacris, quas inueterato
Heu miſeri ſub honore agitant, & gaudia ducum
Feſta Calendarum, ſic obſeruatio creuit,
Ex atauis quondam malè cœpta, deinde ſequutis
E *Tradita temporibus, ſeriſque Nepotibus aucta,*
Traxerunt longam corda inconſulta catenam,
Moſque tenebroſa vitioſa in ſecula fluxit.

DE SIMVLACRO AVGVSTI.

EPIGRAM. XI.

HVNC *morem Veterum docili iam ætate ſequuta*
F *Poſteritas, menſe, atque adytis, & flamine, & aris*
Auguſtum coluit, vitulo placauit, & agno.
Strata ad puluinar iacuit, reſponſa popoſcit,
Teſtantur tituli, produnt conſulta Senatus,
Cæſareum Iouis ad ſpeciem ſtatuentia templum.

A

DE SIMVLACRO Liuiæ Auguſtæ.

EPIGRAM. XII.

ADIECERE ſacrum fieret quo Liuia Iuno, Infamis vt Iuno.
Non minus infamis thalami ſortita cubile,
Quàm quum fraterno caluit Saturnia lecto:
Nondum maternam partu vacuauerat aluum,
Conceptamque viri ſobolem paritura gerebat
Pronuba, tam grauidæ fulcrum geniale paratur,
Iam ſponſus, ſaliente vtero nubentis, amicos
Aduocat, haud ſterilem certus fore iam ſibi pactam,
Vitricus antè venit tardum præferuidus ortum
Priuigni nondum geniti, mox editum inter
Feſcennina, nouo proles aliena marito,
Idque Deûm ſortes: & Apollinis antra dederunt
Conſilium, nunquam melius nam credere tedas
Reſponſum eſt, quam cum prægnans noua nupta iugatur.
Hanc tibi Roma Deam titulis, & honore ſacratam,
Perpetuo Floras inter, Vereneſque creaſti,
Nec mirum, quis enim ſapiens dubitauerat illas
Mortali de ſtirpe ſatas vixiſſe, & eaſdem
Laude venuſtatis claras, in amoribus vſque
Ad famæ excidium formæ nituiſſe decore?

DE CVLTV HADRIANI & Catamiti eius.

EPIGRAM. XIII.

QVID loquar Antinoum cæleſti ſede locatum?
Illum delitias nunc diui Principis, illum
Purpureo in gremio ſpoliatum ſorte virili? Ganymedes Cinædus.
Adrianique Dei Gauymedem, non cyathos dis
Porgere, ſed medio recubantem cum Ioue fulcro,
Nectaris Ambroſij ſacrum portare Lyæum,
Cumque ſuo in templis vota exaudire marito.
Ergo his auſpicibus, Traianus, Nerua, Seuerus,
Et Titus, & fortes geſſerunt bella Nerones:
Quos terrena viros illuſtres gloria fecit,
Et virtus fragilis prouexit in ardua fama
Adſcitæ terris, ſub religione tacentes.
Quàm pudet hoc illis perſnaſum, talibus vt ſe,
Romanaſque acies conſerent Martis amore
Poſſe regi, dum ſe Paphiæ malè blandus adulter
Venditat, Aeneadaſque ſuos ſucceſſibus auget
Felices, ſi cuncta Deo ſua proſpera Chriſto
Principe diſpoſita ſciſſent: qui currere regna
Certis ducta modis, Romanorumque triumphos
Creſcere, & impletis voluit ſe infundere ſeclis.
Sed caligantes animas, & luce carentes,
In Iouis, Auguſtique adytis, templiſque duarum
Iunonum, Martiſque etiam, Veneriſque ſacellis
Mactatas, tetro lethi immerſere baratro,
Supremum regimen, craſſis in partibus orbis
Eſſe rati, merſoque poli conſiſtere fundo.

DE CVLTV ELEMENTORVM SVB SPECIE QVORVNDAM NON Deorum, ſed Dæmonum.

EPIGRAM. XIV.

QVICQVID humus,* pelagus, cælum mirabile gignunt *quicquid pelagus mira.
B Id duxere Deos, colles, freta, flumina, flammas,
Hæc ſibi per varias formata elementa figuras
Conſtituere patres, hominumque vocabula mutis
Scripſerunt ſtatuis, vel Neptunum vocitantes
Oceanum, vel Cyaneas caua flumina Nymphas,
Vel ſyluas Dryadas, vel deuia rura Napæas.
Ipſe ignis, noſtrum factus qui ſeruit ad vſum,
Vulcanus perhibetur,* qui virtute ſuperna *& in.
Fingitur, ac delubra Deus, & nomine, & ore
Aſſimilatus habet, necnon regnare caminis
C Fertur, & Aeoliæ ſummus faber eſſe, vel Aetnæ.

DE CVLTVRA SOLIS, quem credunt Apollinem.

EPIGRAM. XV.

EST qui conſpicuis ſuperos quæſiuit in aſtris,
Auſus habere Deum Solem, cui tramite certo
Conditio impoſita eſt, vigilem tolerare laborem,
D Viſibus obiectum mortalibus, orbe rotundo
Præcipitem, teretique globo per inane volantem,
Et quod nemo negat, mundo cæloque minorem. Mundus maior Sole.
Area maior enim, quàm qui percurrit in illa,
Et longè campi ſpatium diffuſius, in quo
Emicat, ac volucri feruens rota voluitur axe.
Quamuis nonnullis placeat, terram breuiorem
Dicere circuitu, quàm ſit pulcherrimus ille Terra minor Sole.
Circulus, & flammas immenſi ſyderis, vltra
Telluris normam, porrecto extendere gyro
Numne etiam cæli minor, & contractior orbis:
E Cuius planiciem longo tranſmittere tractu
Circinus excurrens meta interiore laborat? Quis Deus.
Ille Deus verus, quo non eſt grandior vlla
Materies, qui fine caret, qui præſidet omni
Naturæ, qui cuncta ſimul concludit, & implet.
Solem certa tenet regio, plaga certa coërcet,
Temporibus variis diſtinguitur, aut ſubit ortu, Non eſt ſol.
Aut ruit occaſu, latet aut ſub nocte recurrens,
Non torquere facem potis eſt ad ſigna Trionum,
Orbe nec obliquo portas Aquilonis adire,
F Nec ſolitum conuerſus iter reuocare retrorſum. Maior homi-
Hic erit ergo Deus præſcriptis lege ſub vna nis quã
Deditus officiis? Libertas laxior ipſi Solis libertas.
Conceſſa eſt homini, formam cui flectere vitæ,
Atque voluntatis licitum eſt, ſeu tramite dextro
Scandere, ſeu læuo malit decurrere campo,
Sumere ſeu requiem, ſeu continuare laborem,
Seu parere Deo, ſiue in contraria verti.
Iſta miniſtranti regimen ſolenne dierum,
Haudquaquam Soli datur à factore poteſtas:

Sed

Sed famulus ſubiectus agit quodcunque neceſſe eſt.
Hoc ſydus, currum, rapidaſque agitare quadrigas
Solis curſus. *Commenti, & radios capitis, & verbera dextræ.*
Et frenos, phaleraſque, & equorum pectora anhela
Æris inaurati, vel marmoris, aut oricalchi
Iuſſerunt nitido fulgere polita metallo
Poſt trabeas, & eburnam Aquilam, ſellamq; curulẽ,
Cernuaque ora ſenex barbatus, & oſcula figit
Cruribus æripedum, ſi fas eſt credere, equorum,
Immotaſque rotas, & flecti neſcia lora,
Aut ornat redimita roſis, aut thure vaporat.

DE CVLTV LVNÆ, quam & Dianam credunt.

EPIGRAM. XVI.

HOc tamen vtcunque eſt tolerabile, quicquid & iſtos
Dant tibi Roma Deos, inferni gurgitis Vmbræ?
Proſerpina *Eumenidum domina Stygio caput exerit antro,*
Rapta ad Tartarei thalamum Proſerpina Regis.
Et ſi quando ſuos di, natur adire Quirites,
Placatur vaccæ ſterilis ceruice reſecta,
Et regnare ſimul cœloque, Ereboque putatur.
Nunc bigas frenare boues, nunc ſæua Sororum
Agmina, vipereo ſuperis immittere flagro.
Nunc etiam volucres caprearum in terga ſagittas
Spargere, terque ſuas eadem variare figuras.
Eadem triplex. *Deniq; quum Luna eſt, ſubluſtri ſplendet amictu:*
Quum ſuccincta iacit calamos, Latonia virgo eſt:
Quum ſubnixa ſedet ſolio Plutonia coniunx,
Imperitat Furiis, & dictat iura Megeræ.
Si verum quæris, Triuiæ ſub nomine Dæmon
Dæmõ ſub illis colitur. *Tartareus colitur, qui te modò raptat ad æthram,*
Sidereoque Deum venerandum ſuadet in aſtro.
Per ſyluas modò mortiferi diſcurrere mundi,
Erroreſque ſequi ſubigit, nemorumque putare
Eſſe Deam, quæ corda Hominum pauitantia figat,
Quæque feras perimat lethali vulnere mentes,
Depreſſos modò ſubter humum formidine ſenſus
Obruit, implorent vt Numina lucis egena,
Seque poteſtati committant noctis opertæ.

IN SPECTACVLIS Dæmonum quos ſunt venerati.

EPIGRAM. XVII.

REſpice terrifici ſcelerata ſacraria Ditis,
Cui cadit infauſta fuſus gladiator arena.
Heu malè luſtratæ Phlegetontia victima Romæ.
Nam quid veſani ſibi vult ars impia ludi?
Quid mortes iuuenũ? quid ſanguine paſta voluptas?
Quid puluis caueæ ſemper funebris? & illa
Cædes ſiue ſtaculorũ. *Amphitheatralis ſpectacula triſtia pompæ?*
Dæmonũ ſacrificia. *Nempe Charon, iugulis miſerorum ſe duce dignas*
Accipit inferias, placatus crimine ſacro.
Hæ ſunt deliciæ Iouis infernalis, in iſtis
Arbiter obſcuri placidus requieſcit Auerni.

A *Nonne pudet Regem, populis, ſceptriſque potentem*
Talia pro patria cenſere litanda ſaluti?
Religionis opem ſubternis poſcere ab antris?
Euocat heu pœnis tenebroſa ex ſede miniſtrum
Interitus, ſpecioſa hominum cui funera ſoluat.
Incaſſum arguero iam Taurica ſacra ſolennes:
Funditur humanis latialis in munere ſanguis,
Confeſſúſque ille ſpectantum ſoluit ad aram
Plutonis fera vota ſui: quid ſanctius ara,
Quæ bibit egeſtum per myſtica tela cruorem?
B *Anne fides dubia eſt tibi, ſub caligine cæca*
Eſſe Deum, quem tu tacitis timeris in Vmbris?
Ecce Deos Manes cur inficiaris haberi?
Ipſa Patrũ monumenta probant, diis Manibus illic
Marmora ſecta lego, quæcunque Latina vetuſtas
Cuſtodit cineres, denſiſque ſalaria buſtis.

ROMAM ALLOQVITVR.

EPIGRAM. XVIII.

C

DIc quibus hũc ſcribis titulũ? niſi quæ trucis orci Proſopopœa.
Imperium, veræ ceu maieſtatis adoras?
En quibus implicita ſqualebat Regia ſummi
Imperij, tractis Maiorum ab origine ſacris.
Quum princeps geminis victor cæde Tyranni
Pulcra triumphali reſpexit mœnia vultu,
Nubibus obſeſſam nigrantibus aſpicit vrbem,
Noctis obumbratæ caligine, turbidus aër
Arcebat liquidum ſeptena ex arce ſerenum.
Ingemuit miſerans, & ſic ait, exue triſtes
D *Fida parens habitus, equidem prædiuite cultu*
Illuſtrata cluis, ſpoliiſque inſigne ſuperbis
Attollis caput, & multo circumfluis auro,
Sed nebulis propter volitantibus, obſitus alti
Verticis horret apex, ipſas quoque liuida gemmas
Lux hebetat, ſpiſſuſque dies, & fumus oborta
Suffuſus, rutilum frontis diadema retundit.
Obſcuras video tibi circumferrier vmbras,
Cæruleaſque animas, & nigra Idola volare.
Cenſeo ſublimem tollas ſuper aëra vultum,
Sub pedibuſque tuis nimboſa elementa relinquas. Homo dominus omnium.
E *Omne quod ex mundo eſt, tibi ſubiacet, hoc Deus ipſe*
Conſtituit, cuius nutu dominaris, & orbi Pſal. 8. 7.
Imperitas, & cuncta potens mortalia calcas. Anth. 1. Polit. Plato in Timæo.
Non decet, vt ſubmiſſa oculos Regina caducum
Contemplere ſolum, maieſtatemque requiras,
Circa humiles rerum partes, quibus ipſa ſuperſtas,
Non patiar, veteres teneas vt me duce nugas,
Vt carioſorum venereris monſtra Deorum. Idola cariosa.
Si lapis eſt, ſenio diſſoluitur, aut crepat ictu
F *Percuſſus tenui: mollis ſi bractea gypſum*
Texeris, infido rareſcit glutine ſenſim.
Si formam ſtatuæ laminis commiſit ahenis
*Lima terens, aut in partem caua membra * grauata* * cauato.
Pondere curuantur, ſcabra aut ærugo peresſam
Conficit effigiem, crebroque foramine rumpit.
Nec tibi terra Deus, cœli nec ſit Deus aſtrum. Nihil eſt quod videtur ſuſe Deus.
Nec Deus Oceanus, nec vis quæ ſubter operta eſt,
Infernis triſte ob meritum damnata tenebris:

Sed nec virtutes hominum Deus, aut animarum,
Spiritumve, vagæ tenui ſub imagine formæ.
Abſit vt vmbra Deus tibi ſit, geniuſve, locuſve,
Aut Deus aërias volitans phantaſma per auras:
Sint hæc Barbaricis gentilia Numina pagis,
Quos penes omne ſacrũ eſt, quicquid formido tremẽdũ
Suaſerit, horrificos quos prodigialia cogunt
Credere monſtra Deos, ſanguinolentus edendi
Mos iuuat, vt pinguis luco lanietur in alto
Victima, viſceribus multa inter vina vorandus.
At te, quæ domitis Leges, ac iura dediſti
Gentibus, inſtituens magnus qua tenditur orbis,
Armorum, morumque feros manſueſcere ritus,
Indignum ac miſerum eſt, in relligione tenenda
Romanorum potentiæ.
Id ſapere, immanet populi de more ferino
Quod ſapiunt, nullaque rudes ratione ſequuntur.
Seu vos procinctus maneat, ſeu pace quietas
Dictemus Leges, ſeu debellata duorum
Colla Tyrannorum media calcemus in vrbe,
Agnoſcas Regina libens mea ſigna neceſſe eſt,
In quibus effigies Crucis, aut gemmata refulget,
Aut longis ſolido ex auro præfertur in haſtis.

DE POTENTIA CRVCIS

EPIGRAM. XIX.

In hoc ſigno vicit
HOc ſigno, inuictus tranſmiſſis Alpibus vltor
Seruitium ſoluit miſerabile Conſtantinus.
Quom te peſtifera premeret Maxentius aula,
Lugebas longo damnatos carcere centum,
Vt ſeis ipſa, Patres, aut ſponſus fœdera pactæ
Intercepta gemens, diroque ſatellite rapta,
Immerſus tenebris, dura inter vincla luebat.
Aut ſi nupta thorum regis conſcendere iuſſa,
Cœperat impurum Domini oblectare furorem,
Morte maritalis dabat indignatio pœnas.
Plena puellarum, patrumque ergaſtula ſæui
Principis, abducta genitor ſi virgine muſans
Triſtius ingemuit, non ille impunè dolorem
* connexa æruinis.
Prodidit, aut confeſſa nimis ſuſpiria traxit,*
Vim libertatis nimiæ, patriumque dolorem
Teſtis Chriſticolæ ducis aduentantis ad vrbem
Moluius, exceptum Tyberina in ſtagna tyrannum
Præcipitans, quanam victricia viderit arma
Maieſtate regi, quod ſignum dextera vindex
Prætulerit, quali radiarint ſtemmate pila.*
* quæ tali Signum crucis in Labaro.
Chriſtus purpureum gemmanti textus in auro
Signabat Labarum, clypeorum inſignia Chriſtus
Scripſerat, ardebat ſummis Crux addita criſtis.
Ipſe Senatorum meminit clariſſimus Ordo,
Qui tunc concreto proceſſit crine, catenis
Squalens carcereis, aut nexus compede vaſta,
Complexuſque pedes victoris, ad inclyta flendo
Procubuit vexilla iacens. Tunc ille ſenatus
Militiæ vltricis titulum, Chriſtique verendum
Nomen adorauit, quod collucebat in armis.
Roma caput orbis
Ergo caue, egregium caput orbis, inania poſt hæc
Prodigia, eſſe Deos ſolito tibi figere, cultu
Atque experta Dei virtutem ſpernere veri.
Deponas iam feſta velim puerilia ritus

A *Ridiculos, tantoque indigna ſacraria regno.*
Marmora tabenti reſpergine tincta lauate,
O proceres, liceat ſtatuas conſiſtere puras
Artificũ magnorum opera, hæc pulcherrima noſtra
Ornamenta cluant patria, nec decolor vſus
In vitium verſæ monimenta coinquinet artis.
Talibus edictis vrbs informata refugit
Errores veteres, & turbida ab ore vieto
Nubila diſcuſſit, iam nobilitate parata
Aeternas tentare vias, Chriſtumque vocantem
Magnanimo ductore ſequi, & ſpem mittere in æuũ.
Ad Chriſti fidem conuerſa.
B *Tunc primum ſenio docilis, ſua ſecula Roma*
Erubuit, pudet exacti iam temporis, odit
Præteritos fœdis cum Relligionibus annos.
Mox vbi contiguos foſſis muralibus agros
Sanguine Iuſtorum innocuo maduiſſe recordans,
Inuidioſa videt tumulorum millia circum
Triſtis iudicij mage pœnitet, ac ditionis
Effrenis, nimiaque ſacris pro turpibus iræ,
Compenſare cupit teterrima vulnera læſa
Iuſtitiæ, ſero obſequio, veniaque petenda,
Nec tanto imperio maneat pietate repulſa
C *Crimen ſæuitiæ monſtrata piacula quæris,*
Inque fidem Chriſti pleno transfertur amore,
Laurea victoris Marij minus vtilis vrbi,
Quũ traheret Numidã populo plaudente Iugurthã.
Cicero in Catilinam
Nec tantùm Arpinas conſul tibi Roma medela
Conſulit extincto iuſta inter vincla Cethego,
Quantum præcipuus noſtro ſub tempore Princeps
*Proſpexit
** Præſcripſit, tribuitque boni: multos Catilinas*
Ille domo pepulit, non ſæua incendia tectis,
Aut ſicas Patribus, ſed Tartara nigra animabus,
Internoque Hominum ſtatui tormenta parantes.
Errabant hoſtes per templa, per atria paſſim,
D *Romanumque forum, & Capitolia celſa tenebant,*
Qui coniuratas ipſa ad vitalia plebis
Moliti inſidias, intus ſerpente veneno
Conſuerant, tacitis peſtem miſcere medullis.
Ergo triumphator latitante ex hoſte togatus,
Clara trophæa refert ſine ſanguine, remque Quirini
Adſueſcit ſupero pollere in ſecula regno.
Romanum imperium perpetuum. 1. Æn. 278
Denique nec metas ſtatuit, nec tempora ponit,
Imperium ſine fine docet, ne Romula virtus
Iam ſit anus, norit ne gloria parta ſenectam.

E

ROMANORVM SENATVM conuerſum ad Chriſtum.

EPIGRAM. XX.

EXultare Patres videas, pulcherrima Mundi
Lumina, conciliumque ſenum geſtire Catonum
Candidiore toga, niueum pietatis amictum
F *Sumere, & exuuias deponere pontificales.*
Iamque ruit, paucis Tarpeia in rupe relictis
Ad ſyncera virûm penetralia Nazareorum,
Atque ad Apoſtolicos Euandria curia fontes,
* Aeneæ
** Æneadum ſoboles, & pignora clara proborum.*
Fertur enim ante alios generoſus Anitius, vrbis
Illuſtraſſe caput, ſic ſe Roma inclyta iactat.
Quin & Olibrii generiſque, & nominis hæres,

Adiectis faſtis, palmata inſignis ab aula
Martyris ante fores, Bruti ſubmittere faſces,
Ambit & Auſoniam Chriſto inclinare ſecurim.
Non Paulinorum, non Baſſorum dubitauit
Prompta fides dare ſe Chriſto, ſtirpemque ſuperbam
Gentis patriciæ venturo attollere ſeclo.
Iam quid Plebicolas percurrā carmine, Gracchos
Iure poteſtatis fultos, & in arce Senatus
* repelli Præcipuos, ſimulacra Deûm iuſſiſſe * reuelli?
Cumque ſuis pariter lictoribus omnipotenti
Suppliciter Chriſto ſe conſecraſſe regendos?
Sexcentas numerare domos de ſanguine priſco
Nobilium licet, ad Chriſti ſignacula verſas,
Turpis ab Idoli vaſto emerſiſſe profundo,
Si perſona aliqua eſt, aut ſi ſtatus vrbis, in his eſt:
Si formam patriæ facit excellentior ordo,
Hi faciunt, iuncta eſt quoties ſententia plebis,
Atque vnum ſapiunt plures, ſimul ac potiores.
Reſpice ad illuſtrem, lux eſt vbi publica, cellam,
Vix pauca inuenies gentilibus obſita nugis
Ingenia, obſtrictos ægrè retinentia cultus,
Et quibus exactas placeat ſeruare tenebras,
Splendentémque die medio non cernere Solem.

PLEBEM ROMANAM IN Chriſtum crediđiſſe.

EPIGRAM. XXI.

POSTHINC ad populum conuerte oculos, * quis in vrbe eſt,
* quota pars eſt * Quæ * Qui Iouis infectam ſanie non deſpuat aram?
Omnis qui celſa ſcandit cœnacula vulgus,
Quique terit ſilicem variis diſcurſibus atram,
Et quem panis alit gradibus diſpenſus ab altis,
Aut Vaticano tumulum ſub monte frequentat,
Quo cinis ille latet genitoris amabilis obſes,
Cœtibus aut magnis Lateranas currit ad ædes,
Vnde ſacrum referat regali chriſmate ſignum.
Et dubitamus adhuc Romam tibi Chriſte dicatam
In leges tranſiſſe tuas? omnique volentem
Cum populo & ſummis cum ciuibus, ardua magni
Iam ſuper aſtra poli, terrenum extendere regnum?
Nec moueor, quod pars hominum rariſſima, clauſos
Non aperit ſub luce oculos, & greſſibus errat.
Quamlibet illuſtres meritis, & ſanguine clari,
Præmia virtutum titulis, & honoribus aucti
Ardua retulerint, faſtorum arce potiti
Annales proprio ſignarint nomine chartas,
Atque inter veteres cera numerentur & ære.
Attamen in paucis iam deficiente caterua,
Nec perſona ſita eſt Patriæ, nec Curia conſtet,
Et quodcunque fouet ſtudij priuata voluntas,
Ac iam rara tenet, ſed publica vota reclamant,
Diſſenſu celebri trepidum damnantia murmur,
Sic conſulta Patrum ſubſiſtere conſcriptorum,
Non aliter licitum priſco ſub tempore, quàm ſi
Tercentum ſenſiſſe ſenes legerentur in vnum,
Seruemus Leges patrias, infirma minoris
Vox cedat numeri, paruaque in parte ſileſcat.

A

APOSTROPHE AD SYMMACHVM.

EPIGRAM. XXII.

ASPICE quàm pleno ſubſellia noſtra Senatu
Decernant infame Iouis puluinar, & omne
Idolum, longè purgata ex vrbe fugandum.
Quà vocat egregij ſententia Principis, illuc
Libera tum pedibus, tum corde frequentia tranſit.
B Nec locus inuidiæ eſt, nullum vis aſpera terret,
Ante oculos ſic velle patet, cunctique probatum
Non iuſſum, ſola capti ratione ſequuntur.
Denique pro meritis terreſtribus æqua rependens
Munera ſacricolis, ſummos impertit honores
Dux bonus, & certare ſinit cum laude ſuorum,
Nec pago implicitos per debita culmina Mundi
Ire viros prohibet, quoniam cæleſtia nunquam
Terrenis ſolitum per iter gradientibus obſtant.
Ipſe Magiſtratum tibi conſulis, ipſe tribunal
Contulit, auratumque togæ donauit amictum;
C Cuius Religio tibi diſplicet ô pereuntum
Adſertor Diuûm, ſolus qui reſtituendos
Vulcani, Martiſque dolos, Venerìſque perores,
Saturnique ſenis lapides, Phœbique furores,
Iliacæ matris Megaleſia, Bacchica Niſi,
Iſidis amiſſum ſemper plangentis Oſirim,
Mimica, ridendaque ſuis ſolemnia caluit;
Et quaſcunque ſolent Capitolia claudere larvas.
O linguam miro verborum fonte fluentem,
Romani decus eloquij, cui cedat & ipſe
Tullius, has fundit dites facundia gemmas. Symmachus eloquentia abutitur.
Os dignum æterno tinctum quod fulgeat auro,
D Si mallet laudare Deum, cui ſordida monſtra
Prætulit, & liquidam temerauit crimine vocem.
Haud aliter, quàm ſi raſtris quis tentet eburnis
Cœnoſum verſare ſolum, limóque madentes
Excolere aureolis ſi fortè ligonibus vlnas:
Splendorem dentis nitidi ſcrobis inquinat atra,
Et pretioſa acies, ſqualenti ſordet in ara.
Non vereor, ne me nimium confidere quiſquam
Arguat, ingeniique putet luctamen inire.
Sum memor ipſe mei, & ſatis mea friuola noui,
Non auſim conferre pedem, nec ſpicula tantæ
E Indocilis fandi coniecta laceſſere linguæ.
Illæſus maneat liber, excellenſque volumen Prudentij modeſtia.
Obtineat, partam dicendi fulmine famam:
Sed liceat tectum ſeruare à vulnere pectus,
Oppoſitaque volans iaculum depellere parma.
Nam ſi noſtra fides, ſeclo iam tuta quieto,
Viribus infeſtis, hoſtilique arte petita eſt,
Cur mihi fas non ſit, lateris ſinuamine flexi
Ludere ventoſas iactu pereunte ſagittas?
Sed iam tempus, iter longi cohibere libelli,
F Ne tractum ſine fine ferat faſtidia carmen.

AVRELII PRVDENTII
V. C. IN POSTERIOREM CONTRA SYMMACHVM, LIBRVM.

PRÆFATIO.

Carmen Glyconium, conſtans Spondæo, Choriambo, & Pyrrhichio, ſeu Iambo, hoc modo:

SIMON, *quem vocitant Petrum,*
Summus diſcipulus Dei,
Lucis forte ſub exitu,
Quem veſper croceus rubet,
Curuam vulſerat anchoram:
Captans flamina linteis.
Et tranſnare volens fretum,
Nox ventum mouet obuium,
Fundo qui mare miſceat,
Iactatam quatiat ratem.
Clamor nauticus æthera
Plangens, atque vlulans ferit,
Cum ſtridore rudentium,
Nec quicquam ſuberat ſpei,
Mergendis propè naufragis,
Quum Chriſtum procul aſpicit
Pallens turba periculis,
Calcantem pedibus mare,
Ac ſi per ſolidam viam,
Siccum littus obambulet.
Hæc miracula cæteri
Vectores pauidi ſtupent.
Solus non trepidus Petrus
Agnoſcit Dominum poli,
Terræque, & maris inuij,
Petrus ſuper vadas incedit. *Cuius omnipotentiæ eſt*
Plantis æquora ſubdere.
Matt. 14. 29. *Tendit ſuppliciter manus,*
Notum ſubſidium rogat.
Aſt ille placidè annuens,
Puppi vt deſiliat iubet,
Iuſſis obſequitur Petrus:
Sed veſtigia fluctibus
Summis tingere cœperat,
Et lapſante gradu pedes
Peſſum, mergere lubricos.
Mortalem Deus increpat,
Qui ſit non ſtabili fide,
Nec calcare fluentia,
Nec Chriſtum valeat ſequi
Tum dextra famulum leuat,
Siſtitque, & docet ingredi
Tergum per tumidum freti.
Sic me tuta ſilentia
Egreſſum dubiis loquax
Antapodoſis. *Infert lingua periculis.*
Non vt diſcipulum Petrum
A *Fidentem & merito, & fide,*
Sed quem culpa frequens, leuem
Voluat per freta naufragum.
Sum planè temerarius,
Qui noctis mihi conſcius,
Quam vitæ in tenebris ago.
Puppem credere fluctibus
Tanti non timeam viri? CumSymmacho certare timet.
Quo nunc nemo deſertior;
Exultat, fremit, intonat,
Ventiſque eloquij tumet.
Cui merſare facillimum eſt
Tractandæ indocilem ratis,
B *Ni tu Chriſte potens, manum*
Dextro numine porrigas.
Facundi oris vt impetus
Non me fluctibus obruat,
Sed ſenſim gradiens, vadis
Inſiſtam fluitantibus.

LIBER POSTERIOR.

PRVDENTIVS.

C

SECT. I.

HACTENVS *& veterum cunabula prima Deorum,*
Et cauſas, quibus error hebes conflatus in orbe eſt,
Diximus, & noſtro Romam iam credere Chriſto.
Nunc obiecta legam, nunc dictis dicta refellam.
Vnde igitur cœpiſſe ferunt, aut ex quibus orſum,
Quo mage ſancta ducum corda illice flecteret arte.

D

SYMMACHVS.

IN RELATIONE.

QVIS familiaris eſt Barbaris, vt aram Victoriæ non requirat? Cauti in poſterũ ſumus, & talium rerũ Oſtẽta vitamus: reddatur ſaltẽ Nomini honor, qui Numini denegatus eſt: multa Victoriç debet *æternitas veſtra, & adhuc plura debebit. Auerſẽtur hãc poteſtatẽ, quibus nihil, * dignit

by Google

profuit. Vos amicum triumphis patrocinium, nolite deſerere. Cunctis potẽtia iſta votiua eſt. Nemo colendã neget, quã profitetur optandã.

PRVDENTIVS.

Sect. II.

ARMORVM Dominus, venerãtes flore iuuentæ
Inter caſtra patris genitos, ſub imagine aurta
* calentes
Eductos, exempla domi congeſta * tenentes,
Orator catus inſtigat, ceu claſſica belli
Clangeret, exacuitque animos, & talia iactat:
Si vobis vel parta viri victoria cordi eſt,
Victoria dulcis.
Vel pariendi dehinc, templum Dea virgo ſacratum
Obtineat, vobis regnantibus, ecquis amicus
Hoſtibus, hanc ſanctè veſtro negat eſſe colendam
Imperio? cui ſemper adeſt, quod laudibus implet.
* legatus
Hæc vbi * dicta dedit, reddunt placidiſſima fratrũ
Ora ducum: Scimus quàm ſit Victoria dulcis
Fortibus, Auſoniæ vir facundiſſime linguæ,
Sed quibus illa modis, quo ſit ratione vocanda
Nouimus hac primùm pueros pater imbuit arte,
Hanc genitore ſuo didicit puer ipſe Magiſtro,
Non aris, non farre molæ Victoria felix
Exorata venit labor impiger, aſpera virtus,
Vis animi, excellens ardor, violentia, cura,
Hanc tribuunt, durum tractandis robur in armis.
Quæ ſi defuerint bellantibus, aurea quamuis
Marmoreo in templo rutilas Victoria pennas
* talentis
Explicet, & multis ſurgat formata * metallis,
Non aderat, verſiſue offenſa videbitur haſtis.
Quid miles proprijs diffiſus viribus, optas
Irrita fœmineæ tibimet ſolatia formæ?
Nunquam pennigeram legio ferrata puellam
Victoria vera Deus.
Vidit, anhelantum regeret quæ tela virorum.
Vincendi quæris Dominam? ſua dextera cuique eſt,
Et Deus omnipotens, non pexo crine virago,
Nec nudo ſuſpenſa pede, ſtrophioque recincta,
* fluitantes inuestita.
Nec tumidas * fluitante ſinu veſtita papillas.
* imponere.
At vos pictorum docuit manus, aſſimulatis
Iure Poëtarum Numen * componere monſtris,
Aut lapida ex veſtro ſumpſit pictura ſacello,
Quod variis imitata notis, ceraque liquenti
Duceret in faciem, ſocioque poëmatis arte
Aucta, coloratis auderet ludere fucis.
* caſſis figuris.
Sic vnum ſectantur iter, ſic * mania rerum
Somnia concipiunt & Homerus, & acer Apelles,
Et Numa, cognatumq; malum pigmenta, Camœnæ
* cõualuit.
Idola * conflauit fallendi docta poteſtas.
Hæc ſi non ita ſunt, edatur, cur ſacra vobis
Et tabulis, cerisque Poëtica fabula præſtet,
* pulchrũ poëſis caſtrauerit Atys?
Cur Berecynthiacus perdit truncata ſacerdos
Inguina, quum * pulcher ſeſe caſtrauerit Atys?
Cur etiam templo Triuiæ, lucisque ſacratis
* Muſa
Cornipedes arcentur, equis quum * Phædra pudicum
Raptarit iuuenem volucri per littora curru?
Idque etiam paries tibi verſicoloribus adumbret?
Deſine ſi pudor eſt, Gentilis ineptia, tandem
Res incorporeas ſimulatis fingere membris.
Deſine, terga hominis plumis obducere fruſtra.

A Fertur anis mulier, magnuſque eadem Dea vultur.
Vis decorare tuum ditiſſima Roma Senatum?
Suſpende exuuias, armis & ſanguine captas:
Cogere cæſorum victrix diademata regum.
Frange repulſorum fœda ornamenta Deorum.
Tunc tibi non terris tantum Victoria parta,
Sed ſuper aſtra etiam media ſeruabitur æde.
Mos veterum.
Talia Principibus dicta interſantibus, ille
Proſequitur, magniſque tubam concentibus inflat,
Allegat morem veterum, nil dulcius eſſe
B Adfirmat ſelitis, populoſque hominesque teneri
Lege ſua: Sicut variæ naſcentibus, inquit,
Contingunt pueris animæ, ſic vrbibus adfert
Hora, dieſque ſuum, quum primùm mœnia ſurgunt,
Aut Fatum, aut Genium, cuius moderamine regnẽt.
Addit & arcanum rerum, verique latebras
Proſperitate aliqua deprendi poſſe, ſecundi
Per documenta boni, ſi ſint felicia, quæ quis
Experiendo probet, ceſſiſſe parentibus omne
Idolium ſemper feliciter, & pede dextro
Enumerat longæuum temporis, excitat ipſam
C Crinibus albentem niuem, & fronte vietam
Ore repoſcentem querulo ſua numina Romam.
Liberæ ſum, liceat proprio mihi viuere more.
Et quis erit, qui mille meos reprehenderit annos?
Vno omnes ſub ſole ſiti, vegetamur eodem
Aëre, communis cunctis viuentibus aura.
Deus qui, & qualis.
Sed qui ſit, qualiſque Deus, diuerſa ſequuti
Quærimus, atque viis longè diſtantibus, vnum
Imus ad occultum, proprius Genti cuique eſt mos,
Per quod iter properans, eat ad tã grande profundũ
His tam magnificis, tantaque fluentibus arte,
D Reſpondit vel ſola Fides doctiſſima primum
Pandere veſtibulum veræ ad penetralia ſectæ.
Nam quum diuinis agimus de rebus, & illum
Qui vel principio caruit, vel fine carebit.
Quique Chao anterior fuerit, Mundùmque crearit.
Contectare animo contendimus, exigua eſt vis
Humani ingenij, tantòque anguſta labori:
Quippe minor natura, aciem ſi intendere tentet
Acrius, ac penetrare Dei ſecreta ſupremi,
Quis dubitet victo fragilem laceſſere viſu,
Vimque fatigatæ mentis ſub pectore paruo
E Turbari, inualidiſque hebetem ſuccumbere curis?
Sed facilis fidei via prouocat Omnipotentem
Credere, qui bona non tantùm præſentia donat,
Sed ventura etiam, longiſque intermina ſeclis
Promittit, nec totus eam reſolutus inane
In nihilum, pereámque breuem poſt luminis vſum
Muneris autores ipſo de munere pendas.
Æterna æternus tribuit, mortalia confert
Mortalis, diuina Deus, peritura caducus.
De is nunquam d. ſi. ſit.
F Omnia quæ tẽpus peragit quæque exitus aufert,
Vilia ſunt breuitate ſui, nec digna perenni
Largitore, cui propria eſt opulentia, nunquam
Deſinere, idq; homini dare, quod non deſinet vnquã.
Nam ſi corruptum, corrumpendumve Deus quid
Præſtat, habetque nihil quod ſit pretioſius iſtis,
Pauper, & infirmus, & ſummo indignus honore,
Et non omnipotens, ſed inanis numinis vmbra eſt.
Hac ratione fides ſapienter conicit, imò
Nõ dubitat verũ eſſe Deũ, quid quod ſumus, & quod

Viuimus, illæſum ſemper fore, ſi mereamur,
Nos ſperare iubet: Cæleſtia ſi placet, inquit,
Scandere, terrenas animo depellite curas
Nam quantum ſubiecta* ſitu tellus iacet infra,
* polo
Diuiditurque ab humo conuexi Regia cæli,
Tantum veſtra meis diſtant mundana futuris,
Dira bonis, ſcelerata piis, tenebroſa ſerenis.
Quicquid obire poteſt fugiatis cenſeo, quicquid
Naturæ ratione capit vitium, atque ſeneſcit,
Pro nihilo, in nihilum quia ſunt reditura putetis.
Cuncta quidē quæ gignit humus, quæ cōtinet ipſo
Principio inſtitui, nitidoque inſignia Mundo
Ornamenta dedi, ſpatioſaque ſemina finxi.
Sed tamen eſſe modum volui, parciſque fruenda
Moribus indulſi, quantum moribundus & æger
Corporis, & vitæ volucris ſibi poſceret vſus,
Non vt captus homo ſtudiis, & inaniter ardens,
Duceret omne bonum poſitum in dulcedine rerum,
Et ſpecie tenui, quas currere tempore iuſſi,
Atque æuum ſtatui, ſub quo generoſa probarem
Pectora, ne torpens, & non exercita virtus,
Robur eneruatum gereret ſine laude palæſtræ,
Eneruare ſuum corrupta per otia robur
Poſſet, & in nullo luctamine pigra iaceret.
Illecebroſus enim ſapor eſt, & peſtifer horum,
Quæ dum prætereunt, miro oblectamine mentes
Implicitas, vinctaſque tenent. Vincenda voluptas,
Elaqueanda animi conſtant, ne retinaclis
Mollibus ac lentis nexa, & captiua prematur.
* Nitendum ſummis conatibus, inter acerba
Sectandum virtutis iter, ne ſuauia fluxæ
* Luctandum.
Conditionis amet nimiùm, ne congerat aurum,
Nec varios lapidum cupidè ſpectare colores
Ambitioſa velit, ne ſe popularibus auris
Oſtentet, pulchroque inflata tumeſcat honore.
Ne natale ſolum, patrij ne iugera ruris
Tendat, & externos animum diffundat in agros,
Et ne corporeis addicat ſenſibus omne
Quod vult, aut quod agit, ne præferat vtile iuſto,
Spemque in me omnem ſtatuat, nunquam peritura
Quæ dedero* ſunt, æternum mea dona manebunt.
*longoque die mundo. na manebunt.
Hæc igitur, ſpondente Deo, quis fortis, & acer,
Virtutiſque capax breue quique perennibus in ſe
Prætulerit? vel quis ſapiens potiora putarit
Gaudia membrorum, quàm viuæ præmia mentis?
Nonne hominem ac pecudem diſtantia ſeparat vna?
Quod bona quadrupedum ante oculos ſita ſunt, ego contrà
Spero, quod extra aciem longum ſeruatur in æuum,
Nam ſi tota mihi cum corpore vita peribit,
Nec poterit ſupereſſe meum poſt funera quicquam,
Quis mihi regnator cæli? quis conditor orbis?
Quis Deus? aut quæ iam meritò metuenda poteſtas?
Ibo per impuros feruente libidine luxus,
Inceſtabo thoros, ſacrum calcabo pudorem,
Inficiabor habens aliquod ſine teſte propinqui
Depoſitum, tenues auidus ſpoliabo clientes,
omnia depravata.
Longæuam perimam magico cantamine matrem,
Tardat anus dominum dilata morte ſecundum,
Nec formido malum, falluntur publica iura:
Lex armata ſedet, ſed neſcit crimen opertum,
Aut ſi res pateat, iudex corrumpitur auro,
A Rara reos iuſta percellit pœna ſecuri.
Sed quid ego hæc meditor? reuocat Deus eſſe ſeuera
Maieſtate minax, negat interitura meorum
Per mortem monimenta operis: non occidit, inquit,
Interior qui ſpirat homo, luet ille perenne
Operum merces, vel pœna.
Supplicium, quod ſubiectos malè rexerit artus.
Nec mihi difficile eſt liquidam circundare flammis
Naturam, quamuis perflabilis illa feratur
More Noti, capiam tamen, & tormenta adhibebo,
Ipſe incorporeus, ac ſpirituum ſator vnus.
Quin & corporibus paribus conſortia pœnæ
B Decernam, poſſum quoniam renouare fauillas
Antiquam in faciem, nec deſperanda poteſtas:
Qui potuit formare nouum, reparabo peremptum.
Non deſunt exempla meæ virtutis, in ipſis
Seminibus natura docet reuireſcere cuncta
Poſt obitum, ſiccantur enim pereunte vigore
Quo vixere prius, tunc ſicca & mortua ſulcis,
Aut foueis mandata, latent & more ſepulcri
Obruta, de tumulis rediuiuo germine ſurgunt.
Nunquid noſſe potes, vel coniectare, quis iſtud
Mortuorum resurrectio.
Tam ſolers opifex ſtruat? aut quæ vis agat intus?
C * Ne vos, ô miſeri, Phyſicorum dogmata fallant,
* Ni
En ego gignendi Dominus, ac reſtituendi
Quod perit, fluxitque potens, ſicciſſima quæque
Vt Arbores.
In veteres formas, aut flore, aut fronde reduco.
Idque ipſum quandoque Homini facturus, inani
Surgat vt ex cinere, ſtructuraque priſtina conſtet,
Quæ mihi pro meritis, vel per tormenta rependat
Crimina, vel ſummæ virtutis in arce coruſcet,
Non peritura dehinc quacunque in ſorte manebit.
Interea, dum miſta viget ſubſtantia in vnum,
Sit memor* autoris proprij, veneretur, & oret
*artificis
D * Artificem ſubmiſſa ſuum. Non condidit alter
* autorem
Halantis animæ figmentum, & corporis alter,
Nec bona præſentis vitæ numeroſa gubernant
Vnus Deus cuncta producit.
Numina, non alius ſegetes, & ſpicea farra
Suppeditat Deus, haud alius dat muſta racemis,
Purpureumque graui fundit de palmite ſuccum.
Ipſe ego ſum, virides oleas pingueſcere baccis
Qui facio, Graia quas Pallade fingitis ortas,
Et qui Lucinas tribuo naſcentibus horas.
Duplex lege mea per mutua fœdera ſexus
E Gignere amat ſobolem, generiſq; propagine gaudet,
Quem vos laſciuis violatis amoribus ignem,
Et ſtupra veſtra Deæ Veneris prætexitis vmbra.
Vnus ego elementa rego, nec mole laboris
Aut miſer, infirmusve aliquis, fragiliſve fatigor.
Lux immenſa mihi eſt, nec morte ſolubilis ætas,
Senſibus & veſtris haud intellecta vetuſtas.
Inde miniſteriis ad tot moderamina mundi
Non egeo, nec participes, ſocioſque requiro.
Porrò autem angelicas legiones, quas mea fecit
F Dextera, noſſe meum eſt, & quæ natura creatis
Subſiſtat, qualeſque mihi ſeruentur ad vſus.
Tu me præterito, meditaris numina mille,
Quæ ſimules parere meis virtutibus, vt me
Per varias partes minuas, cui nulla recidi
Pars, aut forma poteſt, quia ſum ſubſtantia ſimplex,
Nec pars eſſe queo. Solis diuiſio rebus
Compoſitis, factis ſubeſt: me nemo creauit,

Vt ſcindi valeam, cunctorum conditor vnus.
Crede, quod ex nihilo formaui, pars mea non eſt.
Quare age mortalis, ſoli mihi conſtrue templum.
Meque vnum venerare Deum, cæmenta remitto,
Et quæ ſaxa Paros ſecat, & quæ Punica rupes,
Quæ viridis Lacedæmō habet maculoſaque Synna,
Natiuum nemo ſcopulis mihi dedicet oſtrum.
Templum mentis amo, non marmoris, aurea in illo
Fundamenta manent fidei, ſtructura niuali
Conſurgit pietate nitens, tegit ardua culmen,
Iuſtitia, interius ſpargit ſola picta rubenti
Flore pudicitiæ pudor almus, & atria ſeruat.
Hæc domus apta mihi eſt, hæc me pulcherrima ſedes
Accipit, æterno, cæleſtique hoſpite digna.
Nec nouus hic locus eſt, fluxit mea gloria in artus,
Ve lux vera Dei, Deus illuſtrauit alumnam
Materiem, corpúſque parens habitabile fecit
Ipſe ſibi placito vt poſſet requieſcere templo.
Condideram præfectum hominē, ſpectare ſuperna
Mandaram, totis conuerſum ſenſibus in me
Recto habitu, celſoque ſitu, & ſublime tuentem,
Sed deſpexit humum, ſeque inclinauit ad orbis
Diuitias, pepulitque meum de pectore numen.
Reſtituendus erat mihi tunc, ſubmiſſus in illum
Spiritus ipſe meus deſcendit, & edita limo
Viſcera, diuinis virtutibus infirmauit.
Iamq; hominē adſumptū ſummus Deus in deitatem
Tranſtulit ac noſtro docuit recaleſcere cultu.
Scire velim præcepta patris, quibus auribus hæc tu
Accipias, Italæ cenſor doctiſſime gentis.
An veterum tantummodò rem ratione relicta
Eligis, & dicis id patitur ſapientis acumen,
Ingeniumque viri? potior mihi priſtinus eſt mos,
Quàm via iuſtitiæ, pietas quàm prodita cælo,
Quàmque fides veri rectæ quàm regula ſectæ.

SYMMACHVS.

Suus cuique mos, * ſuus cuique ritus eſt. Iam ſi longa ætas autoritatem Religionis faciat, ſeruanda eſt tot ſeculis fides, & ſequendi ſunt nobis Parentes, qui feliciter ſequuti ſunt ſuos.

* ſuum cuique ius [illegible]

PRVDENTIVS.

Sect. III.

SI quicquid rudibus Mundi naſcentis in Annis
Mos habuit, ſanctè colere, ac ſeruare neceſſe eſt,
Omne reuoluamus ſua per veſtigia ſeclum
Vſque ad principium, placeat damnare gradatim
Quicquid poſterius ſucceſſor repperit vſus.
Orbe nouo, nulli ſubigebant arua coloni,
Quid ſibi aratra volunt? quid cura ſuperflua raſtri?
Magnis melius non ſaturatur glandibus aluus? Abſurda ſi morem antiquum ſeruemus.
Primi homines cuneis ſcindebant fiſſile lignum,
Decoquat in maſſam feruens ſtrictura ſecures
Rurſus, & ad proprium reſtillet vena metallum,
Induuias cæſa pecudes, & frigida paruas

A *Præbebat ſpelunca domos, redeamus ad antra;*
Pellibus inſutis hirtos ſumamus amictus.
Immanes quondam populi feritate ſubacta
Edomiti, iam triſte fremant, iterúmque ferinos
In mores redeant, atque ad ſua priſca recurrant.
Præcipitem Scythica inuenit pietate, vietum,
Votiuo de ponte patrem, ſic mos fuit olim,
Cædibus infantum fument Saturnia ſacra,
Flebilibuſque truces reſonent vagitibus aræ.
Ipſa caſas fragili texat gens Romula culmo;
Sic tradunt habitaſſe Remum, regalia fœno
B *Fulcra ſuperſternant, aut pelle * Libyſtidis vrſæ* * Ita Rex Aceſtes
Compoſitam clamydem villoſam corpora geſtent.
Talia Trinacrius ductor, vel Thuſcus habebat.
Roma antiqua ſibi non conſtat, verſa per æuum,
Et mutata ſacris, ornatu, legibus, armis, 5. Æn. 37. & Euander
Multa colit, quæ non coluit ſub rege Quirino: 8. Æn. 368
Inſtituit quædam melius, nonnulla refugit,
Et morem variare ſuum deſtitit, & quæ
Pridem condiderat iura, in contraria vertit.
Quid mihi tu ritus ſolitos, Romane Senator,
Obiectas? quum ſcita Patrum, Populique frequenter
C * *Inſtabilis placiti ſententia flexa nouarit?* * in tabulis
Nunc etiam quoties ſolitis decidere prodeſt,
Præteritóſque habitus cultu damnare recenti.
Gaudemus compertum aliquid, tandémq; retectum,
Quod latuit, tardis ſemper proceſſibus aucta
Creſcit vita Hominis, & longo proficit vſu. Noua placent.
Sic æui mortalis habet ſe mobilis ordo,
Sic varias natura vices, Infantia repit,
Infirmus titubat Pueri greſſúſque, animuſque:
Sanguine præcalido feruet neruoſa Iuuenta, Quinque ætates variæ.
Mox ſtabilita venit maturi roboris ætas.
Vltima conſiliis melior, ſed viribus ægra,
D *Corpore ſuccumbit, mentem purgata Senectus.*
His genus Humanum per diſſona tempora fluxit
Curriculis æuum mutabile, ſic hebes inter
Primitias, merſumque ſolo titubauit, & inſtar Pueritia. Infantia.
Quadrupedis, pueri lactantia viſcera traxit.
Mox tenerum docili ingenio, iamque artibus aptum
Noſcendis, varia rerum nouitate politum eſt. Iuuentus. Virilis.
Inde tumens vitiis, calidos adoleuit in annos,
Donec decocto ſolidaret robore vires.
Tempus adeſt, vt iam ſapiat diuina, ſerenæ
E *Mentis conſilio, viuaciùs abdita ſolers*
Quærere, & æterna tandem inuigilare ſaluti.
*Quanquam ſi * tantum ſtudiū eſt, & cura vetuſti*
Moris & à priſco places haud diſcedere ritu, Senectus.
Extat in antiquis exemplum nobile libris,
Iam tunc diluuij ſub tempore, vel prius, vni * tantus amor eſt.
Inſeruiſſe Deo gentem, quæ prima recentes
Incoluit terras, vacuóque habitauit in orbe.
Vnde genus ducit noſtra porrecta propago
Stirpis, & indigenæ pietatis iura reformat.
Sed quia Romanis loquimur de cultibus, ipſum
F *Sanguinis Hectorei populum, probo tempore longo,* Pauci primum Dei, tum innumeri.
Non multos coluiſſe Deos, rariſque ſacellis
Contentum, paucas poſuiſſe in collibus aras.
Innumeros poſt deinde Deos virtute ſubactis
Vrbibus, ex claris peperit ſibi Roma triumphis,
Inter fumantes templorum armata ruinas
Dextera victoris, ſimulacris hoſtilia cepit,

Et captiua domum venerans ceu Numina vexit.
Hoc ſignum rapuit binaris de ſtrage Corinthi,
Illud ab incenſis in prædam ſumpſit Athenis,
Quaſdam victa dedit capitis Cleopatra canini
Vnde multitudo Deorum.
Effigies? quaſdam domitis Ammonis arenis.
Syrtica cornutas facies habuere trophæa.
Roma triumphantis quoties ducis inclyta currum
Plauſibus excepit, toties altaria Diuûm
Addidit, & ſpoliis ſibimet noua Numina fecit.
Numina, quæ patriis cum mœnibus eruta, nullum
Præſidium potuere ſuis afferre ſacellis.
Cernis vt antiquis ſemper veſtigia moris
Greſſibus incertis variè titubaſſe probentur?
Aſciſcendo Deos Maioribus incompertos?
Seque peregrina ſub Religione dicaſſe?
Nec ritus ſeruaſſe ſuos? quodcunque ſacrorum eſt
Exulat, æternúmque inimicam venit in vrbem:
Mortem ant quum non ... tamen ... cludit.
Fruſtra igitur ſolitis praua obſeruatio inhæres.
Non eſt mos patrius quem diligis, improba, non eſt.
At ſolers Orator ait: fataliter vrbem
Sortitam, quoniam Genio proprium exigat æuum,
Cunctis nam populis, ſeu mœnibus inditur, inquit,
Aut fatum, aut Genius, noſtrarum more animarum,
Quæ ſub diſparili ſubeunt noua corpora ſorte.

SYMMACHVS.

Varios cuſtodes vrbibus mens diuina diſtribuit. Vt animæ, naſcentibus ita populis fatales Genij diuiduntur.

PRVDENTIVS.

SECT. IV.

IAm primùm qui ſit Genius, vel qui ſtatus illi
Competat, ignoro, & quid poſſit, & vnde oriatur
Spiritus informis, ſine corpore, formáve, an vlla
Sit ſpecies, & quid ſapiat, quæ munera curet.
Contrà, animas hominum venis vitalibus intus
Sic interfuſas intelligo, ſanguis vt ex his
Accipiat, motúmque leuem tenerúmque vaporem.
Vnde pererratis vegetet præcordia membris,
Frigida ſuccendant, riget arida, dura relaxet.
Sic hominis vitam ſibi temperat, atque gubernat
Angelus cuſt...
** Motorū.*
Viuida mens, quam tu ficto componere tentas
* Membrorum Genio, qui nullus eſt, nec fuit vnquam,
Quin & corporibus verſat mens viua regendis
Summum conſilium fida vt tutacula nudis
Inualidiſque pares, metuenda pericula vitet,
Vtile proſpiciat, varias agitetur ad artes.
** Conſu... let &*
* Conſulte cui ſe Domino ſubmittat, & orbi
Quem putet Autorem, qui rerum ſumma ſequatur.
At tuus hic vrbis Genius, diſcas volo, quando
Cœpit adhuc paruæ primùm ſe infundere Romæ.
Fluxit ab vberibus numeroſa in valle lupinis,
Romulus & Remus.
Infantémque aluit dum naſcitur ipſo gemellos?
An cùm vulneribus volitans ignota per auras
Vmbra, repentinam traxit de nube figuram?

A Culminibus ſummis ſedet, an penetralia ſeruans,
1. Æn. 277.
Inſtituit mores, & iura forenſia condit?
An caſtrorum etiam foſſis interuenit? acres
Cogit ad arma viros, lituis ciet, vrget in hoſtem?
Quæ quis non videat Sapientum digna cachinno?
Fingamus tamen eſſe aliquam, quæ talia curet,
Vmbram ſiue animam, per quam Reſpublica fatum
Hauſerit, & calidis animetur tota medullis:
Cur non hæc eadem de Religione colenda
Conſultat? cur non proſpectat libera cœlum?
B Cur ſibi præſcriptum non commutabile fatum
Vt captiua putat, geneſis cur vincula fingit?
* Cur iam nolle licet, quod tunc voluiſſe licebat,
Regibus exactis alius Reip. ſtatus.
Erroréſque abolere ſuos, ac flectere ſenſus?
Sic ſeptingentis errauit circiter annis,
Lubricaq; & ſemper dubitans, quæ forma placeret
Imperij, & quæ regnandi foret æqua poteſtas.
Regius exortam iam tunc habuit ſtatus vrbem.
Non ſine grandæuis curatum in parte locatis,
Mox Proceres de ſtirpe Senum tractaſſe videmus
C Clauum conſilij, plebeias inde cateruas
Collatas Patribus miſtim ditionibus æquis
Conſules Tribuni. Decemuiri.
Imperitaſſe diu, bellóque & pace regendis.
Conſule nobilitas viguit, plebs fiſa Tribuno eſt.
Diſplicet hic ſubitò ſtatus, & bis quina creantur
Summorum Procerum faſtigia, quos duodeni
Circunſtant faſces, ſimul & ſua quemque ſecuris.
Rurſus ſe geminis reddit ductoribus, omnis
Publica res, & Conſulibus dat condere faſtos.
Vltima ſanguineus turbauit ſecla triumuir.
Fluctibus his olim, Fatum, Geniúſve, animúſve
D Publicus errauit, tandem deprendere rectum
Doctus iter, caput Auguſtum diademate cinxit.
Appellans patrem patriæ, populi, atque Senatus
Rectorem, qui militiæ ſit ductor, & idem
Auguſtus Dictator.
Dictator, Cenſorque bonus, morúmque Magiſter,
Tutor opum, vindex ſcelerum, largitor honorum.
Quod ſi tot rerum gradibus toties variatis
Conſiliis, ægrè tandem peruenit ad illud
Quod probet, ac ſancta reuerentia publica ſeruet
Fœdere, quid dubitat diuina agnoſcere Iura,
Ignorata priùs ſibimet, tandémque retecta?
E Gratemur, iam non dubitat: nam ſubdita Chriſto
Seruit Roma Deo, cultus exoſa priores.
Romam, dico viros, quos mentem credimus vrbis
Roma Chriſtiana.
Non Genium, cuius fruſtra ſimulatur imago,
Quanquam cur Genium Romæ mihi fingitis vnum?
Quum portis, domibus, thermis, ſtabulis ſoleatis
Adſignare ſuos Genios? perque omnia membra
Vrbis, perque locos, Geniorum millia multa
Fingere ne propria vacet angulus vllus ab vmbra.
Reſtat vt & fatum ſimilis dementia cunctis
F Ædibus imponat, paries vt quiſque ſub aſtro
Fundatus, ſtratuſque ſuo, qua ſorte maneret,
Quando autem rueret, primis acceperit horis,
Adſcribunt ſaxis, Lacheſis malè fortia fila,
Tectorúmque trabes, fuſis pendêre rotatis
Credunt, atque ipſis tribuunt decrêta tigillis.
Ceu diſtet, cuius ſtellæ ſit fraxinus ortu
Eruta, quæ ſummum conſcenderet ardua culmen,
Deniq; nulla hominum res eſt, nulla actio Mundi,
Cui non fatalem memorent incumbere ſortem.

Quæ quia conſtituunt, dicant cur condita ſit lex
Lex duodecim Tabularum Bis ſex in tabulis, aut cur rubrica minetur,
Quæ prohibet peccare reos, quos ferrea fata
Cogunt ad facinus, & ineuitabile mergunt.
Quin & velle adigunt, prauum inſinuantia votum,
Ne liceat miſeris vetitum committere nolle.
Cædite, ſi pudor eſt, gladiúmque retũdite veſtrũ,
Aſpera nil meritos pœnis plectentia Iura,
Antrum carcereum diſſoluite, corpora ſub quo
Agminis innocui fato peccante tenetis.
Nemo nocens, ſi fata regunt, quod viuitur, ac ſit,
Imò nocens, quicunque volens, quod non licet, audet.
Alterutrum quia velle ſuum eſt, nec fata reatum
peramplũ Imponunt homini, ſed ſit reus ipſe ſuopte
Arbitrio, placitúque nefas, & facta rependit
Impia ſuppliciis, merito, non ſorte peremptus.
Quiſque fato putat eſſe locum, ſciat omniparentem
Eſſe Deum, nulli vetitum fatalibus aſtris,
Nec præſcripto aliquo pellit pia vota matheſis.
ſapiens dominabitur aſtris. Spirat enim maiora animus, ſeque altius effert
Syderibus, tranſitque vias, & nubila fati,
Et momenta premit pedibus, quæcunque putantur
*Fingere * Figere propoſitam natali tempore ſortem.
Huc ades omne hominum genus, huc concurrite & vrbes,
Lux immenſa vocat, factorem noſcite veſtrum,
Libera ſecta patet, nil ſunt fatalia, vel ſi
Sunt aliqua, oppoſito vaneſcunt irrita Chriſto.

SYMMACHVS.

Accedit vtilitas, quæ maximè homini Deo adſerit. Nam quum ratio omnis in operto ſit, vnde rectius quàm de memoria, atque documentis rerum ſecundatum, cognitio venit Numinum?

PRVDENTIVS.

Sect. V.

Sed multi duxère Dei per proſpera Romam,
Quos colit ob meritum magis donata triũphis.
Ergo age bellatrix, quæ vis ſubiecerit ede
Europam, Lybiámque tibi, dic nomina Diuûm:
Iuppiter vt Cretæ domineris? Pallas vt Argis,
Cynthius vt Delphis, retribuerunt omine dextro.
Cytheræa Iſis Nilicolas, Rhodios Venus alma reliquit.
Venatrix Epheſum virgo, Mars dedit Hebrum,
Deſtituit Thebas Bromius, conceſſit & ipſa
Iuno ſuos Phrygiis ſeruire nepotibus Aphros.
Et quam ſubiectis dominam Dea Gentibus eſſe
Si quæ fata ſinant, iam tum tenditque, fouétque,
Iuſſit Romuleis addictam viuere frenis.
Perfidiane Deûm indigenum cecidere tot vrbes?
Deſtructæque iacent ipſis prodentibus aræ?
O pietas, ô ſancta fides, traduxit alumnos
Maieſtas infida locos, & creditur iſtis
Numinibus, quæ transfugio meruère ſacrari?
An voluit ſeruare ſuos, inſtatáque multum
A Religio, infeſtas tentauit pellere turmas
Romanis obniſa globis? ſed fortior illam
Virtus luctifico camporum in puluere fregit?
Imò ita eſt, armis & viribus indiga veri,
Victa ſuperſtitio eſt, & inanem gloria fugit.
Sed nec difficilis fuit, aut ſatis ardua genti
Latæ ad procinctus victoria frangere inertes,
Molliaque omnigenum colla inclinare Deorum.
Nunc cùm Dictæis bellum Corybantibus aſper
Samnitis, Marſûſque leui ſudore gerebat.
B Tum* Maſtigophoris, oleóque & gymnadis arte *Matucophoris.
Vnctis pugilibus, miles pugnabat Etruſcus,
Nec petaſo inſignis poterat Lacedæmone capta
Mercurius ſeruare ſuas de clade palæſtras.
Appenninicolam peditem, Cybeleius hoſtis
Congreſſu excipiens Aſiam, defendere & Idam
Qui potuit, cogente acies in prælia Gallo?
Idalias niſi forte roſas, Laurum cytharœdi
Vatis, Syluicolæ calamos, arcúmque puellæ
Dedere ſeruitio, calcatáque ſacra domare
C Difficilis operis fuit, immenſique laboris.
Fluctibus Actiacis ſignum ſymphonia belli
Ægypto dederat, clangebat buccina contrà. *Inſtiterant
* Inſtiterant tenuis cymbæ, fragiliſque phaſeli
Inter turritas Memphitica roſtra liburnas,
Nil potuit Serapis Deus, & latrator Anubis.
Stirpis Iuleæ ductor, exercitus ardens
Præualuit, gelido quem miſerat* Alcidus axe. *alcidus axis.
Non armata Venus, non tunc clypeata Minerua
* Venère auxilio, non Diuûm degener ordo, * Venere auxilium.
Et patria extorris, Romanis adfuit armis,
D Victus & ipſe prius, inimica nec agmina iuuit,
Si tamen antiquum norat retinere dolorem.
Sed dicis legiſſe Deos, vbi ſanctior vſus
Templorum cultu celebris ſine fine maneret.
Æneadúmque vltrò victricia ſigna virorum
Regis amore Numæ nullo cogente ſecutos.
Num Diomedis item tentoria, & acris Vlyſſi
Caſtra volens Pallas cæſis cuſtodibus vltro
Legit,* vbi humenti ſuaderet mæſta ſigillo? * vt
Aut quoties ductor Macedum fortiſſimus altos
Templorum cineres victis cumulauit * Amyclis:
E Optarunt prædis Dominis ſe Numina capta * ab Indis
Miſceri, Aſſyriæque vehi Babylonis ad arcem?
Non ſero Romanum nomen, ſudatáque bella;
Et titulos tanto quæſitos ſanguine carpi.
Detrahit inuictis legionibus, & ſua Romæ
Præmia diminuit, qui quicquid fortiter actum eſt
Adſcribit Veneri, palmam victoribus aufert.
Fruſtra igitur currus ſummo miramur in arcu
Quadriuuges, ſtantéſque duces in curribus altis
F Fabricios, Curios, hinc Druſos, inde Camillos,
Sub pedibúſque ducum captiuos poplite flexo
Ad iuga depreſſos: manibuſque in terga retortis,
Et ſuſpenſa graui telorum fragmina trunco:
Si Brennum, Antiochum, Perſem, Pyrrhum, Mythridatem;
Flora, Matuta, Ceres, & Laurentina ſubegit.
Hès tamen auſpicibus ſucceſſus dextra dederunt
Omnia letificos, & felix adfuit ales. Coruinus à Coruo;
Quid ſibi vult virtus? quid gloria? ſi Coruinum
Coruus Apollineus penna, vel gutture iuuit?

Digitized by Google

Sed tamen hic coruus cur defuit exitiali
Fortè die, infauſtas tegerent quum funera Cannas?
Oppeterétque ſuper congeſta cadauera Conſul?
Cur Cremeræ in campis, cornice vel oſcine parta,
Nemo Deûm monuit perituros Marte ſiniſtro
Tercentum Fabios vix ſtirpe ſuperſtite in vna?
Noctua Palladis. Columbæ Veneris.
Nullàne triſtificis Tritonia noctua Carris
Aduolitans, præſto eſſe Deam prænuntia Craſſo
Prodidit? aut Paphiam niueæ vexère columbæ?
Cuius inauratum tremeret gens Perſica Lembum.
Sed video quæ te moueant exempla vetuſtæ
Virtutis duces domitum terraque, marique
Orbem, res lætas, & proſpera quæque retexis,
Mille triumphorum memoras ex ordine pompas,
Ductáque per medium ſpoliorum fercula Romam.
Vis dicam quæ cauſa tuos, Romane, labores
In tantùm extulerit? quis gloria fortibus aucta
* valet.
Sic cluat, impoſitis vt Mundum frenet habenis?*
Diſcordes linguis populos, & diſſona cultu
Regna volens ſociare Deus, ſubiungier vni
Imperio, quicquid tractabile moribus eſſet,
Concordique iugo retinacula mollia ferre
Conſtituit, quo corda hominum coniuncta teneret
Religionis amor, nec enim fit copula Chriſto
Digna, niſi implicitas ſociet mens vnica Gentes.
Cõcordia ſola Deus colitur.
Sola Deum nouit concordia, ſola benignum
Ritè colit tranquilla patrem, placidiſſimus illum
* S. minis.
** Fœderis humani conſenſus proſperat orbi.*
Seditione fugat, ſæuis exaſperat armis.
Munere pacis alit, retinet pietate quieta.
Omnibus in terris, quas continet occidualis
Oceanus, roſeóque Auroræ inluminat ortu,
Miſcebat Bellona furens mortalia cuncta,
Armarátque feras in vulnera mutua dextras.
Hanc frenaturus rabiem Deus, vndique gentes
Inclinare caput docuit, ſub legibus hiſdem,
Romanóſque omnes fieri, quos Rhenus, & Iſter,
Quos Tagus auriſluus, quos magnus inundat Hiberus,
Corniger Heſperidum quos interlabitur, & quos
Ganges alit, tepidique lauant ſeptem oſtia Nili.
Ius fecit commune pares, & nomine eodem
Nexuit, & domitos fraterna in vincla redegit.
Viuitur omnigenis in partibus, haud ſecus ac ſi
Ciues congenitos concludat mœnibus vnis
Chriſtianorũ vnanimitas.
Vrbs patria, atque omnes lare conciliemur auito.
Diſtantes regione plagæ, diuiſaque ponto
Littora, conueniunt nunc per vadimonia ad vnum,
Et commune forum, nunc per commercia, & artes
Ad cœtum celebrem, nunc per genialia fulcra
Extremi ad ius connubij, nam ſanguine miſto
Texitur alternis ex gentibus vna propago.
Hoc actum eſt tantis ſucceſſibus, atque triumphis
Romani imperij, Chriſto iam tunc venienti,
Crede, parata via eſt, quam dudum publica noſtræ
Pacis amicitia ſtruxit moderamine Romæ.
Nam locus eſſe Deo, quis poſſet in orbe feroci
Pectoribuſque hominum diſcordibus, & ſua iura
Diſſimili ratione tuentibus, vt fuit olim?
Sic incompoſitos humano in pectore ſenſus,
Diſiunctáſque animi turbato fœdere partes.
Nec liquida inuiſit ſapientia, nec Deus intrat.

A *At ſi mentis apex regnandi iure potitus,*
Pugnacis ſtomachi pulſus, fibráſque rebelles
Frenet, & omne iecur ratione coërceat vna,
Fit ſtabilis vitæ ſtatus, & ſententia certa
Haurit corde Deum, Domino & ſubiungitur vni.
En ades, Omnipotens, concordibus influe terris,
Iam mundus te Chriſte capit, quem congrege nexu Ad Chriſtum Apoſtrophe.
Pax, & Roma tenent, capita hæc & culmina rerum
Eſſe iubes, nec Roma tibi ſine pace probatur,
B *Et pax vt placeat, facit excellentia Romæ.*
Quæ motus varios ſimul & ditione coërcet,
Et terrore premit, nec enim ſpoliata prioris
Robore virtutis ſenuit, nec ſecula ſenſit,
Nec tremulis, quum bella vocant, capit arma lacertis,
Nec tam degeneri venerandis ſupplicat ore
Principibus? quàm vult, prænobilis ille Senator,
Orandi arte potens, & callida fingere doctus,
Mentitúmque grauis perſonæ inducere pondus.
Vt Tragicus cantor ligno tegit oſſa cauato,
C *Grande aliquod cuius per hiatum crimen anhelet.*

SYMMACHVS.

Romam nunc putemus adſiſtere, atque his vobiſcum agere ſermonibus: Optimi Principes, Patres patriæ, reueremini annos meos, in quos me pius ritus adduxit. Vtar ceremoniis auitis, neque enim pœnitet: viuam more meo, quia libera ſum. Hic cultus in D leges meas orbem redegit, hæc ſacra Annibalem à mœnibus, à Capitolio Senonas repulerunt.

PRVDENTIVS.

Sect. VI.

SI vocem ſimulare licet, nempe aptior iſta
E *Vox Romæ eſt, quam nunc eius ſub nomine promam,*
Quæ quia turpe putat templorum flere repulſam,
Ægidaque in dubiis pro ſe pugnaſſe periclis
Dicere, téque grauem ſenio inclinante fateri,
Ductores complexa ſuos, ſic læta profatur:
O clari ſaluete duces, generoſa propago
Principis inuicti, ſub quo ſenium omne renaſcens
Depoſui, vndique meam flaueſcere rurſus
Canitiem, nam quum mortalia cuncta vetuſtas
F *Imminuat, mihi longa dies aliud parit æuum,*
Quæ viuendo diu didici contemnere finem.
Nunc nunc iuſta meis reuerentia competit Annis,
Nunc meritò dicor venerabilis, & caput orbis,
Quum galeam ſub fronde oleæ, criſtaſque rubentes
Concutio, viridi velans fera cingula ſerto, Roma caput orbis.
Atque armata Deum ſine crimine cædis adoro.
Crimen enim piget, heu! crimen perſuaſerat atrox

Digitized by Google

Iuppiter, vt ſaeuo Iuſtorum ſanguine tincta
Aſſuetum bellis ſceleraret funere ferrum.
Neronis Petrum & Paulum.
Illius inſtinctus, primus Nero (matre perempta)
Sanguinem Apoſtolicum bibit, ac me ſtrage piorum
Polluit, & proprium facinus mihi ſæuus inuſſit.
Poſt hunc & Decius, iugulis bacchatus apertis
Inſanam pauit rabiem, mox * hæc ſitis arſit
* & Decius Tyrannus.
Multorum ſimilis, per vulnera triſtia flagrans,
Extrahere inſignes animas, ac ludere pœnis,
Vudantéſque meum in gremium diffundere mortes,
Et ſub iure fori non noxia colla ſecare.
Hac me labe ream modò tempora veſtra piarunt,
Viuo pie vobis Auctoribus, impia pridem
Arte Iouis fateor, quid enim non ille cruentum
Tradidit? aut quid mite ſibi, placidúmve popoſcit?
Qui dum præmetuit cultus inſoleſcere Chriſti,
Sæuijt, ac miſerum fœdauit ſanguine ſeclum.
Et ſunt, qui vobis bella exprobrare ſiniſtra
Non dubitent, poſtquam Templorum ſpreuimus aras,
Affirméntque Libyn collinæ à cardine portæ
Annibalem Iouis imperio, Martiſque repulſum.
Victores Senonas Capitoli ex arce fugatos,
Quum ſuper excelſo pugnarent Numina ſaxo.
Capitolium.
Qui mihi præteritam cladem, veteréſque dolores
Inculcant iterum, videam me tempore veſtro
Iam nil tale pati, nullus mea barbarus hoſtis
Cuſpide clauſtra quatit, non armis, veſte, comiſque
Ignotus, capta paſſim vagus errat in vrbe,
Tranſalpina meam rapiens in vincula pubem.
Tentauit Geticus nuper delere tyrannus
Italiam, patrio veniens iratus ab Iſtro,
Has arces æquare ſolo, tecta aurea flammis
Soluere, maſtrugis Proceres veſtire togatos.
Iamque ruens, Venetos turmis protriuerat agros,
Et Ligurum vaſtarat opes, & amœna profundi
Rura Padi, Thuſcumque ſolum victo amne premebat.
Anſer. Cic. pro R. Amer.
Depulit hos nimbos equitum non peruigil anſer
Proditor occultis tenebroſa nocte periclis,
Sed vis cruda virûm, præfractaque congredientum
Pectora, nec trepidans animus ſuccumbere letho
Pro patria, & pulchram per vulnera quærere laudem.
Nunquid & ille dies Ioue conſulit auſpice tantum
Virtutis pretium? dux agminis, imperijque
Chriſtipotens nobis iuuenis fuit, & comes eius,
Atque parens Stilico, Deus vnus Chriſtus vtrique,
Huius adoratis altaribus, & cruce fronti
Inſcripta, cecinere tubæ, prima haſta draconis
Crux fronti impreſſa.
Præcurrit, quæ Chriſti apicem ſublimior effert.
Illic terdenis gens exitiabilis annis
Pannoniæ pœnas tandem deleta pependit.
Corpora famoſis olim ditata rapinis
In cumulos congeſta iacent: mirabere ſeris
Poſteritas ſeclis inhumata cadauera latè,
Quæ Pollentinos texerunt oſſibus agros,
Si potui manibus Gallorum exciſa leuare
De cinerum ſqualore caput, & redeunte Camillo
Signa reuiſendi fumans ſi fronte recepi,
Si potui miſeras ſertis redimire ruinas.
Et malè pendentes lauro præcingere turres

A Quo te ſuſcipiam gremio fortiſſime Princeps?
Quos ſpargam flores? quibus inſertabo coronis
Atria? quæ feſtis ſuſpendam pallia portis?
Immunis tanti belli, ac te ſtante ſub armis
Libera, & aure tenus Geticos experta tumultus.
Scande triumphalem currum, ſpolijſque receptis
Huc Chriſto comitante veni, data vincula demam
Captiuis gregibus, manicas deponite longo
Tritas ſeruitio matrum, iuuenumque cateruæ:
Dediſcat ſeruire ſenex Laris exulantis,
B Diſcat & ad patrium limen genitrice reuerſa
Ingenuum ſe noſſe puer, timor omnis abeſto.
Viuimus, exultare libet, quid tale repulſo
Pœnorum quondam duce contigit? ille petitæ
Poſtquam pertulerat tremefacta repagula portæ,
Batauis reſolutus aquis duriſſima luxu
Robora deſtituit, ferrumque libidine fregit.
At noſter Stilico congreſſum comminus ipſa
Ex acie ferrata virum dare terga coëgit,
Hic Chriſtus nobis Deus adfuit, & mera virtus.
Illic laſciuum Campania fertilis hoſtem
C Deliciæ vicêre tuæ, non Iupiter acrem
Protexit Fabium, ſed vicit amœna Tarentus,
Quæ dedit illecebris domitum calcare Tyrannum.
His ego promeritis quæ præmia digna rependam
Non habeo, membra ſtatuis effingere vile eſt.
Cuncta pereunt.
Virtutem nil vile decet, nam vile, quod ætas
Eripit, æra cadunt, aut fuluum deſinit aurum,
Aut candor perit argenti, ſi deſinit vſus,
Et fuſcata ſitu corrumpit vena colorem.
Viua tibi Princeps debetur gloria, viuum
Vna virtus immortalis.
Virtutis pretium, decus immortale ſequuto,
D Regnator mundi Chriſto ſociabere in æuum,
Quo ductore meum trahis ad cœleſtia regnum.
Nil te permoueat magni vox Rhetoris oro,
Qui ſub legati ſpecie, ſacra mortua plorans,
Ingenij telis, & fandi viribus audet
Heu noſtram tentare fidem, nec te videt, ac me
Deuotos Auguſte Deo, cui ſordida templa
Clauſimus, & madidas ſanie deiecimus aras.
Vnus noſtra regat, ſeruetque palatia Chriſtus.
Ne quis Romuleas Dæmonium noueris arces,
Sed ſoli pacis Domino mea ſeruiat aula.
E Sic affata pios Roma exorauit alumnos,
Symmachus Noſter, Legatus.
Spernere Legatum non admittenda petentem,
Legatum Iouis ex adytis ab Aruſpice miſſum,
At noua patria patriæ: nam gloria Chriſtus,
Perſtitit tamen affirmans iter eſſe viandi
Multifidum, variumque, Deus cum quæritur vnus,
Hinc alios, aſt inde alios properare ſeorſim.
Quemque per anfractus proprios, ſed compita eodem
F Fine coarctari, ſimul & concurrere in vnum,
Quin etiam cœlum, atque ſolum, ventos, mare, nubes
Omnibus in commune dari, vel qui colimus te,
Chriſte, vel exta litant ſculptis qui tabida ſaxis.

SYMMACHVS.

Æquum eſt, quicquid omnes colunt, vnum putari. Eadem ſpectamus aſtra, commune cœlum eſt, idem nos Mundus inuoluit. Quid intereſt qua quiſque prudentia Verùm requirat? vno itinere non poteſt perueniri ad tam grande ſecretum.

PRVDENTIVS.

Sect. VII.

Omnia omnibus cōmunia.

NOn nego commune cunctis viuentibus ipſum
Aëris, aſtrorum, pelagi, telluris, & imbris,
Imò etiam iniuſtus pariter, iuſtuſque ſub vno
Axe habitant, vnas capit impius, & pius auras.
Caſtus, & inceſtus, meretrix, & nupta, nec alter
Ore Sacerdotis, quàm Mirmilionis anhelat
Spiritus, aërio vitam qui temperat hauſtu.
Nubes verna pluit Zephyro impellente, ſed æquè
Furis, & innocui fœcundat rura coloni:
Gurgitis æſtiui ſic pura fluenta viator,
Vt latro feſſus adit; ſic Piratis mare ſeruit
Vt mercatori, nec fluctus ſecius hoſti
Obſequitur, quam cùm Dominæ fert tranſtra carinæ.
Ergo capax vtriuſque rei Natura creandis
Se præbet populis, nec habet diſcernere diſpar
Viuentum meritum, quos tantùm paſcere iuſſa eſt.
Seruit enim Mundus, non iudicat, hoc ſibi ſummus

Dei iudicium.

Naturæ Dominus præſcripta in tempora ſeruat.
Nunc adſunt Homini data munera legibus hiſdem
Quis conceſſa ſemel, fons labitur, amnis inundat,
Veliuolum ratibus mare ninditur, influit imber,
Aura volat tenuis, vegetatur mobilis aër,
Et res naturæ ſit publica, promptaque cunctis,
Dum ſeruant elementa ſuum famulantia curſum.
Sic probus, atque reus capitalis criminis hiſdem
Syderibus, faciliſque epoli bonitate fruuntur.
Viuere commune eſt, ſed non commune mereri.

Merendi ueiſa.

Denique Romanus, Daca, Sarmata, Vandalus, Hunnus,
Getulus, Garamas, Alemannus, Saxo, Galaulas,
Vnà omnes gradiuntur humo, cœlū omnibus vnū eſt,
Vnus & Oceanus, noſtrum qui continet orbem.
Addo aliud, noſtros potant animalia fontes.
Ipſo rore mihi ſeges eſt, quo gramen onagris,
Sordida ſus noſtro amne natat, noſtra intrat & ipſos
Aura canes, animatque leui fera corpora flatu.
Sed tantum diſtant Romana, & barbara, quantum

Romani quantum à cæteris differunt.

Quadrupedes bipedi adiunctæ, mutæve loquenti,
Quantum etiam quiritè Dei præcepta ſequuntur,
Cultibus à ſtolidis, & eorum erroribus abſunt.
Non facit ergo pares in relligione tenenda
Aëris & cœli communio, corpora tantum
Gignit, alit, reparat, recidiuaque ſemina ſeruat.

A *Nec refert cuius generis, cuiuſve figuræ,*
Aut cuius meriti, modò ſint vt corpora terra
Edita, terrenis quibus eſt vigor ex elementis:
Artificis quia patris opus diſcrimine nullo
Influit in medium, nec auaro munere currit,
Ante datum, quam primus homo ſordeſceret Adam.
Nec vitio vtentum reſtrictum deficit, aut ſe
Subtrahit indignis, nec fœda, & turpia vitat.
Haud aliter Solis radius, quum luminat omnes Sol ex æquo illuſtrat omnia.
Diffuſo ſplendore locos, ferit aurea tecta,
B *Sed ferit & nigro ſordentia culmina fumo.*
Intrant marmoribus Capitolia clara, ſed intrat
Carceris & rimas, & tetra foramina cl iuſi
Stercoris, & ſpurcam redolentis forace cellam,
Sed non illud erunt obſcura ergaſtula, quod ſunt
Regiæ gemmato laquearia fulua metallo,
Nempe magis non illud erunt, qui Numen in vrnis
Quærunt, ac tumulis, & laruas ſanguine placant.
Quot ſunt qui ſummum cœli Dominum venerantur, Via ſimplex ad Deum,
Iuſtitiamque litant, & templum pectoris ornant.
C *Secretum, ſed grande nequit rationis opertæ*
Quæri aliter, quàm ſi ſparſis via multiplicetur
Tramitibus, & centenos terat orbita calles
Quæſitura Deum variata indage latentem.
Longè aliud verum eſt, nam multa ambago viarum,
Anfractus dubios habet, & perplexius errat,
Sola errore caret ſimplex via, neſcia flecti
In diuerticulum, biuiis nec pluribus anceps.
Non tamen inficior, duplex occurrere nobis
Semper iter, geminis mortalia partibus ire,
Quum dubitant, quonam ferat ignorantia greſſum.
D *Altera multifida eſt, at ſimplex altera, & vna.* Cultus duplex.
Vna Deum ſequitur, Diuos colit altera plures,
Et tot ſunt eius diuortia, quot templorum
Signa, aëreis volitans phantaſmata monſtris
Aut hos Thyrſigeri rapit ad Dionyſia Bacchi,
Illicit aut alios ad Saturnalia feſta,
Aut docet occultus quæ ſacra Dieſpiter infans
Inter tinnitus ſolui ſibi poſcat ahænos.
Iamque lupercales ferulæ, nudique petuntur
Diſcurſus iuuenum, Magaleſius hinc ſpado diris
Incenſus furiis, cæca ad reſponſa vocatur.
E *Sunt qui quadriuiis breuioribus ire parati*
Vilia Niliacis venerantur holuſcula in hortis,
Porrum & Cepe Deos imponere nubibus auſi,
Aliáque, & Serapin cœli ſuper aſtra locare. Decem vetera monſtra.
Iſis enim, & Serapis, & grandi Simia cauda,
Et Crocodilus idem, quod Iuno, Lauenna, Priapus.
Hos tu Nile Deos colis, & tu Tybris adoras:
Vna ſuperſtitio eſt, quamuis non concolor error.
Hinc alia exoritur tenebroſis tecta frutetis
Semita, quam pecudes, & muta animalia carpunt,
F *Quæque latent ſyluis, operitur neſcia cœli* Athei.
Mens hominum, ſæuo viuens captiua Tyranno,
Hæc putat eſſe Deum nullum, namque omnia verti
Caſibus, & nullo ſub præſide ſecla rotari.
Hoc iter haud quaquam magno diſcrimine diſtat
Hiſce viis, quas vos teritis, qui Numina multa,
Et portenta Deûm ſummûm numeroſa putatis.
Simplicis ergo viæ dux eſt Deus, ille per vnam
Ire iubet Mortale genus, quam dirigit ipſe Vnius viæ dux eſt Deus.
Sublimem dextro celſam ad faſtigia cliuo.

Prima

Prima viæ facies, inculta, ſubhorrida, triſtis,
Difficilis, ſed fine ſui pulcherrima, & amplis
Prædita diuitiis, & abundans luce perenni,
Et quæ præteritos poſſit penſare labores.
Multiplici Dæmon, ſed adeſt, qui morte ſiniſter
Centiſidum conſidit iter, trahit inde ſophiſtas
Barbatos, trahit hinc opibus, vel honore potentes,
Illicit & volucrum linguis & aruſpice fallit,
Inſtigat bacchantis anus, ambage Sibyllæ.
In magicas artes trahit, inuoluitque matheſin,
Omne ſollicitat, capit augure, territat extis.
Cernis vt vna via eſt multis anfractibus errans
Talem paſſa ducem, qui non ſinat ire ſalutis
Ad dominum, ſed Mortis iter per deuia monſtrat?
Deuia picta bonis breuibus, ſed fine ſub ipſo
Triſtia, & in ſubitam præceps immerſa Charybdim.
Ite procul gentes, conſortia nulla viarum
Sunt vobis cum plebe Dei, diſcedite longè,
Et veſtrum penetrate Chaos, quo vos vocat ille
Prauitas infernæ perplexa per auia noctis.
At nobis vitæ Dominum quærentibus vnum
Lux iter eſt, & clara dies, & gratia ſimplex.
Spem ſequimur, gradimurq; fide, fruimurq; futuris:
At quæ non veniunt præſentis gaudia vitæ,
Nec currunt pariter capta, & capienda voluptas.

SYMMACHVS.

QVANTO commodo ærarij veſtri Veſtalium virginum prærogatiua detracta eſt? Sub largiſſimis Imperatoribus denegatur, quòd parciſſimi præſtitit? Honor ſolus eſt, in D illo velut ſtipendio caſtitatis, vt vittæ earum capiti decus faciunt, ita inſigne ducitur Sacerdotij vacare muneribus. Nemo me putet tueri ſolam cauſam Religionum. Et eiuſmodi facinoribus orta ſunt cuncta Humani generis incommoda. Honorauerat Lex Parentum Veſtales virgines ad Miniſtros Deorum victu modico, iuſtiſque priuilegiis: ſtetit muneris huius integritas vſq; ad degeneres trapezitas, qui ad mercedem vilium baiulorum, ſacræ caſtitatis alimenta verterunt. Sequuta eſt hoc fames publica, & ſpem prouinciarum omnium meſſis ægra decepit. Non ſunt hæc vitia terrarum, nihil imputemus Auſtris, nec rubigo ſegetibus obfuit, nec auena fruges necauit, ſacrilegio Annus exaruit: neceſſe enim fuit perire omnibus, quod Religionibus negabatur. Quid tale proaui pertulerunt, quum Religionum Miniſtros honor publicus paſceret?

PRVDENTIVS.

Sect. VIII.

VLtima Legati defleta dolore querela eſt,
Palladiis quod farra focis, vel quod ſtipis ipſis
Virginibus, caſtiſque toris alimenta negentur.

A *Veſtales ſolitis fraudentur ſumptibus ignes:*
Hinc ait & ſteriles frugeſcere rarius agros,
Et triſtem ſæuire famem, totumque per Orbem
Mortales pallere inopes, ac panis egenos.
Quæ tanta extiterit præſenti tempore, tamque
Inuidioſa fames quæ Triptolemi, Cereriſque
Mouerit ira penu pro virginis vlciſcendo,
Non memini, nec tale aliquid vel fama ſuſurrat. Vnde fames exorta
Audio per Pharios Nilum diſcurrere campos
More ſuo, viridiſque ſata ſtagnare Canopi,
B *Haud veniat ſicco qui flumine nuntius affert*
Ieiunam ſqualere ſitis ſub puluere Memphim;
Nec Peluſiacæ limum ſudare paludis.
Num fons arcano naturæ tectus operto Nilus stillans.
Aruit? & tenuem vix ſtillat vena liquorem?
Num refugus noſtras odit perſtringere ripas
Amnis, & exuſtos curſum deflectit ad Indos?
Num tracta in medio bibulus vorat alueus vndam
Fluminis, & ſubitò ſtagna abſorbentur hiatu?
Ne ſulcos operire vadis, néve arida poſſint
Ægypti per plana trahi? glebaſque rigentes
C *Infuſis ad pingue lutum mollire fluentis,*
Vnde ſeges latè crinitis fluctuet agris,
Denſius & grauidis ſe veſtiat æquor ariſtis.
Reſpice num Lybici deſiſtat ruris arator
Frumentis onerare rates? & ad oſtia Tybris,
Mittere triticeos in paſtum plebis aceruos?
Númne Leontini ſulcator ſoluere campi Copia rerum paſſim.
Ceſſet frugiferas Lilybæo littore cymbas?
Nec det vela fretis, Romana nec horrea rumpat
Sardorum congeſta vehens granaria claſſis.
Ergo pyris menſas ſylueſtribus implet arator
D *Pœnus, & auulſas Siculus depaſcitur herbas.*
Iamque Remi populo quernas Sardinia glandes
Suppeditat, iam corna cibus lapidoſa Quiritum.
Quis venit eſuriens magni ad ſpectacula circi?
Quæ regio gradibus vacuis ieiunia dira
Suſtinet? aut quæ Ianiculo mola nota quieſcit?
Quantos quæque ferat fructus prouincia, quamque
Vbere fœcundo largè fluat orbis opimus,
Indicio eſt annona, tuæ quæ publica plebi
Roma datur, tantæque manus longa otia paſcit.
Sit fortaſſe aliquis paulò infœcundior Annus, Sterilitas vnde aliquando.
E *Nil mirum, nec in Orbe nouo didicère Priores,*
Perpeſſi plerunque famem, ſi tabidus aër
Siccauit tenues ardenti ſydere nubes,
Nec vernas infudit aquas creberrimus imber
Fruge noua, & viridis ſi meſſis adulta, priuſquam
Conceptas tenero ſolidaret lacte medullas,
Afflatum calido ſuccum contraxit ab Euro,
Ieiunoſque tulit calamos, atque irrita vota
Agricolæ, ſterilis ſtipularum ſylua feſellit.
His (ni fallor, ager vitiis corruptus, & antè
F *Subiacuit quàm Palladium, quàm Veſta, Penates*
Sub lare Pergameo ſeruarent igne repoſto,
Quàm Priami genitor conductis mœnia fabris
Extrueret, quàm virgo ſuas fundaret Athenas
Pallas: in his quoniam Veſtalis origo fauillæ
Vrbibus vt memorant primo de fomite ſumpta eſt,
Sacrarúntque focos, aut Phryx, aut Graius alūnos?
Antiquis elementa labant erroribus, ac de
Legitimo diſcuſſa modo plerunque feruntur,

In caſus alios, quàm lex habet, aut iter anni.
Nunc conſumit edax ſegetem rubigo maligni
Aëris ex vitio, nunc curam vere tepenti
Poſt zephyros gelidi glacies Aquilonis inurit,
Ambuſtumque caput culmi fuligine tingit,
Seminis aut teneri ſurgens dum germinat herba,
Continuis, nimiſque perit conſtricta pruinis,
Nec potis eſt tenuem telluri adfigere fibram.
Mox euecta ſolo glacie ſidente ſuperſit,
Nudaque ſubducto radix auellitur aruo,
Ancipites tribuli ſubeunt, & carduus horrens:
Hos fert ſicca ſitis, hunc ebrius educat humor,
Temperies effuſa minus, vel plus, agit iſtos
Terrarum morbos, & Mundum vulnerat ægrum.
Non aliter noſtri corruptus corporis vſus
In vitium plerumque cadit, nec in ordine recto
Perſtat & exceſſu moderaminis adficit artus:
Mundi & corporis noſtri ſimilitudo. *Vnus enim ſtatus eſt, Mundique & corporis huius,*
Quod gerimus, natura eadem ſuſtentat vtrumque
Edita de nihilo creſcunt, nihilúmque futura,
Aut titubant morbis, aut tempore victa ſeneſcunt:
Nec natura caret vitio, cui terminus inſtat.
Semper crede polus variis prouentibus annos
Texuit, hos multa ditauit fruge fluentes,
Quoſdam infelices aſtris damnauit iniquis,
Spe caſſa, & ſterili curam fruſtratus agreſtem.
Sed ſi Veſtales vlciſcitur iſta puellas
Peſtis, ab infido quæ gignitur improba mundo,
Cur non Chriſticolûm tantum populatur agellos,
Per quos Virginibus veſtris ſtata dona negantur?
Vtimur & ruris reditu, & ratione colendi.
Exercere manum non pœnitet, & lapis illic
Siſtetit antiquus, quem cingere ſueuerat error
Faſceolis, vel gallinæ pulmone rogare
Frangitur, & nullis violatur Terminus extis,
Et quæ fumificas arbor vittata lucernas
Seruabit, cadit vltrici ſucciſa bipenni.
Nec tamen idcirco minor eſt, aut fructus agelli,
Aut tempeſtatis clementia læta serenæ,
Temperat aut pluuius qui culta noualia ventus.
Sed nec magno opus eſt frugi viuentibus, & quum
Maxima prouenitunt, non amplo in gaudia ſenſu
Soluimur, inque lucrum ſtudio exultamus auaro.
Nam quibus æternum ſpes informatur in æuum,
Omne bonum tenue eſt, quod præſens ingerit ætas.
Chriſtianus agricola. *O felix nimium ſapiens, & ruſticus idem,*
Qui terrae, animúmque colens, impendit vtriuſque
Matth. 13. 2. 10. Mar. 4. 3. 15 Luc 8. 5. *Curam peruigilem, quales quos imbuit autor*
Chriſtus, & adſumptis dedit hæc præcepta colonis:
Semina quum ſulcis committitis, arua cauete
Dura lapillorum macie, nec decidit illic,
Quod ſeritur primo quoniam præfertile germen
Luxuriat, ſucco mox deficiente ſub æſtu
Syderis igniferi ſitiens torretur, & aret.
Néve in ſpinoſos incurrant ſemina vepres:
Aſpera nam ſegetem ſurgentem vincula texunt,
Ac fragiles calamos nodis rubus arctat acutis.
Et ne iacta viæ ſpargantur in aggere grana,
Hæc auibus, quia nuda patent, paſſimque vorãtur.
Immundiſque iacent fœda ad ludibria coruis.
His Deus agricolam confirmat legibus, ille
Internus *Ius cæleſte Patris non ſumma intelligit aure:*
A *Sed ſimul & cordis ſegetem diſponit, & agri,* ager cordis colendus
Ne minus interno niteant præcordia cultu.
Quàm cùm læta ſuas oſtentant iugera meſſes,
Extirpamus enim ſentos de pectore vepres,
Ne vitioſa necent germen vitale flagella,
Ne frugem, ſegetemque animæ, ſpinoſa malorum
Impediat ſentis ſcelerum peccamine crebro,
Glarea ne tenuis ieiunis ſiccet arenis
Marcentum ſub corde fidem, ne pectoris æſtus
Flagret, & effetis vrat chariſmata venis.
B *Denique ne iecoris detrita in parte relinquat*
Vilis cura Deum, ne ſpem qua veſcimur intus
Deſerat, obſcœniſque auibus permittat edendum,
Et proiecta fides hoſtis ſit præda volucri,
*Talis noſtrorum ſolertia * centuplicatos* * Marc. 8. 13.
Agrorum rediget fructus, quibus acriùs, inſtat,
*Nec metuit * ne congeſtum populetur aceruum* * 1. Gen. 18. 4.
Gurgulio, vel nigra cauis formica recondat.
Sunt & virginibus pulcherrima præmia noſtris, Virginum præmia
Et pudor, & ſancto tectus velamine vultus, Sexageſimus fructus virginitatis. Matth. 16.
C *Et priuatus honos, nec nota & publica formæ,*
Et raræ, tenueſque epulæ, & mens ſobria ſemper,
Lexque pudicitiæ vitæ cum fine peracta.
Hinc decies ſeni rediguntur in horrea fructus,
*Horrea nocturno nonnunquam obnoxia * furi.* * Matth. 6. 29.
Nam cælum fur nullus adit, cæleſtia nunquam
Fraude reſignantur, fraus terris voluitur imis.
Quæ nunc Veſtalis ſit virginitatis honeſtas
Diſcutiam, qua lege regat decus omne pudoris.
Ac primùm paruæ teneris capiuntur in annis,
Ante voluntatis propriæ quàm libera Secta
D *Laude pudicitiæ feruens, & amore Deorum,*
Iuſta maritandi condemnat vincula ſexus.
Captiuus pudor ingratis addicitur aris, Veſtalium virginitas qualis.
Nec contempta perit miſeris, ſed adempta voluptas
Corporis intacti, non mens intacta tenetur.
Nec requies datur vlla toris, quibus innuba cœtum
Vulnus, & amiſſas ſuſpirat fœmina tædas.
Tunc, quia non totum ſpes ſalua interficit ignem,
Nam reſides quandoque faces adolere licebit,
Feſtaque decrepitis obtendere flammea canis,
E *Tempore præſcripto membra intemerata requirens,*
Tandem virgineam faſtidit Veſta ſenectam.
Tum thalamis habilis tumuit vigor, irrita nullas
Fœcundauit amor materno viſcera partu, Vetula conuolat ad nuptias
Nubit anus veterata ſacro perfuncta labore,
Deſertiſque focis, quibus eſt famulata Iuuentus,
Transfert emeritas ad fulcra iugalia rugas,
Diſcit & in gelido noua nupta tepeſcere lecto.
Interea dum torta vagos ligat infula crines,
Fataleſque adolet prunas innupta Sacerdos,
F *Fertur per medias vt publica pompa plateas,*
Pilento reſidens molli, ſeque ore retecto
Imputat attonitæ virgo ſpectabilis vrbi, * expectabilis.
Inde ad conſeſſum caueæ, pudor almus, & expers
Sanguinis it pietas; hominum viſura cruentos
Congreſſus, morteſque & vulnera vendita paſtu
Spectatura ſacris oculis, ſed & illa verendis
Vittarum inſignis phaleris, fruiturque laniſtis.
O tenerum, mitemq; animum! conſurgit ad ictus, Veſtalium
Et quoties victor ferrum iugulo inſerit, illa
Delicias ait eſſe ſuas, pectuſque iacentis

Virgo modeſta iubet conuerſo pollice rumpi:
Ne lateat pars vlla animæ vitalibus imis,
Altiùs impreſſo dum palpitat enſe ſequutor.
Hoc illud meritum eſt, quod continuare feruntur
Excubias, Latij pro maieſtate palatij,
Quod redimunt vitam populi, procerũque ſalutem,
Perfundunt quia colla comis bene, vel bene cingunt
Tempora tæniolis, & litia crinibus addunt.
Et quia ſubter humum luſtrales teſtibus vmbris
In flammam iugulãt pecudes, & murmura miſcent,
An quoniam podij meliore in parte ſedentes,
Spectant æratam faciem, quam crebra tridente
Impacta quatiant haſtilia, ſaucius & quam
Vulneribus patulis partem perfundat arenæ,
Quum fugit, & quanto veſtigia ſanguine ſignet.
Quod genus vt ſceleris iam neſciat aurea Roma,
Te precor Auſonij dux Auguſtiſſime regni,
A *Et tam triſte ſacrum, iubeas, vt cætera, tolli.*
Perſpice, nonne vacat meriti locus iſte paterni?
Quem tibi ſupplendum Deus, & genitoris amica
Seruauit pietas, ſolus ne præmia tantæ
Virtutis caperet, partem tibi nate reſeruo,
Dixit, & integrum decus, intactumque reliquit.
Arripe dilatam tua, Dux, in tempora famam;
Quodque Patrisupereſt, ſucceſſor laudis habeto.
Ille vrbem vetuit taurorum ſanguine tingi,
Tu mortes miſerorum Hominum prohibeto litari.
Nullus in vrbe cadat, cuius ſit pœna voluptas,
Nec ſua virginitas oblectet cædibus ora.
B *Iam ſolis contenta feris infamis arena,*
Nulla cruentatis homicidia ludat in armis.
Sit deuota Deo, ſit tanto principe digna,
Et virtute potens, & criminis inſcia Roma,
Quemque ducem belli ſequitur, pietate ſequatur.

POSTERIORIS LIBRI
ADVERSVS SYMMACHVM.

FINIS.

AVRELII PRVDENTII
CLEMENTIS, V. C. IN
ΕΠΙΛΟΓΟΝ (ΕΤΧΕΙΡΙΔΙΟΝ) HISTORIARVM NOVI, & veteris Inſtrumenti.

PRÆFATIO.

Carmen primum eſt Iambicum, trimetrum, Catalecticum, Hipponactium, conſtans quinque pedibus & ſyllaba. Sunt autem pedes fermè omnes Iambi hoc modo.

Secundum eſt Trochaicum, Euripidium, dimetrum, Catalecticum, tribus conſtans pedibus, qui ſunt ex magna parte trochæi, & ſyllaba, hoc modo.

RIVS, fidelis, innocens, pudicus, A
Dona conſcientiæ,
Quibus beata mens abundat intus,
Alter & pecuniam
Recidit, vnde victitent egeni.
Nos cites Iambicos
cramus, & rototiles Trochæos
Sanctitatis indigi:
ec ad leuamen pauperum potentes,
Approbat tamen Deus
deſtre carmen, & benignus audit.
Multa diuitis domo
B *a eſt per omnes angulos ſupellex.*
Fulget aureus ſcyphus,
ec ære deſit expolita peluis,
Eſt & colla fictilis,
auiſque & ampla argentea eſt paropſis,
A *Sunt eburna quæpiam.*
Nonnulla quercu ſunt cauata, & vlmo,
Omne vas ſit vtile.
Quod eſt ad vſum congruens herilem,
Inſtruunt enim domum.
Vt empta magno ſit parata ligno,
Ne paterno in atrio. Prudentij modeſtia.
Vt obſoletum, vaſculis caducis
Chriſtus aptat vſibus,
Sinitque parte in anguli manere
Munus ecce fictile.
B *Inimus intra regiam ſalutis,*
Attamen vel infimam
Deo obſequelam præſtitiſſe prodeſt.
Quicquid illud accidit,
Iuuabit ore perſonaſſe Chriſtum,
Quo regente viuimus.

ΕΓΧΕΙΡΙΔΙΟΝ

NOVI ET VETERIS INSTRVMENTI.

Carmina ſunt Dactylica Heroïca.

ADAM, ET EVA

1 EVA colūba fuit tū candida, nigra deinde A
Facta per anguineum male ſuada fraude venenum.
Gen.3.6. Tinxit & innocuum maculis ſordentibus Adam.
Dat nudis ficulna Draco mox tegmina victor.

ABEL, ET CAIN.

2 Fratrum ſacra Deus nutu diſtante duorum
Æſtimat, accipiens viua, & terrena refutans.
Ruſticus inuidia Paſtorem ſternit, in Abel
Gen.4.3. Forma aliæ exprimitur, caro noſtra in munere Cain.

ARCA NOE.

Nuntia diluuij iam decreſcentis ad arcam
3 Ore columba refert ramum viridantis oliuæ:
Gen.8.6. Coruus enim ingluuie per fœda cadauera captus
Hæſerat, illa datæ reuehit noua gaudia pacis.

AD ILICEM MAMBRE.

4 Hoſpitiū hoc Domini eſt, ilex vbi frōdea Mābræ
Armentale ſenis protexit culmen, in iſta.
Gen.18.10 Riſit Sarra caſa ſoboli ſibi gaudia ſera
Ferri, & decrepitum ſic credere poſſe maritum.

MONIMENTVM SARRÆ.

5 Abraham mercatur agrum, quo conderet oſſa
Gen.23.16. Coniugis, in terris quoniam peregrina moratur
19.Gen.41. Iuſtitia, atque fides, hoc illud millibus emptum
3.25 Spelæum ſanctæ requies vbi parta ſauillæ eſt.

SOMNIVM PHARAONIS.

6 Bis ſeptem ſpicæ, vaccæ totidem Pharaoni
*portēdūt vitæ per ſomnum diſpare forma. * Per ſomnum viſæ portendunt diſpare forma,
Vberis atque famis, * duo per ſeptennia tempus
Inſtare, hoc ſoluit Patriarcha interprete Chriſto.

IOSEPH A FRATRIB. AGNITVS.

Venditus * inſidijs fratrum puer, ipſe viciſſim
7 Cratera * in fratris ſacco clām præcipit abdi,
*dum Vtque reos furti Ioſeph tenet, auctio fallax
*Gen.37.25. Proditur, * agnoſcunt fratrem, vanique pudeſcunt.
*Gen.44.2.

IGNIS IN RVBO.

Sentibus inuolitans Deus igneus ore coruſco
8 Compellat iuuenem pecoris tunc fortè Magiſtrum.
*Gen.44.3. Ille capit iuſſus * virgam, fit vipera virga,
Venia que Soluit vincla pedū, properat Pharaonis ad arcem.
Exod.4.20.

ITER PER MARE.

Tutus agit vir iuſtus iter, vel per Mare magnū, D
9 Ecce Dei famulis * ſciſſim freta rubra dehiſcunt,
Exod.14.1927. Quum peccatores rabidos eadem freta mergant,
*ſcisſim. Obruitur Pharao, patuit via libera Moſi.

MOYSES ACCIPIT LEGEM.

10 Fumat montis apex diuinis ignibus, in quo
Exod.19.18. & 20.2 Scripta decem verbis ſaxorum pagina Moſi
*Exod.3.4. Traditur, ille ſuos ſuſcepta Lege reuiſit,
Forma ſed his vituli ſolus Deus, & Deus aurum,

MANNA, ET COTVRNICES.

Panibus Angelicis albent tentoria Patrum, 11
Certa fides facti, tenet vrceus aureus exin Exod.16.
Seruatum Manna, ingratis venit altera nubes, 25.
Atque auidos carnis ſaturat coniecta coturnix.

SERPENS ÆNEVS IN EREMO.

Feruebat via ſicca Eremi ſerpentibus atris, 12
Iamque venenati per liuida vulnera morſus Num.21.8.
Carpebant populum, ſed prudens ære politum
Dux cruce ſuſpendit, qui virus temperet, Anguem.

LACVS MYRRHÆ IN EREMO.

Aſpera guſtatu populo ſitiente lacuna 13
Triſtificos latices ſtagnanti felle tenebat, Exod.15. 22.25.
Moſes ſanctus ait: Lignum date, gurgitem in iſtum B
Conijcit, in dulces vertentur amara ſapores.

DE XII. FONTIBVS, ET LXX. PALMIS.

Deuenire viri Moſi duce, ſex vbi fontes, 14
Et ſex fortè alij vitreo de rore rigabant Exod.15.27.
Septenas decies palmas, qui myſticus helim
Lucus Apoſtolicum numerum libris quoque pinxit.

XII. LAPIDES IN EREMO.

In fontem refluo Iordanis gurgite fertur, 15
Dum calcanda Dei populis vada ſicca relinquit, Ioſ.4.4.5.7.
Teſtes Biſſeni lapides, quos flumine in ipſo
Conſtituere patres, * in formam Diſcipulorum.

DOMVS RAAB MERETRICIS.

*ad
Procubuit Hiericho, ſola aſtant atria Raab. 16
C Hoſpita Sanctorum meretrix, tanta eſt Fidei vis Ioſ.2.2. Iac.2.25.
Incolumi ſecura domo ſpectabile coccum
Ignibus aduerſis in ſignum ſanguinis offert.

SAMSON.

Inuictum virtute comæ Leo frangere Samſon 17
Aggreditur, necat ille feram, ſed ab ore Leonis Iudic.14.
Mella fluunt, * maxilla aſinæ fontem vomit vltrò, 1.5. *Ibi.15.15.
Stultitia exundat lymphis, dulcedine virtus. 18.

DE SAMSONE.

Tercentum vulpes Samſon capit, ignibus armat, 18
Pone faces caudis circumligat, in ſata mittit Iudic.14.4
Allophylum, ſegeteſque cremat quæ callida vulpes
Nunc hæreſis flammas vitiorum ſpargit in agros.

DAVID.

Dauid paruus erat, fratrū vltimus, & modo Ieſſe 19
Cura gregis, citharam formans ad ouile paternum, 1.Reg.16.19.
Inde ad delitias regis, mox horrida bella
Conſerit, & funda ſternit ſtridente Goliam.

REGNVM DAVID.

Regia mirifici fulgent inſignia Dauid, 20
Sceptrum, oleū, cornu, diadema, & purpura, & ara, Ibid.c.17.49.
Omnia conueniunt Chriſto, chlamys, atque corona, 2.Reg.16.13.

Virga poteſtatis, cornu crucis, altar oliuum.

ÆDIFICATIO TEMPLI.

Ædificat templum ſapientia per Salomonis
Obſequium, Regina Auſtri graue congerit aurum.*
10 *Tẽpus adeſt quo tẽplũ hominis ſub pectore Chriſtus*
Ædificet, quod gaza colant, quod barbara ditent.

FILII PROPHETARVM.

5. *Fortè Prophetarum Nati dum ligna recidunt*
Fluminis in ripa, cecidit diſcuſſa bipennis,
Gurgite ſubmerſum eſt ferrum, ſed mox leue lignum
Iniectum ſtagnis, ferrum reuocabile fecit.

CAPTIVITAS ISRAEL.

9 1 *Gens Hebræorum peccamine capta frequenti,*
Fleuerat exilium diræ Babylonis adamnes:
**Tum patrios cantare modos præcepta recuſat,*
Organáque in ramis ſalicis ſuſpendit amaræ.

20. DOMVS EZECHIÆ REGIS.

Hic bonus Ezechias meruit ter quinque per Annos
Præſcriptum proferre diem, legemque obeundi
Tendere, tot gradibus, quot veſpera texerat umbra
Lumine perfuſis, docuit Sol verſus in Ortum.

NOVVM TESTAMENTVM.

TETRASTICHON.

Aduentus Domini.

26.30 *ADuentante Deo deſcendit nuntius altu*
Gabriel Patris ex ſolio, ſedémque repentè
Intrat virgineam, ſanctus te Spiritus, inquit,
Implebit Maria Chriſtum paries ſacra Virgo.

CIVITAS BETHLEEM

2.4. *Sancta Bethleẽ caput eſt Orbis, quæ protulit Ieſũ*
1.2.6.
m 2.9 *Orbis principium, caput ipſum principiorum.*
lat 2.1. *Vrbs hominem Chriſtũ genuit, qui Chriſtus agebat*
Ante Deus, quàm Sol fieret, quàm Lucifer eſſet.

MAGORVM MVNERA.

Hic pretioſa Magi ſub Virginis vbere Chriſto
Dona ferunt puero, myrrǽque & thuris, & auri.
Miratur Genitrix tot caſti ventris honores,
Seque Deum genuiſſe, Hominem, Regémque ſupremum.*

PASTORES AB ANGELIS MONITI.

…oque *Peruigiles paſtorum oculos vis luminis implet*
…mmum. *Angelici, natum celebrans ex virgine Chriſtum,*
.16 2,3.14 *Inueniunt tectum pannis, præſepe tacenti*
Cuna erat, exultant alacres, & Numen adorant.

OCCIDVNTVR INNOCENTES.

Impius innumeris Infantum cædibus hoſtis
Matt 2.16. 18. *Perfurit Herodes, dum Chriſtum quærit millis.*
Fumant lacteolo paruorum ſanguine cunæ,
Vulneribúſque madẽt calidis pia pectora Matrum.

CHRISTVS BABTIZATVR.

Mat.3.3 & 16. *Perfundit fluuio paſtus Baptiſta locuſtis,*
Syluarumque fauis, & amictus veſte cameli,
Tinxerat & Chriſtum, ſed Spiritus æthere miſſus.
Teſtatur tinctum: qui tinctis crimina donet.

PINNA TEMPLI.

Matt. 4.5. Pi.l. *Excidio Templi veteris ſtat pinna ſuperſtes,*
Structus enim lapide ex illo manet angulus, vſque
Inſiclum ſecli, quem ſpernunt ædificantes.*

A *Nunc caput eſt Tẽpli, & lapidum cõpage nouorum.*

VINVM EX AQVA FACTVM.

Fœdera coniugij celebrabant auſpice cœtu
Forte Galilæi, iam deerant vina miniſtris,*
Chriſtus vaſa iubet properanter aquaria lymphis
Impleri, inde meri veteris diffunditur vnda.

PISCINA SYLOA.

Morborum medicina latex quem ſpiritus horis Ioan.9.6.7
Eructat variis, fuſam ratione latenti,
Syloam vocitant, ſputis vbi conlita cæci
Luminæ, Saluator iuſſit de fonte lauari.

B PASSIO IOANNIS BAPT.

Præmia ſaltatrix poſſit funebria virgo Mat.14.8.
Ioannis caput, abſciſſum quod lance reportat. 11.
Inceſtæ ad gremium Matris fert regia donum
Pſaltria, reſperſis manibus de ſanguine iuſto.

PER MARE AMBVLAT CHRISTVS.

It mare per medium Dominus, fluctuſque liquetes Matth.14.
Calce terrens, iubet inſtabili deſcendere cymba 26.31.
Diſcipulum, ſed mortalis trepidatio plantas
Mergit, at ille manum regit, & veſtigia firmat.

DÆMON MISSVS IN PORCOS.

Vincla ſepulcrali ſub càrcere ferrea Dæmon
C *Fregerat erumpit, pedibúſque aduoluitur IESV.*
Aſt hominem Dominus ſibi vindicat, & iubet hoſtem
Porcorum raptare greges, ac per freta mergi.*

QVINQVE PANES, DVO PISC.

Quinque Deus panes fregit, piſcéſque gemellos,
His hominum largè ſaturauit millia quinque:
Impleuitur nimio micarum fragmine corbes
Biſſeni, æterr.e tanta eſt opulentia menſæ.

LAZARVS SVSCITATVR.

Conſtitus inſignis facti locus in Bethania; Ioan.11.43
D *Vidit ab inferna te Lazare ſede reuerſum.*
Apparet ſciſſum fractis foribus monumentum,
Vnde putreſcentis redierunt membra ſepulti.

AGER SANGVINIS.

Campus Haceldema ſceleris mercede nefandi Matt 27.8.
Venditus, exequias recipit tumuloſus humandas.
Sanguinis hoc pretium eſt Chriſti: Iudæ eminus arctat
Infelix collum laqueus pro crimine tanto. Act.1.19.

DOMVS CAIPHÆ.

E *Impia blaſphemi cecidit domus* ecce Caiphæ*
In qua pulſata eſt alapis facies ſacra Chriſti. Matt.26.
Hic peccatores manet exitus, obruta quorum 57. Luc. 22
Vita ruinoſis tumulis ſine fine iacebit. 54.

FLAGELLATVS EST CHRISTVS.

Vinctus in his Dominus ſtetit ædibus, atq; columnis Matt.15.15
Adnexus tergum dedit vt ſeruile flagellis.
Perſtat adhuc, templumque gerit veneranda columna
Nóſque docet cunctis immunes viuere flagris.

F PASSIO SALVATORIS.

Traiectus per vtrumque latus laticem atque cruorem Ioan.19.34
Chriſtus agit, ſanguis, victoria, lympha, Lauacrum.
Tunc duo diſcordant crucibus hinc inde latrones Luc. 23.39.
Contiguis, negat ille Deum; fert iſte coronam.* 40.

MONS OLIVETI

Montis oliuiferi Chriſtus de vertice ſurſum*
Ad Patrem rediit, ſignans veſtigia pacis. Luc 21.39.

Frondibus æternis præpinguis liquitur humor,
Qui probat infuſum terris de chriſmate donum.

PASSIO STEPHANI.

Act.7.57. *Primus init Stephanus mercedē, ſanguinis imbri*
Afflictus Lapidum, Chriſtum tamen ille cruentus
Inter ſaxa rogat, ne ſit lapidatio fraudi
Act.3.2.6 *Hoſtibus, ô primæ pietas miranda coronæ.*

PORTA SPECIOSA.

Porta manet templi, Speciosam quam vocitarūt,
Egregium Solomonis opus, ſed maius in illa
Chriſti opus emicuit, nam claudus ſurgere iuſſus
Ore Petri, ſtupuit laxatos currere greſſus.

VISIO PETRI.

Act.11.5.10 *Somniat illapſum Petrus alto ex æthere diſcum*
A *Confertum omnigenis animalibus, ille recuſat*
Mandere, ſed Dominus iubet omnia munda putarī,
Surgit, & immundas vocat ad Myſteria Gentes.

VAS ELECTIONIS.

Hic lupus ante rapax veſtitur vellere molli,
Saulus qui fuerat, fit adempto lumine Paulus. Act.9.1.15.18.
Mox recipit viſum, fit Apoſtolus, ac populorum
Doctor, & ore potens coruos mutare columbis.

APOCALYPSIS IOANNIS.

Bis duodena ſenum ſedes, citharis, pateriſque,
Totque coronarum fulgens inſignibus, Agnum Apo.4.4.10. Apo.5.6.9.
Cæde cruentatum laudat, qui euoluere Librum,
Et ſeptem potuit ſignacula pandere ſolus.

ENCHIRIDII
FINIS.

IN AVRELII PRVDENTII
PSYCHOMACHIAM, SCHOLIA PER
IOANNEM SICHARDVM.

A Fide incipit.

NON ab re eſt, quod Prudentius Clemens pugnas deſcripturus Animi cōtra Vitia, à Fide principium ſumit, tum quòd prima ſemper coitio ſit aſperrima, tum vt intelligamus, ſalui nihil eſſe vſquam, nec præterea opus eſſe quicquam reliquum, quo putemus defugiendum, niſi Idololatria debellata, hoſte tanto, vt capitalior ne quidem fingi poſſit alius. Siquidem hic non ſolùm quod ferè alias fit, poſſeſſione deturbat, aut fortunis exuit: ſed quoties ſit nobis cum eo congrediendum, toties de ipſo capite, rerumque ſumma ſtatuamus dimicandum, vt ſuccumbentibus nihil faciat reliqui, niſi Væ victis, *id quod prouerbio Veteres dixere. Etenim cùm ſemel ceſſeris, aut incauto ſi quādo obrepſerit, nequicquam certamen cum Libidine, Auaritia, Superbia, atque reliquis id genus peſtibus ſuſcipias quæ non tam ſuis viribus fretæ negotium nobis exhibere contendunt, quàm Idololatriæ, quæ non ſecus ſatellitibus, per ſe parum ſibi fidentibus, vires ſuppeditat; quàm olim poliſeco illi Antheo Terra mater, vt quo luctcris magis, hoc minus proficias, niſi ſemel malorum ſegetem, ipſam dico Idololatriam ſuccideris. Ne verò ſine exemplo hoc certaminis genus quis exiſtimet, Abrahamum nobis elegantiſſimus Poëta ob oculos ſtatuit, eúmque ſenem adeò, & quod ad corporis robur attinebat, viribus iam exhauſtum, ne eſſet omnino quod inertiæ prætexeremus, aut ſtatione relicta, ſuſceptique muneris difficultate deterriti, ad hoſtem deficeremus, dum tantis rebus homo ſenex non adfuerit modò, ſed præfuerit etiam. Nequaquam verò placet, quod ineptè quidam diligentes, ſeptem illos congreſſus, quos deſcribendos Prudentius ſuſceperat, ſeptem hominum ætatibus ſtudent accommodare, ita vt primum, qui eſt Fidei cum Idololatria, vendicent Infantiæ: Pudicitiæ & Libidinis tribuāt*

Florus l.2. c.11. b[e]lli Galli Bren[no] dictū v[æ victis] Prouerb[ium] Quid niſi victis dolet.

Idololatria ſeg[etem] ſuccidi exēplo Abraham.

B *Pueritiæ: tanquam vlla ætas eſſe poſſit, in quam non cadat vlla ſuperſtitionis, aut Idololatriæ labes: & magis ſit pueris negotium tum libidine, quàm adoleſcentibus, ipſiſque adeo ſenibus, qui nonnunquam ad tres illas Plautinas literas tanquam poſtliminio reuerti ſolent. Quin magis hoc credidierim Prudentium voluiſſe, ſeptem eſſe potiſſimum vitia, quibus præter alia vita ferè hominum plurimum eſſet obnoxia, & ea eiuſmodi, vt à nulla ætate eſſent aliena: dandam ergo operam vt, quod in nobis ſit, quam minimum iis loci detur. Itaque ſit omnis noſtra vita inſtituenda, vt ſcuto Fidei, gladio verbo Dei instructa, magno animo pugnam contra hoſtem ineat, qui mentem noſtram, vt quæque Chriſto eſt addictiſſima, è ſtatu ſuo priſtino deijcere ſtudeat. Nam quod de ſeptenario* C *numero hic quidam argutantur, ſtultius eſt quam vt repetendum duxerim. Tametſi non inerim inficias, eſſe præcipuè hunc in ſacris receptum, & fortè non omnino ſine cauſa à Prudentio vſurpatum. Sed quicquid hoc eſt rei, in medio relinquam, ad hoc nos, quod ſuſcepimus, accingentes.*

IN PRÆFATIONEM PSYCHOMACHIÆ.

SEnile pignus qui dicauit victimæ.] *Iſaac intelligit, quem quum vnicum filium, & poſteritatis quodammodo obſidem Abraham vnicè diligeret, tanti tamen non fecit, vt eum ſibi amorem paterer-* D *tur apud Deum obeſſe. Quin magis ita ſe geſſit, vt dum patriis affectibus, quos in animo nonniſi maximos fuiſſe inducimus, paulùm in immolando filio abrenuntiat, documētum dedit quid ſacrificantes ſpectare debeamus poſteri, nimirum quod ſit cordi præcipuè, id eſt, noſmetipſos.*

Deo placentem.] *Vetuſtiora exemplaria non* placentem, *ſed* parentem *habēt, nec abludit quod*

ſequitur, Matre Virtute editam. Vt matrem Virtutem, & parentẽ Deum, eo modo ferè accipias, quo Cicero Laborem ſe ſuæ nobilitatis parentem habere ſubinde repetit, contra eos, qui cùm nihil diſpicerent, quod in tanto viro calumniarentur, Nouitatem, ſi Diis placet, auſi ſunt vitio vertere.

Si quid trecenti.] *Quid ſibi velit myſterium, ſic enim Prudentius appellat, trecentorum bis nouenorum ad Abraham armatorum, nondum à quoquam, quod modò ſciam, traditum eſt. Suſpicor autem concilij Niceni ſignificationem eſſe, in quo autoritate* CCC. XVIII. *Epiſcoporum, fidei noſtræ ſunt certa quædam, vt ſic dixerim, deſcripta pomeria, cùm antea in incerto pleraque poſita, & Hæreticorum calumnijs exagitata, huc illuc pro cuiuſque libidine torquerentur. Vt verò in hanc ſententiam eam, cùm alia, tum maximè vetuſtiſſimi exẽplaris, quo ſumus vſi, effecerũt veſtigia quædam. Non repugnauerim tamen, ſi aliò quis referat, quamuis non video, quid hic cuiquam in mentem venire poſſit aliud.*

IN PSYCHOMACHIAM.

n.. ·o- ·.

s cur hu- os.

PRIMA petit campum.] *Commiſſurus ingenioſiſſimus Poëta Fidem cum Idololatria, veriuſque vires, atque armaturam deſcribit, ita vt ex primo Fidei aſpectu facile tibi victoriam pollicearis. Alacritate enim, qua vel maximè opus eſt in congreſſu, tanta fuiſſe dicit Fidem, vt armorum oblita, vltro ſe hoſti obiecerit, nihil verita ne hoſti omni armorum genere inſtructiſſimo ſuccumberet. Eam verò nudam humeros, exertiſque lacertis quod fingit, huc pertinet, vt intelligas ad officium obeundum fide nihil eſſe promptius, eamque ſi ſemel in te tranſtuleris, nequaquam deſidem eſſe, aut ignauam, aut pugnam quamlibet plenam diſcriminis detrectantem. Expedimus enim tum maximè manus, atque nudamus brachia, cùm operi alicui magno ſtudio intenti nihil ſpectamus potius, quàm vt quoque primo momento ſupremam liceat manum imponere, ſimulque circumſpicimus necunde præter opinionem accidat, quod conatus noſtros refringat, aut debilitet.*

Furiæ facibus armatæ Cic. Parad. 1. ſub finem.

Quam patrias ſuccincta faces.] *Furias finxit Vetuſtas facibus armatas, videlicet quod impellendorum ad quoduis flagitium hominum iſtas animos facere traderent. Re autem vera conſcientiæ ſunt hominum, alicuius ſceleris ſibi conſciæ: quemque enim ſua fraus impellit, ac de ſanitate mentis deturbat, vt in Piſonem Cicero dicit. Libidinem verò qui potuiſſet Poëta magis è dignitate ſua armaſſe, quàm cùm ei facem tribuit, non ſecus ac Furiæ cuidam, qua ſperet ſe, poſtquam videt alijs armis nihil profici, depulſuram è priſtino mentis ſtatu Pudicitiam? quid enim aliud auderet elumbis Libido, ſtupris perdita, in ea maximè quam ob accurationem apparatuum non videbat vllis telis fore præterea ebnoxiam?*

Cur Arma ſuſpenduntur.

Catholic. in templ.] *More dixit Veterum, qui ſi cubi res bene proceſſiſſet foris, reuerſi incolumes, arma ſoliti ſunt ſuſpendere in fanis Deorum: vel vt eſſent ad virtutem Poſteris documento, vel vt gratos erga Deos exhiberent, quorum beneficio rem bene cecidiſſe ſibi perſuaſerant.*

9. Æn. 40

Egregio comitata viro.] *Quid, quæſo, accommodatius potuit fingi, quam patientiæ, ei inquam, quæ ſemel ſibi quicquid humanitus accidiſſet imperarit, infracto animo perpeti, addere ſatellitem Iob laborum, periculorumque omnium tanquam fidum aliquem Achatem. Cuius tantam legimus incommodorum omnium fuiſſe tolerantiam, vt quum à Fortuna miris exagitaretur modis, nihilo tamen ſecius placeret, quàm re integra: quippe occallere didicerat animus, malorum iam ſubinde aliorum vſu, & quodam veluti commercio. Videbat autem hæc vna in re homo mirè perſpicax, non eſſe vllum victoriæ genus plauſibilius, quàm quum hoſtes vel deſperatione, vel pœnitudine adductos, cogimus patientia noſtra ſibi tandem inferre manus: quemadmodum Iram vltrò tandem in telum incumbentem Poëta deſcribit.*

Iobi patientia. Iob. 1. 20.

Totum hominem, & calidos] *Enarrans Superbia opum, virium, fortunarumque genera, quibus contra hoſtem affatim inſtructa veniat, hoc etiam non præterit, quod ad deterrendam à congreſſu Humilitatem vel maximè valeret. Nimirum eam ſe eſſe perhibens, cuius nonmodò non ſit recens inuecta autoritas, aut quæ iam nunc demum Regina eſſe incipiat, ſed quæ à teneris, vt ſic dixerim, vnguiculis hominem in poſſeſſione detineat. Simul enim atque eſt aliquis in lucem editus, quædam præ ſe fert non obſcura ſuperbiæ argumenta, etiam tum quum ne quidem ſatis vagire didicerit.*

Superbia contra Humilitatem.

Ira vbi truncati mucronis.] *Prodeat Apelles aliquis qui tam penicillo exprimat* Iracundiã, *quàm ſuis coloribus ſemel eſt ob oculos poſita ab elegãtiſſimo Poëta. Enſis enim fractus in minutas partes, quid aliud præ ſe fert, quàm iratorum conſilia plerunque obeſſe, quum pro magna aliqua laude, aut victoria decertent? neque iniuriam eſſe creditum, in medijs quoque armis eſſe animo locum placidiori: qui niſi adſit, accidere ſæpenumero, vt adducti iracundia aliquo nos præcipitemus, vnde re noſtra integra emergere non liceat, fallantque nos non rarò, cladiſque ſunt cauſa, quibus confiſi potiſſimum in arenam deſcendimus. Huc etiam pertinet, quod ſuo ſemet fingit telo incumbere, dum dicit: Ipſa ſibi eſt hoſtis veſania, ſeque furendo interimit.*

Ira perelegant. r deſcribitur.

Vitia vocantur virtutes per Paradiaſtolem.

Fit virtus ſpecie.] *Hoc eſt quod Saluſtianus Cato conqueritur, vera rerum vocabula interiiſſe, eoque veniri, vt vitia quædam magnificis quibuſdam titulis vulgò ſe pro virtutibus venditent: vt ſordidus qui ſit, frugi dici velit; profuſor verò, liberalis; timidus, cautus: demum vix reperies ſcelus tam immane, quod non reperiat, quo ſe honeſtam in ſpeciem palliet, adeò vt non modo imperitis, quibus non ita magno negotio imponitur, ſed & eruditis oculos perſtringat, Recte ergo Horatius: l.* 1. ſer. Satyr. 1. verſ. 106.

Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines,
Quos vltra, citraque nequit conſiſtere Rectũ.

Horat.

Summa quies nil velle ſuper quam poſtulat vſus.] *Magnam tollunt ſibi humanarum calamitatum partem, qui ita ſe inſtituunt, vt Naturã in omnibus tanquam ducem ſequantur. Ea enim cum &*

AA a iiij

alibi, tum & quærendarum diuitiarum nobis modum præſcribit, intra quem qui vixerint, eorum non admodum retulerit, an centum iugera, an arent mille, vt elegantiſſimus Poëta cecinit. Contempta verò natura, quum rationem ipſi vitæ ex habendi libidine inimicus, neceſſe eſt ſemel in vitam noſtram accerſi quicquid poteſt vſpiam fingi malorum. Et dum falsò nobis perſuademus quæri aliquod tanquam perfugium, quo tutam ſperemus ſenectutem, facimus vt ne maximis quidem periculis vacare poſſimus, à quibus cùm omnem ætatem, quod in nobis erat, tum maximè ingraueſcentem oportebat eſſe immunem, quod fieret haud dubiè, ſi quod vſus poſtularet, conſideraremus.

CATHEMERINON.

Premium & Pœna. Bud. ep. 15 1 de Ora. 247.

Ius ciuile bonis, terruimus reos.) *Totam Iuris ciuilis vim hoc carmine eſt complexus. Nā quum in Ciuitate bene inſtituta certum oporteat eſſe reſpectum eorum, qui bene de Republica mereantur, & ob id ſint beneficio digni, neceſſe eſt his leges eſſe amicas. In eos autem duriores, qui ſcelere ſe aliquo nobilitant, qui non tam dedecoris ſui cauſa, quamuis id etiam plectuntur, quàm vt illis ſublatis è medio boni in otio viuant. Veriſſimè ergo Solon ille duabus maximè rebus Reſpubl. contineri dixit, Præmio, & Pœna.*

Quem te furoris præſule) *Vetus exemplar non* præſule, *ſed* præſide *habebat, quod Prudentio magis conuenit.*

PERI STEPHANON.

6. April. colitur. V. Baron. Onuphr. Genebr.

Iam Xiſtus adfixus cruci.) *Hic eſt Xiſtus, qui ſextus à Petro Epiſcopatum Romæ ſortitus erat, poſt Alexandrum, tempore Adriani Cæſaris, Anno ab hinc* M. CCCCV. *vt teſtatur Euſebius in Chronicis*

Pulſa puellas verbere actas ludicro.) *Euandrum ex Arcadia inſtituiſſe ludicrum Titus Liuius ſcribit, vt nudi iuuenes Lycæum Pana venerantes, per luxum atque laſciuiam currerent, atque obuias puellas ſcuticis per iocum pulſarēt, quibus ſtultè creditum eſt vulgò fœcunditatem procurari. Meminit totius ludicri Ouidius in libris Faſtorum.*

Dij flagitioſi innumerabiles.

Vt tecum adorem fœminas, ac mille mares,) *Longum eſt recenſere ſtupra eorum, qui olim ſint pro Diis culti. Lactantius Firmianus multas enumerat myriades, quibus factum fuit, vt Deorum numerus antiquitus penè creuerit in immenſum, fueritque maior Cælitum, quàm Hominum, id quod Plin. ridens teſtatur lib. 2. Veteres enim quum vrbium ſuarum conditores, aut generis Autores, maximos vellent Exteris videri, eos in numerum Deorum mox referebant atque ita demum accidit, vt quum vel ſtuprorum, vel malè conſultorum colorem quærerent, ne vel putidas facerent origines ſuas, aut ſtultitia arguerentur, ſi quando res ſecus quàm putabant accidiſſet, ad Deos referrent. Ita Romulus ex Marte nobis prodijt, & Alexander Magnus ex Ioue Hāmone, dum non inuenit, quo Matris adulterium celet, ſe genitum mentitus eſt.*

I. Iulia in Iouem adulterū.

Laqueis minacis implicatus Iuliæ.) *Meritò Iouem, ſi in ius vocetur, pœnam daturum ſcribit Legi Iuliæ, quæ in Adulteros ſcripta fuerat. Vix enim alterius non modò Dei, ſed ne quidem profligatiſſimi nebulonis tot reperias libidinis exempla, dum nunc in Dianam aliquando in taurum, arietem, aquilam, cygnum, Satyrum, Amphitryonem, paſtorem, ſerpētem, hominem, atque demum vbi his artibus non procedit, in ignem, & aurum ſe transformat.*

Saturnus fugitiuus.

Quid aureorum conditorem temporum.) *Saturnum intelligit, qui dum Iouem filium fugit, Latio nomen indidit, eo quod iſthic tutus à filiis inſidiis latuiſſet. Regnāte autem Saturno, tam benè fuit actum de mortalibus, vt nullus tum ſit inuentus, qui furti argui poſſet. Vnde & factum eſt, quemadmodū Macrobius teſtatur, vt Romani ærarium in templo Saturni eſſe voluerint, tanquam à furibus, ſi ob nullam aliam cauſam, certè Saturni numine, tutum.*

Templum Dei ſumus. 1. Cor. 3. 16 & c. 6. 19.

Ædem ſibi ipſe mentem Hominis condidit.) *Hoc eſt nimirum, quod toties à Paulo nobis occinitur:* Neſcitis quia templum Dei eſtis? *Non eſt enim vbi magis coli velit Chriſtus, quam intra noſmetipſos: id conſequimur ſi ſanctimoniæ ſtuduerimus, ſine qua nemo placebit Deo.*

O fas priorum motis, ô priſci ſtatus.) *Legendum eſt,* moris, ô priſci ſtatus.

Numa. 6. Æn. 810

Pompiliorum noſtra carpunt ſecula.) *Primus enim Numa Pompilius Romanos, bellis, ſanguineque gaudentes, ad humanitatem reduxit, quam ex ſacrorum ritu conatus eſt primùm ſuis conciliare, teſtis eſt T. Liuius.*

APOTHEOSIS.

Barbata nō facit Philoſophum.

Conſule & hircoſos Cynicos.) *Cynicos hircoſos dixit, ob barbitium, quod cum capris commune habebant, eo tamen tanquam inſigni aliquo peculiari maximi ſibi ſunt viſi Philoſophi. Pulcrè ergo ei qui in hunc modum ſe iactabat, Aulus Gellius reſpōdet:* Palladium video, & barbitium, Philoſophum verò non video.

ENCHIRIDION.

Eua columba fuit.) *Inſcriptionem huius libri vulgatam mutauimus, nixi exemplaribus veteribus, quæ non habebāt* Dittochæum, *ſed* Enchiridion, *cui planè Titulo liber conuenit: nam Veteris & noui Teſtamenti ſumma quædam eſt perſtricta veriùs, quàm deſcripta. An autem hunc librum Prudentio adiudicare conueniat, nondum ſatis mecum conſtitui, præſertim quum vetuſtiſſima quæque exemplaria in eo mirè conueniant, vt Prudentio aſcribant, quāuis dictio eiuſmodi ſit vt facilè probet alterius fuiſſe, & fortè Sedulij, niſi malis Amœnum quendam credere autorem fuiſſe, cuius nomen in vetuſto Codice Argentoratenſi erat præfixum.*

FINIS.

ER. ROT. CASTISSIMÆ

PVELLÆ MARGARETÆ ROPERÆ S. D.

TOTIES *Iam prouocor tuis, ſororumque tuarum literis, optima Margareta, tam ſanis, tam argutis, tam modeſtis, tam candidis, tam amicis, vt etiamſi quis titulos detrahat, Thomæ Mori* γνήσια τέκνα *poſſim agnoſcere. Ne verò ſemper videamini cecíniſſe ſurdo, ſtudijs quibus obruor, paululum otij ſuffuratus, hiſce diebus Natalitijs, paraui munuſculum, quod ſpero vobis non ingratum futurum. Quod felix fauſtumque ſit, Gulielmus Roperus ea morum integritate, ſuauitate, modeſtiaque præditus, vt ni ſponſus eſſet tuus, germanus videri poſſet: dedit tibi auſpicatiſſimas coniugij primitias, aut ſi mauis, tu illi dediſti: vel vt verius dicam, vterque dedit alteri* [illegible], *quod diſſuauietur. Eum itto tibi & alterum puerum, multo auſpicatiſſimum* Ieſum *naſcentem Iudæis, & mox illuſcentem Gen-* A *tibus, qui connubij veſtri prouentum bene fortunabit, quique ſtudiorum veſtrorum verus erit Apollo, cuius laudes pro feſcenninis tuis infantulis lyræ poteris occinere. Solus enim hic dignus eſt, qui fidibus, qui fiſtulis, qui voce, qui muſices omni genere, ſed præcipuè modulatis piè mētis affectibus iugiter celebretur. Non dedignabitur à talibus coniugibus decātari, quorū ea eſt vitæ totius puritas, concordia, trāquillitas, ſimplicitas, vt ægrè reperias virginitatis profeſſores, qui ſe ijs auſint cōparare. Rarū exemplū hoc præſertim ſeculo, ſed quod video breui ad plures permanaturum. Sunt & in Germania familiæ non* B *obſcuræ, quæ neutiquam infeliciter meditātur, quod vos hactenus feliciſſimè præſtatis. Bene vale, non infimum æui, Britanniæque tuæ decus, & totum iſtum Chorum mihi ſaluta diligenter. Baſileæ ad Chriſti natalem, Anno* M. D. XXIII.

Ieſus ſolus celebrandus.

COMMENTARIVS IN

HYMNVM PRVDENTII, NATALI

PVERI IESV ER. ROT.

CARMEN *Iambicum primum conuitijs repertum eſt, quod breuis ſyllaba addita longa, velut exprimat ictum ferientis, ac ſubinde repetentis: quemadmodum Pyrrichius tumultum accurrentium ad pugnam. Verùm poſteriores quoduis argumentum accommodauerunt Iambis, quemadmodum & Elegis, qui primùm inuenti ſunt querimonijs. Ambroſius hoc genere potiſſimum eſt delectatus, in quo illud à nobis obſeruatum eſt, quod plerunque Pentemimeris finit dictionem, & ab hac dictio triſyllaba claudit Dimetrum. Quæ compoſitio carmen facit molliſſimum, vt:* Deus creator, *hac eſt Pentemimeris. Sequitur dictio dactylica,* omnium. *Rurſus,* Polique rector: *ſequitur,* veſtiens. *Item,* diem decoro: *ſequitur,* lumine. *Rurſus,* noctem ſoporis: *ſequitur,* gratia. *Id frequentius fit apud Ambroſium, quam vt caſus videri poſſit. Nec infrequenter idem obſeruat noſter Prudentius. Certè in primis quinque verſibus continenter obſeruauit.* quid eſt quod arctum, *poſt hanc Pentemimerim, quæ finit dictionem, addit Dactylum,* circulum. *Quamquam in genere carmen omne mollius eſt, quoties Pētemimeris finit dictionē, Non eſt ignota libertas huius carminis. Recipit enim in locis imparis numeri, hoc eſt, primo, ac tertio, pro Iambo Tribrachyn: vtpote reſpondentem Iambo nō in ſyllabarum, ſed in temporum numero. Nam longa geminum habet tempus. Præterea Spondæū, & huic in temporibus reſpondentes, Dactylum & Anapæſtum. In locis verò paris numeri, hoc eſt, ſecundo &* A *quarto, non recipitur, niſi Iambus, niſi quod ſecundus admittit etiam Tribrachyn. Nam quartus non patitur niſi Iābum, aut Pyrrichium. Ambroſius tamē hac libertate verecundius eſt vſus. Anapæſtus gratiā hoc primo loco, in tertio non item. Dactylus vtroque loco durior eſt. Veteres Iambicum ex meris Iambis contexebāt, quemadmodum Spondaicum ex meris Spondæis. Poſteriores, quo carminis celeritatem temperarent, Spondæum admiſcuerunt. Ex hoc carminis genus putant eſſe molliſſimum, quod alternat Spondæis, & Iambis, qualia pleraq; ſunt Ambroſiana, & Prudentiana.* Iam lucis orto ſydere. Iam Sol recurrens deſerit. *Eſt autem viuidum affectui congruens exordium, à dubitatione.* Quid eſt quod arctum.] *Porrò ſubitum illud cōuenit Poëtæ, velut* B *afflato prophetico ſpiritu, quo nihil addubito, quin afflatus fuerit, quum hæc ſcriberet. Eſt autem illud hominis verè pij, nihil non vertere in occaſionem pietatis. Itaq; Prudētius, quod à Solſtitio brumali dies incipiunt creſcere, torquet ad coniecturā pueri* Ieſu *iam properantis ad exortum, quum dies fiat ſingulis Annis. Nec enim ideo dies increſcebat, quod* Ieſus *naſceretur, ſed quod Sol ingreſſus Capricornum, citius relinquat oculos eorum, quorum horizon eſt ſub phæra obliqua, extra Æquatorem habitantium: quemadmodum vbi Sol accedit ad Cancrum, iiſdem dies eſt longior.* Quoniā *autem in rebus diuinis nihil fortuitò geritur, non ſine cauſa tempus hoc Anni delectum eſt Natiuitati* Ieſu. *Refrixerat vbiq; charitas. Ignorantiæ tenebris & caligine vitiorum obdu-*

Hymn. Ambro. ad Primam.

Pius ad pietatem cuncta vertit.

Ignorãtia Mortaliũ. Rom 1.18.

ctus erat Mũdus. Philoſophos tradidera Deus in reprobum ſenſum, quoque ſibi magis videbantur ſapere, hoc erant ſtultiores. Phariſæi ſuis cupiditatibus craſſis excæcati, non perſpiciebant, quid ſibi vellet Lex ſpiritualis. Reges, ac Monarchæ, quorũ arbitrio res humanæ temperabantur, lapides & ligna pro Deo colebãt: quoſq; Mortales adorabãt vt Diis proximos, hi maieſtatẽ ſuam mutæ ſtatuæ ſubmittebant, ſupplicantes his, qui mente vacabant: opẽ implorantes ab his, qui ſibi ipſi non valebant opitulari.

Cecitas hominũ.

Quædã gẽtes eò veſaniæ deuenerãt, vt Simias, Canes, Serpentes, Boues, ac Cepe pro Numinibus venerarẽtur. Erant apud quas pium haberetur, mactare Parentes, & horũ veſci carnibus. Erant, apud quas religioſum erat, Infantes incẽdio tradere. An nõ hac erat altiſſima nox? An non lux illa Naturæ, quam Deus primum aſperſerat Homini ſic in arctum erat contracta, vt pene fuerit extincta? An non & Legis Moſaicæ lucerna, qua Deus rurſus conatus eſt noſtris tenebris ſuccurrere, per Phariſeorũ cæcorũ duces erat propemodũ obruta ſenſu carnali? Habes noctẽ, & quidem brumalem, Frequenter autem in myſticis literis Dominus Ieſus lucis vocabulo deſignatur. Sic enim Iſaias: Populus qui ſedebat in tenebris vidit lucem magnam: & habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta eſt eis. Zacharias, Viſitauit, inquit, nos Oriens ex alto. Illuce his, qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent. Quin & ipſe Dominus ſe vocat Lucem Mundi. Quod enim Sol eſt in hoc Mundo viſibili, hoc Chriſtus eſt in Mundo ſpirituali: quo qui caret, quantumuis doctus, quantumuis ingenioſus, quantumuis eloquens, cæcus eſt. In vniuerſa verò Mundi fabrica nihil admirabilius Sole, qui fons eſt luminis, omnia gignens, alens, prouehens, confirmans, viuificans, vegetans, omnia exhilarans, omnia prodens, & arguens, omnibus reddens ſuum colorem, ſuamque faciem reſtituẽs. Idem efficit exorta veritas Euãgelica, qui eſt Ieſus Chriſtus.

Ieſus lux vera. Iſa 9.2 Zach. 2. 9. Luc.1 78.

Ieſus Sol verus.

Ignorantia veri, non eſt peccatum, mors eſt. Qui viuunt, in luce verſari dicuntur: & qui vitã relinquunt, ſub tenebras abire vulgò dicũtur, Nox autem ſomno data eſt, & ſomnus Mortis imago eſt. Itaque mortales noctu quodãmodo mortui ſunt, donec exortus Sol expergefaciat omnes ad vitã. Quemadmodum Sol hic, quem oculis corporeis cernimus, nunquam amittit lucem ſuam, ſiue cernatur, ſiue non cernatur: ſed tamen in nobis nox eſt, quoties interiectus terræ ſemouet illũ ab oculis noſtris: ita Chriſtus nunquam mutatur in ſeſe, verùm quorũdam animis exoritur, atque ibi dies eſt: quorundam non exoritur, ibi nox eſt. quemadmodum autem Sol, quum abditur, dicitur occidere: quum exoritur, naſci: ſic enim Flaccus, aliuſque & idem naſceris: ſi Chriſto, oriri, naſci eſt. Semper autem à Patre naſcitur, veluti radius æternus, à Sole ſempiterno. Nobis autẽ exortus eſt alio modo, cõdita huius Mundi mirabili machina. Rurſus pijs mentibus frequẽter exoritur, ac in diuerſum mutatus occidit. Sed viſibiliter exortus eſt, prodiens homo factus ex vtero caſtiſſimæ virginis.

Horat. Epod. ode vltima, v. 10.

Hæc enim erat illa myſtica porta ſpectãs ad Orientem, vnde emerſit vnicus ille Sol: illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum.

Illuminat omnes. Ioan. 1. 9. & 19.5.

A Hic nobis ſit modus præfationis, licet nõ extra rem. Nunc ipſum Pindarum noſtrum audiamus.

Prudent. Pindarus.

Quid eſt, quod arctum circulum
Sol iam recurrens deſerit?
Chriſtusne terris naſcitur,
Qui lucis auget tramitem?

Omnia corpora cæleſtia, vt ſunt ſphæricæ figuræ, qua putatur eſſe perfectiſſima, ita motum habent ſphæricum. Quæ proxima ſunt polis, arctiore circulo circũaguntur. Circulus brumalis non habet niſi octo horas diei in orizõte noſtro, quum circulus ſolſtitialis alicubi habeat ſedecim: aliqui octodecim: vnde vocat arctum, non quòd ſol minus conficiat ſpatij, ſed quod
B quibuſdã paucioribus horis appareat, ob ſphæræ obliquitatem. (Recurrens) apto verbo eſt vſus, quaſi ſol geſtiat, ac feſtinet augere diem ob exortum Pueri.

Heu quàm fugacem gratiam
Feſtina voluebat dies,
Quàm pene ſubductam facem
Senſim receſſa extinxerat.

Fugacem.) Quum fugax ſignificet fugientem: tamen iuxta nominis rationem magis videtur dictũ à fugando, quàm à fugiendo. Venuſte dixit, gratiam, lucem, qua nihil lætius, quum nox adferat mœrorem: & fugacem dixit, properãtem abire. Eſt grata emphaſis & in voluẽdi verbo. Senſim receſſa) quod inſẽſibilibus gradibus Sol aſcẽdat, aut deſcẽdat in zo-
C diaco. Subductam facem) ἰδιωτῶς dixit. Nam hoc ipſum eſt extinguere diem, ſubducere facem. Eſt autẽ non iniucunda phantaſia Poëtica. Fax circumfertur, ac paulatim decreſcit, donec planè deficiat. Exaggerat autem moleſtiam diei tam breuis, vt amplificet gratiam diei creſcentis.

Cælum niteſcit lætius,
Gratatur & gaudens humus:
Scandit gradatim denuo
Iubar priores lineas.

Habet & cælum ſuã quodammodo faciem, obductum nubibus, triſte dicitur, quum ſudum eſt, dicitur lætius: hoc eſt enim propriè niteſcere. Gradatim) Nam ſigna per quæ Sol aſcẽdit ac deſcẽdit, per gra-
D dus diſtinguuntur ab Aſtrologis. Lineas) tranſlatũ eſt à ſtadiis, vbi linea præſcribitur, vnde curſus incipit. Sic & Aſtrologi lineas quaſdam imaginantur in cælo, per quas Sol feratur, ſic, vt nobis nunquã eadẽ redeat linea. Priores) autem dixit, priſtinas. Nam prius nonnũquam dicitur, quod potius eſt, ac meliùs.

Emerge, dulcis Puſio,
Quem matris edet caſtitas,
Parens & expers coniugis
Mediator & duplex genus.

Iam velut auidus exorituræ lucis, per apoſtrophẽ inuitat infantẽ, vt emergat è virginei corporis latebris. Dulcis) epitheton eſt filiorum. Sic Flaccus: do-

num atque dulces liberos. Puſio.] *diminutiuum* ſt à puero, aptum blandienti. Edir) *pro parit.* Ex natris caſtitas) *dictum eſt tropo, pro caſta mater.* Iuxta naturæ vulgaré curſum, mulier nec concipere poteſt, nec parere, niſi violata membranula, quæ virginé diſtinguit à corrupta. Sed Dei filius ſic illapſus ſt per aurim virginis in ſanctiſſimum vterũ eius, vt ullam corporis parté violaret. Naſcens tamé prodiit ex ea parte corporis, qua ſolét & cæteræ mulieres arere. Quamuis autem hoc non palàm exprimunt uangeliſtæ, partũ hunc non aperuiſſe virginis uterum, ſed illæſo pudoris ſignaculo prodiſſe, ſine dolore ixus, ſine deductione partis, qua fœtus emergit, ſine eporgamétis, quæ fœsũ comitari ſolent, tamé plaubilius eſt, ac magis pium, mea ſentétia, credere, quod doctiſſimis ſimul ac ſanctiſſimis Patribus traditum 4 Parens & expers, &c.) *Hi duo verſus duriuſculè cohærent cum ſuperioribus. Sic autem ordinandi ſint:* caſtiras, *hoc eſt, virginitas:* parens, *id eſt, genirix, pro eo quod erat abſque tropo:* virgo parens, oc eſt, *Mater, & tamen expers coniugis, id eſt, intaa marito. Iam* mediaror & duplex genus) *referendum eſt ad id quod præceſſit Emerge dulcis pu mediator &c. Mediator apud Latinos autores inuenitur. Sed nos exprimimus Græcã vocem, qua Apoſtoli vſi ſunt; μέσος à verbo μέσον, quod Latini ſciunt. Contingit autem in vtroq; duo miranda: matre fœcunditatem coniunctam virginitati, in ero diuinam naturam cum humana copulatam in edem hypoſtaſi, vnde &* duplex genus *appellar. Decebat autem, vt qui genus humanum Deo reconciliaret, vtriuſq; naturæ particeps eſſet. Oportet im interceſſorem vtrique parti familiarem eſſe.*

Ex ore quamliber Patris
s orrus, & verbo ed rus:
amen Paretno in pectore
phia callebas prius.

Eſaias ita loquitur de Chriſto, c 58 8. Generatiom eius quis enarrabit? *Quod non ſolũ de Natiate diuina dictũ videtur, verumetiam de Huma. Eſt autem quadruplex Chriſti natiuitas. Iuxta quæ nec cogitabilis eſt homini, ſine initio, ſine fine per à Patre naſcitur, ſemper natus fuit, Deus ex o, Omnipotens ex Omnipotéte. Quod enim eſt hoi ſerſus, aut cogitatio tacita mẽtis, hoc filius Dei Patri. Eſt enim æternæ mentis æterna cogitatio. ens auté gignit cogitationem, & cogitatio iam in mo cõcepta, ſermo quidã mentis eſt, quo homo ſibi uitur. Hæc imago vtcunq; nobis adumbrat natiaté illam, quæ nec initium habuit, nec fine eſt haura: quia ſic filius naſcitur à Patre, vt de Patris ſtantia nihil decedat: ſic Pater producit Filium, amen Filio non ſit prior. Cæterũ condito per Fi Mundo, Pater nobis velut eloquutus eſt Verbum; uodãmodo rurſus idem genuit, nobis illud reddés uo pacto viſibile, quod erat inuiſibile. Conſpicienim in rebus conditis admirabilis Dei ſapientia, Dei Filius, & Dei ſermo.* Ex ore) *Deus neceſt, nec vllũ membrum humani corporis, quemadum ſomniabãt olim Anthropomorphitæ, quod in*

A *diuinis literis crebra ſit de membris Dei mentio.* Ne auertas faciem ruam à me. Autibus perc pe clamorem meum. Nónne manus tua fecit hæc omnia? Inueni virum ſecundum cor meum. Oculi Domini ſuper Iuſtos. Fecit porentiam in brachio ſuo. *Et* Cælum mihi ſedes eſt, rerra ſcabellum pedum meorum. *Quoniam autem de Sermone loquitur, qui eſt Filius Dei, quatenus filius eſt, naſci dicitur: quatenus ſermo, proferri. Ex corde naſcitur, ex ore profertur, quum cor, & os*
B *Dei nihil aliud ſit, quàm ipſe Deus gignens, ac proferens.* Quamlibet) *Rectè docet Valla,* Quamquam *&* Quamuis *ſolere præponi in oratione, quæ conſtat duabus partibus, vt: Quamquam alienus es, tamen te vt Chriſtianum amo. Quamuis ſis diues, non ideo ius habes in nos. Contra fit in quamlibet, quæ proprium verbum non habet: ſed ſubiicitur: ſic tamen vt oratio poſſit in geminam reſolui. Non enim pili facit te, quamlibet diuitem, vel quãuis diuitem. Nam quamuis vtramque naturam obtinet. Hanc annotationem Vallæ videtur neglo-*
C *xiſſe Prudentius. Et haud ſcio, an alicubi reperiatur etiam apud probatos Autores. Certè apud Aureliũ Auguſtinum reperio.* Er verbo editus.] *Non eſt accipiendum, ſermonem ſermone eſſe prolatum, quaſi duo ſint ſermones, alter proferens, alter prolatus, quod ab Hæreticis quibuſdam ſomniatum eſt: ſed* verbo *dixit, pro ipſa prolatione. Quemadmodum enim ſenſus in animo noſtro cõceptus, qui prius διάνοια dicebatur, ipſa pronũciatione fit λόγος: ſic ſermo Dei ante conditum mundum ſemper naſcens ex corde Patris, nec inde recedens, ſapientia erat: ea deprompta*
D *per mundũ conditum, ſermo nobis eſſe cœpit per quem pater nobis loquutus eſt.* Tamen paterno in pectore Sophia callebas priùs.] *In Sophia produxit ſyllabã mediam, ſequutus accentũ Græcũ, quemadmodum & alicubi idem ſequutus, corripit mediam in Idola, & penultimã in Paraclitus.* Callebas] *vt legas per geminum ll, metri ratio cogit:* Poſitũ *eſt autem callebas, pro ſapiebas: non quòd in filio Dei prius ſit ſapere, quàm naſci: ſed quod ante mundum conditum ſermo Dei latebat in corde Patris, æterni Patris ſapientia: Proinde Prudentius omittit hoc*
E *loco generationem illam, qua neſcit initium, de qua tamen alibi loquitur in hymno Trochaico:* Corde natus ex parentis anre Mundi exordium: *aut prior pars,* Sis orrus, *pertinet ad primam illam generationem, ac perpetuam. Quod ſequitur,* & verbo editus *pertinet ad Mundum conditum, ad quem refertur prius aduerbium.*

Quæ prompta cælum, condidit
F Noctem, diémque & cætera,
Virtute Verbi effecta ſunt
Hæc cuncta: nam Verbum Deus.

Prompta.] *id eſt, prolata, ſiue deprompta. Sic enim legis:* Fiat lux, & facta eſt lux. Condidit.] *Per Verbum Pater condidit Mundum, non tanquam per inſtrumentum, quemadmodum faber dolabro vtitur ad fabricam; ſed filius vnà cum Patre condidit. Patri tamen tribuitur autori-*

Deus mẽbra non habet.

Dei verbũ.

Gen. 1 3.

tas, quod ab hoc ſit filius & ſpiritus ſanctus. Virtute Ve bi] *ita Paulus ad Hebræos*, 1. a. per quem fecit & ſecula. *Potens eſt regum ſermo, ſed ſermo Dei eſt omnipotens. Proinde non mirum, ſi Mundum hunc condidit. Nam ſermo hic, ſic manat à Deo, vt ſit & ipſe Deus, & ſic depromitur ex ore Patris, vt non recedat à corde Patris. Ex rebus enim conditis nihil accedit, aut decedit naturæ Diuinæ, quæ prorſus eſt immutabilis. Docet hoc Prudentius in his quæ ſequuntur:*

ſermo Dei omnipotens.

Sed ordinatis ſeculis,
Rerumque, digeſto ſtatu
Fundator ipſo, & artifex
Permanſit in Patris ſinu.

Scriptura ſacra ſubinde ſecula *vocat, quicquid in tempore conditum eſt; & ante ſecula, quod ante mundum conditum* Ordinatis.] *Alludit ad Chaos, in quo confuſa erant omnium rerum ſemina. Sic & Naſo* 1. Metam. v. 7.

Seculum quid.

--- Rudis, indigeſtaque moles,
Nec quicquam niſi pondus iners, congeſtaque eodem,
Non bene iunctarum diſcordia ſemina rerum.

Sicut in Geneſi diuiditur lux à tenebris; diuiduntur aquæ ab aquis; ſegregantur aquæ, & exiſtit arida: Diſtinguitur ſpecies rerum è terra naſcentiũ, diſtinguitur animantium formæ, & ſuus cuique locus, ſua cuique vis tribuitur: hoc eſt quod ait, rerumq; digeſto ſtatu. Fundator ipſe & artifex.] *Qui fundator incipit, artifex perficit, & regit. Prouerbiorum octauo*, 28. Quando appendebat fundamenta terræ, cum eo eram cuncta componens. *Per Filium ſunt initia Mundi, per filium digeſtus eſt, per filium gubernatur, per filium reſtitutus eſt, per filium conſummabitur. Ipſe dixit, pro idem, vt digeſto pro diſtributo. Neque enim digerere eſt concoquere, ſed in ſuum quidque locum diſponere. Et* ſinum *appellat pectus, ſiue cor. Nam ſinus locus eſt cordis, vnde:* In ſinu gaudere. In ſinum effundere.

Gen. 1. 4.

Prou.

Donec rotata Annalium
Tranſuoluerentur millia.
Atque ipſe peccantem diu
Dignatus orbem viſerot.

Semel deprompta ſapientia, condidit ac digeſſit Mundum quum non eſſet. Iterum prolata, reſtituit Mundum collapſum, hoc eſt hominem: cuius gratia condita fuerant omnia. Rotata] *quòd circũuolutione cæleſtiũ orbiũ diſtinguantur Dies, Menſes, Anni, & Secula.* Millia.] *Nam ab orbe vſq; ad Chriſtũ, ſupputantur ſupra millia quingenta, centũ nonaginta nouem.* Atque ipſe peccantẽ diu.] Quoniam *fruſtra per Moſen data erat lex: fruſtra miſſi tot Prophetæ, venit ipſe Dei filius Homo fact⁹, Sic enim loquitur, Pſ.* 39. Holocauſtũ, & pro peccato non poſtulaſti, tũc dixi: Ecce venio. *Rurſus apud Eſaiam, c.* 52. 6. Ego ipſe, qui loquebar, ecce ad ſum.

A Nam cæca vis Mortalium
Venerans inanes nænias:
Vel æra vel ſaxa algida,
Vel ligna credebat Deum.

Vim appellat multitudinẽ. Nec enim omnes colebant Simulacra. Aut vim dicit, vt vires Hominis diſtinguat à gratia Dei. Semen collapſi per peccatum Adæ, nihil aliud quàm peccabam⁹, ſẽper in deteriora prolabentes. Inanes nænias.] *Nænias appellat*
B *ſimulacra, quibus veteres tribuebant mentẽ diuinã, quum nec humanã habebant, tametſi gerunt ſpeciem hominis. Quanuis enim nænias vſurpemus pro nugis quibuſlibet, tamen propriè nænia eſt cantio funebris, quæ fruſtrà canitur mortuo. Reperitur & pro Epitaphio. Porrò Simulacrorum cultus primũ hinc natus eſt, quod Parẽtibus, Regibus, aut alioqui benemeritis de genere Mortalium, à morte ponebantur ſtatuæ, & his diuini honores exhibebantur. Quin Romæ ſolẽnis erat mos, Cæſares extinctos in Deos referre.*

Nænia quid ſit.

Simulacra quibus.

C Nec dum ſequuntur perfidi,
Prædonis in ius venerant:
Et mancipatam fumido
Vitam Barathro immerſerant.

Chriſtus Dominus eſt omnium: Diabolus Tyrannus eſt, & prædo, quòd ſibi vendicauit quod erat alienum. Ille primus pellexit ad peccandum. Per peccatum autem regnabat, & per peccatum inuecta eſt mors. Porrò quiſquis perpetrat peccatum, ſeruum ſe facit peccati. Et qui peccato eſt obnoxius, tranſit in ius & poteſtatem Satanæ. Atque hoc chirogra-
D *pho totus Mundus erat obnoxius Diabolo. Perfidos autem vocat, quòd deſciſcentes à conditore, & rege Deo, defeciſſent ad muta ſimulacra.* Vitã Barathro] *Hoc notat quod dixi, per peccatum inuaſiſſe mortem: Per Iuſtitiam regnum eſt Dei, & per iuſtitiam vita. Per peccatum tyrannis eſt diaboli; per peccatum eſt mors. Barathron Græca dictio eſt, ſignificans locum profundum, & obſcurum, in quo ſeruantur nocentes, ſiue voragines, quæ fluuios abſorbent, aut maria. Poteſt accipi de Inferis, quò tum migrabãt etiam piorũ animæ, aut de morte æterna.*
E

Barathrũ quid.

Stragem ſed iſtam non tulit
Chriſtus cadentum Gentium,
Impunè ne forſan ſui
Patris periret fabrica.

Stragem] *à bello ductũ verbum, à ſternẽdo. Nam latè patebat tyrãnis Satanæ, ac velut impunè regnabat, totas Nationes detrahẽs ad Inferos.* Impunè.] *id eſt, nemine vẽdicante, ſeu defendẽte. Fruſtra cõdi-*
F *tus erat Mũdus, ſi periret homo, cuius gratia cõditus fuerat. Cauſã aperuit, cur Deus Homo naſceretur.*

Mortale corpus induit,
Vt excitato corpore,
Mortis catenam frangeret,
Hominémque portaret Patri.

Inſcruta-

Inſcrutabile conſilium eſt Dei, quare ſic paſſus ſit hominem labi in peccatum, & quare ſic voluerit illum à peccato liberare. Conueniebat autem vt Homo redimeret Hominem, & per Mortem Mors tolleretur. Quod *mortuus eſt, erat humanæ natura: quod reſurrexit, erat virtutis diuinæ. Per mortem Chriſti abolitum eſt peccatum. Per reſurrectionem, data eſt nobis ſpes immortalitatis.* Hominemque portaret Patri.] *Alludit ad duas parabolas Euangelicas, altera eſt de oue erratica, quam paſtor reportauit humeris ſuis. Pro noſtris enim peccatis afflictus, cæſus, ac moriens, nos ſuis Humeris impoſitos reddidit Patri. Altera eſt de Samaritano, qui ſaucium impoſuit iumento ſuo.* Iumentum] *hoc eſt, corpus aſſumptum.*

Hic ille natalis dies,
Quo te Creator arduus
Animauit, & limo induit,
Sermone carnem glutinans.

Hic ille] *Nam erant & alij dies natales, vt ita loquar. Hic eſt dies, qui nos aſſeruit Patri. Per Apoſtrophen ſermonem vertit ad filium.* Creator) *Dicitur & ſapientia Dei creata, pro eo quod eſt, genita: quanquam hic creator Mundi poteſt intelligi.* Animauit) *Notat aduerſus Hæreticos hypoſtaſim Chriſti tribus conſtare naturis, diuina, anima humana, & corpore mortali; quod hic limum appellat: eo quòd primus ille parens è limo factus ſit, cui Deus inſufflauit ſpiritum vitalem.* Sermone carnem) *Sermonem appellat filium Dei, quod vocabulum illi propriè conuenit iuxta naturam diuinam. Inter corpus mortale, & diuinam naturam, veluti glutinum fuit anima Chriſti.*

Sentiſne virgo nobilis
Matura per faſtidia
Pudoris intactum decus
Honore partus creſcere?

Rurſus à Filio ſermonem flectit ad Virginẽ grauidam. Et interrogatio facit, ad affectus alacritatem. Nobilis.] *Sola enim Virgo peperit, & Deum peperit. Quanquam iuxta carnem quoque genus duxit è ſtirpe Dauid.* Matura per faſtidia.] *Matura dixit tempeſtiua. A faſtu & tædio dictum apparet faſtidium. Hoc quoties ad animum refertur, vertitur in vitium. De grauida verò dixit Virgil.*
Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes.

Tumorem vteri fuiſſe in Maria, dubium non eſt: F *ſenſerit & geſtationis tædium, incertum. Probabilius eſt non ſenſiſſe, quemadmodum nec cruciatum in partu. Euæ veteres pariunt cum dolore, quorum cum pruritu libidinis concipiunt. Eua noua, quoniam in conceptu voluptatis titillationem non ſenſit, iure creditur ab omni geſtandi, pariendique moleſtia fuiſſe immunis.* Pudoris intactum decus.] *Virginitati etiam apud Ethnicos ſuus eſt habitus honos. Eſt enim veluti præcipuus decor ac flos humani corporis. Coniugatis autem vt probro da-*

A *batur ſterilitas, ita glorioſum erat marito ſimilem prolem edere. Sola* Maria *laudem vtramque tulit, & integritatis inter virgines, & fœcunditatis inter coniugatas. Nam vt multæ numeroſius pariant, certè nulla peperit felicius. In aliis honor materni nominis ita ſuccedit virginitati, quemadmodũ fructus ſuccedit flori. In Maria virginitatis gratia non eſt violata, ſed cumulata dignitate partus.*

Maria ſola mater & virgo.

O quanta rerum gaudia
B Aluus pudica continet,
Ex qua nouellum ſeculum
Procedit, & lux aurea.

Multi putant Sibyllam Cumanam, vaticinium quod Virgilius in bucolicis aliò detorſit, de Chriſto prodidiſſe. Ex Poëtarum fabulis diſcimus, ſub Saturno, quoniam mores hominum erant incorrupti, ſeculum aureum fuiſſe; huic ſucceſſiſſe argenteum, moribus longè deterioribus: Deinde veniſſe ferreum, C *omnibus ita corruptis, vt ne veſtigia quidem extarent priſcæ probitatis.* Ieſus *autem natus, renouauit omnia, & auream ætatem nobis reduxit. Sic Virgilius ex ſententia Sibyllæ:*

Aureum ſeculũ ſub Chriſto.

Magnus ab integro ſeclorum naſcitur ordo.
Iam redit & Virgo, redeunt Saturnia regna.
Iam noua progenies cœlo demittitur alto. 4. Ecl 5.

O quanta rerum) Rerum, *addidit feſtinitatis cauſa, quaſi muta quoque & inanima ſenſerint* D *voluptatem, naſcente* Ieſu. Nouellum ſeculum.) *Vetus Adam docuit ſuos peccare: nouus Adam, Chriſtus* Ieſus, *docuit innocentiam & obedientiam. Paulus iubet vt exuamus veterem hominem, hoc eſt, affectus malos, & induamus nouum, hoc eſt, agnum illum immaculatum, qui in Apocalypſi loquitur,* 21. 5. Ecce ego noua facio omnia. *Et apud Eſaiam dicitur:* * Pater futuri ſeculi, princeps pacis. Non eſt autem pax impijs, dicit Dominus. Et lux aurea) Alludit ad *aureum ſecu-* E *lum, quanquam ſolis fulgor propriè dicitur aureus. Luna habet lucem, ſed non auream. Eximiam autem lucem vocat auream.*

* Iſ. 9. 6.

Vagitus ille exordium
Vernantis orbis protulit,
Nam tunc renatus ſordidum
Mundus veternum detulit.

Vagitus nomen & à ſono fictum, quòd huius F *dictionis primam ſyllabam fœtus maſculus prorepens ab vtero matris ſoleat edere. Nam fœminæ voce tenuiore magis ſonant ve. Parum felix auſpicium huius vitæ tot malis obnoxiæ. Qua de re vide Plin. lib. 7. cap. 1. In Chriſto contra vagitus indicabat Mundum renaſci: quandoquidem qui baptizantur in Chriſtum, per illum renaſcuntur: ac depoſita vetuſtate prioris malitiæ,* quaſi modo geniti infantes, lac animi concupiſcunt. Vernantis orbis) *Habet & annus ſenium ſuum. Extremus Autumnus reſpondet ſenectæ decrepitæ,*

Maſculi Adamum, Fœminæ conclamant Euã.

Ætatibus reſpondēt Anni tempora.

ſiccus ac frigidus, Bruma velutifouet in vtero fœtum humidum, & calidum: Eum ter velut edit donec adoleſcat. Æſtas virilis eſt ætas anni: vnde dixit: vernantis orbis, quaſi renaſcentis. Cæterùm in illis regionibus vbi natus eſt Chriſtus, hyems multo breuior eſt, quàm apud nos. Quandoquidem *& Romæ poſt 16. diem Ianua. iam terra meditatur repubeſcere.* Nam tunc renatus ſord.] *Nondum renatus erat mundus, quia nondum paſſus fuerat Chriſtus, verùm is natus erat, per quem omnes renaſceremur. Veternus morbus eſt ſenibus familiaris, qui ſomnolentiam inducit ac ſitim. Vnde Terentius veternoſum dixit, ſenilem Eunuchum ac flaccidum. Accidit ſordidum, quod iuuentus habeat nitorem. Alluſit autem ad hyemem, in qua ſqualent ac torpent, omnia: vnde, & ignaua dicitur à Poëtis, quod tum ceſſent Agricolæ.*

Veternus.

B

Sparſiſſe tellurem reor
Rus omne denſis floribus,
Ipſa que arenas ſyrtium
Fragrantque nardo, & nectare.

omnia naſcēte Chriſto lætantur.

Non eſt fabuloſum Ieſu *natiuitatem plenam fuiſſe gaudiorum. Conceptionem blando alloquio nuntiat angelus. Nato puero cæleſtis auditur muſica. Oſtenditur ſubita lux, paſtoribus annuntiatur gaudium magnum, ad ſtellæ fulgentis indicium accurrunt Magi. Cæterùm quod hic narrat Prudentius, iuxta tropologiam eſt intelligendum, quemadmodum & illa quæ ſcribit Eſaias conſimili tropo.*

Iſa. 11 6. & cap. 65 25.

Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit, vitulus & leo & ouis ſimul morabuntur: vitulus & vrſus paſcentur, ſimul requieſcent catuli eorum. Et leo quaſi bos comedet paleas. Et delectabitur infans ab vbere ſuper foramen aſpidis, & in cauerna reguli, qui ablactatus fuerit, manum ſuam mittet. *Item Propheta Ioël* 3. 18. Stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte, & per omnes riuos Iudææ fluent aquæ, &c. *Similiter & Amos:* Et ſtillabunt montes dulcedinem, & omnes colles culti erunt. *Hæc enim in ſpeciem non videntur admodum diſſimilia his, quæ ſcribit Virgilius:*

Amos 9. 13.

4. Eccl. 18.

At tibi prima puer nullo munuſcula cultu,
Errantes hederas paſſim cum baccare tellus,
Mixtaque ridendi colocaſia fundet Acantho.
Ipſæ lacte domum referent diſtenta capellæ
Vbera, nec magnos metuent armenta leones,
Ipſa tibi blandos fundent cunabula flores.
Occidet & ſerpens, & fallax herba veneni
Occidet, Aſſyrium vulgò naſcetur amomum.

Cæteraque quæ proſequitur ille ex Sibyllæ vaticinio. Ad hæc nimirum alluſit Prudentius, rus appellans homines incultos, nullis florentes virtutibus. Syrtes, *barbaras Nationes, quarum feritas & immanitas vix vllis diſciplinis videbatur poſſe mãſueſcere. Hæ per Chriſtum facta* bonus odor in Deo in omni loco, *quemadmodum inquit Paulus, pietate fragrantia ſuperant nectar ac nardum.*

A

Te cuncta naſcentem puer
Senſere dura, & barbara,
Victuſque ſaxorum rigor
Obduxit herbam cotibus.

Aperit allegoriam. Sentit de Scythis, Gothis, Hybernis, olim ſaxis ac ſcopulis ſimiliores quàm hominibus. Hinc occaſio veteris fabulæ de Amphione, qui teſtudine ſua mouit ſaxa. Et Orpheo, qui cythara ſua quercus poſt ſe traxerit. Fortaſſis hinc & Saxonibus inditum olim nomen. Nulla natio tam aliena fuit ab omni humanitate, nulla tam bruta & effera, quam Chriſti iugum non emollierit, ac cicurarit. Hoc enim eſt quod promiſerat per Oſeam Prophetam, vt ex non populo fieret populus Dei. *Et iuxta Paulum,* vocentur ea quæ non ſunt, tanquam ſint. Saxorum rigor.] *Rigidum dicitur, quod frangi poſſit citius, quàm flecti. Vnde & Saxorum rigor dicitur, & hyemis rigor, quòd gelu reddat omnia fragilia. Erant olim gentes adeò feræ, vt nec legibus, nec armis, nec Græcorum diſciplinis poſſent manſueſcere. Solus Chriſtus ex ſilicibus fecit homines. Nimirum hoc erat, quod Dominus minitabatur Iudæis,* quòd Deus potens eſſet de lapidibus ſuſcitare filios Abrahæ.] *Quod minatus eſt, fecit.* Obduxit herbam] *Hoc verbum eſt ex eorum genere, quibus in eodem ſenſu bifariam vtimur. Aſperſit illi labem, & aſperſit illum labe, Induit illi tunicam, & induit illum tunica. Sic obduxit herbam cotibus, & obduxit cotes herba.* Cotibus *dictum eſt, pro cautibus, quemadmodum ploſtrum, pro plauſtrum. Et ſcio an Prudentius ſcripſerit, cautibus. Traxit & Virgilius hinc comparationem duræ mentis, & implacabilis.*

Saxones à ſaxorum duritie.

C

Chriſtus de lapidibus ſuſcitauit homines. Matth. 3. 9

D

Nec magis incepto vultum ſermone mouetur, 6. Æn. 471.
Quam ſi dura ſilex, aut ſtet Marpeſia cautes.

E

Iam mella de ſcopulis fluunt,
Iam ſtillat ilex arido,
Sudans amomum ſtipite,
Iam ſunt myricis balſama.

Plus dicit quàm Virgilius: Et duræ quercus ſudabunt roſcida mella. 4. Ecl. 30. *Scopuli madent potius aſpergine ſalſi maris. Ilex eſt genus glandiferarum. Et Poëtæ frequenter abutuntur ſpecie pro ſpecie.* Sudans amomum.] *Amomum & frutex dicitur, & fructus fruticis, vuæ labruſcæ ſimilis, vnde dixit, ſudans. Eſt enim vnguentum, quod ſic redditur ab amomo; quemadmodum thus aut gummi reſudat è ſua arbore. Eſt autem hoc pleriſque commune. Vnde & ſtacte odoramenti genus Græcis, ſtilla dicitur.* Iam ſunt myricis.] *Myrica humilis virgulti genus eſt, cuius meminit Virgilius in vaticinio Sibyllæ:* Non omnes arbuſta iuuant, humileſque myricæ.] 4. Ecl. 2. *Inter omnia verò vnguenta, prima laus eſt balſamo. Vide Plinij librum duodecimum.*

F

O ſancta præſepis tui
Æterne Rex eunabula,
Populiſque per ſecla ſacra
Mutis & ipſis credita.

Coniungit inter ſe diuerſiſſima. Quid humilius cunabulis & præſepi? Quid ſublimius æterni Regis nomine? ſic viſum eſt illi, qui notauit mundum, ex humillimis & conceptis reddere ſublimia: contrà, quod altum erat, deiicere. Populiſque per ſecla] *Non omnia templa omnibus populis olim erant veneranda. Vnaquæque Gens ſuos habebat Deos. Tum autem & tempora variabant Religionem, Ioui ceſſit Saturnus. Hæc cunabula, quæ nobis dederunt Regem æternum, cunctis Orbis Nationibus veneranda ſunt, idque per omnia ſecula. Regis æterni, cultus eſt æternus. Et omnium Regem, omnes meritò venerantur.* Mutis & ipſis credita.]
Aſi- d pe. 3. c.3. 1.50. *A priſcis vſque ſeculis manauit ad nos pictura, quæ Ieſu præſepi addit bouem, & aſinum, quod tamen in ſacris literis nuſquam apertè proditum eſt. Sed occaſio ſumpta videtur ex Iſaiæ prophetia, quæ dicit:* Cognouit bos poſſeſſorem, & aſinus præ
C ſepe Domini ſui? populus autem Iſraël me non cognouit, & populus meus non intellexit. *Certè huc ſpectauit Prudentius, Bos enim, & Aſinus nihil crediderunt, ſed barbaræ Gentes, ſeruientes Dæmoniis & cupiditatibus ſuis, ac brutorum in morem viuentes, credidere Chriſto quum populus Iſraëliticus etiam hodie Chriſto rebellet.*

Adorat hæc brutum pecus
Indocta turba ſcilicet,
Vis cuius in paſtu ſita eſt,
Adorat excors Natio.

Indocta turba.] *Turba, dixit contemptim, quum populus Iſraël eſſet populus electus, ac Deo peculiaris.* Indocta, *quia quod eſt omnium præcipuum, neſciebat Deum. Soli Iudæi per legem nouerant vnicum Deum. Inde & Chriſtus inſedit Aſino, qui gentium figuram habebat.* Brutum pecus,] *quod non ſapit.* Indocta, *propter ignorantiam legis.* Vis cuius in paſtu ſita eſt, *ob luxum & libidinem, cui ſeruiebant more brutorum animantium: quæ natura prona, & ventri obedientia finxit.* Excors,] *quia nondum habebat, quod optat Dauid:* Cor mundum crea in me Deus. *Vnde præuaricatores iubentur redire ad cor.*

Hymni figura.

Sed cum fideli ſpiritu.
Concurrat ad præſepia
Pagana gens & quadrupes,
Sapiatque quod brutum fuit,
Negat Patrum Proſapia
Perosa præſentem Deum.
Credas venenis ebriam
Furiſve lymphatam rapi.

Nota. *Quemadmodum in diſticis Elegiacis ferè pentameter abſoluit ſenſum, ita in Iambicis dimetris ob-*

A *ſeruatur, vt quartus abſoluat: quod tamen perpetuum non eſt. Nam hic pendet conſtructio, ſed ita, vt priores quatuor principale membrorum abſoluant. Senſus eſt, quum ad* Ieſu *cunabula concurrant Paſtores, concurrant Magi, concurrant Scythæ, Arabes & Indi, gens Pagana, quæ nihil ſecum adfert, præter ſimplicem fidem, quum nec habeat legem, nec religionem, nec benefacta, (Paganam vocant ruſticam, & à ſacris alienam: quadrupedem, ob brutas cupiditates, quibus antè ſeruiebat.) Tamen Iudæi, ex quorum genere prodiit Chriſtus negant & oderunt*
B *præſentem, quem tot ſeculi expectarant, clamantes:* Veni Domine, & libera nos. Veni & noli tardare, relaxa facinora plebis tuæ Iſraël. In Officio Aduentu.
Credas) *credere poſſis. Nam modus eſt potentialis.* Venena.) *dixit veneficia, quibus inducitur dementia.* Furiiſve lymphat.) *Lymphati dicuntur phanatici, qui furore per numen aliquod immiſſo agitatur. Lympha enim aqua eſt. Et creditum eſt olim, vt qui Nympham vidiſſent in fonte, furiis agerentur. Sunt & fontes, qui guſtati dementiam adferant.*

C Quid prona per ſcelus ruis?
Agnoſce, ſi quicquam tibi
Mentis reſedit integræ,
Ducem tuorum Principum.

Apoſtrophe ad Iudæos. Agnoſcimus, quod prius cognitum noſcitamus & amplectimur. Prophetæ & Legis Figuræ Chriſtum depinxerant. Talis venit, qualis erat promiſſus, & tamen Iudæi nolunt agnoſcere. Reſedit) *pro reliquum eſt. Et integræ dixit, pro ſanæ.* Ducem tuorum principum.) *Haud ſcio an Prudentius ſcripſerit* Prin-
D cipum, *vt dux Princeps intelligatur primarius, ac ſummus. Nam & Moſes, & Ieſu Naue, & Dauid duces erant. Sed hic erat omnium dux. Ille eduxit Moſen ex Ægypto. Ille deduxit per deſertum, comitante illos petra:* petra autem, *vt ſcribit Paulus 1. Corinth. 10. 14.* erat Chriſtus.] *Ille afflauit* Samuelem, *ac Prophetas, ille Dauid. Quanquam enim Chriſti vocabulum pertinet ad Naturam humanam, tamen ob hypoſtaſeos ſingularitatem de homine prædicantur, quæ peculiaria ſunt Naturæ diuinæ, & contrà.* Ieſus Dux Ducum.

E

Hunc quem latebra, & obſtetrix,
Virgoque fœta & cunulæ,
Et imbecilla infantia
Regem dederunt Gentibus, Hymnos.
Peccator intueberis
Celſum coruſcis nubibus
Deiectus ipſe, & irritis
Plangens reatum fletibus.

F *Rurſus pendet poſt quartum dimetrum ordo. Duos depinxit aduentus Ieſus, alterum quo venit humilis, vt ſeruator omnium, alterum quo venit ſublimis, iudex viuorum, & mortuorum. Qui hic contempſerunt humilem, illic formidabunt ſublimem.* Hunc] *eundem. Veniet enim idem viſibili* Chriſti duo aduentus.

corpore. Latebra] *quia in obſcuro oppidulo, in abiecto loco diuerſorij.* Et obſtetris] *mulier contempta.* Virgo fœta] *quo nihil incredibilius videbatur.* Cunulæ] *præſepe.* Et imbecilla infantia.] *Nihil ea ætate contemptius. Hæc tam abiecta, tamque contempta Regem dederunt vniuerſis. A tam humilibus initiis Deus æternum illud regnum voluit exoriri.* Peccator] *qui noluiſti credere.* Intueberis] *Videbunt in quem compunxerunt. A reſurrectione non exhibuit ſe conſpiciendum, niſi Diſcipulis. In extremo die ſeſe exhibebit omnibus.* Celſum coruſ. nubib.] *Sic ipſe promittit in Euangelio:* A modo videbitis filium
Matth. 24. 30. hominis venientem in nubibus cum virtute multa & maieſtate Coruſcis.] *Sicut fulgur emicat ab vna cæli parte erumpens in diuerſum, ita ſubitò videbitur.* Deiectus ipſo.] *Tunc verſis rerum vicibus, ille ſublimis erit cum ſuis, cum quibus hic erat deiectiſſimus: & erunt deiectiſſimi, qui hic videbantur ſublimes.* Irritis fletibus.] *Tum enim ſera erit pœnitentia, ſed quiſque metet prout ſeminauit.*

Cùm vaſta ſignum buccina
Hymnus. Terris cremandis miſerit,
Et ſciſſus axis cardinem
Mundi ruentis ſoluerit.
Inſignis ipſe & præminens
Meritis rependet congrua,
His lucis vſum perpetis,
His gehennam & Tartarum.

Magnificè dixit, vaſtam buccinam, quæ nuſquam non audiatur. Sic Paulus 1. *Corinth.* 15. 52. Canet enim tuba. Terris cremandis.] *Vt per diluuium olim purgatus eſt mundus, ita tum per*
A *incendium purgabitur. Somniarunt hæc de re non nihil & Poëtæ ex vaticiniis Sibyllæ, quæ multa refert Lactantius.* Quanquam *idem dicit Petrus* Mundus igne purgandus.
epiſtola ſecunda capite tertio: Cæli autem qui 2. Petr. 3. 7. 10.
nunc ſunt, & terra, eodem verbo repoſiti ſunt, igni reſeruati in diem iudicij, & perditionis impiorum hominum. *Ac paulo poſt:* Adueniet autem dies Domini vt fur, in quo cæli magno impetu tranſient, elementa verò calore ſoluentur: terra autem, & omnia quæ in ipſa ſunt opera, exurentur, &c. *Nam ſat eſt indicaſſe locum, ad quem alluſit Poëta.* Et ſciſſus
B axis.) *Orbis cæleſtium corporum per ſuos quippe polos voluuntur: non aliter quàm rota voluitur per axem.*

Iudæa tunc fulmen Crucis
Experta, qui ſit ſenties
Quem te furoris Præſule,
Mors hauſit, & Mors reddidit.

Hoc carmen à ſciolo deprauatum reſtitui. Sic enim habebatur: Experta quæ ſit ſenties, Quæ te furoris Præſule Mors hauſit, & mors reddi-
C dit. *Senſus hic eſt: O Iudæorum incredula Natio, quæ Chriſtum priori aduentu noluiſti agnoſcere,* Luc. 23. 21.
ſed clamaſti: Crucifige, Crucifige, non habemus Regem niſi Cæſarem, *tunc quum videbis triumphale ſignum Crucis è ſublimi, fulminis ritu perſtringens oculos impiorum, per hoc agnoſces,* Chriſti Reſurrectio.
quis, & qualis ſit ille pridem conceptus, ac ludibriis affectus, quem Mors abſorbuit, te Præſule Ioan. 2. 1. Mic. 2. 40.
furoris, hoc eſt, te Autore mortis, quæ Pilatum inuitum adegiſti ad impium facinus: & mors reddidit, quemadmodum Ionam abſorbuit cetus, ac 3. *die reuomuit.*

* *
*

EIVSDEM ERA. ROT.

COMMENTARIOLVS IN HYMNVM PRVDENTII DE EPIPHANIA IESV NATI.

CHRISTVS, *qui ſeruandis omnibus venerat, vnamquamque gentem captauit occaſione rerum, quibus delectabatur, quibuſque fidebat. Iudæos allexit miraculis? Magos Aſtrologiæ deditos attra-*
Chriſtus omnia omnibus factus. *xit indicio ſtellæ peculiari luce fulgentis; Græcis miſit Paulum eloquentiæ pollentem, & appoſitum ad congrediendum cum Philoſophis. Venit autem humilis, vt nos eueheret ad amorem rerum cæleſtium. Aſcendit in cælos, ne per illum reſuſcitati ad vitæ nouitatem, poſthac rerum hu-*
A *milium amore teneamur, ſed eò ferantur ſtudia noſtra, quò præceſſit caput noſtrum. Itaque.*

Quicunque Chriſtum quæritis,
Oculos in altum tollite:
Illic licebit viſere
Signum perennis gloriæ

Stella Magis indicabat Chriſtũ, ſed nobis Chriſtum repræſentat. Ille præiuit in columna nubis & ignis eduxit filios Iſraël ex Ægypto. Idem nobis prælucens auocauit è tenebris peccatorum, ac viam nobis aperuit in patriam lucis æternæ. Deſcendit ad

nos, vt dux eſſet in cælum. Magi niſi ſuſtuliſſent oculos in altum, non vidiſſent ſtellam: niſi cordis oculos erigamus in cælum, non inueniemus Chriſtum. Qui *ſcrutatur venas auri, & argenti, quorum animus ſemper eſt in ſcriniis, aut in patinis: qui latifundia iungunt latifundiis, quoniam oculos habent in terram defixos, non vident hanc ſtellam.* Viſere) *propriè eſt ire ad videndum, tametſi nonnunquam vſurpatur pro videre.* Signum perennis) *Sola gloria Ieſu perennis eſt. Alioquin* omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos fœni.) *Proinde qui gloriatur, in Domino glorietur. Signum erat eius, qui lux eſt Mundi. Stella corpus eſt lucidum. Ita Chriſtus, quo nobis eſſet viſibilis, carnem induit.*

Hæc ſtella, quæ Solis rotam
Vincit decore, ac lumine,
Veniſſe terris nuntiat
Cum carne terreſtri Deum.

Exponit quare dixerit, ſignum. Vincit decore, ac lumine.) *Non eſt veriſimile ſtellam illam fuiſſe maiorem ſole, ſed gratia lucis antecelluiſſe. Sol enim ſua luce perſtringit, ac percellit oculos obtuentium. Chriſtus autem diuinitatis ſuæ lucem, cuius humana Natura capax non erat, humani corporis familiaritate temperauit, vt poſſimus intueri. Et ideo ſubiicit Prudentius:* Cum carne terreſtri Deum. *Quoniam enim* Deus *vidit Homines nihil amare poſſe, niſi quod viderent, fecit ſe nobis viſibilem, vt vel ſic amaretur. Et quoniam omnino confidere volebant Homines Hominibus, dedit eis vnum Hominem, vt alienati à fiducia cæterorum Hominum, totam fiduciam ſuam transferrent in hunc vnum Hominem, qui neminem eſſet deſtituturus, quod idem eſſet Deus.*

Non illa ſeruit noctibus
Sequura Lunam menſtruam,
Sed ſola cœlum poſſidens
Curſum dierum temperat.

In exordio mundi Sol conditus eſt, vt præeſſet diei: Luna, vt nocturnis tenebris aliquod luminis ſolatium præberet: non quòd Luna non luceat aliquando interdiu, ſed quod obſcuretur claritate Solis, quemadmodum & cæteræ ſtellæ, quæ non ſequuntur Lunam, ſed Luna lucente tamen apparent, alioqui Luna maiores. Vt autem videantur minores, facit longius interuallum ab obtutu noſtrò, quum Luna ſphæram terræ proximã obtineat. Menſtruam autem vocat, quod intra triginta dies peragat curſum ſuum in Zodiaco, quem Sol peragit anno. Cæteri quidam etiam tardius. Quoniam autem *lumen habet mutuum à Sole, quum eſt illi proxima, nulla videtur, ac paulatim recedens à Sole, magis illuſtratur, donec aduerſa ſoli toto orbe luceat. Inde rurſus accedens ad Solem, decreſcit. Vnde litteris myſticis rerum humanarum gerit typum, in quibus multum eſt caliginis, nihil ſtabilitatis.* Stultus, *inquit Sapiens,* mutatur vt luna. *Sol autem Chri-*

A *ſtum deſignat, qui eſt ſapientia Patris, nullis obnoxia mutationibus, aut viciſſitudini.* Quemadmo*dum dicitur annuum, aut diurnum, ita & menſtruũ.* Sed ſola cœlum.] *Quia ſola apparebat. Cælum appellat aërem. Nec enim creditur illa fuiſſe in numero ſtellarum fixarum, aut errantium quæ vocantur, nec vlli affixa orbi, ſed recens in hoc condita, vt per aërem incedens Magis indicaret æternam illam ſtellam Ieſum Chriſtum in quem hæc verè congruunt, quæ dicit Prudentius.* Curſum dierum.] Eccli. 27. 11. Stella Magorũ,
B *Iuxta hiſtoriam non ſemper prælucebat Magis ſtella, ſed quoties opus erat. Iuxta allegoriam Chriſtus eſt ſtella ſola poſſidens cælum, dux, & auctor omnis diuinæ veritatis. Hic eſt dies animorum, qui neſcit occaſum.* De *hoc vaticinatus eſt Balaam:* Num. 24. 17. Math. 2. 2.
Orietur ſtella ex Iacob.

Arctoa quamuis ſydera
In ſe retorris motibus
Obire nolint, attamen
C Plerumque ſub nimbis latent.

Duæ ſunt ſtellæ intra flexus Anguis, quas Græci ἄρκτους, *id eſt, Vrſas vocant, tam vicinæ polo Septentrionali (quem ab ipſo* ἀρκτικὸν *appellant) vt nobis nunquam occidant. Id indicans Virg. in Georg. ſcribit:* Arctos Oceani metuentes æquore tingi. Arctos 1. Geor. 143.

Et Ouidius l. 4. Triſt. Eleg. 3. v. 1.

Magna, minorque feræ, quarum regit altera Graias,
D Altera Sidonias, vtraque ſicca, rates.

Siccas appellat, quòd non mergantur: non quòd vlla ſtella mergatur, ſed quòd occidentes nobis videantur Oceano mergi. In ſe retortis motibus] *Quoniam voluuntur circa polum, minimum conficiunt ſpatij, ſed videntur mox redire vnde venerant. Non occidunt, tamen plerunque fit vt non videantur, videlicet obductæ nubibus. Chriſtus autem neque nouit occaſum, nec vllis tenebris occultari poteſt. Hoc Prudentius* ἀλληγορικῶς:

E
Hoc ſydus æternum manet,
Hæc ſtella nunquam mergitur,
Nec nubis occurſu abdita
Obumbrat obductam facem.

Sydus ex pluribus conſtat ſtellis, vt Vrſa, vt Taurus. Stella ſingularis eſt. Aut igitur abuſus voce ſyderis, quod apud Poëtas non eſt infrequẽs: aut ſydus appellat Chriſtum, ſecum trahentem ſua membra.

F
Triſtis cometa intercidat,
Et ſi quod aſtrum Sirio
Feruet vapore, iam Dei
Sub luce deſtructum cadat.

Præter ſeptẽ præcipuas ſtellas, quas Græci, Planetas vocant, Latini, Errones, præter ſtellas fixas, quas innumeras habet octaua ſphæra, frequẽter apparent nouæ ſtellarũ ſpecies, inſignem aliquã felicitatem aut calamitatem Mortaliũ generi denuntiã-

tes, Græci Cometas *vocant; Latini crinitas, horrentes, vt inquit Plinius, crine ſanguineo, & comarum modo in vertice hiſpidas. Sunt & pogoniæ, acōtitæ, ceratiæ, lampades, aliæque cōplures; ex forma quam oſtendūt nominibus inditis, de quibus tractat præter alios Plin lib. 2. cap. 25. Dubitatum eſt autem, an hæ perpetuæ ſint, an ex tempore naſcantur, humore vim igneam concipiente, & poſt occidant. Neque enim ſemper appareret in orbibus ipſis, ſed frequenter in aëre hoc noſtro, veluti Caſtores, qui videntur inſidentes antennis, faces, & bolides. Nec deſunt qui putent noſtras animas habere cognationem cum ſtellis, vt ſua cuiq; ſit pecularis, quæ pariter cū homine naſcatur & occidat. Hæc vtcunq; habent, probabile eſt* [Stella recēs creata.] *hanc ſtellā recens creatam fuiſſe, nec orbibus affixā fuiſſe, ſed Angeli ductu per aërem commonſtraſſe viā Magis.* Triſtis cometa.] *Iuxta ſenſū allegoricum id accipiendū eſt. Nam & poſt Chriſtum natum frequēter apparuerunt cometæ. Sed poſt exortā ſtellam illā Euangelicæ veritatis, non eſt quod quiſquā timeat peſtiferas Satanæ ſtellas, ſiue bellum, ſiue famem, ſiue peſtilentiam minitantur cometæ, nihil eſt periculi his, qui ſequuntur ductum huius ſtellæ, quæ eſt Chriſtus* Ieſus. Et ſi quod eſt aſtrum.] *Sunt & ſydera parum proſpera rebus humanis, quum occidūt, aut exoriuntur, vt Orion, Hyades, ac Pleiades, quæ tempeſtatem adferunt:* Canicula, *cuius exortu* [Canicula.] *Solis feruor accenditur, feruent maria, fluctuant in cellis vina, mouentur ſtagna, incrudeſcunt peſtilentiæ, canes toto eo tempore in rabiē aguntur. Ea dicitur Sirius, à flammæ cādore: quamquā qui Græcarum vocū etymologiam contraxit, tot recitat opiniones, vt me pigeat referre. Iuxta tropologiā verò Sirius eſt Satanas, qui mentes hominū ad inſanos amores, ad bella inſidiaſq; cōcitat. Has ſtellas extinguit Chriſtus exortus, ac prælucēs mentibus noſtris. Nec caret gratia, quod abuſus eſt appellatiuo pro epitheto, Sirio vapore, quaſi dicas: Italos mores, pro Italicos. Vaporem autem dixit exhalationem calidam.*

En Perſici ex orbis ſinu
Sol vnde ſumit ianuam,
Cernunt periti interpretes
Regale vexillum Magi.

Incertum vnde venerint Magi, niſi quòd leguntur ab Oriente veniſſe. Perſis autem ad Orientem eſt Paleſtina, & in qua eſt Hieroſolyma. Periti in- [Matth. 2.] terpretes.] *Mox enim vt viderunt ſtellam, interpretantur natum Regem.* Vbi eſt qui natus eſt rex Iudæorum? *Porrò quos Græci Philoſophos appellent, Perſæ Magos vocant. Vetuſtiſſimæ Philoſophiæ erat Aſtrologiæ ſtudium.*

Quod vt refulſit, cæteri
Ceſſere Signorum globi,
Nec pulcher auſus eſt ſuam
Conferre flammam Lucifer.

[Lucifer ſtella.] *Lucifer, eadem eſt Venus, qua nulla ſtella benignior, nec plus habens lucis. Nam & interdiu frequenter apparet, & ſola omnium vmbram iacit*

A *per terram: Nulla eſt gloria ſiue Prophetas, & Patriarchas conferas, ſiue Angelos, ſiue quicquid in terris magnificum, quod Chriſti gloria non obſcuretur. Globos autem ſtellas, quod ſphæricam habeant figuram, etiamſi nobis videantur radiis inæquales, ob interualli magnitudinem.*

Quis iſte tantus, inquiunt,
Regnator aſtris imperans,
Quem ſic tremunt cœleſtia,
B Cui lux, & æthra inſeruiunt.

Deſcribit ſtellam Chriſtum ex ſignificatione ſtellæ Aſtris imperans.] *quia cadunt, & obſcurantur.* Tremunt) *id eſt, venerantur.* Lux & æthra) *Aethra eſt purior cœli pars: habet enim & cœlum ipſum lucem ſuam.*

Illuſtre quiddam cernimus,
Quod neſciat finem pati,
Sublime, celſum, interminum,
C Antiquius cœlo & Chao.

Nullum Imperium humanum fuit, aut erit perpetuum. Hæc ſtella ſignificabat Regem, cuius nec initium vllum fuerit, nec finis ſit vllus futurus. Vnde & diuinam naturam intelligunt. Nihil enim principio caret ſimul & fine, iuxta Theologos, niſi ſolus Deus antiquius cœlo, & Chao. Chaos fuit ante Mundum conditum. Hoc itaque nihil antiquius. [Chriſtus Rex æternus.]

D Hic ille Rex eſt Gentium,
Populique rex Iudaici,
Promiſſus Abrahæ Patri,
Eiuſque in æuum Semini.

Omiſſa præmiſſa perſona Magorum, quos fecerat loquentes, ipſe perſequitur ſermonem. Rex gentium, & Iudaici populi) *Iudæi Deum appellant Abraham, Iſaac, & Iacob, ſed Euangelium docuit illum eſſe Regem omnium. Abraham enim pater eſt* E *omnium credentium, & huius Poſteris præſtatur, quicquid illi promiſſum. Iudæi ſunt quicunque profitentur nomen* Ieſu, *& mentem habent à terrenis cupiditatibus circumciſam.*

Æquanda nam ſtellis ſua
Cognouit olim germina
Primus ſator Credentium:
Nati immolator vnici.

F *Attingit hiſtoriam, quæ refertur Geneſis 22. Poſteaquam Abraham paratus erat immolare filium vnicum Iſaac, dixit illi Deus:* Per memetipſum iuraui, dicit Dominus, qui feciſti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me: benedicam tibi & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli. [Gen. 22. 16.]

Iam flos ſubit Dauidicus
Radice Ieſſea editus,
Sceptrique per virgam virens
Rerum cacumen occupat.

Refert Prophetiam, quæ eſt apud Eſaiam cap. A
eſ 1.2. 11. Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcender, *cuius allegoriam exponit. Ex Dauid filio Ieſſe prodit Chriſtus. Virga autem geſtamen eſt regum, cuius viror ſignificat perennitatem regni. Flos inſignem eminentiam. Ex humilibus initiis natum eſt regnum Euangelicum, ſed rectitudine veritatis increſcens, occupauit totum orbem. Sequitur enim in eadem* Prophetia: Erpercutiet terram virga oris ſui: *videlicet virgam indicans Euangelicæ veritatis.* Subit *autem dixit,* B *pro* emergit: *quemadmodum* V*irgilius dixit* ſubiicit, *pro in* altum iacit. Quantum Vere nouo
,74. viridis ſe ſubiicit alnus.

Exin ſequuntur pereiti
Fixis in altum vultibus,
Qua ſtella ſuleum traxerat,
Claramque ſignabat viam.

Exin (*id eſt, poſtquam apparuerat ſtella.* Pereiti) *flagrantes amore videndi pueri.* Stella) *ſi-* C *gnum erat, ſed vis quædam occulta afflarat illorum animos.* Suleum) *Nauis dicitur poëtis ſulcare mare. Ita ſtella videtur ſulcare aërem.*

Sed verticem pueri ſupra
Signum pependit imminens)
Pronaque ſubmiſſum face
Caput ſacratum prodidit.

Prona face) *velut adorabundum.* Caput ſacratum) *id eſt, puerum. Synecdoche eſt, quemad-* D *modum charum aut lepidum caput dicentes, totum hominem intelligi volumus.*

Vidêre quod poſtquam Magi,
Eoa promunt munera,
Stratique votis offerunt
Thus, Myrrham, & Aurum regium.

Quod) *ſubaudit caput.* Eoa) *Orientalia, vel quod earum rerum maximè fertilis ſit Oriens, vel quod ab Oriente venerint.*

Agnoſce clara inſignia
Virtutis, ac regni tui
Puer ô, cui trinam pater
Prædeſtinauit indolem:
Regem, Deumque annuntiant
Theſaurus & fragrans odor
Thuris Sabæi, ac myrrhæus
Puluis ſepulchrum prædocet.

Apoſtrophe eſt ad puerum. Puero, *puer, ô legendum eſt. Aliquis ſuperſcripſerat ô, vt indicaret vocandi caſum eſſe: id ſcriba adiecit dictioni.* Trinam indolem) *In hypoſtaſi Chriſti tres erant ſubſtantiæ, ſiue naturæ: diuina natura, anima humana, & corpus humanum. Verùm hic aliud annotat, tres velut perſonas fuiſſe in Chriſto: Dei, regis, & hominis, hoc eſt,* Sacerdotis. Quatenus

Tres in Chriſto perſonæ.

erat homo, mortuus eſt, hoc eſt immolauit ſeipſum pro peccatis Mortalium. Huius rei typum habebat Myrrha. Nam & Sacerdotum erat, incendere thymiama, & defunctorum corpora myrrha oblinebantur, ne putreſcerent. Rex erat, quoniam ipſe dicit: Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra. *Id indicabat Aurum. Deus erat, edens miracula, ſeipſum reuocans in vitam. Eius rei figuram habebat Thus, dicatum rei diuinæ.* Sacerdos Rex Na. 28:18. Deus.

Hoc eſt ſepulchrum, quod (Deus
Dum corpus extingui ſinit,
Atque id ſepultum ſuſcitat)
Mortis refregit carcerem.

Exponit allegoriam ſepulchri. Quod animabus defunctorum eſt tartarus, hoc ſepulchrum eſt exanimatis corporibus. Chriſtus vt homo, mortuus eſt, ac ſepultus: vt Deus, reuixit, clauſo ſepulchro. Item huius anima vt hominis deſcendit ad inferos, ſed vt diuinæ naturæ coniuncta, reuerſa ab inferis, liberauit illic detentas.

O ſola magnarum vrbium
Maior Bethleem, cui contigit
Ducem ſalutis cœlitus
Incorporatum gignere.

Apoſtrophe eſt ad Bethleem patriam IESV. Alluſit autem ad Prophetiam, quæ eſt apud Micheam c.5. Et tu Bethleem Effrata paruulus es in millibus Iuda. Maior magnarum) *dixit, pro eo quod erat, inter magnas maxima.* Cœlitus incorpor.) *Non quòd corpus venerit è cœlo, ſed quòd abſque viri ſemine, cœleſti opificio fœtus ille conceptus ſit.*

Altrice te ſummo Patri
Hæres Creator vnicus,
Homo ex Tonantis Spiritu,
Idémque ſub membris Deus.

E *Alluſit ad Prophetiam Pſalmi:* Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Poſtula à me, & dabo tibi gentes hereditatem, &c. Homo ex Tonantis Spiritu) *Homo erat, ſed ex ſpiritu ſancto conceptus. Deus erat, ſed ſub humano corpore, ita in vno ſumma imis erant coniuncta.*

Hunc & Prophetis teſtibus,
F Iiſdemque ſignatoribus,
Teſtator, & ſator iubet
Adire regnum, & cernere.

Perſequitur quod dixerat hæres vnicus. Sator) *hoc eſt, genitor erat Deus pater. Idem teſtator, quia inſtituit hæredem filium. Vnde teſtamentum vocatur nouum ac ſempiternum. In teſtamento adhibentur teſtes ac notarij, quo magis ſit ratum. Hi ſunt prophetæ teſtes huius promiſſi, ac velut obſi-*

gnatores teſtamenti diuini. Neque liberum, vt ita loquar, erat Deo reſcindere teſtamentum, poſteaquam per Prophetas erat proditum. Quid *igitur ſupererat, niſi quod erat legitime promiſſum, præſtaretur: & inſtitutus hæres, iuberetur adire hæreditatem. Id quod factum eſt, quum natus eſt Dominus* Ieſus *Tum enim miſſus eſt, vt regnum aſſereret patri, cui ipſe conſors eſſet. Et cernere opinor dictum pro decernere. Deuincendus enim erat tyrannus Satanas.*

Regnum quod ambit omnia
Diua, & marina, & terrea
A ſolis ortu ad exitum
Et Tartara, & cœlum ſupra.

Regnum) *inquam, non qualia ſunt huius mundi, anguſtis circumſcripta terminis, ſed quod omnia complectitur.* Diua) *dixit. pro cœleſtibus. Sub dio, ſub cœlo. Et ſuſpicor dia fuiſſe ſcriptum. Tartara infra terram ſunt, Angeli ſupra cælum. Et hucuſque porrigitur hoc regnum.*

In feſto Ss. Innocētium ad Matut. Audit tyrannus anxius
Adeſſe Regum principem,
Qui nomen Iſraël regat,
Teneatque Dauid regiam.

Chriſtus, Rex erat; Satanas, Tyrannus. Is per Herodem belligeratur aduerſus Chriſtum. Audit) *ex Magis, & Scribis conuocatis.* Anxius) *Sic enim*
Mat. 2. 3. *legitur:* Audiens autem Herodes Rex turbatus eſt, & omnis Ieroſolyma cum illo.

Exclamat amens nuntio,
Succeſſor inſtat, pellimur,
Ferrum * ſatelles corripe,
Perfunde cunas ſanguine:
Mas omnis Infans occidat,
Scrutare nutricum ſinus,
Interque materna vbera
Enſem cruenter puſio.

* Satelles, i. ferrum rape.

Nuntium *dixit, rem nuntiatam.* Succeſſor) *Chriſtus inſtat, quia iam natus.* Pellimur. *Aliud) erat regni genus, quàm credebat Herodes: de quo elegantem Hymnum canit chorus Eccleſiaſticus:*
Ad Veſ. Epiph hoſtis Herodes impie, Chriſtum venire quid times? Non eripit mortalia. Qui regna dat cæleſt a) *Nemo non execratur Herodis crudelitatem. Sed quicunque dediti ſunt opibus, aut honoribus huius Mundi, ſimilem exercent crudelitatem in Innocentes, quoties imminet periculum, ne pereat illis, quod amant.*

Suſpecta per Bethleem mihi
Puerperarum eſt omnium
Fraus, ne qua furtim ſubſtrahat:
Prolem virilis indolis.

Ne qua) *ne aliqua puerpera. Ita metri ratio poſtulat. Alioqui nequa poſſit accipi, pro nequauia.*

A Transfigit ergo carnifex
Mucrone diſtricto furens,
Effuſa nuper corpora,
Animaſque rimatur nouas.

Effuſa nuper) *nuper nata.* Animas nouas) *Nam infundendo creantur.* Rimatur) *quia lethalis vulneris locus quæritur.*

Locum minutis artubus
Vix interemptor inuenit,
B Quo plaga deſcendat patens:
Iuguló que maior pugio eſt.

Mirè tractat hunc miſerationis affectum. Iugulóque maior pugio eſt.) *Quum pugio ſit gladiolus breuior, tamen iugulo maior. Eſt autem epiphonema rei narratæ.*

O barbarum ſpectaculum! Herodis crudelitas.
Illiſa ceruix cautibus,
Spargit cerebrum lacteum,
C Oculoſque per vulnus vomit.

Ad exaggerandam rei atrocitatem ponit ob oculos varia mortis genera. Oculoſque per vulnus vomit) *ex impulſu proſiliunt oculi.* Lacteum cerebrum) *nullis adhuc pituitis, aut alioqui vitioſis humoribus corruptum.*

Aut in profundum palpitans
Merſatur Infans gurgitem,
Cui ſubter arctis faucibus
Singultit vnda, & halitus.

D

Quoniam Infantis eſt tenerum corpus, & calore foueri ſolitum, palpitat ad ſenſum aquæ frigidæ. Singultit vnda) *Ob fletum ſæpe ſingultiunt pueri. Hic frigus aquæ, & interclusſus halitus mouet ſingultum.*

Saluete flores Martyrum, Ad Laudes Ss. Innocent.
Quos lucis ipſo in limine
Chriſti inſecutor ſuſtulit,
Ceu turbo naſcentes roſas.

E

Flos initium & ſpes eſt fructus ſequuturi. Sic pueritia flos eſt ætatis. Sequuti ſunt poſt vberrimi fructus Martyrum adultorum. Hoc genus apoſtrophe conuenit epilogo generis Encomiaſtici.

Vos prima Chriſti victima
Grex immolatorum tener,
Aram ante ipſam ſimplices
Palma, & coronis luditis.

F

Chriſtiana victima eſt, mactare carnem cum ſuis concupiſcentiis, quæ rebellant ſpiritui: quemadmodum ſcribit Paulus Rom. cap. 12. Exhibeatis Hoſtia Chriſtiana.
corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctã, Deo placentem, & rationabilem cultum veſtrum. *Sed præcipua victima eſt, vbi totũ corpus pro Chri-*

Digitized by Google

ſi gloria impenditur. Ita Paulus ad Timotheum 2. cap.4. Ego iam delibor, & tempus meæ reſolutionis inſtat. Aram ante ipſam] pro ipſam, *legendum ſuſpicor, cuius.* Palma, & coron] *Dabantur & coronæ victoribus. Mirè ſeruauit decorem perſonæ. Puerorum eſt ludere. Ludunt ante aram, in qua mactati ſunt, ſed ludunt palma, & coronis, prius exempti è vita, quàm ſcirent ſe viuere.*

Quid proficit tantum nefas?
Quid crimen Herodem iuuat?
Vnus tot inter funera
Impunè Chriſtus tollitur.

Aduerſus diuina conſilia nihil valet humana vigilantia. Nihil non eſt factum ab Herode, ne Chriſtus elaberetur: Solus elapſus eſt.

Inter coæui ſanguinis
fluenta, ſolus integer
ferrum, quod orbabat Nurus,
partus fefellit Virginis.

Grauiter dixit, fluenta ſanguinis: feſtiuior autem, coæuum ſanguinem, eiuſdem ætatis infantium. Orbabat Nurus.] *Nurus dixit ſponſas. Orbatur, qui liberis priuatur, aut alioqui re chariſſima. Nec ſine tropo ferrum dixit gladium.*

Sic ſtulta Pharaonis mali,
dicta quondam fugerat,
Chriſti figuram præferens,
Moſes, receptor ciuium.

Confert hiſtoriam veteris Teſtamenti cum hiſtoria Euangelica. Pharao Rex Ægypti, videns increſcere populum Hebræorum, iuſſit vt omnis fœtus maſculinus exponeretur. Moſes tamen expoſitus in fluuium, Deo volente, ſeruatus eſt, inſcio Rege. Confert igitur Pharaonem cum Herode, Ieſum cum Moſe. Ieſus captiuos, ac diaboli tyrannide oppreſſos liberauit, ac cæleſtis Hieruſalem ciues fecit: Moſes ſuos ciues eduxit ex Ægypto. Receptorem *id eſt reſtitutorem.*

Cautum & ſtatutum iuſſerat,
ne non liceret Matribus,
cum pondus alui abſoluerent,
virile pignus tollere.

Cum pondus alui abſoluerent] *id eſt, cùm ederent fœtum. Abſoluitur quod perficitur: abſoluitur quod dimittitur.* Puerile.] *à puero dixit. Sed non maſculum intelligit.* Tollere.] *pro educare ſumptum eſt, ſiue ſuſtollere. Nam veteres partus, quos educandos ſuſcipiebant, ſuſtollere dicebantur. Alioqui tollitur, quod occiditur.*

Mens obſtetricis ſedulæ
in Tyrannum contumax,
ad ſpem potentis gloriæ
furtiua ſeruat paruulum.

A *Exodi cap. 2. narrat hoc factum à Matre Moſis.* Ad ſpem potentis.] *Nam Infantis indoles inſigne quiddam præ ſe ferebat.*

Quem mox Sacerdotem ſibi
Aſſumpſit Orbis Conditor,
Per quem notatam ſaxeis
Legem tabellis traderet.

B *Moſes dux, dux & Chriſtus. Sacerdos Chriſtus: & Moſes ſacerdotium inſtituit. Moſes legem tulit ſaxeis tabellis inſcriptam: Chriſtus autor eſt legis Euangelicæ, quam cordibus Credentium inſcribit per Spiritum ſanctum.* Moſis & Chriſti conuenientia

Licetne Chriſtum noſcere,
Tanti per exemplum viri?
Dux ille cæſo Ægyptio
Abſoluit Iſraël iugo.

C *Aperit collationem. Moſes deſtinatus dux populi, quum videret Hebræum iniuria affici ab Ægyptio occiſo qui parabat iniuriam, liberauit Hebræum. Quod tum faciebat in vno, mox factum eſt in toto Populo, via patefacta per mare rubrum, in quo periit Pharao cum ſuis.*

At nos ſubactos iugiter
Erroris impeſſo graui,
Dux noſter hoſte ſaucio
Mortis tenebris liberat.

D *Ægyptius Hebræis ſonat tenebras, vnde in myſticis litteris gerit typum vitæ vitiis & erroribus obnoxiæ. Hæc vera longéque miſerrima ſeruitus eſt, ſeruire vitiis. Ab hac liberauit nos dux noſter Ieſus, non per legis opera, ſed gratiam, ac per fidei lucem depulit tenebras eorum.* Chriſtus à vitiis liberat.

Hic expiatam fluctibus
Plebem marino in tranſitu,
Repurgat vndis dulcibus,
Lucis columnam præferens.

E *Baptiſmum deſignabat mare rubrum, quod per ſanguinem Ieſu Chriſti ſeruat Hebræos, ac tranſmittit in libertatem, Pharaonem cum exercitu toto mergit. Vitia, malæque cupiditates ſunt exercitus Ægyptiorum. Hebræis per noctem prælucebat columna ignis: nobis ad pietatem reſipiſcentibus, prælucet Euangelica veritas.*

F Hic præliante exercitu,
Paſſis in altis brachiis
Sublimis Amalech premit
Crucis quod inſtar tunc fuit.

Confert hiſtoriam, quæ habetur Exodi 17. Moſes ſtans in vertice collis, tollebat manus in altum, & interea vincebant Hebræi pugnantes aduerſus Amalech. Chriſtus in cruce pro nobis porrexit manus ſuas, & victus eſt hoſtis noſter Sathanas. Chriſtus in cruce vincit.

Hic nempe Ieſus verior,
Qui longa poſt diſpendia
Victor ſuis Tribulibus
Promiſſa ſoluit iugera.

Christus nos ad æ-lum ducit.

Ieſus Naue perduxit Iſraelitas in terram promiſſam, expulſis indigenis. Verùm is nihil aliud erat, quàm typus noſtri Ieſu: *qui deuicto Satana, perducit ſuos in regnum cæleſte.* Poſt longa diſpendia.) *Quoniam Iſraelitæ per annos quadraginta varijs caſibus agitati ſunt in deſerto, quum via ſit non admodum longa ab Ægypto in Syriam.* Suis tribul.] *Fratres Christi ſunt, qui illi per fidem copulantur*

Qui ter quaternis denique
Refluentis annis alueo,
Fundauit & fixit petris
Apoſtolorum ſtemmata.

Apoſtolorum typus.

Hiſtoriam quam legis Ioſue cap. 3. & 4. accommodat ad allegoriam. Quum Iſraelitæ pedibus tranſiſſent Iordanem, inferiore parte fluminis defluxu ſuo relinquente ſiccum alueum, & ſuperiore ſemet in altum agglomerante, Ioſue iuſſit, vt è ſingulis tribubus ſingulos viros eligerent, qui rurſus ingreſſi Iordanem, è medio alueo tollerent ſingulos lapides duriſſimos, quos in eius facti memoriam reponi iuſſit. Hos viros interpretatur duodecim Apoſtolos, per quos Chriſtus fundauit Eccleſiam ſuam, quemadmodum legis Apocalypſeos cap. 21. Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in ipſis duodecim nomina duodecim Apoſtolorum, & Agni. Terquaternis) *id eſt duodecim* Refluentis) *ita Pſalmus:* Iordanis conuerſus eſt retrorſum. Stemmata) *dixit monumenta.*

Pſal. 113.

Iure ergo ſe Iudæ ducem
Vidiſſe teſtantur Magi,
Cum facta priſcorum Ducum
Chriſti figuram finxerint

Mich. 5. 2. Matth. 2. 6.

Ex tribu Iuda natus eſt Ieſus, *iuxta Prophetiam:* Ex te enim exibit dux, qui regat populum meum Iſraël. Vidiſſe teſtantur Magi) *Aiunt enim:* Vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum? Cùm facta.) Vidimus, *inquiunt*, ſtellam eius. *In ſigno viderant Ieſum, quemadmodum Iudæi viderant* Ieſum *in figurarum ænigmatis, & Oraculis Prophetarum, priusquam naſceretur. Nimirum hoc eſt quod ait:* Cùm facta priſcorum Ducum Chriſti figuram finxerint) *quemadmodum modò declarauit de Moſe, & Ioſue.* Finxerint) *dixit pro deſignarint.*

Hic Rex priorum Iudicum
Rex erat, qui Iacob genus,
Dominæque Rex Eccleſiæ
Templi nouelli ac priſtini.

Chriſtus in medio ſeculorum natus eſt, ſic vt vtrumque tempus complectantur, & præteritum, & ſequens. Rex erat Synagogæ, Rex eſt Eccleſiæ, Rex erat Patriarcharum, Regũ, ac Iudicum Iſraël. Rex eſt poſteriorum idem Ieſus Chriſtus Dominam Eccleſiam vocat, quòd huic ſe ſubmittat orbis. Templum nouellum dixit Eccleſiam, hoc eſt, templum ſpirituale. Et templum priſtinum dixit templum Salomonis, quod Eccleſiæ gerebat imaginem. Idem Chriſtus vtriſque imperabat, ſed aliter. Illis deſtinatus, his exhibitus: illis adumbratus figuris, his palàm declaratus: illis promiſſus, his datus. Illi ſeruabantur, quia credebant venturum: Nos ſeruamur, quia credimus veniſſe.

Hunc poſteri Ephraim colunt:
Hunc ſancta Manaſſæ domus:
Omneſque ſuſcipiunt Tribus
Bis ſena Fratrum ſemina.

Non ſolùm ea Iudææ pars, vnde natus eſt Chriſtus, adorat Chriſtum, verumetiam omnes Tribus, quæ ſunt duodecim, ſortitæ nomina à duodecim Patriarchis filiis Iacob.

Quin & propago degener
Ritum ſecuta inconditum,
Quæcunque dirum feruidis
Baal caminis coxerat:
Fumoſa auorum Numina
Saxum, metallum, ſtipitem,
Raſum, dolatum, ſectile,
In Chriſti honorem deſerit.

Germani Iudæi ſunt, qui genus ducunt ab Abraham, Iſaac, & Iacob, ac duodecim Patriarchis. Nam hi coluerunt vnum Deum. Degenerem propaginem vocat eos, qui genus duxerunt ab Agar, Moab, & Ammon, vnde Gentium origo, Deos multos colentium. Quæcunque dirum f. B. c. cox) *De Baal idolo, quod colebatur olìm ab impiis, multa eſt mentio in libris ſacris. Aram Baal demolitus eſt Gedeon, vnà cum luco, ac nouum extruxit altare. Quoniam autem variæ Gentes erant colentes ſimulacra, ideo dicit:* Quæcunque natio coxit dirum Baal) *hoc eſt, execrabile ſimulacrum, feruidis caminis.* Fumoſa auorum) *fumoſa dixit, vel ob vetuſtatem, vel, ob fabrorum officinas.* Sax. metal. ſtip. *Tres materias refert* Deorum, *lapidem, æs, lignum. Opificium item triplex, Metallum raditur lima: ſaxum ſecatur: dolatur.*

Gaudete quicquid Gentium eſt,
Iudæa, Roma, & Græcia;
Ægypte, Thrax, Perſa, & Scytha,
Rex vnus omnes poſſidet.

Inuitat omnes Orbis Nationes ad laudandum Ieſum, *qui Rex eſt omnium, per quem vnum omnes ad vitam reuocantur.*

Laudate veſtrum Principem
Omnes beati, ac perditi,

Viui, imbecilli, ac mortui
Iam nemo poſthac mortuus.

Quibus res ſunt proſperæ, beati dicuntur. Per-
liti) *qui varijs malis affliguntur. Sed ſæpe bea-*
iores ſunt afflicti, quam beati. Vtrique tamen
audare debent Principem ſuum Ieſum. Beati.)
uòd ſucceſſu rerum ex ipſius benignitate fruantur.
Afflicti) *quòd per illius miſericordiam emendan-*
ur ac purgantur, ne pereant in æternum. Viui,
mbecilli) ſiue morimur, *inquit* * *Paulus*, ſiue
A viuimus, Domini ſumus. *Qui viuit ac valet,*
viuat Principi ſuo, qui in hoc vitam largitur,
vt reddatur melior. Qui ægrotat, laudet regem Rom.14.8.
ſuum, qui noſtro bono morbos immittit. Qui mo-
ritur, laudet Principem ſuum, quoniam transfer-
tur ad vitam feliciorem. Neque enim iam mors
B *dicenda eſt, quæ rectà perducit ad vitam æter-*
nam, per Ieſum aperto regno cælorum. Non enim
moriuntur, ſed obdormiſcunt, qui moriuntur in
Chriſto, ad Angeli vocem & corporibus exper-
recturis.

FINIS.

ſEVERI RHETORIS
ET POETÆ CHRISTIANI CARMEN
BVCOLICVM.

NCIPIT CARMEN SEVERI SANCTI, ID EST, ENDELECHI,
RHETORIS, DE MORTIBVS BOVM.
Ægon, Buculus, Tityrus.

Vidnam, ſoliuagus, Bucule, triſtia
Demiſſis grauiter luminibus, gemis?
Cur manāt lacrymis largiſluis genæ?
Fac, vt norit amans tui.
Ægon, quæſo, ſinas alta ſilentia
Ægris me penitus condere ſenſibus.
Nam vulnus reſerat, qui mala publicat:
Claudit, qui tacitum premit.
ntra eſt, quam loqueris: recta nec autumas.
Nam diuiſa, minus ſarcina fit grauis:
Et quicquid tegitur, ſæuius incoquit.
Prodeſt ſermo doloribus.
, Ægon, gregibus quam fuerim potens:
't totis pecudes fluminibus vagæ
'omplerent etiam concaua vallium,
Campos, & iuga montium.
nc lapſæ penitus ſpes opis eſt meæ:
t longus peperit quæ labor omnibus
'itæ temporibus, perdita biduo.
Curſus tam citus eſt malis.
c iam dira lues ſerpere dicitur.
'ridem Pannonios, Illyricos quoque,
t Belgas grauiter ſtrauit: & impio
Curſu nos quoque nunc petit.
tu qui ſolitus noſſe ſalubribus
uccis, perniciem pellere noxiam:
ur nan, anticipans quæ metuenda ſunt,
Admoſti medicas manus?
i nulla metus peruia ſigna ſunt,
d quod corripit, id morbus & opprimit:
ec languere ſinit, nec patitur moras.
Sic mors ante luem venit.
ſtris ſubdideram fortia corpora
Electorum ſtudio quo potui, boum,
zeis montis geminæ conſona tinnulo

A *Concentu crepitacula,*
Ætas conſimilis, ſetáque concolor:
Manſuetudo eadem, robur idem fuit,
Et fatum, medio nam ruit aggere
Par victum parili nece.
Mollito penitus farra dabam ſolo.
Largis putris erat gleba liquoribus.
Sulcos perfacilis ſtiua tetenderat,
Nuſquam vomer inhæſerat:
B *Leuus bos ſubito labitur impetu*
Æſtas quem domitum viderat altera.
Triſtem continuo deſero coniugem
Nil iam plus metuens mali,
Dicto ſed citius conſequitur necem
*Semper qui fuerat * & integer,* * ſanus.
Tunc longis quatiens ilia pulſibus,
Victum depoſuit caput.
Angor, diſcrucior, mæreo, lugeo. Æg.
C *Damnis quippe suis non ſecus, ac meis*
Pectus conficitur, ſed tamen arbitror,
Saluos eſſe greges tibi.
Illuc tendo miſer, quo grauor acrius.
Nam ſolamen erat vel minimum mali
Si fœtura daret poſterior mihi,
Quod præſens rapuit lues.
Sed quis vera putet? progeniem quoque
D *Extinctam pariter, vidi ego cernuam*
Inuicem grauidam, vidi animas duas
Vno in corpore perditas.
Hic fontis renuens, graminis immemor,
Errat ſucciduo bucula poplite,
Nec longum refugit: ſed grauiter ruit
Lethi compede claudicans.
At parte ex alia, qui vitulus modo
Laſciuas ſaliens texuerat vias,
Vt matrem ſubiit: mox ibi morbido

Peſtem traxit ab vbere.
Mater triſtifico vulnere ſaucia,
Vt vidit vituli condita lumina:
Mugitus iterans, ac miſerè gemens,
Lapſa eſt: & voluit mori.
Tunc tanquam metuens, ne ſitis aridas
Fauces opprimeret: ſic quoque dum iacet
*Admeuit * vbera mortuo.* * motiens.
Poſt mortem pietas viget.
Hinc taurus ſolidi vir gregis, & pater,
Ceruicis validæ frontis & arduæ,
Lætus dum ſibimet plus nimio placet,
Prato concidit herbido.
Quam multis foliis ſilua cadentibus
Nudatur gelidis tacta aquilonibus,
Quam denſis fluitant velleribus niues
Tam crebræ pecudum neces.
Nunc totum tegitur funeribus ſolum,
Inflantur tumidis corpora ventribus,
Albent liuidulis lumina nubibus.
Tenſo crura rigent pede.
Iam circum volitant agmina triſtium,
Dirarúmque auium, iamque canum greges
Inſiſtunt laceris viſceribus frui.
Heu, cur non etiam meis.
Quidnam, quæſo, quid eſt, quod vario modo
Fatum triſte necis tranſilit alteros,
Affligitque alios? en tibi Tityrus
Saluo lætus agit grege.
Ipſum contueor. Dic age Tityre,
Quis te ſubripuit cladibus his Deus

A *Vt peſtes pecudum, quæ populata ſit*
Vicinos, tibi nulla ſit.
Signum quod perhibent eſſe Crucis Dei:
Magnis qui colitur ſolus in vrbibus
Chriſtus, perpetui gloria numinis,
Cuius filius vnicus.
Hoc ſignum mediis frontibus additum,
Cunctarum pecudum certa ſalus fuit.
Sic vero Deus hoc nomine præpotens
Saluator vocitatus eſt.
Fugit continuo ſæua lues greges,
Morbis nil licuit, Si tamen hunc Deum
B *Exorare velis: credere ſufficit.*
Votum ſola fides iuuat.
Non vllis madida eſt ara cruoribus,
Nec morbus pecudum cæde repellitur,
Sed ſimplex animi purificatio,
Optatis fruitur bonis.
Hæc ſi certa probas, Tityre, nil moror,
Quin veris famuler religionibus.
Errorem veterem diffugiam libens.
Nam fallax, & inanis eſt.
Atqui iam properat mens mea viſere
Summi templa Dei, quin age, Bucule,
C *Non longam pariter congredimur viam*
*Chriſti & * numen agnoſcimus.* * numinis noſcimus.
Et me conſiliis iungite proſperis,
Nam cur addubitem, quin homini quoque
Signum proſit idem perpete ſæculo,
Quo vis morbida vincitur.

CLAVDII MARII VICTORIS.
ORATORIS MASSILIENSIS, IN SVOS SVPER GENESIM COMMENTARIOS, PRÆFATIO AD Deum omnipotentem.

SVMME & ſancte Deus, cunctæ virtutis A
origo
Omnipotens, quem nec ſubtili indagine
rerum
Mentibus humanis ſenſu comprehendere fas eſt,
Et neſcire nefas (nam te ratione profunda
In tribus eſſe Deum, ſed tres ſic credimus vnum,
Vnica perſonas vt tres ſubſtantia reddat,
Indiſcreta pio conſeruans fœdera nexu)
Tu ſine principio, pariter ſine fine perennis,
Solus es atque idem, nulliique obnoxius æuo.
Tu ſpacium rerum mentis quocúnque receſſus
Tenditur, excedis, ſpacio neque cingeris vllo.
Nec te qui capiat locus eſt, immenſus enim es tu,
Quin etiam humanæ nec fas contingere menti
Qualis imago tua eſt, oculis ignara videri,
Ne cui cernendam ſpeciali numine ſeſe
Exhibeat: nec verò eſt qui virtute creata
Te vegetet motus, per quem ſumus atque mouemur,
Tu mens, & ſacræ penitùs ſubſtantia mentis,
Tu ratio, & plenæ prudens rationis origo.
Tu virtus, virtutis apex, atque ipſa profectò

A *Tu vita, & genitor vitæ lucisque profunda.*
Tu lux vera Deus, tu rerum cauſa, vigórque:
A te principium traxit, quodcúmque repentè
Ex nihilo emicuit, tantóque auctore repletum
Vel vim mentis habet, vel formam membra recepit,
Te Dominum natura probat ſeruata caducis
Partibus, & iuſſam ſeriem datus ordo fatetur.
B *Tu dociles numeros diſtinguens, pondera librans,*
Menſuras varians, modulos motúmque gubernans
Alternas ſeruire vices, iugémque recurſum
Rerum ſtare iubes, & mentis imagine plenum
Edere nota tibi iam ſecula, voluere mundum.
Non vno tu contentus dotare creata
Munere, quicquid agis varios largiris in vſus.
C *Quinimo nil non cauſa Deus alme tuorum*
Efficis: ipſa licet nobis ignota tuorum
Factorum ratio atque modus: contraria nempè
Quæ putat humanæ ſolers ignauia mentis,
Dum certant, plus pacis habent, ac omnia diues
Conditor aduerſis etiam cognata elementis,
Nectis, & effuſis à te virtutibus imples.
Et tamen hæc cum ſint in maieſtate creandi,

Nil horum

by Google

Nil horum quæ gignis eges, mundique peracti,
Et per te ſtabili rerum compage manentis,
Nil prorſum indiguus es: nec in hoc tua gloria tantũ,
Quod præſtãda facis bonus auctor, ſed quòd & ipſa
Efficere vt poſſint, cauſis præbere ſecundis,
Non dedignaris: quæ qui tua munera ſentit,
Munus & ipſe tuum eſt: tibi vt vni accèpta referre
Omnia, homo meritò poſſitque & debeat vnus.
Nam tibi ſola Deus gigni quòd cuncta iuberes,
Cauſa fuit bonitas: cùm iuſſis viuere primùm
Spiritibus, mandóque frui quem mente gerebas,
Atque omnes in te rerum cognoſcere cauſſas,
Et ſuprà terras & aquas volitare dediſti.
Certa quibus cælum ſedes, queis libera corda,
Arbitriúmque ſui largitus es omnibus, vt iam,
Alterutram in partem vellent, ſe vertere poſſent:
Vt fieres iuſtis merces, meritiſque piorum,
Hoc quoque conferres præſtando, vt debitor eſſet.
Nam quòd de primis cæleſti in ſede creatis,
Vnus (dum lucis Domino vitæque, ſuóque
Inuidet auctori, titulúmque hunc appetit) auctor
Maluit eſſe mali, primámque inducere mortem
Cùm ſcelerum ſociis celſo deiectus Olympo,
Virtuti nihil inde tuæ præiudicat: illud
Aut ſatis eſt, feciſſe bonum: ſed copia laudis
Hæc eſt ſumma tuæ, quòd cùm ſe extollere ſuprà
Diuini virtutem apicis ſcelus eſſet, & ingens
Relligio nulla prorſum delebilis vnda:
Non tamen ingratis vitam ſenſúmque negaſti.
Quin etiam arbitrio mentis gaudere dediſti,
Et tamen arbitrij natura, in vtrúmque valentis
Excuſanda venit nobis: namque inde perire
Poſſe datum eſt cunctis, vt viuere dulcius eſſet,
Mutuáque alterni compar menſura pericli
Cederet ad meritum: cùm iudice digna ſeuero
Præmia ſanctorum geminaret pœna malorum.
Porrò etiam mihi ſi fas eſt hoc dicere ſalua
Pace tua genitor (maius fortaſſis apud te eſt,
Non peccaſſe bonum, per lubrica tempora vitæ,
Quàm miſeris peccaſſe malum: ſed videris, vt ſe
Hoc habeat, cauſſas vni cui credimus omnes.
Cætera ſatis eſt nobis, quòd vilia terræ
Pondera, dum ſacra inſpiras ratione, tuáque
Formas virtute, tuique effingis ad inſtar,
Nobiliora facis: dum lato in ſidera vultu
Erexiſti hominem, quem ſæui fraude tyranni
Mortis laqueos, & ad impia tartara raptum,
Terrigenæ redimis profuſo ſanguine nati,
Atque imis erebi, dona ad maiora petitum,
Reſtituis, quàm factus erat, vitæque perenni
Reddis, & in cælum dire vehis hoſte ſubacto.
Iam nemo patrem temerarius arguat Adam,
Quòd leue præſcriptum violata lege reſoluens,
Ad lethum patefecit iter, nam culpa parentis
Compenſata ſatis: quia plus eſt vincere mortem,
Quàm neſciſſe mori, cæli nunc lætus ab aula
Deſpicit ætherios axes, & ſidera calcat,
Depoſitúſque vocat ventura in regna nepotes:
Nos iterum formauit aquis, iterúmque renaſci
Æterni docuit diues ſapientia Patris:
Te igitur Deus alme precor, qui numine prono
Me ſentire animi: & te chariſſime Patris
A Nate tui, da mellifluum in præcordia verbum
Noſtra tuum, & linguas nobis infunde diſertas,
Dum teneros formare animos & corda paramus
Ad veræ virtutis iter puerilibus annis.
Inclyta legiferi iam pandito ſcrinia Moſi,
Quæ ſit origo poli, vel quæ primordia mundi,
Arcanámque fidem, quid toto excuſſerit orbe
Mentibus ambiguis, quà vires traxerit aucta
Peſtis, & in vitium mores ceſſere vetuſti.
Da Deus æternæ deſcribere myſtica vitæ,
Da ſimul & mentem, da congrua tempora menti,
B Da ſtudium, tanto ne deſit cura labori,
Succeſſúmque bonum ſtudij, quódque omnia vota
Iure ſupercurrit (ſcribentis candida mens eſt)
Ne damnes tantum, quod nunc reus audeo munus,
Criminibúſque meis conniue & parce benignus.
Quòd ſi lege metri quicquam peccauerit ordo,
Peccarit ſermo improprius, ſenſúſque vacillans,
Hinc nullum fidei ſubeat merſura periclum.
Per Dominum Chriſtum, qui tecum natus eadem
Maieſtate viget, pariter qua Spiritus almus,
Incomprenſa animis ſeclorum in ſecula viuit.

C

CL. MARII VICTORIS, ORATORIS Maſſilienſis, ad Æthereum filium, Commentariorum in Geneſin.

LIBER PRIMVS.

ANte polos, cælique diem, mundique tenebras,
Ante operum formas, & res, & ſemina rerum,
Æternum ſine præteriti ſine fine futuri
D Eſſe ſub eſt: cui ſemper erat Deus vnus, apud quem
Viuebat genitus Verbum Deus, & ſimul almus
Spiritus, arcani vitalis ſumma vigoris.
Vna trium, quos concordi ſubſtantia nexu
Coniungens ſumma æternum virtute beabat,
Regnabátque potens in maieſtate creandi
Iam res, & cauſas rerum, caſúſque futuros
Et facienda videns, gignendáque mente capaci
Secula diſpiciens, & quicquid tempora voluunt
Præſens ſemper habens: immenſum mole beata
E Regnum erat ipſe ſuum, regni nec teſte carebat,
Virtus trina Deus: qui primùm ſemine nullo
Corpora dans rebus, dum res exiſtere cogit,
Iam noſtrum effecit munus, quod ſolus habebat.
Vtque iſtum faceret diues ſapientia mundum,
Cuncta ſimul genuit: ſed poſt hæc ſemina rerum
Ornauit ſuperinductis informia formis,
Temporáque in ſeriem bene conditis ordo redegit.
Nam non (ſacrilegi ſenſit quod lingua furoris)
Caſus mentis inops, dum neſcia ſemina voluit,
F Tam prudens contorſit opus: nec dicere factum
Ante æuum fas eſt, quia tempore nata mouentur.
Nec porrò æternum mundum, ſuperiſque coæuum
Credere fas, ſtabilem ſemper tenuiſſe vigorem:
Nam quod corporibus conſtat, cæpiſſe fatendum eſt,
Corpus enim quod plaga terit, quod tempora ſoluũt
Atque abolent, ipſo qui tendit in vltima fine,
Principium oſtendit: quod quæ ſortita probantur,
Aut facta hæc credi par eſt, aut nata putari.

Factū igitur conſtat mundum, quod quiſq; ſubactus
Annuit, & vero conuictus dogmate credit,
Concedens feciſſe Deum: qui numine Verbi
Et virtute potens, quicquid natura putatur,
Diſpoſuit, iuſſit, mouit, munijſque creatum
Succiduis vicibus (ſemper fugitiua reformans)
Suſtinet, ac volucrem retrahens circum rotat orbem.
Qui ſi cuncta etiam mauult diſſoluere raptim,
Confeſtim in ſimiles formas redeuntia reddet.
Tanta Patris vis eſt, & tanta eſt gloria Verbi.
Vt verò ſemel attingam primordia rerum,
Excelſi conuexa poli, terræque iacentes,
Pars prima eſt operis: ſed terras vnda tegebat,
Aeráque in medio ſordenti nube madentem,
Et tenebris ſe vaſta nigris velabat abyſſus:
Et ſacer extenſis impendens ſpiritus vndis
Altrices animabat aquas, ac ſemina rerum
Nondum compoſitis ſundenda ad germina terris
Inſinuanda dabat: cùm lux immiſſa ſupernè
Emicuit dicente Deo, diſcretáque nigrum
Vmbra poplum retrahens, ſummo diſceſſit Olympo.
Tum diuina diem appellans prudentia lucem,
Indidit & tenebris obſcuræ nomina noctis:
Sic facta vna dies de mane ac veſpere primo.
Rurſus mane nouum, primo iam veſpere pulſo
Reddita lux fecit, cùm ſe firmiſſima moles
Fluctibus è medijs concreto corpore cedens
Extulit, ac latè duro ſolidata rigore,
Diuiſas ſuſpendit aquas, gelidumque profundum
Axibus obiecit calidis, ſéque æquore ſepto
Nixa ſuperfudit rebus, quas circite vaſto
Contegit æthereum, deducto hinc nomine, cælum.
Forſitan hîc aliquis ſic ſecum errore perito
Diſſerat, æthereis ne deſint pabula flammis,
Et nimius calor ima petens, alimenta ſequendò
Exurat mortale genus, cælúmque coruſcum
Non poſſint terrena pati, ſubiecta deorſum eſt
Machina firma poli: quæ dum nos protegit vmbra,
Interea ſuperimpoſitis frigeſcit ab vndis.
Numinis at verò diuini quærere cauſas
Mens fuge noſtra procul: plus ſit tibi credere ſemper
Poſſe Deum, quicquid fieri non poſſe putatur,
Et magnum pelagus ſuper aſtra & ſidera ferri,
Ipſorum ratione proba qui credere nolunt,
Et mundum pendere volunt, quem conditor ipſe
Geſtet, & immenſo conſtantem pondere voluat.
Tertia lux tumidos ſtapuit diſcedere fluctus,
Cum Deus impulſis reliquis iam gurgitis vndis,
Aeris magnum ſpacijs patefecit inane:
Arida tunc primùm mundi pars ima retectam
Oſtendit faciem, tremefactáque numine Verbi
Cærula nudatas cinxerunt æquora terras.
Quas vario raptim iuſſas fructeſcere fætu,
Luxurioſa nouo texerunt germina limo.
Et rudis, & tenero prorumpens ceſpite lætis
Iactauit ſe ſilua comis, ſpeciémque ſecundum
Edidit vna ſuam quæque arbor & herba vireſcens
Et fructum & ſemen, veſtitáque gramine terra eſt.
Iam tribus exactis motu ſuccenſa citato,
In flammas, ignisque globum ſe cogere iuſſa eſt
Solis prima dies fundatáque ſemina lucis
Puniceos roſeo ſparſerunt fomite crines:
A *Lunáque noctis honor, quæſito lumine fulgens.*
Inferiore via ſoli ſubiecta pependit,
A quo ſuſceptos radios percuſſa refudit,
Aſtráque diſtinctis cælum pingentia zonis,
Floribus ætheris varios vibrare colores,
Et magis ornatus ſe reſplendere tenebris,
Cærula nox ſtupuit, rutilis dum ſpicula flammis
Fuſa micant, vrgéntque alacres noua ſidera iactus,
Quæ ſolare iubar radiis obducit apertis,
Tempora quadrifidis menſurans quatuor anni.
B *Sol quoque cùm curſus lunæ ſit menſtruus, vno*
Contentus curſu reuolutum conficit annum,
Artificémque ſacrum mira compage fatetur.
Quinta dies mouit ſpirantia corpora ponto,
Quæ liquor humectans genuit, ſparſitque profundū
Delicias pelagi, vario quas germine miris
Formauit natura modis, educere iuſſa
E toto partes, formáſque ex corpore inani.
Quinetiam in brutas animam dedit ire figuras,
Quæque ſalis tumidi ſquallentia gurgite terga
C *Cete vaſta leuant, molli differta ſagina,*
Edidit & qui horum conſeruat corpora, noſtris
Corporibus nocet ipſe liquor, genitalis alumnus
Piſcibus, ipſa etiam terræ qui germina nutrit.
Hinc volucres quoq; molle genus traxère vigorem,
Nam liquidas dum format aquas, immiſſaq; pontū
Vita ſubit, feruent multo tumida æquora partu:
Nec ſatis eſt piſces genus omne exurgere, quódque
Squammea turba ſalo ſummas euadit in vndas,
Ni volitans in aquis, ſenſim natet æthere puro,
Æthereos volucris contingere docta receſſus.
D *Ergo materies auibúſque & piſcibus vna eſt.*
Iam bis terna dies claro radiabat Olympo,
Tertia poſt calidi genitalia munera ſolis:
Iámque tepens tellus grauidos laxauerat artus,
Cùm maiora agitans iuſſit Deus edere terram
Omne animal, vegetat ratio quòd ſola mouendi:
Cui ſeruire datum, quo rerum poſtulat vſus.
Nec mora, prorumpunt fœtis vitalia terris
Pignora, quæque ſui generis ſortita figuras.
Hic mihi iam fas ſit quædam perſtringere, quædam
Sollicito trepidum penitùs tranſmittere curſu,
E *Mutata quædam ſerie tranſmiſſa referre.*
Poſtquam cuncta datus generatim protulit ordo,
Veris plena bonis, & multa dote referta,
Quæ Deus in longam ſeriem manſura foueret:
Auctori perbella ſuo tum machina viſa eſt.
Sed quid id eſt, quod mūd⁹ erat, quod ſidera & ort⁹,
Ætheráque & vitreum pelagus, terræque virentes
Ni ſpectator adeſt, tantæ quem gloria molis
Impleat, atque oculis auidum per ſingula ducat?
Quorſum tam lati fines, poſſeſſióque ampla,
F *Si rerum poſſeſſor abeſt? Hæc rector Olympi*
Secum animo verſans, & Verbi pondere librans:
Stat data ſumma operi, bona ſunt quæcūq; creaui;
Nunc hominem faciamus, ait, qui regnet in orbe,
Et ſit imago Dei ſimilem decet eſſe creanti,
Liber ad arbitrium, fruitur qui mente creatis.
Dixerat hæc, & factus homo eſt, ſeu corpore toto,
Siue anima ac ſpecie, forſan quo more futuræ,
Quo facienda facit, quo factum ſemper habebat,
Et ſi præteritum iam nondum acceſſerat æuum.

Digitized by Google

Ego hunc præpoſitum rebus, cum coniuge iuſſit
Creſcere per ſobolem, terráſque replere vacantes.
Tum naturæ ſemel rebus conceſſa creatis,
Præſertim quas vita mouens animare videtur,
Multiplicat quæcúnque ſuis primùm edita formis.
Septima lux magnum vt vidit ceſſaſſe Parentem
Sed generum tantum numeros deſiſſe creare,
Et requiem tenuiſſe ſuam, tum iure ſacrata eſt
Perfectũ quæ vidit opus: námq; hoc quoq; plenũ eſt
Virtutis, ceſſaſſe Deum, poſuiſſe labores.
Nam geniti formam Patris quam dextra pararet,
Bis ternis Dominum ſatis eſt patraſſe diebus.
Septima lux docuit venerandæ exempla quietis,
Quam cæleſti omnes ſperare iubemur in aula,
Si modò non deſint operum bona facta piorum.
Hæc quoque lux illam ſignat, qua tartara Chriſtus
Soluit, & cuncto reditum patefecit Auerno:
Dum patriam ille ſemel victor rediturus in aulam,
Iámque malorum expers humana in carne quieſcit.
Si ceſſare Deus, ſic otia ſumere nouit,
Plus vt agat ceſſans, pariter ſine fine quieſcens,
Ac ſine fine operans, ſeriémque & tempora miſcens
Ceſſando conſummat opus, quodcúnque crearat.
Sed qualem, qualique Deus formauerit Adam
Materia, hic paucis cum Moſe reſumere fas eſt.
Primus enim meritis, poſtremus in ordine toto
Factus homo, vt ſe ſe rebus præſtare creatis
Noſſet, & hinc laudes Domino perſolueret æquas.
Ergo hominem factura Dei manus optima ſummi,
Tractatu facilem ac bene gnarum cedere limum,
Et flexum formámque ſequi qua ducitur arte,
Sumit, & humanam qualem iam mente gerebat
Explicat in ſpeciem, tum flatu immiſſa vaporo
Vita rigauit humum: tellus mollita liquore,
Vertitur in carnem: & ſanguis, qui lubricus humor
Diſtendit molles per nota foramina venas.
Tunc mentis iam plenus homo, tellure relicta
Exilit, ac Dominum prudens rationis adorat.
Haud aliter buſtis mandata reſurgere apertis
Corpora, cùm Chriſti cælo delapſa patenti
Maieſtas grauidæ reſerabit viſcera terræ,
Exilient, Dominúmque colent terræque polique.
Nam quod non habuit cùm ſic è puluere vili
Humanũ in formam compactum eſt corpus honorẽ,
Perfacile eſt rurſum integrum vt de puluere reddat,
Quod iam habuit multos cælatum terra per annos.
Sic ex antiquis prodibunt iuſſa ſepulcris
Corpora quæque ſuas rurſum aſſumentia partes.
Sic nil præteriti eſt, quod non ſit forma futuri.
Sed iã hominis tempus, ſedẽ atque habitacula primi
Pandere, vbi toto acceptum pro ſemine vulnus.
Eoos aperit felix quà terra receſſus
Editiore globo, nemoris Paradiſus amœni
Panditur, & teretis diſtinguitur ordine ſiluæ.
Hic vbi iam ſpatiis limes diſcernitur æquis
Solis, & æternum paribus ver temperat horis.
Illic quæque ſuis diues ſtat fructibus arbor,
Pomaque ſuccíduis pelluntur mitia pomis:
Quæ iucunda epulis, & miri plena vigoris,
Mẽbra animóſque fouẽt paſcúntq; ſapore & odore.
Sidereos hic terræ vibrat diſtincta colores,
Semper flore nouo frondens, fructúſque recenti,
A *Hic fragiles ſoluunt calamos, animata vigore*
Muneris ambroſij, ſpirantia cinnama odores.
Sed nec quod Medus redolet, vel crine ſoluto
Fragrat Achæmenius, quod molli diues amomo
Aſſyrius, meſſíque rubens Mareotica nardo,
Quod Tarteſſiaci frutices, quod virga Sabæi,
Quóque Palæſtinus lacero flet vulnere ramus.
Omnia certatim hunc congeſta putabis in hortum.
Namq; huc cuncta Deus pariter, quæ ſingula certis
Accepit natura locis, conferta regeſſit:
Motaque dum leni vibrat nemus aura meatu,
B *Vnum ex diuerſo nectar permiſcet odore,*
Fitque nouum munus, ſibi nulla quod aſſerat arbor.
Quaque tremens blando ſenſim iactata fragore,
Commotis trepidae foliis, ſonat arbore cuncta
Hymnum ſilua Deo, modulatáque ſibilat aura
Carmine, nec vacuus vanum quatit aëre motus.
Quippe apud auctorem, qui totum mole ſub vna,
Res rebus nectens, alterna lege retentat,
Nil temerè fieri vel fruſtra credere par eſt.
Quin etiam ſpecioſa nemus, ſiluæque coruſcæ;
Argumenta operum ſunt, & planearia rerum.
Nec dubium primi quin delicta ante parentis,
C *Hic ſua fixiſſent pariter tentoria ſecum,*
Gloria, ſimplicitas, ſtudium, ſapientia, veri
Diua tenax, prudentia, gratia, honórque, ſalúſque,
Præclaríque animæ affectus, atque inclyta virtus,
Et quicquid pulchrũ orbis habet: quid denique paucis
Enumerare velim quàm plurima munera verbis?
Iam ſatis hoc fidei eſt, læto quòd ſemine ſurgens
Hinc arbor vitæ, celſis petit aëra pomis:
Illinc diuerſo nocitura peritia fructu,
Notitiam rerum ſuſpendit ab arbore legis.
D *Ad gremium ſacri nemoris, quod ſilua coronat,*
Fons ſcatet, & diti prolem virtute maritat.
Quadrifido tumidum lætus caput amne reſoluens,
Ditior Oceano: iugi nam gurgite pronus
Ille ſuos donat latices, iſte accipit omnes,
Nec turget tamen: at minor eſt, qui creſcere tantis
Fluctibus infuſis, quam qui decreſcere neſcit
Amnibus effuſis: quorum primò ordine Phiſon
Proſilit exultans, fontis pars quarta beati:
Edens naturæ quas dat prudentia dotes,
E *Gangetíſque replet populos, atque Indica regna*
Diſtendit limo, terráſque & ſemina voluens
Quæ facie aura feris, nudis quà ſqualet arenis
Aurea fulgentis inter ramenta metalli.
Hic vbi fulmineo rutilans carbunculus igne,
Ac viridi radiis fulgeſcens luce ſmaragdus.
Nec minor inde Geon, placidis ſed mitior vndis
Niliacas attollit aquas, arſuráque latè
Diluuio tegit arua pio, cæloque repugnans
Temperat Æthiopum ſtagnis refluentibus vndas:
E *Tertius hinc rapido percurrens gurgite Tigris*
It comes Euphrati iuncta quos mole ruentes
Tellus victa cauo ſorbet patefacta baratro:
Donec in Armeniæ ſaltus ac Medica Tempe,
Quos non ſuſtinuit, nec iam capit, euomat amnes.
Sed Tygris, nigro tanquam indignatus Auerno,
Proſilit æthereas motu maiore ſub auras,
Et rurſum ſpelæa ſubit, merſúſque cauernis
Intus agit fremitus, & fortior obice factus

Multiplicatur aquis, atróque citatior antro
Exit, & Aſſyrios celeri ſecat agmine campos.
Iuſtior Euphrates, diti qui gurgite largus
Irrigat arentes ſubiectæ Perſidis agros,
Mollibus elicitus riuis, atque omnibus aquè
Seruis, & humanos totum ſe præbet in vſus:
Donec ſiccus aquis, nomen quoque prodigus ipſum
Conſummat terris, pelagi quod debuit vndis.
Hac igitur cunctò naturæ ditia fœtu
Imperia, & tanta virtutum dote refertæ
Deliciæ, prima eſt hominis poſſeſſio primi:
In quam deductus, vita exulare perenni
Accola iuſſus erat, tales ergo ille locatus
Inter delicias, & longè pinguia Tempe:
Dum ſit adhuc dignus, diſcitque labore mereri,
Expers mœrorum, curæque ignarus agebat.
Tātum apud auctorem eſt, meriti pro nomine ſummi,
Nondū aliquid meruiſſe mali. Quāuū ergo putam9,
Soluere poſſe patrem reditura in tempora vita:
Cuius apud famulos iam tum largitio pura,
Non merces Paradiſus erat? quódque illa ſeuera
Legis ſcita tulit, libertatiſque, periclum
Facturus, vitam, ſeruantı iuſſa, recepit:
Spondet adhuc maiora bonis, & premia ſeruat,
Quæ cauſſam meritis ſtatuit: dum Veſcere, dixit,
Arboribus cunctis, hanc tantùm horrere memento,
Qua diuerſarum geſtans examina rerum,
Notitiam recti atque mali ſub cortice geſtat:
Nam tranſgreſſores mors cruda & dira ſequetur.
Tali lege data, ratio docet optima, quòd non
Mortalem Deus in primæuo tempore fecit
Primum hominem, qum ille ſibi mortē attulit vltrò.
Namq; & in hoc eſt magna Dei indulgentia ſummi:
Dum quod non meritis, ſed tantùm ſponte benigna
Largitur famulis, noſtri cupit eſſe laboris:
Et ſe, quod donat, mauult debere videri.
At tu quem ſacri nectis cuſtodia iuris,
Ne querere anguſtis quòd clauſa licentia metis
Parte ſit orba ſui: nil hac tibi lege reciſum eſt.
Antè poteſtatem tantùm terraque mariſque
Nactus eras, nunc iam regni vitæque perennis,
Porrò & mortis habes: tunc vt ſibi cuncta parentem
Indulſiſſe pium rudis incola crederet orbis,
Omne animal, quod iam tellus dare iuſſa crearat,
Effundens tacito vernans è corpore ſemen,
Iuſſit adeſſe Deus, propriòque obedire tyranno:
Scilicet vt cunctis bene congrua nomina rebus
Inderet, atque ſuo factum vnum quodque vocaret
Nomine, natura quod natum eſt ſuapte moueri.
Nec mora, viuentum parendi haud neſcia ſiſtit
Omne genus natura Deo: quacunque vocantur
Mundi parte noui, coëunt animalia in ipſo
Temporis articulo modici: ſiue illa fuiſſent
Molli lenta gradu, aut rapido promptiſſima curſu,
Impete vel ſubito conſueta per aëra labi,
Aut innare vndis, aut pondere lubrica ferri.
His Deus omnipotens Adam præſente vocatis,
Vnum quódque ſuo donauit munere largus,
Armauitque manu, cornu, pede, dente, veneno,
Atque aliis, quibus artis inops animique minoris
Et ratione carens animal ſe protegat, & ſe
Seruet ab aduerſis rebus: ſed nullum animantum
A Æqua homini ſpecie vultúque habitúque vigebat.
Aſt homini propè diuinos addebat honores,
Tótque inter duplici vitam illuſtrantia ſexu
Impar ſolus erat, dudum qui coniugis aptam
In ſe materiam gignendæ ignarus habebat.
Ergo opus aggreditur notum Deus, itáq; raptim
Corda viri, tanto diſſoluit languida ſomno,
Mentis vt experti coſtam ſubduceret vnam,
Inde caro ſit iuſſa ſequi, nam ſpontè recedens
Pellis, iter planum coſtæ præbebat eunti,
Illæſis prorſum membris, & corpore ſano.
B Quæ varios operante Deo digeſta per artus,
Accepit formam, calidiſque animata medullis
Verſa in opus vitæ eſt, ſexu iam grata ſecundo.
Sic permiſſa ſuo formata eſt Eua marito.
Hoc nunc turba loco ſtolidiſſima deſine tandem
Quæſitis animum vanis torquere, nec iſthic
Quærere, cur hominis confecta eſt fœmina membris,
Cùm iam à principio molli de puluere fingi
Poſſet, & ex nihilo, cauſas deſiſte latentes
Scrutari: quanquam ſi coniectare licebit
Ex homine effecta eſt mulier cognatio quadam
C Mutuum & alternum inter ſe vt miſceret amorem,
Semet in alternis cogens agnoſcere membris.
Hinc Euam partem eſſe ſui mox protinus Adam,
Senſit vt exultans, tetigit noua gratia mentem,
Mentis & affectus in viſcera nota receptus
Irruit, & tanto penetrauit in oſſa calore:
Vt iam ſcire daret, quid coniunx eſſet, & vxor,
Quid dulces nati, poſtponendique parentes
Coniugibus, quidnam vna ambos in carne manere,
Æternam pariter vitam ducentibus eſſet.
Porrò dum mundi vitiis & labe carebant
Diuinis vigēte animis, nullius egeni,
D Cùm penes hos eſſet mundi ſubſtantia, & omnes
Quas dabat orbis opes: nec prorſum obnoxia morbis
Corpora geſtabant, non hos cogebat ad eſum
Pauſæ ignara fames: qui ſi mandata ſupremi
Seruaſſent integra Dei, crudelia mortis
Imperia & diros neſciſſent vſque dolores.
Callidus at ſerpens Domini perfringere legem,
Talibus incautam perſuaſit fraudibus Euam:
O vitæ melioris inops, rerúmque bonarum
Gēs ignara hominum: neq; enim bona noſſe putandus
E Qui praua ignorans, etiam diſtinguere neſcit
Quo diuerſa bonis inter ſe limite diſtent.
Atque ideo auguſtos homini fas carpere fructus
Noluit eſſe Deus: ne mentis nube remota
Immittant in cælum oculos, atque optima noſcant,
Sintque deis ſimiles. Hic nunc excurrere paulùm
Fas fuat, & turpes veterum deflere ruinas.
Ah nimium miſeri gentiles, quos furor egit
In varios ritus cognomina multa Deorum
Fingere, pluralémque Deo vocem addere ſoli.
F Serpentis primam hanc ſonuit vox impia diri,
Qui mortis tum cauſſa fuit, nam credula poſtquam
Rupit ſacrilegis præſcriptum morſibus Eua,
Experti iam docta mali, conſortia culpæ
Quærit, & incautum fraudis malè gnara maritum
Qua periit prior arte petit: ſic hoſte ſubactus
A gemino, cedit ſceleri miſerabilis Adam,
Pomáque deguſtat ſacri pleniſſima ſucci:

A *Sed quia legis in his ſuberant præſcripta ſenora,*
Pluſquàm viper.o mortem allatura veneno.
Vt primùm illicito violarunt ora ſapore,
Confeſtim ſenſere nefas, facinúſque peractum
Creuit, & ignaro percuſſit pectora ſenſu.
Hinc timor, inde pudor, ſumpſerunt primitùs ortum,
Nam dum corda homines celſarum conſcia rerum,
Et cælo tantùm rectóque intenta gerentes
Pectora ad excelſum ferrent conuerſa parentem:
Dum ſecretorum miracula diuinorum,
Claro incorporeæ mentis ſplendore notarent:
B *Nondum contigerat membrorum cura ſuorum.*
Quos vbi deſeruit vitæ vigor ille perennis,
Iam morte affectos, demùm frigúſque calórque
Aëriæ ſubiêre vices, ac veſtis egenos
Se primùm ſensère homines, ſexúque latenter
Erubuere ſuo, taciti miſerabile queſti.
Idcirco vmbroſæ è foliis noua tegmina fici
Decerptis texunt, poſt culpam mente receptum
Corpore velato denudatura pudorem.
Nec ſatis ignorant, quid agant, quà crimen iniuſtum,
Séque ipſos fugiant: cuperent, ſi fortè pateret,
C *Condere ſe barathro, vſque adeò contermina pœnæ*
Culpa ſua eſt, vt iam miſeros mortale pauentes
Mortis imago iuuet, ſiluas vmbroſaque luſtra
Obtendunt, vanis ſolatia falſa tenebris.
Nam quò te timidum fas eſt ſubducere corpus.
Te te, inquam, quæ vox vili de puluere fecit,
Virtus vna patris, mundi occultiſſima, præſens
Implet, & in vaſtos exit diffuſa receſſus.
Tu nepotes Dominum fugiens euadere, tu ne
Omnia cernentem ſperaſti poſſe latere,
Vt vaſtis taceas tenebris, cælabere nunquam.
Ergo vbi peccati genitus pudor attigit Adam
D *Quærentem latebras, mox audiit: Heus vbi es Adã,*
Quid verò eſt quòd te quærit Deus, inſcius an ne id
Fortè rogat? cui te Domino ſubducere ſummo
Nec mors ipſa poteſt, fragili quam mente ſubiſti,
Cur vbi ſis quærit, niſi quòd te morte doloris
Lapſum ſponte tua, ſecum non eſſe fatetur,
Et cælo cecidiſſe ſacro, ſed ſancta parentis
Deſperare vetat pietas, clementia cuius
(Fas dixiſſe mihi, fas ſit quoque dicta probaſſe)
Iuſtitiam excedit: nec tam me voce ſeuera
Corripiens, vbi ſis, trepido quid pectore quæras,
E *Terret quã recreat, quòd adhuc poſt crimina lapsũ*
Immerſúmque metu, latebris ac penè ſepultum,
Euocat & reuocat: ne verò exempla petantur
Longius, oſtendit culpæ donatio mitem.
Poſtquàm excuſſa reos manifeſtat cauſa parentes,
Incepêre Deo cælum, mare, terra, loquente
Contremere, & vaſtos concuſſa aperire receſſus.
Dúmque reos punit ſententia; tartara condit.
Quandoquidem noſtris viſum eſt decedere iuſſis,
F *Iam mihi iuſta nouos ferit cenſura nocentes.*
Principio inter totius viuentia mundi
Tu maledictus eris, & peior quam tegis intus
Inuida mens coluber: qui cælum intrare creatos
Deceiſti homines, vetitáſque attingere fruges
Fraude tua impulſis, prædura mortis origo es.
Ergo vt digna nefas pœnæ menſura ſequatur,
Ex quo hominem terræ immerſiſti, tu ſtratus iniquo

A *Membra ſolo, duram ſulcabis pectore terram,*
Et vetitos tentare cibos quia feceris, hinc iam
Vilis ſemper edes ſquallentia viſcera terræ.
Et quia te dignæ placuit tibi primus vt eſſes
Inuentor mortis pœna moriere perenni,
Humanique odium generis ſpecialiter in te,
Ac genus omne tuum bello experière potenti,
Perpetuúmque tui, mors vt tibi longa timoris
Eſſe dabo: pedibus repes, & pectore prono:
Téque tuo mulier perimet cum ſemine, cuius
Callidus extremis tantùm inſidiabere plantis,
B *Vt trepidans etiam capitis veſtigia figat.*
Dixit, & exanguem ſic eſt exorſus in Euam:
Et tu quæ minimo ſolam te perdere fructu
Non contenta, virum ſimiles temeraria in auſus
Traxiſti: inſtar eris famulæ, ſubiectaque duros
Arbitrium cenſura viri patiere labores.
Caſibus & verò (inceptum quoniam prior auſa es
Multiplicare nefas) ſemper verſabere multis.
Tum pariens crebris adeò torquebere natis,
Vt quos mortales faciet tua culpa creari,
Mortis nonnunquam laceræ ſint cauſa parenti.
C *Tu quoque cui monitus noſtros, & prima ſalutis*
Vincula fœmineis poſtponere fraudibus auſo,
Sponte mori placuit: tale in reus excipe ſortem,
Criminibus tellus, quam in ſulcabis aratro,
Sit maledicta tuis, ſpinas tribulóſque minaces
Culta ferat, fallatque tuam ſpes improba votum.
Nec tibi terra fidem ſeruet: tu viuere lætus
His in deliciis, & cunctis viuere ſeclis
Sponte recuſaſti: duro nunc viue labore,
Perpetuum quoque viue miſer, dum lenta ſenectus
In terram te reſtituat, terræque recondat.
Dixit, & ignaros ne cæli iniuria lædat,
D *Veſte tegit pecudum miſerans, vitámque tueri*
Edocet: & ne iterum ſimiles exiret in auſus,
Infauſtum mortis formidine percuſſit Adam.
At ne perpetuam vitali ex arbore vitam
Protraherent, miſeróſque reos grauiora manerent
Supplicia: intantis nimium diuturna periclis
Tempora ducentes, diriſque obnoxia pœnis:
Continuò ſacris iuſſos decedere lucis
Expellunt venti, nemoris quos ſilua profundi
Concitat, atque illos librantis turbine nexos
E *Aura vehens, ſacra Paradiſi ab ſede repellit.*
Ergo hinc eiecti iuuenes, terriſque relati,
Perdita dimiſſi ſuſpirant gaudia luci,
Expertes tanti ſpacij, expertéſque pericli:
Sed non expertes, agitat qui corda, doloris.
Quò ruerint, quid perdiderint, quæ vita ſequatur,
Quæ fuerit tacita triſtes in mente volutant.
Porrò etiam quid ſe ſupremo in fine futurum eſt,
Hærent ſolliciti: ſibi num grauiora ſuperſint,
Nullane ſpes ſupereſt miſeris, num morte perenni
F *Perdant, quod ſupereſt: an cùm via mortis amaræ,*
Per lignum ingruerit mundo populiſque futuris,
Poſſit adhuc aliquod per lignum vita redire.

CLAVDII MARII VICTORIS, Commentariorum in Geneſin,

LIBER SECVNDVS.

HActenus arcanam ſeriem, primordia mundi,
Vt ſincera fides docuit, ſine fraude cucurri,
Dum digna letho vitiis terrena carerent:
Nunc hominum mores, & iam mortalia verſu
Aggreſſo, omnipotens vires Deus adde poetæ.
Poſtquam ſacratis decedere iuſſus vterque
Sedibus ac regnis, genitalia contigit arua,
Inque ſua ſtatit exul homo: mirabile quali
Ore, rudes ſtupeant tam barbara rura coloni,
Quæ non frugifera diſtinctáque arbore vernant.
Nec ſpecies placet vlla ſoli: nam mixta coacto
Pondere congeries confuſa mole locatur.
Ardua cautes rigent, ſiluis depreſſa laborant
Plana, carentque herbis, horreſcunt edita dumis.
Heu quibus hæc ſpectãt oculis, quo pectore cernunt,
Quorum animis Paradiſus ineſt, quæ cauſa doloris
Vna ſubeſt, dum cunctorum iam plena malorum
Se pandit facies longè triſtiſſima, poſt tot
Delicias Paradiſe tuas, & amœna locorum
Gaudia fertilium: quorum vaniſſima præſens
Semper adeſt, triſtéſque animos idea fatigat.
Nunc honor ille ſacri nemoris maiore ſereno
Irradiat, nunc diuitias ſuccurrit ademptas
Siloa beata tuas: nunc pomi dulcior vſus,
Nectareúſque ſapor: viuis nunc floribus halans
Tellus, abſentis triſtes contriſtat odore.
O quàm non eadẽ (exclamant) Paradiſe rependis,
Immò etiam quanto præ illis hæc dona beatis
Deliciis, peiora facis, ſic triſtibus illis
Iam vitæ perit almus amor, penuria rerum
Inſinuat iam dulce mori, ne maior egeſtas
Occurrat grauiore malo, nam viſcera terræ
Scrutari veſana fames, & quærere cogit
Quæ ſteriles dat ſilua dapes, adeò vſque malignis
Herbarum dubias paſſim radicibus eſcas
Explorare iuuat, ventrémque explere latrantem.
Tandem cunctarum, quibus indiget vſus, egenos
Atque inopes rerum, docuit ſors vltima ſummi
Auxilium ſperare Patris: tum ſtratus vterque
Membra ſolo, lacrymis tantùm mutóque dolore
Quæ nequeunt verbis, poſcunt ſolatia votis.
Dum pudor internis ſubducit verba querelis,
Ergo vbi cognouit mutuæ ſibi reddita linguæ
Munera, conſurgens tali prece ſupplicat Adam.
Omnipotens, auctor mundi rerúmque creator,
Que mihi labe mali infenſum atq; audacibus auſis
Conſtitui, felix olim, dum vita maneret,
Et celeres animos viſu ſuper aſtra daretur
Poſſe ſequi, latè circùm perque omnia fuſo:
Hos ego cur oculos tua quondam arcana tuentes,
Vel iam non habeo, vel magna ex parte minutos,
Et tetro clauſos terreni carceris antro:
Vt iam nil vteri præter mortalia quædam, &
Fluxa videre datum, ac mundum in peiora labentẽ,
Atque ideo Omnipotens, qui ſemper totus vbique es,
A Ad te confugimus, trepida te mente precamur,
Exaudi miſeros, quos ſemper cernis & audis,
Cùm me olim parti damnatæ annectere vellet
Ille caput ſcelerum, mundi infenſiſſimus hoſtis,
Nil per ſe ſolum, ne victus cederet, auſus,
Serpentis formam accipiens, & coniugis illa
Arma meæ, duro confecit vulnere, ſic nos
Artificis ſcelerum fraus improuiſa ſubegit.
Cúmque ego damnarer iuſta pro crimine pœna
Agnouit culpam tanto mens iſta dolore,
B Vt mihi me de me pœnam præbere putarem.
Idcircò & gemitus pœnæ, lacrymaſque negaui,
Amplexúſque animo ſolatia dulcia pœnæ,
Hanc ipſam poſthæc ſacra inter munera ponens
Pro venia ſceleris: non iam detracte labores,
Quoſcúmque addideris, tamen interea optime iudex
Si iuuat, exaudi nil in tua iuſſa precantes.
Nec iam iſtud lacrymis & mæſta voce precamur,
Iudicij cenſura tui, quò ſe illa reſoluat,
Tota ſed vt plenas teneat ſententia vires:
Iuſſiſti mota victum me quærere gleba,
C Et ſteriles ſpinas ſparſa pro fruge leuandas
Dixiſti; & tribulos pro fructibus: ergo ferenda eſt
Vt fallat mea vota ſeges, quæſita labore.
Noſcere da quæ ſint ſegetes, quo more ferendæ,
Fructiferæ quæ ſint herbæ, quæ forma laboris.
Da Pater auxilium miſerans, hiſque imbue ſenſus:
Tunc erit vt rerum compos, & certa ſalutis
Seruiat Eua mihi, ſæuúmque experta parentis
Supplicium, pariat populos vt crimine noſtro
Plectantur, purgétque patrum peccata, nepotum
D Mortibus æternam faciens ſucceſſio pœnam.
Interea dum ſic orant, ſerpentis imago
Indice viſa metu tacito ſe tramite ferre
Leniter, ad molles ſpiris reptantibus herbas:
In ſe conuertit trepidos, dirique doloris
Excuſſo ſenio cognatas traxit in iras.
Et prior Eua viro: Si te ſuprema malorum
Cauſſa mouet, rape ſaxa manu, datur ecce facultas
Auctorem lethi letho dare: callidus ille
Supplicijs doceat propriis, & morte cruenta,
E Quàm ſit triſte mori, qui me malè perdidit, & te.
Dixit, & elapſum curſu petriſque ſequuta eſt
Miſſilibus: quin & duras per robora cautes,
Quò ſe reptando condebat callidus anguis,
Ambo proiiciunt: quarum rigido vna lacerto
In nudum caſu ſilicem dimiſſa reſultat,
Scintillámque ciet: ſicco quæ è fomite nata
Exiit in flammam, & crinita incendia latè
Extendens tota iam ſilua ardebat adepta.
Hic horrent, latebráſq; gradu trepidante requirũt,
F Sed pauidos ſtupor ipſe tenet, curámque ſagacem
Iniicit inſolitæ flammæ: quam cernere rurſum,
Et timidi ſpectare volunt: paulum ergo remoti
Telluris dorſo ſterilis mirantur opacas
Defluxiſſe comas, nemorúmque horrere fauillas,
Fuſcarique diem, totas ſplendeſcere terras,
Et lucem ſub ſole nouam: nec mente quieta
Accipiunt crepitus ſtridentibus vndique ſiluis,
Vndanteſque globos flammarum in ſidera latos,
Nec quòd radices immerſus tendit in imas
Ignis edax penitùs: ſumpto quo victus calore

Terra ſuas pandit generoſa ad munera venas.
Quæ cùm iam cuncto ſiccata liquore fuiſſet.
Mox fieri liquor incipit, riuiſque metalla
Fundere quæque ſuis, fuluo hinc torrente coruſcat
Auri ſummus honos, candenti lacte renidens
Effluit argentum, rigor æris lubricus errat,
Et cogit in mollem reſoluto corpore maſſam.
Vis breuibus formam ardentis comprehendere ſiluæ?
Sulfureæ volitant memoris per opaca fauillæ,
Non aliter quàm dum ruptis ſicca Ætna caminis,
Egerit immixtis ſtridentia ſulfura flammis:
Tum ſe decoctis tellus pinguiſſima glebis
In fœtus mouit varios, quos imbre marito
Parturiens putri diſſoluit rura meatu,
Quæ tumidi trepuere ſinus, elataque meſſis
Extitit, & motis vndans trepidauit ariſtis,
Diſceret vt ſpeciem ſegetis nouus accola cultæ.
Nil tamen hinc longus quicquam ſibi vendicet vſus
Nil caſus virtutis inops, Deus omnia noſſe
Quæ bona ſunt cum luce dedit, mundoque minori,
Quicquid maior habet, ſacro innoteſcere ſenſu,
Seque per hæc voluit: quòd ſi illibata maneret,
Vt data mens homini eſt, nullique obnoxia culpæ:
Non illam ſpecies, non illam corpora rerum,
Non modus aſtrorum, numerus nec mollis arenæ
Falleret, aut quantis iam magno terra profundo
Extenſa eſt ſpatiis, aut quæ menſura peracta eſt
Mollis: quid reſonet motu ſeptemplicis axis
Harmoniæ vocale melos, nunc diſcitur vſu
Aſſiduiſque datur ſtudiis: quanquam arte vel vſu
Quod capimus, Domino ſemper donante tenemus.
At verò ad primos vt ſe digreſſa parentes,
Noſtra chelys referat, iam quæſo attendite paucis.
Pulſus ab auguſtis Paradiſi ſedibus Adam,
Nullum habuit prius officium, quam coniugis vſum,
Atque omnem natis operam nauare creandis:
Ergo vbi prima domus natis iam plena duobus,
Inter tam varios ſolatia multa labores
Attulit, atque noctum ſe vidit vterque parentem,
Multiplicata graues releuauit cura dolores:
Et ſpes iam ſubiit propriis gaudere miniſtris
Ruris in officio, quorum qui maximus æuo,
Arua Cain duris vertebat pinguia raſtris.
At viuo gaudere lucro digniſſimus Abel,
Collibus in nudis & ſicci germine campi
Innocuas paſcebat oues, & lacte parentes,
Verùm expectati ſenſere vt gaudia fructus,
Diuino intuitu vinci ſua vota fauore:
Nox decreuit vterque ſui libamina fructus
Prima dicare Deo, ſacras prior impedit aras
Frugibus ille nouis, niueo magis hic litat agno.
Prima ſacerdotum ſpecies, mox hoſtia fratris
Impia, ſed Chriſtum longè tamen antè figura
Signans, perpetuus nam cùm foret ille ſacerdos,
Summi Melchiſedech ex ordine: protinus in ſe
Conflata inuidia, & fratrum liuore ſuorum eſt,
Hoſtia ſalutifica dum pendet ab arbore factus.
Sic olim antè ſui præſenſit candidus Abel
Inuidiam fratris: nam cùm de fruge litaſſet
Iſte ſua, niueo ille agno, mox protinus altum
In cœlum aſcendit combuſto fumus ab agno
At contrà per inane volans de frugibus illis

A In terram rediit fugienti fumus Olympo:
Aut quòd peiores Domino ſacrauerat, aut quòd
Illi non gratum eſt, animo quod prodit auaro.
Inde Cain tamen inſanas flammatur in iras,
Inuidiæ ducens illo de fonte venenum,
Vnde propinarat ſerpens, fratremque cauendi
Ignarum, ſæua mactatum cæde trucidat.
Heu facinus! Quò non miſeros furioſa libido,
Quò non ira, recens odium, & vis improba cogit?
Quid meret innocuus frater? num ſanctior ille
B Quòd fuit, interimi meruit? iam facta parentum
Non eſt poſteritas quòd quicquam accuſet, & ipſi
Flagitiũ addidimus: iamq; eſt quod callidus anguis
Obiiciat, ſi fors illum accuſare velimus,
Quod morimur: nãq; ad cumulũ prima illa propago
Criminis, adiecit mortem, culpamque parentum
Inductam mundo (horrendum eſt id dicere) fecit
Impietas ſcelus eſſe nouum ſic impie, ſic tu
Dire Cain primore nouum cæde inficis orbem:
Pro qua perpetuas pœnas iam morte ſolutus
Æternumque dabis, longè ſerpente nefando
C Deterior, tua metitur ſi crimina: namque
Attulit ille necem nobis, non intulit: at nos
Cepimus allatam, tu verò hanc primitus infers.
Tantò illo peior, vitari publicus hoſtis
Quòd potuit: tu priuatus nulla arte caueri
Iam poteras: Quis enim dilecto à fratre timeret?
At verò nulla eſt hominis tam dira nefandi
Culpa, Deus quam non animo clemente remittat,
Si modò pœniteat facti: quod teſte Caino
Accipimus, quem tunc fraterna cæde madentem
Non indignum habuit (tanta eſt clementia) ſeſe
D Correptore Deus, quum blanda voce rogatum,
Frater vbi ſuus ille foret, facinuſque negantem
Arguit, & leuiter tanto pro crimine punit.
Nam profugum tantùm atque extorrem ab vtroque parente
Longius amandat, vaſtaſque relegat in oras,
Et iubet à patriis confeſtim excedere terris.
Hac etiam longè miſero feliciter in re
Gratificatus: grauior nam multo eſt pœna videri
Inter felices, & pura mente beatos
Victure, poſt ſupplicium, factique pudorem.
E Vtque ſit exilium leuius; comes additur vxor
Fida reo forſan, ne deſperatio ſolum
Arriperet: tum etiam quæ duras pectoris ægri
Molliret curas, & moto corpore fractum
Siſteret amplexu: nullique obnoxia culpæ,
Et Dominum votis, & pura mente colendo,
Eliceret quicquid poſſet ſatis eſſe duobus.
Sic multa extorres comitatur gratia, quorum
Auxit multiplicans per nomina mille nepotum
F Progeniem Deus omnipotens, regemque Cainum
Eſſe dedit populis, quos cingere mœnibus vrbes
Erudiit, prælonga videns in tempora natos.
Interea mæſto rurſum grauis Eua marito,
Penſarat primum ſancto iam pignore damnum,
Reddideratque iterum nata iam prole parenti
Multiplices animi curas, & mixta labore
Gaudia: Seth puero nomen fecere, vice Abel
Quem dedit omnipotens illis Deus: vnde ſecuta eſt
Poſteritas, cuius de ſemine prodiit Enos,

Quid primus tacita lectus virtute ſacerdos
Poſſe ciere piis precibus, votoque potentem
Sperauit, meruitque Deum, populumque ſecutum
Imbuit, æterni cultum ſeruare Parentis.
Cuius de ſerie pollens virtutibus Enoch
Deſcendens, meritis etiam non impar auitis,
Redditus in ſedes patrias orbemque beatum,
Viuit adhuc, & habet vitæ iam regna futuræ.
Hic iuſti proauus Noë ſub tempora cuius
Infecit totum ſtudiis concordibus orbem
Culpa frequens, vitiiſque ſequens adiunxit auitis
Poſteritas vitium: quapropter mille per annos,
Aut propè maiores cùm viuere conſueuiſſent,
Ne peruerſi hominum mores creſcentibus annis
Augmentum acciperent, vitiis vt terminus eſſet,
Maxima vita hominũ luſtra ad duodena redacta eſt.
Namque Caini genũ cùm ſe coniuncta prophanis
Damnaſſet Thalamis in peius prona iuuentus;
In variam facinus, ſuperûm deſerta fauore,
Proſilit, inque omnes currit temeraria lapſus.
Tum Deus auerſo tam multa ob crimina mundo
Confeſtim inſenſus, voces erumpit in iſtas:
Nequaquam poſt hæc humana in gente manebit
Spiritus ille meus, vitam nec proferet vltrà:
Viuere biſſenos decies contenta per annos
Vita nocens hominum: quoniam terrena ſequuti
Plus carnis quàm mentis habent, ſic ergo ſeuera
Æui conſtituit tempus ſententia certum
Iudicis immoti, longæ ne tempora vitæ
Criminis augendi cauſſam præſtare valerent.
Flagitij quid enim iam non auderet iniqui
Impia gens hominum, nam magna mole Gigantes
Monſtra horrenda hominum, varie de ſemine nati,
Nil non audebant: quis vna & maxima virtus,
Non fore ad extremum prauos, quos dira libido
Crimen in omne trahens, nullas ſine ſanguine noctes,
Aut ſine cæde dies vnquam ductare ſinebat:
Immemores iuris diuini, hominumque, ſuique,
Affectuſque pij, matrumque, patrumque ſuorum,
Auctoriſque Dei: tantumque in crimina ſumma
Proceſſum eſt, homines Dominũ vt formaſſe pigeret,
Vt peruerſa etiam Deus ob peccata nocentum,
Criminis expertes animas conuoluere vellet,
Atque ſuperfuſis terras immergere lymphis,
Rurſus in antiquam mundo redeunte figuram.
Vnus erat Noë iuſtus, quem propter in iras
Differret prodire Deus: quem vita fidelis
Iam per quingentos immunem criminis annos
Duxerat, & ſancta degentem in lege probarat.
Cui ſic ſancta Deus pandens arcana reuelat,
Iamque hominum vitiis infectam turpibus omnem
Aëra cum terris in deteriora relapſis
Eluere, & tumido viſum eſt ſubmergere ponto:
Et dum cuncta ruens operit, iuſſuſque reſidit
Gurgite præcipiti, pollutum diluat orbem,
Implicitóſq; homines, & quicquid viuere iuſſum eſt
Cauſſa hominum, inflati conuoluat labe profundi.
Sed quia tu ſolus cui cordi noſtra voluntas.
Deuotum ſanctis duxiſti legibus æuum,
Peruerſis ſemper voto meliore repugnans:
Sic decretorum moderabor iura meorum,
Vt mihi cùm iuſtas luerit gens impia pœnas,

A Purgatæque orbis faces: tum dignius à te
Incipiat mortale genus, ſummumque parentem
Te numerent populi, poſt hæc qui tempora viuent.
Quadratis igitur trabibus contexta paretur
Arca tibi, cubitis ſed quæ ſit longa trecentis,
Lata quaterdenis denos ſuper aëra in altum
Terdenis ſurgens, cubitabili ornata feneſtra.
Inſuper à læua ponitur ianua parte.
Tunc calicum bibula ſpirans compage bitumen
Exploret, tunnes & veſtiat vndique rimas.
B Cumque triplex ſpatium diſcreuerit area duplex,
Sic diſcernantur propriis animantia nidis,
Ne violent permixta genus, commiſſaque pugnent,
Confundantque cibos, quorum te condere pareſt
Tantum materiem: nam diſpenſata receptis
Ne deſit, præſtare meum eſt. Hæc mente fideli
Noë concipiens (ſenſum ipſe animumque miniſtrans,
Velle & poſſe dabat famulo, quodcunque iubebat)
Iuſſum opus aggreditur, denſas proſternere ſyluas
Incipiens, atque annoſas proſcindere quercus.
C Admittunt lucis radios, vmbriſque leuatur
Campus, & æquæuo ſpoliantur robore valles.
Sed cùm tam multo fuerit properata labore,
Summa operis cœpti centum differtur in annos,
Vt bona vita ſequens, vitæ delicta prioris
Emendet, mutetque feros gens impia mores.
O miſeri, quos tam iuſtæ dilatio pœnæ
Plus facit eſſe reos: nec enim pro crimine tantùm
Præterito, at longè grauius plectentur ob ipſum
Temporis indulti ſpacium, veniamque neglectam:
Cùm teſtaretur ſe parcere malle reuerſis,
D Tempore Dilato Dominus. Iam mole peracta,
Machina conſtabat laterum compage capaci,
Diffugium quod ſupremum pater ipſe pararat
Naufragiis natura tuis, rapidiſque fluentis.
Tum Deus è celſo famulum dignatus Olympo,
Voce monet Noë, ſummum iam tempus adeſſe,
Condere ſe latebris, natos cum vxore, nuruſque
Eripere inſtanti exitio, mortiſque tenebris,
Cunctaque viuificis animalia reddere clauſtris:
Siue ea terra fouet, ſeu clarus ſuſtinet aër:
Singula de mundis ſeptena, & ſingula bina
E Ex iis quæ ſacris minus apta, immunda vocantur.
Nec mora ſit, quicquid connexo cardine cæli
Naſcitur, ignotum diuerſis partibus orbis,
Quod ſtupet Eous, quod pallidus horret Iberus,
Auſtralis Libyæ calidis quod nutrit arenis,
Scindit Hyperboreas miro quod lumine noctes,
Feſtinat trepidans & apertæ immergitur arcæ.
Diluuium dicas iam præſenſiſſe, Deoque
Auctori parere ſuo, & pecudes ratione carentes
Plus quàm imprudentes homines ratione valere,
F Et ſi nil ſapiunt. Ergo omni ſemine vitæ
Præualidam vt primum claudi Deus imperat arcã.
Nox ruit, & ſubitæ cælum obduxere tenebræ,
Effuſoque cadens terras ferit aëre nimbus,
Et furit, & toto pariter deſæuit in orbe.
Nec ſatis excidio eſt qui nubibus effluit imber,
Antiquæ laxantur aquæ, iamque æthere aperto
In nubes vacuas cælum ruit, & reſerata
Defluit in lymphas mundus cæleſtis abyſſo,
Atque nouos pandit fontes, torrentibus æquor.

A Dumque vno immixtum raptim ſe gurgite iungit,
Quod cælum, quod terra vomit, quod nubila fundũt
Inuoluit merſos mixtis cultoribus agros,
Implicitoſque greges ſtabulis, cum ciuibus vrbes,
Obruit inter aquas: populique natante ruina,
Nulla manet rerum facies: tegit omnia flumen,
Creſcendoque ſuum perdunt & flumina nomen.
Mox etiam curſu, nullis ſatiabilis vnquam
Amnibus Oceanus, tam magna mole ruentes
Iam præſentit aquas: aucto quas gurgite maior
Pellit, & in cumulum redeuntes ſurgere cogit.
Donec contractis æſtum attollente profundo
Vndique littoribus ſummo ſe circite iungit
Fluctus, & oppreſſis concurrunt æquora terris.
Et iam ter quinis ſuper omnia celſior vlnis
Arca ferebatur (namque hæc menſura ſupremos
Exceſſit montes) cùm quadraginta diebus
Vnius pluuiæ furor, & mors vna fuiſſet.
Ter quinquagenis dehinc ſolibus aëre ſudo
Conſimilis ponti modus & menſura remanſit.
Dum Pater omnipotens iamdudum in carcere gentis
Concluſæ miſerans, terris abſcedere magnum
Paulatim iuſſit pelagus, ſenſimque relabi:
Ne raptim fugiens terras ſubuerteret omnes,
Et ſtabilem in ſedem tellus vt ſicca mearet.
Denique diffuſo planus mox aëre vertex
Prodere ſe cœpit pedetentim, & ſumma videri
Poſſe iuga, ac planos ſcopulis deſcendere fluctus,
Cumque reſidenti ſenſim prorumpere ſyluas
Æquore, & occultos paulatim ſurgere colles.
Iamque niger patula ſpeculator miſſus ab arca,
Aera reppererat placidum, prædaque reperta
Non iam curabat conſueta in clauſtra reuerti:
Ergo emiſſa ſemel vitali è ſede columba,
Nil referens certi, rurſum dimiſſa reportat
Paciferæ frugis paruum libamen oliuæ.
Tantus ad iudicium hoc, magni cum laude parentis,
Clauſorum fletus, quo ſe gaudere reuelant,
Exoritur: quantus muris cùm victor acerbus
Inſultat, ſubitum obſeſſis ſi fortè feratur
Auxilium: quantus cùm iudice miſſa modeſto
Addictos rurſum vitæ ſententia reddit:
Quantus in ambiguum funus cùm vita recurrit
Inter lugentum lacrymas & gaudia fletus.
Poſteaquam rurſum ſpeculatrix arua patere
Nunciat, hoc ipſo terris quòd miſſa receptis
Non redit, tædet pigras perferre latebras,
Et iuuat ad cæli ventos ſpirare patentis,
Atque animam æthereo laxatam paſcere ſenſu:
Sed nulli clauſtro fas eſt exire patenti,
Donec reliquias illuc qui iuſſerat orbis
Ingredier, iubeat ſacris excedere clauſtris.
Cælitùs admonitum fida cum coniuge Noë,
Cumque domo, & natis pariter, nuribuſque pudicis,
Et noua deductis iterum dare rura colonis,
Cunctaque ſucciduæ ſeruata animantia proli,
Iam captiua diu clauſtris emittere apertis,
Quæ bonus humanos opifex ſeruarat in vſus.
Quæ poſtquam data porta, ruunt: pars aëra pennis,
Pars ſaltus, ſiluaſque petunt: pars merſa cauernis
Infoditur patulis: terræ pars libera campis
Exultat ſiccis, & prato vernat aperto.

At verò mundi ſortitus regna ſecundi
Cuncta oculis Noë luſtrans, ac mente capaci
Accipiens, animúmque volens ſaturare replendo,
Cuncta haurit, rapido perluſtrans omnia viſu,
Vt noua miratur: noto fulgentior ortu,
Et magè ſol rutilus ridet: maiore ſereno
Læta poli facies, & deſperata vireſcunt
Fœtibus arua nouis: ſed adhuc verſatur imago
Ante oculos, tantæ ſemper memoranda ruinæ.
Inter aquas quid pertulerint, quid munere ſacro
Non etiam tulerint, fremeret cùm verbere ſæuo
B Pontus, & illæſas contemneret arca procellas.
Cumque ſuis Noë quàm prompta & læta reuoluit,
Se circum ſummi fuerit largitio Patris:
Cogit & attonitos mirari ac voluere ſecum,
Vnde tot eſca animis toto ſuffecerit anno,
Quis potus, namque hoc conſtat, ſi cætera vitæ
Suppeterent, clauſos, dum fluctuat arca, perire
Inter aquas potuiſſe ſiti: niſi rector Olympi
Depoſitos, hominum auxilio donoque carentes,
Suſtinuiſſet, eo quo condidit omnia nutu.
Ille animas longæ perituras carcere noctis
Affectu lucis ſpolians, virtute repleuit.
C Ille vt tam ſegnem poſſint perferre quietem,
Infudit pigri placidum torporis amorem:
Omnipotens quid enim non eius dextera poſſit?
Qui gelidi raptim merſos ſub gurgitis vndas
Cum viſum eſt ardere facit, flammaſque ſub ipſas
Algere inuectos? & qui nunc tempore paruo
Poſſe perire homines docuit mergentibus vndis,
Oſtendet flammis atque vndis poſſe renaſci.

D CLAVDII MARII VICTORIS,
Commentariorum in Geneſin,

Liber Tertius.

TAlia mente gerens, venturaque ſecula cernens,
Non prius officij quicquam ſeruatus inire
Conſtituit: quàm ſacra Deo laudeſque rependat,
Grateſque eua ſo referat diſcrimine Noë.
Mox niueo ſacra exurgunt altaria ſaxo,
E Agnouitque hæc prima recens altaria mundus.
Antea totus enim: conuexo tramite cæli,
Templum mũdus erat, tum dudum ad ſacra paratis
Affluit è gregibus ſeptenis hoſtia præceps:
Seu volucrum ex ſpecie, mollis quas ſuſtinet aër:
Siue ex his quæ terra parit: nam ſeptima quæque
Aris ſternuntur deuota animalia ſacris.
Æthereo tum mox ignis demiſſus Olympo,
Libat odoratos ad ſacra altaria fœtus,
Ambroſiumque Deo flagrant holocauſta vaporem.
E Et quanquam noſtri nil numeris indiget, ille
Totius mundi Dominuſque Deuſque: ſuorum
Attamen officij venerari, & munere gaudet.
Qui lymphis tandem ſic Noë affatur ademptis.
Et ſi parua fuit, tanto pro crimine, pœnæ
Vltio, vindicibus pluuiis, cæloque refuſo
Tot ſcelerum damnaſſe reos, ſedémque nocentem
Terrarum, mage diffuſo purgaſſe profundo:
Non tamen offenſi, feriemus verbere tali

Vlterius mortale genus: quamuis ruituras
Per varium facinus, per crimina priſtina rurſus
Humanas mentes videam, genteſque profanas,
Non tamen interea ceſſabit dextera vindex,
Supplicia iniuſtis quæ reddat, præmia iuſtis.
Vos igitur, quos vita probat iuſtiſſima nobis,
Creſcite, ſecuri & fœcunda prole referte
Arua, nouoſque greges longè diſtendite terris.
Seruabunt elementa vices, cunctiſque diebus
Sparſis ſeminibus reddetur debita meſſis.
Curret opus mundi compar, diſcordibus horis.
Æſtati certabit hyems, ac tempora librans
Veris & autumni fugiens replicabitur annus.
Voſque (quibus regnum ſolidi permiſimus orbis)
Tota tremet, metuetque ampli ſubſtantia mundi
Imperium ecce damus vobis res prorſus in omnes,
Totque inter ſpecies rerum: quæ ſpontè mouentur
Carnea membra quidem veſtros largimur in vſus,
Interdum quanquam vobis à ſanguine viui
Eſſe volo: quem ſi quiſquam ederit, haud ſecus acris
Illum iudicij plectet ſententia, quàm ſi
Hauſerit humana fluidum de cæde cruorem:
Quem repetam ſemper vindex, ideoque requiram,
Vt mihi non ſolus pendat rationis abundans
Supplicium, ſed bruta etiam; cruor omnibus æquè
Sit ſacer humanus. Verùm ne poſtea quiſquam
Diluuium metuat, tali ſit fœdere tutus.
Cùm leuis in nebulas pendens ſe verterit humor,
Et nigras cumularit aquas in concaua nubes,
Effundam radios, & pulcrum vertice ſummo
Arcum componet mihi ſolis imago recuruum,
Pingentem conuexa poli, qui luce colores
Exhibeat varios, & in aëra diſſipet imbres,
Ignis plus habeat rutilans, & iam minus imbris:
Quod ſibi venturi ſpecimen præſumere ſigni
Poſteritas ſecura poteſt, vt fœdere tali
Poſthæc diluuium credat non eſſet timendum.
Talibus attenti imperiis cum coniuge Noë
Poſt habitas Domino grates, laudeſque repenſas,
Certatim & limo dulcique vligine læta
Arua paterna itique ſimul, quis firmius æuum,
Mox ſubigunt raſtris, & ſemine rura maritant.
Tum vere effuſis latè denſiſſima campis
Herba virens, flauas cùm durauiſſet ariſtas,
Solis ob ardores in frugem lacte gelato
Reddit multiplicem cumulato fænore meſſem:
Et noua prægrauido iam palmite vinea ditis
Luxuriat fructu, tortaque ex arbore nectar
Parturit, & duro naſcentia pocula ligno.
Fortè Deo Noë celebrabat lætus honores,
Indulgens ſacris epulis, Vinumque propinans
Prima è vite nouum: quo demum largius hauſto,
Hinc alto grauidus ſomno, membriſque ſolutus,
Non bene compoſita tum veſte iaceret, humique
Poſtratus, ſpectanda daret genitalia natis
Membra ſuis, vna tibi Cham teterrime riſum
Mouit origo tui, nec iam peccaſſe ſat vni
Eſſe tibi credens, fratres aſpergine culpæ
Contendis maculare tuæ: ſententia multo
Quos melior, meliorque animus, detecta parentis
Obtecta docuit celare virilia palla:
Nam patrium auerſis manibus texere pudorem

A *Sed ſimul atque Iaphe, tali digniſſima patre*
Pignora, quos ideo fratris dedit eſſe minoris
Iure pater dominos, ſomno vinoque ſolutus.
Qui mox natorum euigilans benefacta ſuorum,
Et Cham demeritum tali mercede rependit.
Cham tu, inquit, maledictus eris, ſeruuſque tuorum
Æternùm fies ventura in ſæcula fratrum.
Sem vero benedictus erit, fratremque minorem
Participem ſecum communi ſede bonorum
Efficiet, quorum latè poſſeſſio currat.
B *Hæc fatus ſenior, cùm iam decurreret annos*
Mille minus decies quinos, in pace quieuit.
Interea Domini dum ſancta in lege vigeret
Poſteritas, multis iamque aucta nepotibus, & ſe
Cælorum ac terræ Domino committeret, vni:
Tunc ſanctis hominum parebant omnia iuſſis,
Terra grauis, liquidum pelagus, vegetabilis aër,
Non opus arte illis, cæleſti namque magiſtro
Omnia diſcebant: ſed poſtquàm in crimina mundus
Exiit, & latè vitiis ſeſe abdidit imis,
C *Perdidit inſigne hoc munus damnata propago,*
Oblitamque Dei plures effingere diuos
Non puduit: tanti eſt ſupremi oblinio Patris.
Tum grauis inuentor lethi ceſſare capacem
Fraudis materiam non paſſus, cuncta maligno
Subdidit arbitrio, quò ſatum induceret orbi,
Suaderetque Deum vel iam non eſſe, vel iſta
Inferiora huius contemnere munia mundi.
Ergo res hominum cunctas, euentaque rerum
Quæ Domino fuerat par aſſignare ſupremo:
Aſſignare vagis perſuaſit ſubdolus aſtris,
D *Atque auium ſpectare fibras, motuſque volantum,*
Et ſtudio ingenti magicæ ſcelus intulit artis,
Et plures orare Deos, idolaque muta
Aut magis idolis latitantem ſemet, in ipſis
Suaſit adorari, multo magè dignus aduri.
Inque nefanda prior deſcendit crimina Nemroth,
Impietatis apex Cham ſerno è ſemine natus,
Mole & mente Gigas, Babylonia regna gubernans,
Perſarum hic animos capiens, venator iniquus,
A veris Domini ſacris traduxit ad ignem.
E *Nec modo plus æquo cupidis, hac arte ſagaci*
Ille caput ſcelerum, mundi infenſiſſimus hoſtis,
Illuſit curis hominum, ſed mentibus ipſis
Irruit, & ſenſus penitus deſcendit in omnes,
Mox & in affectus: nam cùm patri vnica proles,
Spem generis letho ſecum traxiſſet acerbo,
Infelix Nemroth, lacrymas nocteſque dieſque
Continuans, hebetique trahens clangore querelas
Dum furit, & raptum quærit per ſingula natum:
Effecta mæſtum ſolatur imagine luctum,
Et Pario effectam nati de marmore formam
F *Credidit infelix incluſo viuere ſenſu,*
Et queſtus audire ſuos: mox inde dicatis
Erectiſque aris diuinos addit honores,
Inque loco iubet eſſe Dei, tum protinus omnes
Amplexæ gentes ſcelus hoc, crimenque ſequutæ,
Pro diis quæque ſuis charos habuere parentes
Poſt etiam ſimili reges in honore locarunt,
Dixeruntque Deos, quorum ſub nomine mendax
Græcia, dum veris falſa inſinuare laborat,
Addidit obſcuras vanis rationibus vmbras,

xcuſans tumulos atque indita nomina buſtis.
Donec per ſpecies ſeſe dementia cunctas
Proderet, & rebus minimis membriſque pudendis
Nomen inane Dei mundo ridente daretur.
Talibus errorum ſalebris fomenta daturus,
Ambigua inuentor lethi reſponſa ciebat:
Fſus ad inſidias aut igni, aut fonte calenti,
Aut terra ex antris ventos ſpirante loquaces,
Et falſum vani ſibi nomen Appollinis indens.
Talibus à Domino gentes trux ille remotas
Captabat laqueis quo ducens cunque volebat:
Tantu eſt à ſancto Domini diſcedere cultu.
At verò egreſſi vnde ſimus, redeamus ad illam
Natorum ſeriem, quæ paucos aucta per annos,
Vſque adeo excreuit, quòd mox Oriente relicto,
Inde nouas alibi compulſi quærere ſedes,
In campum (Senaar veteres dixere) patentem
Peruenerunt: cumque his etiam diſcedere terris
Cogitur, in varias partes ſpargenda iuuentus,
Cæpit in hæc mœſtas triſtiſſima verba querelas:
Heu quàm non certus vitæ ſtatus ordine cœpto
Tert homines? quamque ignaros vel proſpera fallũt
Per varios caſus! quàm voti ſumma petiti
Tendit in aduerſum? iam nos (ſi dicere fas eſt)
Quod ſperata patrum precibus numeroſa nepotum
Creuit turba, piget: ſpargenda eſt quippe per orbem
Exilio tumulata manus, periuraque longè
Finibus à patriis: nos ergo ſiccine tandem
Longa pauperie defecta, inhonoraque membra,
Ignotis dabimus paſſim tumulanda ſepulcris?
Nec ſaltem miſeri tumulis claudemur auitis?
Nullaque erit noſtri poſt mortem fama ſuperſtes?
Quare agite ô iuuenes, dum vires turba miniſtrat,
Quæ vobis ſupereſt, quæ finem neſciat vllum,
Egregiam æternis famem dimittite factis.
Vrbem condamus, cuius ſub mœnia turrem
Vſque attollamus, donec pingentia cœlum
Sidera & excelſi conuexa & attingat Olympi,
Neſcia poſteritas vt nos hinc orbe relicto
In cælum migraſſe putet: ſic motæ iuuentus
Contemnunt cautes, & quicquid monte reciſo
Effluit, ac domitæ fictos de viſcere terræ
Conſtringunt igni lateres, operiſque futuri
Materiam proprio malunt debere labori:
Hanc inter ſtratum ſic nectit vtrimque bitumen,
Vt ſolidas ſimulent circundata mœnia cautes.
Mox turris properata ſubit, mox vertice nubes,
Tranſilit, ac fruitur cæli propiore ſereno,
Tum pater omnipotens cæleſti voce ſenatum
Congregat angelicum, turbæque inſana ſuperbæ
Facta ſtupens, iſthæc regni conſortibus infit:
In terrena phalanx quo tam temeraria pergat,
Cernitis, & quantos imprudens tendit in auſus.
Fortaſſi quæ ſtructa manu contingere celſos
Credit poſſe polos, & ad æthera ducere noſtrum.
Nam nemo indutus terreno corpore, cælum
Aſcendat, niſi qui cælo deſcenderit alto.
Sed quia gens vna eſt, eadem quoque forma loquẽdi,
In componenda perſiſtent turre, nec ante
Deſiſtent, quàm mutua opus conſenſio cœptum
Finierit: tanta eſt humanæ inſania mentis.
Ergo agite (vt vetitum norint, quod poſſe negatũ eſt)
A *Iam deſcendamus, tumefactaque corda ſuperbu*
Conſenſu, varij turbemus vocibus oris,
Vt quod peccarunt concordis crimine mentis,
Confuſæ damnet melior diſcordia linguæ.
Dixit, & intentos operi, molemque leuantes
Mentibus attonitis, ſubiecta obliuio primum
Intrat, & ignotæ ſubit imperfectio linguæ.
Increpitant operis ſtudio ceſſante magiſtri
Cunctantes ſocios, ſed vocem nemo remittit,
Non intellectis: quod ſi quis tentat, inane
Sibilat, aut rupti fremitu ſermonis anhelat.
B *Sic vanum prius ſuſceptum mente laborem*
Deſtituit fruſtrata manus: iam nemo propinquum,
Nemo patrem ſequitur: quem quiſq; intelligit, addit
Agglomeratque ſibi, ſociumque adiungere curat.
Dumque perit diuiſa huius cognatio gentis,
Gentem lingua facit: ſparguntur claſſibus æquis,
Diductaſque petunt vario ſub ſidere terras.
Haud aliter volucres campi per mollia plana,
Quas gregibus mixtis errare & quærere victum
Perſuaſit ſecura dies, cùm nocte propinqua
Frondea tecta petunt, exempto cùm grege turba
C *Vulgus quæque ſuum ſequitur, rapidoque volatu*
Miſcentur, ſimilis quà duxerit aut color aut vox:
Sic tunc in partes populus ſe diſſecat vnus,
Et ſpecies fit quæque genus longeque remotis
Conſidunt terris, atque orbem gentibus implent.
Nec tamen hoc ſacri (cùm ſit ſua pœna nocentum)
Muneris eſt vacuum: nam quamuis vltio iuſta
Hæc fuerit, quos non tetigerit reuerentia cœli,
Quæ ſedes propria eſt mundi, rerumque parentis,
Vt nec ſe agnoſcant, verba inconſueta loquentes:
D *Attamẽ id multum quòd rupto hoc fœdere cautũ eſt,*
Ne, quam paucorum attulerat perſuaſio culpam,
Cunctorum aſſenſu rurſus contingeret omnes,
Et faceret commune nefas: ne prælia dura,
Et rabido populis mors arceſſenda furore
Bellum illis ciuile foret: ſic profuit illis,
Inque bonum verſa eſt primæ diſtractio linguæ,
Quamquam nec prorſum ſublata Ebræa loquendi
Conſuetudo fuit: cùm tunc permanſerit oris
Ebræi ſonitus, ſermoque antiquus, in illis
Qui culpæ expertes, pars non iniuſta fuerunt
E *Natorum quos Sem genuit, cuſtodia iuſti*
Quos tenuit, Dominique etiam reuerentia rexit.
Sed poſtquam toto dementia percita mundo,
(Vt taceam magici ſcelus inteſtabile monſtri)
In truncos & ſaxa etiam dorique metalli
Arte cauas ſpecies, & caſſas luce figuras,
Impegit mortale genus menteſque ſupernis
Intentas fregit, terræque adduxit inerti,
Conuoluitque ſimul fœdæ contagio labis,
Non ſecus Æthiopum feruentibus excita terris
E *Nubila morborum, corrupto tramite cæli*
Dum currunt, quiſquis percuſſum fulmine lethi
Ingemuit, ſimul ipſe ruit, quicunque cadentem
Conſpexit, cecidit, congeſtaque funera paſſim
Dira lues ſtrauit, campoſque reliquit inanes:
Sic tunc præcipiti complexos mole furoris,
Ne nihil infectum toto dimitteret orbe,
Comprendit repetens, quos iam dimiſerat error.
Donec Chaldæi generis, de ſemine Thare,

Vir iuſtus, mentuenſque Dei, cum ſtirpe ſuorum
Vrbem aliam, moreſque nouos, ſedemque requirens,
Manſit in Aſſyriis demum nouus accola Carrhis.
Qui quadragenis luſtris ubi vixit, & vno,
Infauſtam hanc vitam felici morte redemit.
Huic, meritis patrem, & ſanctis virtutibus æquans
Aut longè ſuperans, ſucceſſit filius Abraham,
Vir cælo dignus, nam primo à limine vitæ,
Verum mente Deum venerans, gentilia verò
Aduerſatus erat, quem poſtquam morte parentis
Iuſſa ſequi iam poſſe Dei, ſine fraude liquebat,
His Dominus famulum meritis dignatus adire eſt.
Quandoquidem toto te ſolum inuenimus orbe
Quem ſincera fides iuuat & reuerentia noſtri:
Linque procul ſedes patrias, terramque nocentem,
Pollutamque domum: cognatio tota prophana eſt,
Et fugienda tibi: terræ melioris in agros
Me duce peruenies: ne ſis par gentis iniquæ,
Qui ſanctæ caput eſſe potes, tum ſacra dicabo
Quæ maneant benedicta tibi, nomenque per omnes
Magnificum reddã populos, bona cuncta rependens,
Et benedictus erit, tibi qui benedixerit, atqui,
Qui maledicta tibi conuiciaque ingeret, ille
Confeſtim maledictus erit: benedictio per te
Spargetur tribubus cunctis, æuoque futuro.
Dixit, & imperiis mentem qua pareat indit,
Promiſſiſque piis credat, mora nulla repente
Dicto intercedit Domini, ſed protinus Abram
Cum gregibus varij generis, famuliſque paternis,
Coniuge cum fida, chari cum pignore fratris,
(Cui Loth nomen erat) digreſſus, limite recto
Ignotum ſibi carpit iter: molliſſima lætas,
Præbent arua vias, blandumque fauentibus auſtris
Arridens, nullis turbatur motibus aër,
In Chanaam terras, & regna vberrima Sichem,
Donec perueniens, didicit, ſoboli que, ſibique
Iſthac in ſortem imperij ceſſura futuri.
Vnde Deo ſupplex deuotas extruit aras,
Et veteres reuocans, cultor nouus, auget honores.
Inde petit Bethleem, ſedes quæ lecta beati
Hoſpitiis ſacrata viri, cunctaſquo ſuperbus
Exceſſit meritis terras, quandoque ſecundo
Poſt cælum numeranda loco, nam ſede ſuperna
Dignior iſta Dei, quæ pignus lege ſalutis
Emiſſum mundo tantum mirante paratum
Exciperet, viſa eſt, hominemque remitteret aſtris.
Hic quoque ſolennes Abram pater extruit aras,
Et linquenda nouis habitacula ponit in aruis.
Namque fame rurſum ſede mutare coactus
Caſtra mouet, tòtamq; domum, famuloſque gregeſq;
Secum agit, & rebus commercia iuſta rependens
Intrat in Ægyptum, & Sarai appellare ſororem
Mauult quàm vxorem, ne barbara pectora ſancti
Hoſpitis in cædem, ſtimulet furioſa libido.
Vnde & mox Pharao radiantis imagine formæ
Ictus inardeſcit, thalamóſque & fœdera certa
Lege parat: longos iſthæc connubia in annos
Ducturus, ni longe aliter diſponeret ille
Auctor coniugij, cui cum minus iſta placerent,
Ecce pauor regi merſa formidine mixtus
Ingruit, & ſubito quatit improba corda tumultu,
Exterretque animos niger horror, & implicat artus:

A *Vt rex ſacrilegæ gentis tam triſtia vota*
Sentiret damnaſſe Deum, qui tale profectò
Conſilium infudit famulis, vt barbarus hoſtis
Eſſe virum Sarai ſecurum agnoſceret Abram:
Cùm foret expertus, quàm non impunè prophano
Appeteret ferro, quem nec viduare liceret.
Sponte igitur, nulla violatam labe, marito
Reddit, & ingenti cumulatam frugè remittit
In Sichem, Bethleemque ſuam: quò deinde recepta
Cum gregibuſque domoque pater, cum cõiuge ſalua,
Exercent campos, & pinguia paſcua latè
B *Immixtis carpunt gregibus: dum iurgia crebra*
Inter paſtores patrui nata atque nepotis,
Dum non ſufficerent capiendis arua duorum
Armentis anguſta nimis, placidiſſimus ergo
Abram iuſtitiæ atque obſeruantiſſimus æqui,
Quę dirimat lites, & iurgia tollat auara,
Vt natu maior, conceſſos diuidit agros:
Iunior elegit, quà dulcibus vndique fuſis
Rura maritat aquis, ripiſque vmbrantibus inter
Labitur, & teretes ſaltus Iordanis amœnat.
Ergo quo fugiat paſtorum iurgia, ab Abram
C *Declinans, iunctos Sodomæ Loth migrat in agros.*
Cum Deus hac Abram mæſti ſpe pectora firmans,
Ne moueatis, ait, fratris quod prole relicta
Nunc ſolus videare tibi: innumerabile vulgus
Tu mihi ſolus eris, populique idem auctor amici
Suſpice quadrifidi partes intentus ad orbis,
Inſpice nunc auſtrum verſus, ſeptemque triones,
Quà ſol exoritur, quà veſpere concidit imo:
Hæc tibi met: prolique tuæ, populiſque tuorum
Concedam, æternos illis habitanda per annos:
Quis tu etiam terris longè lateque fruaris,
Surge, & quà pateant greſſu prius hoſpite luſtra.
D *Hæc ait: ille libens paret, ſedemque relinquens*
Emigrat, Chebronque ſubit, ſub ilice nigra
Ad Mambre querceta pater tentoria figit:
Hic quoque ſolemnes Domino ſtruit vt colat aras.
Interea magno circum turbante tumultu
Hoſtis adeſt auidus, varia quem dote referta
Sollicitat tellus, campis illiſa reſultat
Vngula, & effuſis errat populator habenis,
Aduerſum Sodomæ pinguiſſima paſcua gentis.
Loth vero portis cum rege erumpit apertis,
Et vicina manus regum ſocia arma ferentum,
E *Secum equites pediteſque trahunt: diſtenditur agmẽ,*
Confligunt acies pariter, ſternuntque caduntque.
Sed turpis Sodomæ luxu emollita iuuentus,
Vt rurſum exarſit repetitus clamor in iras,
Vertunt terga metu: rapido pars mænia curſu,
Pars montes ſiluaſque petunt, pars ſcepta cæteruis
Porrigit ignauas ad triſtitia vincula palmas.
Vt vero patruus captum Loth audiit Abram,
Non fletu (quid enim fletus conferret inanis?)
F *Sed virtute parat fratri ſuccurrere capto.*
Inſtructos igitur tercentum, deligit omni
De grege, biſque nouem famulos, quos antè præuntes
Inſequitur ſenſim, quà tendere prodidit hoſtem
Lentum prædæ grauis: quorum de nocte ſilenti
Corpora (conflictu dum iam languentia duro
Irrigat, & feſſos dulcis ſopor alligat artus)
Aggreditur, nil venturum ſibi tale putantum:

Vt cùm

't cùm ieiuni rabies veſana leonis,
n pecudum ſaltu penetrauit ſepta volucri,
t dente atque pede examinat, cupidamq; vorandi
ra famem ſuperat, dum meta doloris acerba,
amque ouibus vacuas effecerit vltima caulas.
Haud ſecus ille duces ſomno vinoque ſepultos,
ternenteſque Abram populos, regeſque trucidat,
c tamen vt nullus confundat caſtra tumultus.
emo gradum ſentit, niſi quem mens deficit & vox,
emo ſonum cædit, niſi quem mors excitat, audit.
anguine cuncta madent: ſicco reſoluta ſereno
ellus tabe coit, greſſumque morante cruore
ubrica ſtagnanti titubant veſtigia campo.
'ec tamen omne animans gladiis occumbit apertis,
ruantur prædæ: tanta eſt moderatio iuſti
ictoris, reliquos ſparſit fuga turpis, & agros
ſque Damaſcenos inſtans formido ſequuta eſt.
At victor tanti nil motus laude triumphi,
ter equos, pecudumq; greges, populumq; receptū,
ut captum, gazaſque (auido quæ pondere victos
ictoreſque mouent) nil prorſus concupit horum
Magnificus: ſed enim tanta inter gaudia mixtis,
varios hominum reputans ſub pectore caſus,
nnes omnino prædas, & præmia belli
reptis paſſim populis, regique reſeruat:
on ſibi ſe pugnaſſe docens, decimam tamen offert
oſtibus excuſſæ, quæ vera eſt hoſtia, prædæ:
elchiſedech, vinumque & panem ab cæde reuerſo
tulerat, rex ille Salem, qui munere tali
yſtica præmiſit ſummi libamina Chriſti:
ius de manibus ſumens Eccleſia corpus
uificum panem, cæleſti pota cruore eſt.
verò hoſtili redeuntem è funere laſſum,
nipotens verbis ſolatur talibus Abram.
Quandoquidem nullis cupidum te præda ſubegit
cebris, precium fidei, merceſque laborum
ecum plena tibi eſt, teque & tua cuncta tuebor
eredi ſeruanda tuo, quem germine ſero
ogenitum, magè multo etiam pius auctor amabis.
l eſt quòd metuas: hæres tuus ille Damaſcus
fuat, ipſe tuo cernes de ſemine natum,
cendat cuius patrios infantia ſenſus,
pice, connexum quàm denſo lumine cælum
la nocte micat: quantis congeſta premantur
era ſideribus, numerum quæ obiecta recuſent:
unis hoc exemplar habes, ſtirpiſque futuræ
ltiplicis formam. Sic fatus, finit: at ille
didit, & nudæ fidei conſenſio ſola
nam ad iuſtitiæ & meriti reputata coronam eſt.
que adeò hinc Abram tanta mercede docemur,
anti ſit meriti diuino credere Verbo.
meriti contrà quanti non credere: namque vt
didit, hac rurſum diuina voce meretur
tri, omnipotens dum verbis incipit iſtis.
lle ego ſum Deus ac Dominus, qui teque tuoſque
eldæa de gente tuli, tandemque paternis
mptum vitiis, terra meliore locaui:
de te genitus populus meus arua beata
lat, & ſeriem longè lateque propaget,
tibus expulſis, quas fœdo errore parentum
rilegos ritus olim fecere prophani:
d cunctabundus nimium quia credere differs,

A Trimam ſume mihi torua iam fronte iuuencam,
Cum qua par annis blando grege lecta capella,
Æquæuuſque aries noſtro mactetur honori,
Caſta quoque humanæ turtur coniuncta columbæ.
At verò volucrum non ſentiat hoſtia ferrum
Tantum inter medias pecudes diſcindere cura:
Quas ſic diductas mundus diſtinguito arenis,
Vt membris coëant altrinſecus æmula membra.
Dixit, at ille Dei monitus ſeruare libenter
Aſſuetus, raptim properat mandata patrare:
Sed cùm diſpoſitam, quo iuſſerat ordine, terræ
B Strauiſſet ſeriem, ſubitò manus ingruit atra
Importunarum prædam inſectata volucrum,
Quæ ne contactu violarent ſacra prophano,
Vndique ſollicitus cauet, & circumſpicit Abram.
Sed cum opere attonitum tanto, nec ſole cadente,
Vinceret officij moles eam magna recepti:
Ecce niger terror, tremor horridus, & ſopor intrat
Nuncia iuſſa ferens, venturaque ſecula formans.
Credo, videbatur ſeptum ſibi cernere Nilum
Ebreæ gentis populo, feroſque nepotes,
Ingenteſque ſuprà numerum cognoſcere turbas:
C Inde truces motus, deductaque caſtra ſuorum,
Tranſmiſſum pelagus ſicco pede, merſa profundo
Agmina, naufragium nulla cum claſſe ſequutum,
Ereptoſque mari Hebræos, dehinc tota beatæ
Regna Paleſtinæ populo patuiſſe reuerſo.
Talibus attonito viſis, non defuit almus
Interpres: Prænoſce tuos: ſobolemque tuorum,
Inquit, in externis per ſecula quattuor agris
Niliaci illius ſenſuram dira tyranni
Imperia: at cum tot peregrina expleuerit annos,
Seruitio eripiam, gentemque vlciſcar iniquam:
Et reddam terris, blando quas gurgite cingunt
D Nilus & Euphrates: ſed cum peccata nocentum
Gentis Amorrhææ, populique hæc regna tenentis,
Explerint ſummam ſcelerum, dignique paternis
Sedibus expelli fuerint: ipſe attamen antè
Longæuo felix decedens limite vitæ,
Ploratus natis cum pace & munere noſtro
Ad ſanctos migrabis auos. Sic fatus, & alto
Cùm iam nox terris denſas induceret vmbras,
Signum è mente dedit: confeſtim fumeus iſtic
Apparet clibanus, lampaſque ignita videtur:
E Tum ſacras epulas, mediumque inuecta paratum,
Præcipiti curſu delibans flamma vorauit.
Interea certus regni, proliſque futuræ,
Munus adire patris cupit Abram: caſta ſed vxor
Abnuit officium, quòd inanem effœta ſenectus
Iamque vterum ſibi feciſſet: ſed dulce mariti
Pignus, ſpemque nouam quacunque ex pellice fuſā,
Eſſe ſuam credens, famulam (cui iunior ætas,
Agar nomen erat, tellus Nilotica origo)
Subrogat in thalamos, precibuſque aggreſſa maritū
F Seruili ſemen concredere perpulit aluo.
Proh ſeruile nefas, vt primum viuere ſenſit
Agar ventris onus, faſtu tumefacta ſuperbo,
Deſpexit dominam, & dominam cui matris amorem
Debebat, cauſamque ſui furioſa tumoris.
Recte igitur flagris hanc vir iuſtiſſimus Abram
Coniugis addixit: quorum magis acta pudore,
In deſerta procul ſecretaque luſtra ferarum

Abd:tur indignans, quam exul nec ſpernere ceſſat,
Sed rurſum obſequio priuans, quod debuit, illam
Contemnit, quo more poteſt, mauultque pericla
Deſertæ præferre viæ: ut miſſus Olympo
Angelus occurrat, famulamque ad priſtina rura
Reſtituat miti dominæ, blandoque refectam
Hortatu, melius iubeat ſperare reuerſam,
Et nomen nati doceat, moreſque manuſque,
Innumeroſque greges tali de ſtirpe futuros.
Quo maiore redit voto iam certa futuri,
Et partu dominam fecit prior ipſa parentem.
Cùm iam decurſi ſpatiis felicibus æui
Supra octoginta bis ternos clauderet annos,
Ad quos biſſenas cùm iuſtus & inſuper vnam
Adderet æſtates: ſolito hunc rurſum Pater almus
Alloquio dignatus adit, iuſſitque ſenectam
Ducere felicem: ſimul & promiſſa reuoluit,
Et quum mercedem expectet: tum corpore prono
Abram ſuppliciter Dominum proſtratus adorat.
A quo mox audit firmata voce, futurum
Se patrem innumeræ gentis, lateque patentis,
Et cuius veniant etiam de ſemine reges.
Hoc tamen à reliquis iuſſus diſcernere ſigno
Hebræam gentem populis, vt ſponte reſecta
Carne ſuperuacua ſe circuncidat, & omnem
Maſculei ſexus præſentemque atque futuram
Progeniem: iuſſus pueros à matre recentes,
Atque rudes vitæ, dum mens ignara dolendi eſt,
Præputio exutos, octaua luce ſacrare.
Quòd qui tam ſanctum corrumpere teſtamentum
Auderet, ceſſans legi in ſeruire rogatæ,
Exhæres fieret regni, vitæque futuræ.
At ſimul vt vero ſibi crederet argumento,
Venturas aliquando ſuo de ſemine gentes
Innumeras, nomen Dominus commutat vtrique:
Non Sarai tibi, ait, ſed Sarra vocabitur vxor:
Et tu non Abram, ſed nomine clarior aucto
Venturæ Abraham poſthæc vocitabere genti.
Quod commune ideo tibimet cum coniuge vera eſt,
Promiſſi quoniam (nihil eſt re certius iſta)
Mater erit generis, teque annum ſole remenſo
Eſſe patrem faciet, quamuis ridenda puteis
Virtutis promiſſa meæ: nec veſtra ſenectus
Impediet, quin diuini ſententia iuris
Æternos ſemper maneat ſtabilita per annos.
Sed tamen ignoſcam dubiis, pueroque futuro
Imponam nomen, quod culpam hanc arguat, Iſaac:
Qui noſtri indubiè ſeruato fœdere pacti
Hæres certus erit, cuncta cum ſtirpe ſuorum.
Nec tamen Iſmael, Agar de ſemine natus,
Expers dotis erit: noſtro nam munere fultus
Millia multa virum de ſe ventura potentum,
Biſſenis pariter ducibus regnanda creabit.
Dixit: at ille auidus pactum accelerare receptum,
Iam centum pulſans annos iam pubere nato,
Se primum gnatumque ſuum, cunctoſque clientes
Ac famulos omnes, quo iuſſum eſt, ſtigmate ſignat,
Et populum facit eſſe nouum, fontemque piorum,
Vna eademque via, tanta eſt deuotio, legem
Accipiens, explenſque fidem. Quid non meret ergo
Tam præſens veloxque fides? nam non timor iſtud,
Sed ſincerus amor, famulique probatio iuſti eſt
A Quodlibet imperium placida ſic mente ſubire.
Vnde Deum ſibi promeruit: nempe antea tantum
Audire ſolitus, meritum poſt tale miniſtri
Iam patitur cerni: cumque indignatio iuſta
Vltorem ſtimulet, mortales non tamen ille
Reſpuit aſpectus, nam cum damnare pararet
Crimina terrarum, flammiſque abolere nocentes:
Aut verum, aut qualem norat ſe poſſe videri,
Et nomen numerumque Abraham prodidit ipſi.
Illi namque domi Mamre in conualle ſedenti,
B Tres ſubito apparent auguſta luce micantes,
Abraham tanti ſtimulatus imagine viſus
Procurrit, Dominumque ſolo proſtratus adorat,
Treſque etiam ſupplex forma veneratur in vna:
Queis vt mente pia liceat ſeruire, precatur,
Et refici, in medios æſtus tendentibus horis,
Non dedignentur famuli menſiſque cibiſque.
Vſque adeo viſus inter ſenſuſque vigentes,
Errabat dubitans, hominis ſubſtantia an eſſet,
Quem norat mens eſſe Deum: tamen annuit ille,
C Officiumque pij non aſpernatus alumni,
Oblatoſque cibos, menſaſque ſacrauit amicas.
Vt vero ablatis epulis menſiſque remotis,
Hoſpitibus viſum eſt illinc diſcedere, tum mox
Inde mouent greſſus, lateri comes hæret euntum
Hoſpes ouans, triſtique quatit concuſſa pauore
Pectora & attonitum venerabilis attrahit horror.
Quippe videt vultus tacitos, viſuſque ſeueros
In Sodomam Dominum iuncta vibraſſe Gomorrha,
Pacis & emiſſos famulos, iræque miniſtros
Et cum cognoſſet tanta quid mole pararet,
D Arcanum pandente Deo cauſamque docente,
Vltro audet Dominum ſcrutari, an panderet vrbem,
Errantis populi per crimina cuncta nocentem,
Si quinquaginta morum probitate piorum
Spectatos aleret, cumque ipſi diceret: Illis,
Si numerum talem inuenio, mihi parcere certum eſt:
Quid ſi quinq; minus fuerint? tum ſubdidit. Et, quid
Si quadraginta ſoli? quid ſi minus illo
Forte decem numero? quid ſi bis quinque dabuntur
Innocui? num & tu vrbi Deus optime parces?
E Cumque etiam numero ſe velle ignoſcere tali
Dixiſſet, famulumque in medio ſermone reliquit,
Tendentem vlterius: ſeque in ſua regna recepit.
Dimiſſi interea ciues è ſede ſuperna
Angelici, in Sodomæ terras, Loth forte ſedentem
Ante fores vrbis, iam terris ſole propinquo,
Inueniunt: qui cum miro ſplendore videret
Angelicos radiare viros, deſcendere ſummo
E cælo ratus, in terram proſtratus adorat,
Inuitatque domum, noctemque auertere tecto
Euincit precibus, ſimul & conuiuere ſuadet,
F Innocuoſque cibos & pocula parca miniſtrat.
Dumque epulis ſumptis ſomno indulgere pararent,
Ecce ſub occaſum lucis, noctiſque recurſum,
Fœda manus vulgi, ſi ſas dixiſſe, virilis
Proſilit, & iuuenum inſanis puerique ſeneſque
Ignibus vruntur: Lothque vt ſibi tradat abuti
Hoſpitibus, cogunt, quid non veſana libido
Auſit? at ille volens populi mollire furorem
Inſani, natas, quibus illibata manebat
Virginitas, offert, quoſcunque optarit in vſus?

Digitized by Google

1ſt effrena cohort, in deteriora profundi
apſa mali, vitio ſeſe immiſcere minori
'de potat, niſi ſe ſummis etiam implicet, ergo
ıf.andum vt patret facinus, Loth opprimit: & iam
'ı maiore agitant, quàm quæ virtute repelli
lomana valeat: cum protinus hoſpes vterque
'ngelicas nudant mentito corpore vires,
' populoque ſenem cæcata mente furente
oth retrahunt, inque ipſa domus ſecreta receptum
ırdenda hortentur confeſtim abſcedere terra.
:uiſint, quid veniant, & quæ præcepta ferentes
ſox explere velint, nil iam ſermone patenti
'iſſimulant: & ab hac ſe clade euadere ſaluum
oſſe, domumque ſuam dicunt, generoſque ſuoſque
olligere affines, & ſecum abducere mandant.
'ſt illos ſimili cum vulgo crimine tactos,
ıuoluit ſimilis ſententia, ſana monenti
redere dum nolunt, quanquam quod credere nolũt
'on eſt vt multum mirere, abſcedere cum Loth
l quoque ridiculum quod conſuluere putaret:
ıgem lentum pigraſque moras ſine fine trahentem,
'oſpes vterq; videns, manibus cum coniuge raptũ,
ırginibuſque ſuis procul extra mœnia ducit,
: celerare iubet, monteſque euadere in altos.
ali lege data: nec cæleſti igne flagrantes
ıſt ſe reſpiciat quiſquam male cautus in vrbes.
Loth vero metuens, montes ne tardius altos,
ggreſſum, velox cæli preuerteret ira:
'ſe Segor lacrymis petiit, ſecura receſſus
ntra ſui, lacrymas autem non ſenſit inanes,
nceſſumque ſibi donum ſpeciale ſalutis
'uribus impertit, meritumque è munere fecit.
ıam non ſolitas raptim obducentia cælum,
patria virtute Deo miſcente, coacta
'ubili denſarant nebulas: ſed quas rotat Ætna,
uas vomit Inarime, atq; Aponus feruẽtib9 vndis
:halat, quas vicino concuſſa Veſeuo
uctat tellus, Lyciæ quis ſæua Chimæra
ra, ſinu vaſto trinæ fornacis anhelat:
quocunque loco fallentia ſulfura velox
ıritus inflammans, anguſto tramite fuſus,
Fluit in lucem rupta tellure vaporans.
on quod non poſſit pluuias quoq; vertere in ignes,
ıtum de nihilo potuit qui condere mundum:
l maiore bonus iudex damnare paratu
'auult, quos miſerans vrbis morumque ruina
nit in exemplum: mox durum elementa minantur,
ncurruntque vndante globo, ſtipataque flatu
uæque ſuo, coëunt flammarum pabula in vnum
ırpus, & infandas terras vrbeſque nocentes
lſurei teſtudo tegit curuata metalli:
uam citus & vires anguſto tramite ſumens
iritus incuſſam, tanto crepitare fragore
mpulit, & crebro tonitrus agitante coruſco
nſternare animos, quotquot ſpectacula cernunt.
:lia, quinetiam Loth, heu, miſerabilis vxor,
ı tanto ſtupefacta metu, ſeu ſtulta cupido
a fuit, vetitum contra conſurgere pactum
mineis innata animis, qua denique cumque
uſa fuit: Sodomam inſpectans ſe pone ruentem,
nſeſtim pœnas violata lege ſubiuit,
ſtatuam conuerſa ſalis, ſpoliataque luce,

A Sic animam infelix cum corpore perdidit omni,
Vt nullum extaret forma remanente cadauer,
Ocyor inde Segor, luctum prohibente timore,
Horrificoque malo ſtupidus, mox ingreditur Loth.
Tum ſol exoritur toto feruentior igne,
Irarum fulgore micans, radioſque ſeueros
Dirigit in Sodomam: qui poſtquam lumina flammis
Inuoluere ſuis, reſolutaque ſulfura, nexos
Secum præcipitant ignes, ſiccoque liquore
Diſpenſata ſuis ſtillant incendia tædis,
B Fulmineus denſo præceps cadit aëre nimbus,
Inuoluitque vrbes, & totis ſæuit in agris,
Ac mixto ſtridore tonat, vincitque querelas
Flammea tempeſtas, quæ poſtquam pabula terris
Repperit incenſis, ipſiſque inſedit arenis:
Erigit immenſam coniuncto fomite metam
Ignis, & à terris redeunt in ſidera flammæ,
In cineres donec cautes telluſque reſultans
Tranſeat, ac penitus merſæ ſoluantur arenæ;
Depreſſiſque cauos conſumpto ceſpite campis
C Pandunt arua ſinus veniſque effuſus apertis
Conſocians vires qui terras ſtrinxerat humor
Priuatum gignit pelagus, quidnam eſſe putemus,
Quod raptim lacus eſt, mira virtute refertus,
Qui fuit ante rogus? ſic omnipotentia ſummi
Iudicis in gelidas ignem conuertere lymphas,
Ac rurſum lymphas ardentem poſſit in ignem:
Nec tamen hic occulta vacant myſteria, nam quòd
Vnde hic ſunt, vbi flãma fuit, quòd flammæ amiſſis
Deſuper extinxit lymphis: fortaſſe notabat
Luxuriæ calidos ignes, fomentaque primi
D Peccato contracta patris, cæleſtibus vndis
Extinctum quandoque iri: proque ignibus acris
Iuſtitia, quibus illa olim lex dura vigebat,
Saluificis purgatum iri, & luſtralibus vndis.

CLAVDII MARII VICTORIS
De peruerſis ſuæ ætatis motibus Epiſtola,
Ad Salmonem Abbatem.

E SI Domini templum ſupplex orator adiſti;
Immo & cuſtodem templi, populiq; magiſtrum,
Quot tu iſthic homines, tot Chriſti altaria cernis,
Sed ſi collatis iuuat indulgere loquelis,
Hic habitat tuus ille hoſpes, mea viſcera Thesbon,
Cui fratrum ad requiem frondoſæ vitis in antro
Herbida ceſpitibus ſunt ſtructa ſedilia viuis.
Dic igitur Salmon, quæ rerum nunc tibi ſors eſt?
Qui patriæ ſtatus eſt? qui te delectat in illa?
Namque agris, opibuſque hominum, terraq; colonis
Nunc primum illæſa turbato fœdere vitæ
F Barbarus incumbit: nec longæ ad ſæcula vitæ,
Conſtructa proſunt ſolido de marmore villæ,
Abſumptæque omnes vana in proſcenia rupes.
At verò interior peſtis, bellumque profundum
Olim nos denſa telorum nube fatigat:
Sæuior & tanto, quantò eſt occultior hoſtis:
Et tamen (heu) ſi quid vaſtauit Sarmata, ſi quid
Vandalus incendit, veloxque abducit Alanus,
Ambiguis ſpebus licet & conatibus ægris,
Conamur, quandam in ſpeciem reparare priorum.

A
Illa autem noſtro quæ ſunt amiſſa periclo
Negligimus, longoque ſitu ſquallẽſcere mentis
Ignaui patimur, ſubiectaque colla catenis
Dedimus, & manicis peccati præda ligamur.
Et prius eſt vitem purgare, abſcindere ſentes,
Oſtia conuulſa ac fractam renouare feneſtram:
Quàm latos campos animæ, & præcordia cordis
Excolere, & captæ collapſum mentis honorem.
Nil hoſtis, nil dira fames, nil denique morbi
Egerunt: fuimus qui nunc ſumus, hiſque periclis
Tentati nihilo meliores reddimur vnquam,
Sub vitiis nullo culparum fine manentes. (eſt,
B
Nil ſanctum eſt nobis niſi quæſtus: & illud honeſtum
Vtile quod fuerit: vitiiſque vocabula recti
Induimus, & parci cognomen ſumit auarus,
Atqui & confeſſis vitiis, & crimine aperto,
Non potuere ſuas virtutis imagine fraudes
Obtegere, occulto fouerunt vulnere plagas,
Quos terrena trahit ſapientia, neſcia veri.
Quoſdam infelices qui decipit, incitat error,
Dum cauſam inquirunt rerum, aſtrorumq; meatus,
Quæ ſit forma poli, cur longo flumina curſu
C
Non pereant, latus iaceat quo limite pontus:
Quæque Deo tantum ſunt nota, recondita cunctis,
Scire volunt (heu grande nefas) & ſcire videntur.
Iſta quidem Salmon ſunt noſtri crimina ſexus.
Sed leuis eſt veſtra vitiorum morbus in vrbe,
Si non fœminei magis exarſere furores,
Ante diem Salmon tenebris nox humida condet,
Quàm poſſim mores huius percurrere turbæ.
Quæ cum lege Dei viuant ſub lege virorum,
Proh pudor! haud vnquã ſine noſtro crimine peccãt.
D
Nam niſi delictis faciles traherentur earum,
Hanc illas vitiis vellemus viuere noſtris:
Nec rigidas auro veſtes, nec vellera Serum,
Nec lapides toto quos fert mercator ab orbe,
Fundorum pretiis emerent ſuſpiria mæſta.
Iungimus at vanas, non eſt pudor addere curas
Si grauis ignotis proceſſit Lesbia gemmis,
Et decies Paſſina nouo radiauit in oſtro:
Confeſtim ornatum ſibi quæque expoſcit eundem,
Ergo quod variis ſtudeant occurrere formis,
Atque viris alios alioſque opponere vultus,
Nonne hæc culpa viri eſt? quid agunt in corpore caſto
Ceruſſa & minium, centumque venena colorum?
Mentis honor, morumque decus ſunt vincula ſancti
Coniugii: ſi forma placet, venientibus annis
Cedet amor: ſola eſt, ſenium quæ neſcit, honeſtas.
Nam quod perpetuis diſcurſibus omnia luſtrant,
Quod paſcũt, quod multa gerũt, quod multa loquũtur
Non vitium noſtrum eſt? Paulo & Salmone relicto,
Quod Maro cãtatur Phœniſſæ, & Naſo Corynnæ,
Quod plauſũ accipiũt lyra Flacci, aut ſcena Terẽti
Nos, horum nos cauſſa ſumus: non turpiter iſtis
Nutrimenta damus flammis: culpane caremus?
Nam velut acceptas referũt ſpecula optima formas,
Sic exempla virũm vxores accepta ſequuntur.
Sed cur infelix in culpa eſt fœmina tantùm,
Cùm placeat ſtolido coniunx vitioſa marito?
Vnus vbique hoſtis diffuſo turbine ſæuit:
Nec mirum eſt vinci belli terrore ſubactos.
Quod ſi correcti ſanum ſaperemus, & atris
Libera mens nebulis Chriſto purgata pateret,
Si falcem verbi cordi imprimeremus, & illinc
Vellemus veterum vitiorum abſcindere nodos,
Aduerſus Chriſti famulos vis nulla valeret:
Nec nos Riphæi proſterneret arcus Alani,
Nec ſeruile etiam ſubuerteret omnia bellum,
Et qui nunc noſtra graſſantur clade ſuperbi.
Attamen in veſtro populo non rara bonorum
Turba viget, multoſque pios Eccleſia nutrit.
Sunt planè inſontes multi, Pater optime, quorum
Eſſe velim ſimilis: nec deſunt in grege noſtro,
Victrices reddat quas ſexus vterque coronas.
Ac ſi quid patriam commendat, ſi quid in illa eſt,
Quod iuuat: hoc vnum eſt, hæc ſunt ſolatia vitæ.
Nunc age charo Pater, cupido mihi fare viciſſim
Quæ te digna ſatis requies ſuſceperit: ex quo
Te corde hinc geſtans abii, tecumque refelli,
Non equidem inuitus recolam mea gaudia Salmon,
Nec te taurorum indicio laudabo bonorum.
Sed iam concluſi nos admonet hora diei,
Surgere, & ad ſacros ſanctorum occurrere cætus.
Craſtina lux verbis accedet libera noſtris.

* * *

ALCIMI AVITI VIENNENSIS ARCHIEPISCOPI, LIBER PRIMVS:

DE ORIGINE MVNDI.

QVOD *varii eueniunt humana in gente labores,*
Vnde breuem capiunt mortalia tempora vitam:
Vel quod polluti vitiantur origine mores,
Quos aliena premunt priſcorum fata parentum:
Addatur quanquam noſtra de parte reatus,
Quodque etiam amiſſo dudum peccatur honore,
Adſcribam tibi prime Pater: qui ſemine mortis
A
Tollis ſucciduæ vitalia germina proli.
Et licet hoc totum Chriſtus perſoluerit in ſe,
Contraxit quantum percuſſa in ſtirpe propago:
Attamen auctoris vitio, qui debita lethi
Inſtituit, morboſque ſuis ac funera miſit,
Viuit peccati moribunda in carne cicatrix.
Iam Pater omnipotens librantis pondere Verbi
Vndique collectis diſcreuerat arida lymphis,
Littoribus pontum conſtringens, flumina ripis,
Iam proprias pulcro monſtrabat lumine formas,

Digitized by Google

bſcuro cedente die, varioque colore
lurima diſtinctum pingebat gratia mundum,
emporibus ſortita vices: tum lumina cælo
diſcere, alterno ſolis lunæque meatu.
um & ſidereus nocturno tempore candor
mperat horrentes aſtrorum luce tenebras,
lutum ſuaui producens omnia fœtu
ulebra repentino veſtita eſt gramine tellus.
cepere genus ſine germine iuſſa creari,
ſemen voluiſſe ſuit: ſic vbere verbi
ondeſcunt ſiluæ. teneris radicibus arbor
rauit vaſtos paruo ſub tempore ramos.
Protinus in varias animalia multa figuras
rgunt, & vacuum diſcurrunt bruta per orbem.
tæ in cælum volucres, motuque citato
udentes, ſecuere vias, & in aëre ſudo
repetibus librant membrorum pondera pennis.
ſt etiam clauſi vaſto ſub gurgite piſces
ſpirant lymphis, flatuſque ſub æquore ducunt,
æque negant nobis, illis dant humida vitam.
ec minus in pelago viuiſcunt grandia cete,
cipiuntque cauis habitacula digna latebris:
quæ monſtra ſolet rarus producere pontus,
tat ad informes condens ſolertia formas:
godque hominum falſo credit mens neſcia fœdum
r propriam ſpeciem natura iudice pulcrum eſt.
Ergo vbi completis fulſerunt omnia rebus,
natuque ſuo perfectus conſtitit orbis:
m Pater omnipotens æterno lumine lætum
ntulit ad terras ſublimi ex æthere vultum,
ſtrans quodcunque videt: placet ipſa tuenti
ificij factura ſuo, laudatque creator,
ſpoſitum pulcro quem condidit ordine mundum.
m demum tali Sapientia voce locuta eſt:
præclara nitet mundano machina cultu,
tamen impletum perfectis omnibus orbem
id iuuat vlterius nullo cultore teneri?
ro longa nouam ne fœdent otia terram,
nc formetur homo, ſummi quem tangat imago
minis, & noſtram, celſo donatus honore,
uat interius formoſa mente figuram.
nc libet erectis ſublimem incedere plantis,
is regat æterno ſubiectum pondere mundum,
ta domet, legem cunctis ac nomina ponat,
ra notet, cælique vias & ſidera norit.
cat & inſpectis diſcernere tempora ſignis,
iciat pelagus ſæuum, ingenioque tenaci,
ſideat quæcunque videt: quo beſtia frendens
uiat, & poſito diſcant manſueta furore
erium iumenta pati, iuſſique ligari
tinent trepidi conſueta in vincla iuuenci.
oque etiam natura hominis ſublimior extet,
ipiat rectos in cælum tollere vultus:
torem quærat proprium, cui mente fideli
endat famulam longæuo in tempore vitam.
Hæc ait, & fragilem dignatus tangere terram,
perat humentem conſperſo puluere limum,
liturque nouum diuet Sapientia corpus:
alter quàm opifex diuturno exercitus vſu
tere laxatas per cuncta ſequacia ceras,
ultus complere rudes, aut corpora gypſo
gere, vel ſegni ſpeciem componere maſſa?

A *Sic Pater omnipotens victurum protinus artuum*
Tractat, & in lento mediatur viſcera cœno:
Dehinc arcem capitis ſublimi in vertice ſignat,
Sptiformem vultum rationis ſenſibus aptans,
Olfactu, auditu, viſu, guſtuque potentem:
Tactus ad hæc, ſolus toto qui corpore iudex
Sentiat, & proprium ſpargat per membra vigorem.
Flexilis arctatur recauo ſic lingua palato,
Preſſus vt in cameram pulſanſit verbere plectri,
Percuſſo reſonet modulatus in aëre ſermo.
Ex in ſucciduum porrecto in corpore pectus
B *Spargit, ramoſas poſt brachia fortia palmas.*
Succedit ſtomacho medius, qui tegmine molli
Inter vtrumque latus foueat vitalia venter.
Diuiduam partem femur excipit, aptius vt ſe
Alternus moueat duplicato poplite greſſus.
At parte ex alia fingit quam conditor idem,
Occipiti ſubmiſſa ſuo, deſcendere ceruix
Incipit, & vaſtos compagibus addere neruos.
Spina rigens crebris inter commercia nodis
Diffundit duplicem coſtarum ex ordine cratem.
Pars interna nouos vitæ formatur ad vſus.
C *Viuiſico primum cordi vitalia tegmen*
Naturale parant, plagam ne ſentiat vllam,
Maſſaque congeſtit pendens abſconditur extis.
Additur & tenuis paſcendus ab aëre pulmo,
Vt concepta trahens lenti ſpiramina flatus,
Accipiat reddens, reddat quas ſumpſerat auras,
Perque vices crebro pellatur anhelitus hauſtu,
Dextra tenet iecoris vegetandum ſanguine fontem
Quo clauſum venæ ſpargunt per viſcera flumen.
Leua in parte lien menſura ſede quieuit:
D *Qua crines perhibent, vngueſque recreſcere ſectos*
Nec conciſa dolent, quæ mox augmenta reſumunt,
Et viuunt, ſenſuque carent in corporis vſu.
Poſtquam perfectæ iacuit nouitatis imago,
Formatumque lutum ſpeciem peruenit in omnem:
Vertitur in carnem limus, durataque moles.
Hinc dura è mediis traxerunt oſſa medullas
Viſceribus, lunæ augendas creſcentis ad inſtar.
Inſeritur venis ſanguis, viuoque calore
Inficit ora rubor, toto tum corpore pallor
Pellitur, & niueos depingit purpura vultus.
E *Inde vbi perfectis conſueſcit viuere membris*
Totus homo, & fumant calefacta, & viſcera ſolam
Expectant animam: puro quam fonte creator
Promit, & erectos recturam mittit in artus,
Nam lenem ſuaui flatum profundit ab ore,
Inſpiratque homini, quem protinus ille receptum
Attrahit, & crebri diſcit ſpiraminis auras.
Poſtquam naſcentem ſolers prudentia ſenſum
Imbuit, & puro rationis lumine fulſit:
Surgit, & erectis firmat veſtigia plantis,
F *Tum varias cæli ſpecies, mundique figuras*
Mirantem, tali compellat voce creator.
Hæc quæ mundani coram pulcherrima cultus
Incrementa vides, ornatum extenſa per orbem,
Solus habe, ſoliſque prior dominare fruendo.
Tu mihi, cuncta tibi famulentur: maximus ordo
Te parere pio, tibi qui dedit omnia, patri.
Non ſpecies vllæ, nec numina vana colantur,
Non quæ vel cælo ſublime nouumque coruſcent,

Non quæ vel terris viuum formata, vel vndis,
Nec quod forte premens prohibet natura videri,
Viſibus iſta tuis, non cultibus eſſe memento.
Præcellis factis? factorem pronus adora.
Interea ſextus noctis primordia veſper
Retulit, alterno depellens tempore lucem.
Dumque petunt dulcem ſpirantia cuncta quietem,
Soluitur & ſomno laxati corporis Adam
Cui pater omnipotens preſſum per corda ſoporem
Miſit, & immenſo tardauit pondere ſenſus,
Vis vt nulla queat ſopitas ſoluere mentes.
Non ſi fortè fragor ſecuras verberet aures,
Nec ſi commoto cælum tunc intonet axe:
Quin nec preſſa manu cepiſſent membra quietem.
Tunc verò cunctis coſtarum ex oſſibus, vnam
Subducit læuo lateri, carnemque reponit.
Erigitur pulcro genitalis forma decore,
Inque nouum ſubito procedit fœmina cultum,
Quam Deus æterna coniungens lege marito,
Coniugij penſat fructu diſpendia membri.
Iſtius indicium ſomni, mors illa ſecuta eſt,
Sponte ſua ſubiit ſumpto quam corpore Chriſtus,
Qui cum paſſurus ligno ſublimis in alto
Penderet, nexuſque & culpas penderet orbis:
In latus extenſi defixit miſſile lictor.
Protinus exiliens fluxit cum ſanguine lympha:
Qua vinum populis iam tunc ſpondente lauacrum,
Fluxit martyrium, ſimul & baptiſmatis vnda.
Inde reſurgenti cæleſtiaque aſtra petenti,
De lateris membro ſurgens Eccleſia nupſit.
Principio rector tanti ſacrare figuram
Diſponens vinclt, hoc nectit connubia verbo,
Viuite concordi ſtudio, mundumque replete,
Creſcat longæuum felici ſemine germen:
Non annus numerus, vitæ nec terminus eſto.
Progeniem ſine fine dedi, quem tempore toto
Aſpicies: generi primus qui poneris auctor.
Porro nepos ductus, ſpargens per ſecla nepotes,
Viuentes numeret proauos, inque ora parentum
Ducant annoſos natorum pignora natos.
Tum lex coniugij toto venerabilis æuo,
Intemerata ſuo ſeruabitur ordine cunctis.
Fœmina perſiſtat de ſemine ſumpta virili
Coniugio ſeruare fidem: nec ſeparet alter
Quod iungit, ſociatque Deus: cum patre relinquat
Et matrem, iuſto conſtrictus amore maritus.
Nec iam vllos propter rumpant hæc vincla parentes
Vita ſed amborum carnem teneatur ad vnam.
Feſtiuum decebat hymen, caſtoque pudori
Taliter æterno coniungens fœdere vota
Concinit angelicum iuncto modulamine carmen
Pro thalamo paradiſus erat, munduſque dabatur
In dotem, & lætis gaudebant ſidera flammis.
Eſt locus Eoo mundi ſeruatus in axe
Secretis natura tuis: vbi ſolis ab ortu
Vicinas naſcens aurora repercutit Indos.
Hic gens ardentem cæli ſubteriacet axem,
Quam candor feruens albentis ex æthere fuſcat.
Huc ſemper lux pura venit, cæloque propinqua
Natiuam ſeruant nigrantia corpora noctem.
Attamen in terris ſplendentia lumina membris
Captiuo fulgore micant, viſuque nitente

A *Certior accreſcit pullatis vultibus horror.*
Cæſaries incompta riget, qua crine ſupino
Stringitur, vt refugo careat frons nuda capillo,
Sed quidquid magnum noſtros defertur ad vſus,
His totum natura dedit telluris opimæ.
Quidquid odoratu pulcrum eſt, allabitur inde.
Concolor his ebeni piceo de fomite ramus
Surgit, & hic eboris munus, quod porrigit orbis,
Informis pulcros deponens bellua dentes
Ergo vbi tranſmiſſis mundi caput incipit Indis,
B *Quo perhibent terram confinia iungere cælo:*
Lucus inacceſſa cunctis mortalibus arce
Permanet, æterno concluſus limite: poſtquam hinc
Decidit expulſus primæui criminis auctor,
Proque reis digne felici ab ſede reuulſis
Cæleſtes hæc ſancta capit nunc terra miniſtros,
Non hic alterni ſuccedit temporis vnquàm
Bruma, nec æſtiui redeunt poſt frigora ſoles.
Excelſus calidum cùm reddit circulus annum,
Vel denſante gelu caneſcunt arua pruinis,
Hic ver aſſiduum cæli clementia ſeruat,
C *Turbidus auſter abeſt, ſemperque ſub aëre ſudo*
Nubila diffugiunt iugi ceſſura ſereno
Nec poſcit natura loci, quos non habet imbres:
Sed contenta ſuo dotantur germina rore.
Perpetuo viret omne ſolum, terræque nitentis
Blanda nitet facies: ſtant ſemper collibus herbæ,
Arboribùſque comæ: quæ cum ſe flore frequenti
Diffundunt, celeri ſolidant ſua germina ſucco:
Nam quidquid nobis toto nunc naſcitur anno,
Menſtrua maturo dant illic tempora fructu.
D *Lilia perlucent nullo flaccentia ſole,*
Nec tactus violat violas, roſeumque ruborem
Seruans perpetua ſuffundit gratia vultu,
Sic cum deſit Hyems, nec torrida ferueat Æſtas,
Fructibus Autumnus, Ver floribus occupat annum.
Hic quæ donari mentitur fama Sabeis
Cynnama naſcuntur, viuax quæ colligit ales
Natali cum fine perit, nidoque peruſto
Succedens, ſibimet quæſita morte reſurgit:
Nec contenta ſuo tantum ſemel ordine naſci
E *Longa veternoſi renouatur corporis ætas,*
Incenſamque leuant incendia crebra ſenectam.
Illic deſudans fragrantia balſama ramus,
Perpetuum promit pingui de ſtirpite fluxum.
Tum ſi forte leuis mouit ſpiramina ventus,
Flatibus exiguis, lenique impulſa ſuſurro,
Diues ſylua tremit foliis, & flore ſalubri:
Qui ſparſus latè ſuaues diſpenſat odores.
Hic fons perſpicuo reſplendens gurgite ſurgit.
Talis in argento non fulget gratia, tantum
F *Nec cryſtalla trahunt nitido de frigore lucem,*
Negligit hic virides riparum margo lapillos:
Et quas miratur mundi iactantia gemmas
Illic ſaxa iacent: varios dant arua colores,
Et naturali campos diademate pingunt.
Eductum leni fontis de vertice flumen
Quatuor in largos confeſtim ſcinditur amnes:
Euphratem Tygrimque vocant, qui limite certo
Longa ſagittiferis faciunt confinia Parthis.
Tertius inde Geon, Latio qui nomine Nilus
Dicitur, ignoto cunctis illuſtrior ortu:

ιιιus in Ægypto lenis perlabitur vnda,
'tatura ſoam certo ſub tempore terram
am quoties tumido perrumpit flumine ripas
'ucus, & nigris campos perfundit arenis,
'ertas laxatur aqua, cæloque vacante
rreſtrem pluuiam diffuſus porrigit amnis:
'nc incluſa latet lato ſub gurgite Memphis,
ſoper abſentes poſſeſſor nauigat agros.
rminus omnis abeſt: æquatur iudice fructu
inoa ſoſpendens coniectus iurgia limes.
amina oota videt lætus ſubſidere paſtor,
qoe locom pecorum viridantis tegere campi,
ccedunt nantes aliena per æquora piſces,
poſtqoam largo fœcundas germina potu
mpha maritauit ſitientis viſcera terræ,
greditur Nilus, ſparſaſque recolligit vndas.
'flo ιιus pereunte lacu, coguntur in alueum
!ripam effr. nes concluſis fluctibus vndæ.
nec dimiduum ſpargens per d. ιια finem
rgite ſepteno patulum pertendit in æquor.
r. zotem perhibent latitare ex omnibus vnum
ntem Nile tuom? nam qui neſciris ab ortu
m ſolus, ſed quartus eras, diffuſus ab illo,
ſpicit excelſo qui flumina cuncta meatu:
ius atque pater pelagi ſupereminet omnes,
ιas montes, quas plana vomunt, quas nubila
lymphas,
artus dehinc Phiſon, quem nominat India Gan-
gem,
ıx odorifero qvoties qui vertice creuit,
ıduas pulchro quas ſpargunt flamina luco
elambens furatur opes, & gurgite noſtrum
cit in exilium: nam ripa largus vtraque eſt.
nibus vtque iſtis enodes ferre papyros,
t ſcirpos algáſque leues deducere mos eſt.
rementa trahens magnus ſic ditia Ganges,
c etiam donat mundo, quod proiicit alueo.
'nterea primi ſummus quos iunxerat auctor
aradiſiaca ponuntur ſede parentes:
ıs rector tali proponit præmia lege.
minum factoris opus, quos ſola creauit
ſtra manus, naſci cùm cætera voco iuberem:
tcit is quanto pulcherrimus vbere lucus
itis tumet immenſis: hæc cuncta dabuntur
veſtros ſine fine cibos, hinc eſca potatur,
ιto conceſſas fruges, & carpite poma.
· operis dulci ſtudio ſecura quieſcat,
ιtiſque fruens longæuo in tempore vita.
amen in medio nemoris: quam cernitis arbor,
'itiam recti, prauique in germine portans,
ius ab acceſſu vetitum reſtringite tactum:
vos forte premat temeraria diſcere cura
e prohibet doctor: melius neſcire, beatis
d quæſiſſe nocet, teſtor quem fecimus orbem,
d ſi quis vetitum decerpat ab arbore pomum:
'ax commiſſum mortis diſcrimine pendet,
immenſa loquor: facilis cuſtodia recti.
ator vitam, mortem temerator habebit.
piunt iuuenes dictum, lætique ſequuntur,
dentes omni ſeruandam tempore legem.
n.aræ mali nouitas, nec conſcia fraudis
utas nulla tetigit formidine mentes.

A *At pater inſtructos ſacrata in ſede relinquens*
Lætus in aſtrigeram cæli ſe ſuſtulit aulam.

LIBER SECVNDVS, DE PECCATO ORIGINALI.

VTitur interea venturi neſcia caſus
Libertas ſecura bonis, fouitúrque beata
Vbertate loci: largos hinc porrigit illis
Tellus prompta cibos: fruticis qum ſemper opimi
B *Somitur alternus tenui de ceſpite fructus.*
Nam ſi curuati fœcundo pondere rami
Mitia ſubmittunt ſublimi ex arbore poma:
Protinus in florem vacuus turgeſcere palmes
Incipit, inque nouis fructum promittere gemmis:
Iam ſi prædulces delectat carpere ſomnos,
Mollibus in pratis, pictaque recumbitur herba.
Cumque voluptati ſacrum nemus offerat omnes
Delitias, opibuſque nouis ſe præbeat amplum:
Hinc ſuaues epulas capiunt, eſcamque requirunt.
Quanquam nulla fames cogit, nec laſſa fouendo
C *Indigus hortatur compleri viſcera venter,*
Et niſi conceſſum libuiſſet noſcere paſtum
Eſuries ignota cibos non poſceret vllos,
Nulla fameſcentem fulcirent pabula vitam.
Interea nondum tranſgreſſi iuſſa parentes
Corpora nuda vident: nec mutua cernere membra
Diſpudet: ipſa rudis fœdum nil ſentit honeſtas
Non natura hominis, vitium ſed cauſa pudori eſt.
Nam quæcunque bonus formauit membra creator
Cur pudibonda forent? neque enim ſummi ante re-
ſtricta
D *Iuſſa Dei, quicquam conſpectu turpe, ſed ipſa*
Tunc niens intactos ſeruabat candida viſus.
Qum & talis erat naturæ gloria primæ,
Angelicæ qualis narratur gloria vitæ
Sidereas habitare domos: qualémque redemptis
Spondet reddendam mortis poſt tempora Chriſtus:
Queis neque coniugium curæ, nec fœdere turpi
Miſcuerit calidos carnalis copula ſexus.
Qoando aberit gemitus, luxus, metus, ira, vo-
loptas,
E *Fraus, dolor, atque dolus, mœror, diſcordia, liuor;*
Nullus egens, nullus capiens, ſed pace ſub vna
Sufficiet cunctis ſanctorum gloria Chriſtus.
His protoplaſtûm ſenſum primordia ſacra
Continuere bonis: donec certamine primo
Vinceret oppreſſos fallacem culpa per hoſtem.
Angelus hic fuerat dudum, ſed crimine poſtquam
Succenſus proprio tumidos exarſit in auſus,
Se feciſſe putans, mox tanquam conditor eſſet
Ipſe ſui, rabido concepit corde furorem:
F *Auctorémque negans, diuinum conſequar (inquit)*
Nomen, & æternam ponam ſuper æthera ſedem,
Excelſo ſimilis, ſummo nec Viribus impar,
Talia iactantem præcelſa potentia cælo
Iecit, & eiectum priſco ſpoliauit honore,
Quique creaturæ præfulſit in ordine primus,
Primas venturo pandet ſub iudice pœnas.
Illum quandoquidem grauiter ſententia punit
Quem mirum cecidiſſe putes: nam crimen aceruat

Auctor, in ignaro minor eſt peccante reatus,
Durius idque malum, quod maior fecit habetur.
Sed quod viuaces pertendit in abdita ſenſus,
Quodque futura videt, rerúmque arcana reſignat,
Angelici feruens ſupereſt natura vigoris,
Horrendum dictu, ſignisque notabile monſtrum.
Nam quicquid toto dirum committitur orbe
Iſte docet, ſcelerúmque manus ac tela gubernat,
Pugnat, & occultus per publica crimina, latro,
Et nunc ſæpe hominum, nunc ille in ſæua ferarum
Vertitur ora, ſubinde nouos mutantia vultus,
Alitis interdum ſubito mentita volantis
Fit ſpecies, habitúſque iterum confingit honeſtos.
Rurſum etiam apparens formoſo corpore virgo,
Illic ardentes obſcœna in gaudia viſus,
Sæpe etiam cupidis argentum immane coruſcat,
Accenditque animos auri fallentis amore,
Deluſos fugiens vano phantaſmate tactus.
Nulli certa fides conſtat, vel gratia formæ,
Sed quo quémque modo capiat teneatve nocendo,
Opportuna doli, clauſæque accommoda fraudi,
Sumitur exterior ſimulata mente figura.
Maior adhuc etiam ſæuo permiſſa poteſtas,
Ter ſanctum vt vincat, dudum collata creato.
Sic natura valet, rectam quam condidit auctor,
Sed poſt ad prauos ſubuerſor tranſtulit vſus.
Vidit vt iſte nouos homines in ſede quieta
Ducere felicem nullo diſcrimine vitam,
Eelege accepta domino famularier orbis,
Subiectiſque frui placida inter gaudia rebus:
Commouit ſubitum zeli ſcintilla vaporem,
Excreuitque calens in ſæua incendia liuor.
Vicinum tunc forte fuit cùm decidit alto
Tempus, & innexam traxit per prona cateruam.
Hoc recolens, caſúmque premens in corde recentem,
Plus doluit periiſſe ſibi, quod poſſidet alter
Tunc mixtus cum felle pudor, ſic pectore, queſtus
Explicat, & tali ſuſpiria voce relaxat.
Proh dolor, hoc nobis ſubitum conſurgere plaſma,
Inuiſúmque genus noſtra creuiſſe ruina?
Me celſum virtus habuit, nunc ecce neglectus
Pellor, & angelico limus ſuccedit honori.
Cælum terra tenet, vili compago leuata
Regnat humus, nobiſque perit tranſlata poteſtas.
Nec tamen in totum periit, pars magna retentat
Vim propriam, ſummáque cluit virtute nocendi.
Nil differre iuuat: iam nunc certamine blando
Congrediar, dum prima ſalus, experta nec vllos
Simplicitas ignara dolos ad tela patebit.
Nam melius ſoli capientur fraude, priuſquam
Fœcundam mittant æterna in ſecula prolem,
Immortale nihil terra prodire ſinendum eſt.
Fons generis pereat, capitis defectio membris
Semen mortis erit: pariat diſcrimina lethi
Vitæ principium: cuncti feriantur in vno,
Non faciet viuum radix occiſa cacumen.
Hæc mihi deiecto tantum ſolatia reſtant.
Si nequeo clauſos iterum conſcendere cælos,
His quoque claudentur: leuius cecidiſſe putandum
eſt,
Si noua perdatur ſimili ſubſtantia caſu,
Sit comes excidij, ſubeat conſortia pœnæ,

A *Et quos præuideo nobiſcum diuidat ignes.*
Sed ne difficilis fallendi cauſa putetur,
Hæc monſtranda via eſt, dudum quam ſæpe cucurri
In pronum lapſus: quæ me iactantia cælo
Expulit, hæc hominem paradiſi è lumine pellat.
Sic ait, & gemitus vocem clausère dolentis.
Forte fuit cunctis animalibus altior aſtu,
Æmulus arguto callet qui pectore ſerpens:
Huius tranſgreſſor de cunctis ſumere formam
Eligit, aërium ſtatim ſibi corpus adaptans,
Inque repentinum mutatus tenditur anguem.
B *Fit longa ceruice draco, ſplendentia colla*
Depingit maculis, teretiſque volumina dorſi
Aſperat, & ſquammis per terga rigentibus armat.
Qualis vere nouo primis cum menſibus æſtas
Præmittit lætos poſt frigora pigra tepores,
Euadit veterem renouatis motibus annum
Sicca vireſcenti permutans germina fronde.
Sic prodit coluber lucenti pelle tumeſcens,
Et tandem egrediens terrarúmque abdita linquens,
Præfert terribilis metuendum forma draconem.
Dira micant oculi, tum lumine viſus acuto
C *Lætior, optatum diſcit conſueſcere ſolem.*
Nunc ſtridet blandum, crebro nunc carmine fauces,
Ludunt, & trifidam diſpergunt guttura linguam.
Ergo vt vipeream maleſuada fraude figuram
Induit, & totum fallax proceſſit in anguem,
Peruolat ad lucum: tum forte rubentia læti
Carpebant iuuenes viridi de palmite mala.
Hic veritus ſerpens, firma ne mente virili
Non queat effuſo ſubuertere corda veneno:
Arboris in vetitæ ſpiris reptantibus altum
Porrigitur, tractúmque ſuum ſublimibus æquans,
Auditum facilem leni ſic voce momordit.
D *O felix, mundique decus pulcherrima virgo,*
Ornat quam roſeo præfulgens forma pudore,
Tu generi ventura parens, te maximus orbis
Expectat matrem, tu prima & certa voluptas
Solaménque viri, ſine qua nec viuere poſſit,
Vt maior, ſic iure tuo ſubiectus amori,
Cui cuncta es, pulchram reddas vt tempore prolem.
Vobis digna datur paradiſi in vertice ſedes,
Vos ſubiecta tremit famulans ſubſtantia mundi,
Quod cælum, quod terra creat, quod gurgite magno
Producit pelagus, veſtros confertur in vſus.
E *Nil natura negat, datur ecce in cuncta poteſtas,*
Non equidem inuideo, miror magis attamen iſta
Cur Deus inuidit vobis ex arbore fructus?
Scire velim quis dira iubet, quis talia dona
Inuidet, & rebus ieiunia miſcet opimis.
Hic male blandi tam fixerunt ſibila vocem.
Quis ſtupor ò mulier mentem caligine clauſit
Cum ſerpente loqui? verbum committere bruto
Non pudet, vt veſtram præſumat bellua linguam?
F *Et monſtrum pateris, reſponſumque inſuper addis?*
Ergo vbi mortiferum ſeductilis Eua venenum
Auribus accipiens, cladi conſenſit iniquæ:
Tunc ad ſerpentem vano ſic ore locuta eſt.
Suauibus ò pollens coluber dulciſſimo verbis,
Non, vt rere, Deus nobis ieiunia ſuaſit,
Nec prohibet largo curari corpora paſtu.
Ecce videt epulas totus quas porrigit orbis,

Omnibus iis licitè genitor promptiſſimus vti
Præſtitit, & totas eſu laxauit habenas.
Hæc ſola eſt memoris medij quam perſpicis, arbor
Interdicta cibis, hæc tantum tangere nobis
Poma nefas: diues præſumit cætera victus.
Quod ſi libertas temerarit noxia legem,
urans terribili prædixit voce creator,
Quadam nos ſtatim lituros morte reatum.
Quid vero mortem appellet, doctiſſime ſerpens
Pande libens, rudibus nobis incognita res eſt.
Callidus inde draco, & lethi tum ſponte magiſter,
nteritum docet, & captas ſic fatur ad aures.
Terroris vacuum formidas fœmina nomen,
Nequaquam vos dira manet ſententia mortis,
ed pater inuiſus ſortem non contulit æquam,
Nec vos ſcire dedit, ſibimet quæ ſumma reſeruat.
Quid iuuat ornatum comprendi aut cernere mundum,
t cæcas miſero concludi carcere mentes?
orporeos pariter ſenſus, oculóſque patentes
brutis natura dedit: ſol omnibus vnus
ruit, ab humano nec diſtat bellua viſu.
onſilium mage ſume meum, mentéſque ſupernis
ſcre, & erectos in cælum porrige ſenſus:
amque id quod vetitum formidas tãgere pomum,
re dabit quæcunque pater ſecreta reponit.
u modo ſuſpenſos tantum ne contrahe tactus,
ec captiua diu frenctur lege voluntas,
imque vbi diuinum libaueris ore ſaporem,
ox purgata ſuo faciet tua lumina viſu
quiparare deos, ſic ſancta vt noxia noſſe,
uſtum recto, vero diſcernere falſum.
Talia fallaci ſpondentem dona ſuſurro,
cdula ſubmiſſo miratur fœmina vultu,
tam iamque magis cunctari, & flectere ſenſum
pit, & dubiam letho plus addere mentem
vt vicino victam diſcrimine ſenſit,
que iterum nomen memorans arcemque Deorum
um de cunctis lethali ex arbore malum
trahit, & ſuaui pulcrum perfundit odore,
iciliat ſpeciem, nutantique inſuper offert,
c ſpernit miſerum mulier male credula munus,
manibus capiens pomum lethale retractat,
tribus interdum labiiſque patentibus vltro
git, & ignorans ludit de morte futura.
quoties ori admotum compuncta retraxit,
dacíſque mali titubans ſub pondere dextra
lit, & effectum ſceleris tremefacta refugit.
s tamen eſſe cupit ſimilis, ſerpitque venenum
ibitione nocens, rapiunt contraria mentem,
nc amor, inde metus, pulſat iactantia mentem,
rdumque etiam lex ſubuenit, æſtuat anceps,
tdus cordis diro inter prælia fluctus.
c tamen incentor deſiſtit fallere ſerpens,
ntátque cibum dubiæ, queriturque morari,
uuat in lapſum pendentis prona ruinæ.
t tandem victæ grauior ſententia ſedit,
rnam tentare famem, per criminis eſcam,
entem ſatiare cibo quem ſumeret ipſa,
uit inſidiis, pomumque vorata momordit.
ce ſubit virus, capitur mors horrida paſtu
ines hic primum ſua gaudia callidus anguis,

A Diſſimulatque ferum victoria ſæua triumphum.
Ignarus facti, diuerſa ex parte reuertens
Adam, diffuſi lætus per gramina campi,
Coniugis amplexus, atque oſcula caſta petebat,
Occurrit mulier, cui tunc audacia primùm
Flabat fœmineos animoſa in corda furores,
Et ſic orſa loqui (ſemeſum namque gerebat
Aſſeruans miſero pomum exitiale marito)
Sume cibum dulcis vitali ex germine coniunx,
Quod ſimilis ſummo faciet nos eſſe tonanti,
Numinibúſque parens: non hæc tibi neſcia donum,
B Sed iam docta fero, primus mea viſcera guſtus
Attigit audaci diſſoluens pacta periclo.
Crede libens, mentem ſcelus eſt dubitaſſe virilem,
Quod mulier potuit, præcedere forte timebas,
Saltem conſequere, atque animos attolle iacentes,
Lumina cur flectis? cur proſpera vota moraris?
Venturóque diu tempus furaris honori?
Hæc effata manu victuræ fercula mortis
Intereunte anima lethum dum crimina paſcunt,
Porrigit infauſto coniunx inſana marito.
Accipit infelix maleſuadi verba ſuſurri,
Demiſitque ſuos ad noxia crimina ſenſus.
C Non illum trepidi concuſſit cauſſa pauoris?
Nec tantum eſt guſtu cunctatus, fœmina quantum
Inſequitur velox, miſeræque ex coniugis ore
Conſtanter rapit inconſtans dotale venenum,
Faucibus, & patulæ inimicas porrigit eſcas.
Vix vno pomum libabat ſuccida morſu
Ingluuies, ſummúmque dabat vix eſca ſaporem,
Ecce repentinus fulgor circunſtitit ora,
Lugendóque nouos reſpexit lumine viſus.
D Non cæcos natura dedit, nec luminis vſu
Priuatum peperit formæ perfectio vultum.
Nunc vero mage cæcus eris, cui non ſatis illud
Noſcere quod tantus voluit te noſſe creator.
Ad vitam nobis cernendi facta facultas,
Nunc vero lethum ſed veſtra ſponte videtis.
Tum patuiſſe gemunt oculos: nam culpa rebellis
Fulſit, & obſcœnos ſenſerunt corpora motus.
Tunc primum nudos (dubium quid dicere poſſim,
Extinctus natúſne pudor) circunſpicit artus.
Erubuit propriæ tunc mens ſibi conſcia culpæ,
E Pugnauitque ſuis carnis lex indita membris.
Namque hinc poſteritas vitiato germine duxit
Artibus illicitis cognoſcere velle futura,
Arcaniſque ſacris tardos immittere ſenſus.
Edita vel cælo, vel tetro menſa profundo
Rimari, inque cauas naturæ irrumpere leges,
Quærere quàm dextro quiſquam ſit ſidere natus,
Proſpera quàm ducat reſtantis tempora vitæ,
Diſſimilem paribus prouentum diſcere ſignis,
Necnon & geminos vno ſub tempore fuſos,
F Quos indiſcretus luci ſubduxerit orbis,
Motibus aduerſis varia ſub ſorte notare.
Indigetes quoſdam ſtellis aſſcribere diuos,
Iunior antiquis ætas quos prætulit aſtris,
Atque infernalis iamdudum mole ſepultis,
Vana per immenſum diſponere nomina cælum.
Iam magicam digne valeat quis dicere fraudem
Occultas tacito tentantem pectore vires?
Legifer vt quondam vates, ſub rege ſuperbo,

Dum noua monſtraret iuſſi miracula ſigni,
Cum mouit liuore magos, vt talia tentent,
Accumulentque ſuas zelo feruente ruinas.
Queis forſan ſi ſuppeteret non vana poteſtas,
Demere, non etiam properarent addere monſtra.
Æmula ſed ſignis tantum, non viribus æqua,
Quod remouere nequit, duplicata ſuſtinet ira.
Hinc eſt laudato quod poſſunt carmine Marſi,
Cum tacita ſæuos producunt arte dracones
Abſenses, & ſæpe iubent confligere ſecum,
Tunc vt quiſque grauem bello perſenſerit hydrum
Aſpicis, aut diræ clauſas cognouerit iras,
Concutit interius ſecreti carminis arma.
Protinus & laxis verbo lactente venenis,
Mox impune manu coluber tractatur inermi,
Et morſus tantum, non virus in angue timetur.
Interdum perit incantans, ſi callida ſurdus
Adiuratoris contempſit murmura ſerpens.
Hoc quoniam de matre trahunt, & origine prima,
Angumeæ fraudis quod ſic linguæque periti,
In ſpeciem reddunt commercia mutua fandi.
Nec minus hos pulſat temeraria cura ſciendi,
Angit præſcitus ducti quos terminus æui.
Cùm tamen eductas inferni ſedibus vmbras
Colloquium miſcere putent, & nota referre,
Spiritus erroris ſed qui bacchatur in illis,
Ad conſulta parat vanis reſponſa figuris.
Ne vero multis dicamus ſingula verbis,
Præſentis illuſus, damnabitur ille perenni
Iudicio, quiſquis vetitum cognoſcere tentat,
Nec iam ſola fuit ſeruatrix Eua malorum,
Dicam nunc aliam ſali quæ peſte laborans,
Neſcia parendi domino mandata neglexit:
Quanquam nec ſimilem cauſſam contendero, cum nec
Tum mage conſultum ſe duxerit illa maritum.
Peccandi quaſdam feruor ſuccenderat vrbes,
Omnia permittens laxatis crimina frænis
Inceſtus vice legis erat, ius ſola regebat
Luxuries, regni ſedem mesata voluptas,
Indigenas populos domina ſub carne tenebat,
Et ſcelerum ingenti ſtudio, quæ iuſſerat olim
Subiectos fugitare viros reſpublica, ab illis
Abſtinuiſſe nefas, & non peccaſſe, pudendum
Credebant omnes, facinus quos iunxerat vnum.
Talibus offenſus, iudex atque arbiter orbis
Cum fureret, flammáſque loco, finémque pararet,
Quendam diſſimilem cunctis, tectóque latentem,
Cui tunc forſan erat Sodoma peregrinus in vrbe,
Vnum inter multos verbis Loth conuenit iſtis.
Oppida laſciuo iam dudum plena furore,
Reſpergunt cælum maculis, noſtráſque fatigant
Quamuis obſtructas ſcelerum clamoribus vrbes,
Imminet exitium, nam incenſa libidine tellus
Ignibus ardebit: reſtinguet fulminis imber
Quæ non extinxit ſeruantia crimina fletus.
Ipſa in perpetuas ſoluetur terra fauillas,
Conſeruans cineres poſt dira incendia viuos.
Tu nunc linque domum, perituras deſere terras,
Nam rea cum dignis ſubſident arua colonis.
Sed tamen interea ne te coniunxeris illis,
Ne forte impendens lethum coniungat eiſdem,
A *Virgineámque adhuc ſobolem, ſolatia coniunx*
Augeat, iis tantum ſociis contentus abito.
Accelerate fugam, & contendite tramite recto,
Nec ſubuersendas quiſquam reſpexerit vrbes.
Eſte mali expertes, pœnas quicunque videbit
Sentiet, atque ſua mortis ſpectacula ſecum,
Qui meruere ferent: ſaluandis terror abeſto.
Hæc pater, aſt illi properant abſcedere terra,
Incidúntque moras, crudeliaque arua relinquunt.
Cœperat obduci denſa caligine vultum
B *Atque ignota prius demittere murmura cælum,*
Nec ſicut tonitru crebro cùm percitus æther
Oſtentat pauidis innoxia fulmina terris.
Sed prorſus finale malum terrore minaci
Terra per aërios mittebat ſigna tumultus.
Tendebant moniti ſimul, & mandata tenentes,
Conceſſam rectis ad ſedem vultibus ibant.
Callidus, alta petens, ſed qui ſubuerterat Euam
Serpens fœmineam conſuetus tangere menſem,
Nil quoque formidans animum tentare virilem,
Inſpirat miſeræ cognoſcere velle ruinas,
C *Et ſimul euaſas viſu deprendere clades.*
O crudelem animi, non iam tibi ſufficit vnam
Succubuiſſe dolo? & funeſta clade nepotes
Affeciſſe ſuos? ô ſtulti inſania ſexus.
Quid ſtolida affectas fruſtrari parte bonorum,
Dum mala noſſe cupis? ſi nos exempla priorum
Non terrent, noſtro ſies exempla timori,
Vel poſt te pereas ſcrutandi diræ libido.
Illicitum quod ſcire fuit, vetitúmque tueri,
Reſpicies tantum, nec narratura videbis.
Ergo vbi maiorem vicina ex vrbe tumultum
D *Audiuit mulier, multum deflexa retrorſum*
Vix primo in viſu reſtrictus motibus hæſit,
Cernere deſiſtens cùm cœperat: inde gelato
Sanguine marmoreus perfundi viſcera torpor:
Diriguere genæ, pallor nouus inficit ora.
Lumina nec clauſit, nec ſaltem concidit illo
Pondere, quo pulſant collapſa cadauera terram.
Sed ſtetit horrendo perlucens maſſa nitore,
Seruauitque ſuam ſpecies decepta figuram.
Ne facile noſſes vitrum, lapis, anne metallum eſt.
Succedens homini, niſi ſal guſtu indicet ipſo.
E *Extunc inſipido mulier præuenta reatu,*
Plus ſalſum ſine mente ſapit, quæ pungere ſenſus,
Exemplique poteſt ſalibus condire videntes.
Hoc tamen hic mirum eſt, quod Loth non flectitur, ipſam,
Nec ſociam ſequitur primo conſtantior Adam,
Quanquam id credo magis factum, quia viſa referre
Iam nequit elinguis: quæ ſi comperta referret,
F *Forſan & in ſimiles auſus temeraria traxet,*
Credulo vt impoſuit virgo primæua marito,
Quæ poſtquam ſeſe pariter comitémque fefellit,
Et nondum natam percuſſit vulnere prolem:
Tum victor ſerpens certamine lætus ab ipſo,
Puniceam criſpans ſquammoſo in vertice criſtam,
Nec iam diſſimulans quem preſſerat ante triumphum.
Acrior inſultat victis, & talibus inſit.
En affectatæ vobis eſt gloria laudis

Reddita, qui peruerſa ſimúlque etiam optima noſtis.
Cuncta ego vos docui, ſenſumque per abdita duxi,
Et quodcunque malum ſolers natura negabat
Inſtitui, pactúmque meum, ne forte negetis,
Seruaui, & firma voſmet mihi ſorte dicaui.
Nec Deus in vobis, quamuis formauerit antè,
Iam plus iuris habet: teneat quod condidit ipſe,
Quod docui mecum eſt, maior mihi portio reſtat.
Multa creatori debetis, plura magiſtro:
Dixit, & in media trepidos caligine liquens
Per medium fugiens euanuit aëra corpus.

ALCIMI AVITI, LIB. III.
De ſententia Dei.

TEmpus erat, quo ſol medium tranſcenderat axem
Pronus, & excelſi liquens faſtigia centri,
Vicina iam nocte leues præmiſerat auras.
'llis ſed maior curarum voluitur æſtus,
Feruentéſque tenent malè conſcia corda dolores.
Tum pudor his capto detorquet lumina ſenſu,
Nec iam ſecura præſtatur luce tueri
ſignatam fixo peccati ſtigmate carnem.
'ndumenta petunt, foliis vt mollibus ambo
Membra tegant, nudúmque malum ſub veſte latescat.
'mbroſis propter ſtabat ficulnea ramis.
'rondentes diffuſa comas, quas protinus Adam,
Tumentem capiens raſo de cortice librum,
'ſſuit, & viridi ſolatur veſte ruborem,
iduitur ſimili mulier lacrymabilis arte,
Quoſque aluit miſero fallax inſania pomo
'eſtiuit folio: & quos ſæua ex arbore nudos
eddidit, hos grauius tenui de cortice texit.
t tamen adueniet tempus, cum crimina ligni
er lignum ſanet, purgétque nouiſſimus Adam,
Lt criámque ipſam faciat medicamina vitæ.
'urens ex alta cum pendens arbore ſerpens.
rpentis veteres morſus atque omne venenum
luet, & veterem perimet ſua forma draconem,
unc etiam inuitum letho delebere lethum.
Interea genitor viridis per mollia luci
orantes ſudo captebat ab aëre ventos.
rotinus attonitis ſenſerunt auribus ambo
'æſentem dominum: triſtitum luce peroſam
xpauere diem, detecto in crimine teſtem.
unc ſi illis ſpecubus vaſtis ſe fortè barathrum
anderet, aut ſubitum tellus monſtraret hiatum,
on pigeat prono trepidos deſcendere ſaltu.
uòd ſi ſuppeteret iam tum ſententia lethi,
'anc etiam raperet ſolandi cauſa doloris:
u flammis lymphiſve daret vel pectora ferro
ppeteret vindex crudeli vulnere dextra,
c miſeri mortem nondum diſcrimine notam
ìm primùm metuere volunt: exordia finem
gnant, & ſimilem prædicunt affore luctum,
ui manet in finem malè ductæ tempora vitæ,
'tima cùm mundi ſenium conſumpſerit ætas,
imque repentinus percuſſerit omnia fulgor,
elorum clangente tuba, qua nuncius ante
A *Iudicis aduentum concuſſum terreat orbem.*
Tunc cùm ſinceros paſtor diſcreuerit agnos,
Hædis diſparibus diuerſa in parte locatis,
Chaſmate diuiſa medio: quam fluctibus implet
Sulphureis voluens vadoſa incendia gurges
Flammarum ſtagnante lacu: quo feruida quondam
Dicitur attracto nubes Sodomitica nimbo
Guſtatim ſparſum fudiſſe ob crimina fulmen,
Cùm plueret nox terra focos, cælóque caduca
Aëra per calidum ſtellarent vndique mortes.
B *Taliter ignifero miſſi de fonte gehennæ,*
Fluxerunt triſtes aliena in ſecula riui.
At quos terribili iudex decreuerit hora
Viuere poſt mortem pœnáque ardere perenni,
Subtrahet optato grauior ſententia letho.
Cùmque foret melius diſperſis corpora membris
Carpere perpetuum dura ſub morte ſoporem:
Inuitos tamen vrna trahet, queis ſola voluntas
Rurſus poſſe mori, ſenſúque carere dolendi.
Sed ſic accipiet feruentis flamma camini,
Ambuſtura ſuas vt nunquam finiat eſcas.
C *At primi interea iuuenes conamine caſſo*
Per deſerta ruunt, tutóque abſcondita furto
Facta putant, cæcis optant latuiſſe tenebris.
Quid iuuat infelix oculos auertere, cùm te
Iudex ille videt? quid eum abnuis ipſe videre,
Cùm videare palàm? ſol eſt, non fuſcat amœnum;
Sed depreſſa grauem formidant lumina lucem,
Debilis & clarum viſus non ſuſtinet orbem.
Hos ergo inſolitas poſtquam tentare latebras
Vidit, terribili primùm Deus increpat ore,
Infauſtúſque vbi ſit quærit non neſcius Adam,
D *Qui trepidam pauido producens pectore vocem,*
Vix hæc pauca refert: tuus ò celſiſſime terror
Inſolitas miſerum latebras tentare coëgit:
Nam quia nuda forent impertis corpore membris,
Erubui fateor, calúmque per abdita fugi.
Ecquis (ait) ſubitum concuſſit corde pudorem?
Viſus & vnde nouus? nam te nec vellere dudum
Nec contexta prius velauit tegmine veſtis.
Forma rudis proprio melius contenta decore,
Iudice ſe placuit: ſed poſtquam fœdere rupto
E *Interdicta tuus tentauit germina guſtus,*
Naturale tibi tegmen non ſufficit vnum.
Et iam nunc primùm nudi nudata pateſcunt,
Arguit obſcœnus quia turpia corpora motus.
Ille vbi conuictum claro ſe lumine vidit,
Prodidit, & totum diſcuſſio iuſta reatum,
Non prece ſubmiſſa veniam pro crimine poſcit,
Non votis lacrymis ve rogat, non vindice fletu,
Præcurrit meritam ſupplex confeſſio pœnam,
Iamque miſer factus, nondum miſerabilis ille eſt.
F *Nam ſenſu erigitur, tumidiſque accenſa querelis,*
Fertur in inſanas laxata ſuperbia voces.
Heus (ait infauſto mulier coniuncta marito)
Quam ſociam miſero prima ſub lege dediſti,
Hæc me conſilijs vicit deuicta ſiniſtris.
Et ſibi iam notum perſuaſit ſumere pomum.
Illa mali caput eſt, crimen ſurrexit ab illa.
Credulus ipſe fui, fidei ſed tu vnicus auctor
Connubium donans, & dulcia vincula nectens.
Atque vtinam felix, quæ quondam ſola vigebat,

Cælebs vita foret, talis nec coniugis vnquam
Fœdera ſenſiſſet, comiti non ſubdita prauæ.
Hac igitur timidi commotus mente creator,
Mœrentem verbis compellat talibus Euam:
Cur tua deceptum traxiſti in vota maritum,
Nec contenta tuo deceptrix fœmina caſu,
Sublimi ſenſum ieciſti ex arce virilem?
Illa pudens, triſtique genas ſuffuſa rubore,
Auctorem ſceleris clamat decepta draconem,
Qui vetito pomum perſuaſit tangere morſu.
Poſt hæc ſupremam promit ſententia legem,
Serpentémque reum prima ſic voce notauit,
Tu verò cuius fucatis fœmina verbis
Capta ſemel, ſimiles Adam pertraxit in auſus,
Propter vtrumque reus, pendens quod fecit vterque,
Nec tibi ſublimis conſtabit pectore vertex,
Callida ſed pronus per terram corpora volues,
Vtque fuga trepido ſinuoſa volumina currant,
Non greſſus ſed lapſus erit, téque ipſe ſequeris
Flexibus, & ſpiras viuentia vincula nectent.
Tum propter ſuaſam miſerorum cordibus eſcam
Tellurem captans paſtu veſceris inani,
Menſibus & certis, fugitiuus ab aëre ſudo
Incluſus terris communi ſole carebis.
Inter cuncta replent quæ nunc animantia mundum
Omnibus inuiſus fiet, grauis omnibus horror.
Præcipuè infelix mulier, cum prole futura,
Tecum inimicitias odio conſtante reponet,
Seminibúſque tuis eius cum ſemine bellum
Perpetuum, ſed diſſimilis victoria, nam qui
Ambos vna opera viciſti ſubdole ſerpens,
Olim erit vt ſexum muliebrem pronus adoret:
Cuius tu quanquam pauidæ inſidiabere calci,
Conteret vna caput tandem tibi fœmina victrix,
Naſcendúmque etiam tali de ſtipite germen.
Poſthæc attonitam iudex commotus in Euam,
Et tu quæ primam violaſti femina legem,
Accipe ait, reliquum vitæ quod reſtat in æuum,
Imperium patiere thori, dominúmque timebis,
Quem dederam ſocium: cuius tu ſubdita iuſſit
Pareto, & libitus poſthæc aſſueſce viriles.
Móque vbi concipiens fœtum perſenſerit aluus,
Ventris onus gemitu teſtaberis, ac tibi clauſum
Anxia creſcentem portabunt viſcera faſcem:
Donec tranſacto faſtidia tempore complens,
Naturale malum partus ab vindice partu
Producas, vita vt prolis ſit pœna parentis:
Sed quid multa loquar miſeræ diſcrimina matris?
Nam cùm præduro mulier confecta labore
Optatam ſobolem, tali produxeris ortu,
Lugebis vacuos nonnunquam orbata dolores.
Interea trepidus iam dudum ſuſtinet Adam,
Quid ſibi terribilis tandem ſententia ſeruet
Cui pater attentis, inquit, nunc auribus, & tu
Accipe quid mereare, leuis quem femina vicit.
Impolluta prius pulcro ſub germine tellus
Non iam fœda ſatis, nec puro ſemine ſimplex,
Priſtina monſtrabit corruptum terga per orbem,
Exemplóque tuo ſemper tibi terra rebellans,
Vepribus, ac tribulis armata, reſiſtere diſcet,

A Aut ſi frangenti cedens ſuccumbit aratro,
Vomeris affixo mordaci dente ſubacta,
Pinguia decipient mentito germine culta.
Nam pro triticeo lolium conſurgere fructu,
Et ſiccas ſegetes, vacuáſque dolebis ariſtas,
Sic vt vix centum producant iugera panem.
Aſſiduo ſudore nitens, quem ſumat egeſtas,
Illecebrámque tibi pœnalis vindicet eſca.
Æqualem brutis facient tibi pabula vitam,
Et ſimul herbarum ſuccos, paſtúmque requires,
B Stercoréque aſſimili depreſſa grauabitur aluus,
Atque oneroſa diu voluetur talibus ætas:
Donec præſcriptum donent tibi ſæcula finem,
Et compacta luto rurſum ſoluantur in illud
Membra, ſimúlque leui fias de puluere puluis.
Antè tamen durum nati præcurrere lethum
Conſpicies, pœnáſque tuas in prole videbis,
Vt metuenda magis cernatur mortis imago,
Peccaſſe agnoſcas quid ſit, quid mortua fieri,
Quidve mori: acne quid deſit tibi forte malorum,
Acrior immenſo miſcebitur ira dolori.
C Nam cùm prima tibi producent tempora natos,
Liuor edax arcto certabit limite mundi,
Nec iam ſufficiet vacuus conſlictibus orbis,
Totáque fraterno congreſſu terra tremiſcet,
Alter in alterius conſurget vulnera frater,
Tellurémque nouam cognato ſanguine tinget.
Exin poſteritas varios paſſura labores,
Per varios caſus mortalia debita pendet.
Dum vetereni ductus diſſoluat terminus orbem,
Occidat omne vigens, finiſque redarguat orta.
Audierat, motúmque dedit conterrita tellus.
D His pater exactis, hædorum pellibus ambos
Induit, & ſancta paradiſi ab ſede reiecit:
Tunc miſeri egreſſum properant, mundumque vacantem
Intrant, & celeri perluſtrant omnia curſu.
Et quanquam variis herbis ac gramine picta,
Et virides campos, fontéſque & flumina monſtrat,
Illis fœda tamen ſpecies mundana putatur,
Poſt paradiſe tuam, totúmque videntibus horror.
Vtque hominum mos eſt, ſtudio maiore negata
Amplecti, & vetitis grauiore incumbere cura,
E Sic maiore animo clauſus paradiſus amatur.
Quæque magis multò paradiſo extenditur, illis
Anguſtatur humus, ſtrictúmque tuentibus orbem
Omnia lata nimis parent anguſta duobus.
Squallet & ipſe dies, cauſſantur ſole ſub ipſo
Subductam lucem, cælo ſuſpenſa remoto
Aſtra gemunt, tactúſque prius vix cernitur axis.
Tunc inter curas permixto felle doloris
Affectus ſenſere nouos, & pectora pulſans
F Nondum compertas prorumpit fletus in vndas,
Attentiſque genis iniuſſus defluit humor.
Haud aliter viuax deceptus mole caduca
Spiritus, impleto venit dum terminus æuo,
Poſt obitum peccata dolet, tum quidquid iniquum
Geſſerit, ad mentem reuocat, iam pœnitet omnes
Errorum lapſus ſemet quos quos iudice damnat.
Quod ſi præteritæ reddatur copia vitæ,
Sponte ferat quoſcunque dabunt mandata labores.
Crudeli ſimiles narrant de diuite queſtus,

Hiſtoriam

Hiſtoriam cuius cæleſti numine Lucas
Tradidit afflatus, paucis ego ab ordine totam
Dum repeto, linguis omnes animiſque fauete.
Ille cothurnatus gemmis, & fulgidus auro,
Serica bis coctis mutabat tegmina blattis.
Inde vt bacchantem traxiſſent tempora mentem,
Currebant epulæ totus quas porrigit orbis,
Cumque peregrinus ſingem miſiſſet aceruus,
Feruebat priſcum cryſtallo algente falernum.
Viuida quinctum miſcebant cynnama thalli,
Et ſuffita domus pingui fragrabat amomo.
Quod pelagus, quod terra creat, quod flumina gignunt
Certatim ad menſam veniebant, omniáque illuc
Portabat pallens auri cum ſalce miniſter.
Diuitis ante fores pauper tum forte iacebat
Languidus obſtrictis reſoluto corpore membris,
Et ſupplex poſcebat opem, non munera quærens,
Sed tantum ſi quas emitteret copia diuet
Relliquias, ſpectans aluus ieiuna rogabat.
Verùm clamanti diues non addidit aurem,
Nullaque languentem pietas reſpexit egenum:
Nec quæ completis cecidere ſuperflua menſis,
Pauperis ad victum quiſquam dedit: inſuper ægri
Deſpicitur facies, & putrida vulneris horrent.
Cùmque canes mitis perlambunt vlcera lingua,
Blandior, & laſſo feritas medicabilis adſit:
Sola hominum neſcit mens dura & cruda moueri.
Hæc ſed diuerſa penitus dum ſorte geruntur,
Impendens obitus pariter pulſauit vtrumque,
Diuite præuento, qui dum immortalia ſeſe
Secula victurum ſperat, formidine nulla
Mortis adhuc animum immemorem pulſauerat: atqui
Optatam pauper longo vix tempore mortem
Inueniens, victor morbos artuſque reliquit.
Ille quidem, celſa dudum qui floruit aula,
Fletibus ad tumulum ſtipato funere fertur,
Auratóque datur, conditus membra, ſepulchro,
Et precioſa tegunt elatum lintea marmor.
Spiritus abſtruſo ſed mox demiſſus auerno,
Ardet in æternis per ſæua incendia pœnis.
Quarum medio ſublimi in ſede locatum
Haud procul, vt viſus coniectat, ſed procul inde
Vt docet euentus ſinubus conſpexit ouantem
Abrahæ iuſti, mutatum in paupere vultum,
Nec ſimilem illius, quem dudum è luce receptum,
Quarto forte die vix quiſquam largus humandi
(Ne per corruptum naturæ lege cadauer
Dira frequentato contagia mitteret orbi)
Obtectum laceris tenui velamine pannis,
Artubus adſtrictis nuda tellure locarat:
Angelicis vero manibus ſublime leuatus,
Tum diues, iam ſanus erat, contraque ſuperbus,
Qui malè congeſtos auri cumularat aceruos,
Mendicat vel tantum vnam de paupere guttam,
Vnda vt extinctis irroret guttura flammis.
Pater electos (inquit) qui ſede beata
Colligis, & meritis diſpenſas præmia iuſtis,
Hæc ego non merui, ſed ſaltem hoc deprecor vnum,
Lazarus vt digitum gelidas intingat in vndas,
Linguæ inextincto flammantem mitiget igne.

A *Quòd ſi nec refrigerio hoc extinxerit omnes,*
Tempore vel ſaltem modico mihi temperet æſtus;
Donec feſſa breui reſpirent membra quiete.
Taliter immixto lacrymis ſtridore rogantem,
Magnanimus verbis patriarcha intercipit iſtis.
Deſine iam miſeras in caſſum fundere voces,
Et vanas miſcere preces: haud talia dudum
Dicta dabas, cùm te in foribus præſente iaceret
Ipſe ignotus, egens, æger, ieiunus, inanis,
Cùm congeſta tuas onerarent fercula menſas,
Nec quiſquam interea clamantem audiret egenum.
B *Quapropter tandem librato examine veri,*
Præteritæ vitæ ſortem dependit vterque,
Permutátque vices, & te iam ſufficit amplis
Exudaſſe bonis: qui fleuit, gaudeat, & qui
Curarum expertem duxit per gaudia vitam,
Iam fleat æternos ſpirans è pectore planctus.
Inſuper horrendus qui ſe interponit hiatus,
Non ſinit abiunctas miſceri fœdere partes,
Vt reuocare gradum nec vos, deſcendere nec nos
Rurſus ad inferni valeamus clauſtra tyranni,
Ille gemens vanum repetita voce precatur.
C *Si nil poſt obitum prodeſt commiſſa fateri,*
Nec tua mutatur ſixis ſententia verbis.
Hoc concede mihi, nulla quod lege vetatur,
Defuncto fratres dilecti quinque ſuperſunt,
Obſecro ad hos properet, qui viuos corrigat, antè
In tormenta cadant quàm talia carne ſoluti.
Nam quamuis duro perſiſtant corde rebelles,
Si tamen abſtruſa quiſquam de morte reuertat,
Credent experto, pœnaſque ſubire timebunt.
Talibus ille quidem, fuſis ſed in aëra verbis,
Nulla etenim meriti poſt mortem facta poteſtas.
D *Vos ergo dum vita manet, dum lege vigetis,*
Patronuſque adſtat patris ante tribunal IESVS,
Nec iam obturatis pulſatur ianua valuis:
Dum locus eſt flendi, dum ſe clementia Chriſti
Pandit, flete admiſſa, nec inde admittite flenda.
En comperta tibi primi eſt occaſio planctus,
Vtque ſui caſus nunquam reparabilis Adam
Pertulit exitium: paſſuri nomine Chriſti.
Nam licet æternos meritoſque euaſerit ignes,
Hæc nimium tamen infelix incommoda ſenſit,
E *Perdita ne precibus, lacrymis ve reduceret vllis.*
Ex tunc paulatim retro ſublapſa referri
Vita prior, cunctiſque malis laxarier orbit.
Tum triſtes morbi, & varij ſubiere dolores,
Et corrupta ſatis, dira pinguedine tellus,
Lethali quædam ſuffudit germina ſucco.
Inde truces ſæuire feræ dudumque timentes
Excitat ad pugnam tunc primùm conſcia virtus,
Reddit & armatat, vnguis, dens, vngula, cornu.
Ipſa etiam leges elementa reſoluere primum
Et violare fidem mortalibus omnia certant.
F *Inflatur ventis pelagus, voluuntur & vndæ,*
Excituſque nouum turgeſcit pontus in æſtum.
Tunc primùm tectis tetra caligine cælis,
Ingratos hominum caſtigatura labores,
Grandineos pauidis fuderunt nubila nimbos;
Atque polus diſcors inuidit germina terris.
Quin magis ipſa ſibi tellus aduerſa negauit,
Seminis excepti vertens mentita nitorem.

Hæc mala tum primùm gemini ſenſere parentes,
Poſteritas nam quanta ferat diſpendia rerum,
Vix cui vel linguæ ſint centum, ferrea vel vox
Enumerare queat: nec ſi quem Mantua miſit,
Mæoniuſque canat diuino carmine vates.
Nam quis tot referat motus? quis denique fando
Euoluat, totos qui voluunt ſecula fluctus?
Arma fremunt, crebra quatitur formidine mundus,
Funditur irriguus ſanguis, maiórque ſititur.
Quid dicam celſas præclaris cœtibus vrbes
In deſerta dari? populos populante ruina
Diſpergi, & lacerum vacuari partibus orbem?
Seruitio ſubdi dominos, famuloſque viciſſim
Præferri dominis, & belli ſorte perire
Sors generis quondam quos claro è ſanguine miſit.
Et ſi fortè breui requieſcant tempore bella,
Legibus armatas furere in certamina lites.
Ius anceps pugnare foro, quo iurgia fratrum
Non leuius votis feriunt, quàm prælia telis.
Sed quis vota notet, clament cùm facta nocentum?
Qu[illegible] fraudes & furta gemat gaudente rapina?
Quis ve minora fleat, ſi coram maxima fiunt?
Inde minora tamen, ſi ſummis iuncta notentur.
Nam per ſe nullum facinus ſub iudice paruum eſt,
Nec datur hic cunctas percurrere carmine fraudes:
Hoc vnum dicam breuibus, poſt damna priorum
Nil ſupereſſe mali, quod non vel perpetret orbis,
Vel toleret, plenus ſcelerum, plenuſque dolorum.
In caſu diſcrimen habens, & crimen in actu.
Sed tu Chriſte potens, cui ſemper parcere promptum eſt,
Tu figulus maſſam potis es reparare caducam,
Et confracta diu ac reſoluta refingere vaſa,
Quid dudum in vili latitantem puluere drachmam,
Clara Euangelij vbique ardente lucerna
Inueſtigaſti magni tu paſtor ouilis,
Qui procul à caulis, longóque errore vagantem
Quæris ouem, vtque ſuo gaudens reddatur ouili,
Sarcina fit, quæ cura fuit: nec quærere tantum
Illa ſatis cæleſtis habet clementia Chriſti:
Ni ferat impoſitam tergo, atque in ouile reducat,
Vtque vnam ex ouibus Stygij de faucе barathri,
Infernique lupi crudeli ex ore receptam
Accipias. Euangelicus te filius ille
Iunior inſtituet: pecudis qui forma reuerſæ,
Quid fugias docet, & lapſus, quo denique pacto
Ad meliora queas pacato patre reuerti.
Ille quidem exhauſtos poſtquam diſperſit aceruos,
Vitaque conſumpto mutata eſt prodiga cenſu:
Turpia porcorum dignè conuiuia ſectans,
Optauit ſiliquis compleri vilibus aluum,
Donec ſæua fames longo diſcrimine victum
Cogeret offenſo tandem ſe reddere patri,
Confeſſumque reum laxato crimine ſolui.
Quem mox proſtratum mitis pater, alleuat vltro,
Et trepidum blanda ſolatur voce pudorem.
Quin & quem loquitur, facto teſtatur amorem,
Nam reduci ornatus veſtis dat prima ſecundos,
Lætáque ſolennis celebrat conuiuia cœtus,
Quòd rediuiua ſuis quondam quaſi funere proles
Surgat, & orbato redeant noua lumina patri.

A *At tu cunctipotens hominum rerumque creator,*
Quanquam omnes fieri ſaluos cupis, atque beatos:
Nulla tamen pateris noſtræ diſpendia mortis
Nec mundo pereunte, tuis contingere damnum
Diuitiis poterit: neſcis decreſcere, neſcis
Augeri, & pleno perſtat tibi gloria regno:
Sed famulis id redde tuis, quod perdidit Adam,
Quódque tulit primùm viciatæ ſtirpis origo,
Ortu reſtituat per te pia vita ſecundo.
Forma vetus nimium lacero circundata peplo,
B *Iam veteri ſciſſam ponat cum crimine veſtem.*
Pallia prima pater redeunti porrige proli.
Olim ſeminecem miſerans tu fortè repertum,
Inque via abiectum (quem non multò ante latrones
Præterea inflictis ſpoliarant vndique plagis)
Hanc tu Chriſte viam, ſumpto dum corpore, curris
Alliſum reperis, nec deſeris: inſuper ægrum
Carnis iumento importas, & vulnera ſanas.
Non ſecus inferni qui dudum præda latronis
C *Multiplici exanguem trahimus præ vulnere vitam:*
Nullam aliud, præter te vnum, ſolamen habemus,
Quòd ſi nunc medico, curabit vulnera fotu.
Gratia deſignata oleo, ſapientia vino.
Et Samaritani nos extera cura fouebit:
Pelletur validus medicato corpore languor.
Ergo qui non vis moriendi creſcere cauſas,
Nec peccatorum crudelia funera quæris,
Sed mage conuerſi vt viuant: blando excipe vultu,
Quos confeſſa tibi gemitus pia pectora fundunt,
D *Vt quondam tecum paſſæ ſub tempore carnis,*
Proximus immani pendens de ſtipite latro,
Quem non culpa tibi ſimilem, ſed pœna tenebat,
Confeſſi venia ſupplex eſt criminis vſus.
Illi etenim non vt membris, ita corde ligato,
Et ſi confixas clauis extendere palmas
Non potuit, liber mentem cum voce tetendit,
Sicque reus, ſcelerum cùm digna piacula pendit,
Martyrium de morte rapit: cui fine ſagaci
Prouida cura fuit tales non perdere pœnas,
E *Præripuitque odium moriens, cælóque leuandus*
Ardua ſublimi tenuit compendia ſaltu.
Porrige ſic nobis celſam pater inclyte dextram,
Nos quoque perpetuæ conſortes effice vitæ,
Atque profanati deceptis fraude latronis,
Vt tibi compaſſo miſerans ſuccurre latroni,
Inuida quos hoſtis paradiſo depulit ira,
Fortior antiquæ reddat tua gratia ſedi.

F

ALCIMI AVITI, LIBER IV.
De diluuio mundi.

INfectum quondam viciis concordibus orbem,
Infandúmque nefas, cœlos vlſciſcente piatum
Diluuio, repetam, ſed non quòd fabula mendax,
Victuros lapides mundum ſparſiſſe per amplum
Deucaliona refert, durum genus, vnde reſumpti,
Deſcendant homines, cunctiſque laboribus apti
Saxea qui duræ monſtrant primordia mentis:
Sed veri compos, fluctus nunc proſequar illos,

Per quos immiſſus rebus vix penè creatis,
Lactentem velox præuenit terminus orbem.
Extulerat mortale genus crudelibus auſis
Ingentes animos: omni pro lege voluntas
Sola erat, vſque adeo conuerſi in crimina mores:
Ius hominum nullum, tum nil diſtare putatum
Faſque nefaſque inter: recti cuſtodia nunquam,
Non iudex, non teſtis erat, non denique rector,
Arbiter aut morum, vel qui ſuadet honeſtum,
Sed princeps ſibi quiſque fuit, virtute nocendi.
Nec meritis, ſed mole potens: qui fortior eſſet,
Hic melior ſibimet ſeſe cenſore placebat.
Brutorum quàm hominum vitam magis eſſe putares,
Nam diuinum in ſe non intellexit honorem
Mens humana ſitum, brutoque ſimillima facta eſt.
Sanguis potus erat, cæſorum viſcera paſſim
Indomitus laceras præbebant mentibus eſcas.
Inſuper & quadrupes, ſi cuiquam humanius eſſet
Ingenium, mediis vel mortua bellua campis
Paſtus erat: tum nulla fides, lex nulla vigebat.
Quàm verò pecorum ritu permiſſa voluptas,
Et diffuſa palàm ruptis laſciuia frenis,
Luxuriæque forum, atque obſcæni nundina mundi
Ferueret, caſto fas non eſt dicere cantu.
Talibus ac tantis hominum gens improba geſtis
Siluestres animos, naturæ fœdere rupto,
Induerat, pulſaque procul ratione furebat,
Deſertaque Dei cæleſtis imagine, prorſum
Omne decus mentis turpi deiecerat actu.
Haud ſecus ac pulcri cum fertilis area campi
Quam ſucciſa dedit purgato robore ſilua,
Dum colitur, iuſto paret fœcunda labori:
Subigitur raſtris, reſpondet frugibus, ac ſe
Seruat compoſito ruralis gratia vultu.
Contra autem exercere ſolum ſi negligit, aut ſi
Agricola oblitus ſua brachia fortè remiſit,
Laxauitque manus, feſſoque quieuit aratro,
Pigreſcit primum durato ceſpite tellus,
Mox rudibus ramis, atque aſpera palmite crebro,
Diſciplinatos diſſueſcit promere fructus,
Et frutices mittit, ſiluamque minatur inanem:
Quam ſi nec fera ſucceſſor falce repurget,
Non iam virgultis, ſed denſo ſtipite lucus
Texitur, & ſteriles diffundit in aëra frondes:
Donec concluſa ramis currentibus vmbra,
Mox importunæ depulſo ſole tenebræ,
Ad ſecura feras inuitent ludere luſtra.
Taliter humani generis non ordine recto
Perdita mandata iam poſt primordia legis,
In prauam labens paulatim vita tetendit.
Proficiens peiore via conſtantior ipſo
Cum paribus ſtudiis nutriti criminis vſu,
Et tamen auctorem vitij culpæque magiſtrum,
Doctior erratis, lapſuque peritior omne
Succiduæ prolis creſcens audacia vicit.
Vt fluuius, primùm parua diffuſus ab vrna,
Perſpicuum læto promit qui gurgite fontem,
Tramite quem ſummo facili trāſmittere ſaltu
Quiſque poteſt: mox irriguo deductus ab ortu,
Imbribus augetur ſubitis, ripaſque retrorſum
Pellens creſcentes pellit per plana liquores,

A *Occupat & ſpatium, pereuntique imminet aruo,*
Tunc circunfuſos vicinis vallibus amnes
Sorbet præteriens, externaſque incipit vndas
Augmento finire ſuo, mixtaſque ſub vno
Nomine, correptis diffuſo gurgite terris
Cum trabibus ſtabuliſque boum, luſtriſque ferarum
Sæuior acceſſu, longoque furore potitus,
Tandem deſiſtens pelagi tranſportat in vndas.
Sic eius motus ſimiliſque ad turbinis inſtar
Humanum vitiis ibat genus, & tamen ipſa
Longius inſanas mentes diſſoluerat ætas,
B *Centenos nouies crebro cùm duceret annos*
Vita tenax, tanto ſuſpenſi tempore lucri.
Nullus error erat, quòd ſi qui debita letho
Iura darent, ferrentque aſſueta funera mortis,
Perpetuam interimi fragili cum corpore vitam
Credebant: æui ſic cunctis nulla futuri
Spes inerat, ſoluſque ſibi fundauerat omnem
Senſibus in cæcis periturus mundus amorem.
Tempore quin etiam peccatrix terra ſub ipſo
Nutribat ſæuos immanſia monſtra Gigantes.
Nec tamen effari ſolitum, quo ſemine cretos,
Communi cunctis ortum de matre ferebant,
C *Qui genus, vnde patres, prohibent arcana fateri.*
Si ſpeciem quæras, humani corporis illis,
Plus vultus quàm forma fuit: ſic linea membris
Conueniens, hominem monſtrabat, diſſona molem.
Quapropter deinceps commentis Græcia fictis
Dedecus infandum maſſis informibus auxit,
Et portentoſis deſcripſit corpora membris,
Pube tenus cùm forma viri, cùm corporis ima
Supplerent vaſti mixto pro crure dracones,
Artus ſemihominum patulis qui faucibus, immò
D *Integros viuoſque homines crudo ore vorarent.*
Tunc etiam aiebant diro terrore, tonanti
Blaſphemis cælo conuicia mittere planctis,
Mordaceſque pedes motu fremuiſſe veneni.
His ſimiles mendax Phlegræi fabula belli,
Excuſſas finxit ieciſſe per aëra rupes,
Pro telis, ſpacioſa manus quo turbine montes
Sparſerit, & miſſis cælum quaſſauerit armis.
Hæc ſunt priſcorum quæ de terrore Gigantum
Carmine mentito Graij cecinère poëtæ,
E *Qui cælum aduerſus, prauis contendere factis*
Inſtiterint, nec iam miſſis confligere telis
Cum poſſent, diris agitarint prælia votis.
Montibus impoſitos, nec enim fas credere montes,
Hoc tamen & deinceps illos tentaſſe putabo,
Qui coctos lateres, lentóque bitumine iunctos
In ſublime rati manibus ſic poſſe ſuperbis
Suſtolli, & celſas in ſidera ſurgere moles,
Cum fureret mortale genus, caſſoque labore
Irrita conſcenſis cæmenta inferret in altum
Nubibus, & frugum ſequeretur machina cælum,
F *Non prius abſiſtens, ſubitas diſcordia linguas*
Quàm daret, & varius confunderet omnia ſermo,
Hinc ſparſum fœdus diuiſa lege loquendi,
Quod ſcelerum aſſenſu turbata ſuperbia rupit.
Sic interruptæ perierunt culmina maſſæ,
Effectúque carens ceſſauit in æthere turris.
Hæc poſt diluuium: nam quantas tempore priſco
Preſſa Gigantæas tellus produxerit arces,

*Atque laceſſitis contemptum immiſerit aſtris
Abſtergente Deo dira eluuione docemur.
Cernebat patiens iamdudum inſana furentes
Terrarum populos, hominum rerúmque creator,
Expoctans ſiquidem vani conſortia mundi
Linquentem melior moneat reſipiſcere cura:
Sed coniuratus (poſtquam percurrere cœptum eſt)
Perditionis iter ſtatuit, ſenſuſque per omnes
Obtinuit victor peccati inſignia mundus.
Nec reuocare gradum à vitiis, greſſumque referre
Cuiquam erat in votis: id tandem exhorruit auctor
Pœnituitque illum miſeri, quem fecerat, orbis.
Tum tales tonuiſſe minas commotus ab alto
Fertur, & excitas laxaſſe his vocibus iras.
O nullis illecta bonis, nulliſque repreſſa
Legibus, antiquo tantum ſubmiſſa draconi
Effera gens hominum: ducto corruptior æuo.
Non Euam cecidiſſe ſat eſt, tranſcenditur omni
Crimine, compertor lethi, nec ſufficit illud,
Vicit inexpertum ſerpens quòd priſtinus Adam.
Non contenta ſui fœdari crimine patris
Addidit ipſa ſuos mortalis vita reatus.
Expectaſſe diu nil profuit, inſuper omne
Conceſſum veniæ rapuerunt crimina tempus.
Iam nimium longas patientia continet iras,
Vindictæ iam tempus adeſt, nec fulmine terras
Flammeus ardor aget, vaſto nec cedet hiatu,
Quæ premitur nimio tellus inſana tumultu.
Sed vitiis ſordens, fluctu delebitur orbis.
Ad chaos antiquum ſpecies mundana recurrat,
Inque ſuas redeant vndarum pondera ſedes.
Arida ſecumbat lymphis, ſurſuſque ſepultas
Terrarum ſpecies informis contegat humor,
Hæc clades homini, carnique hic terminus eſto.
Sic pater æternus diſponens funera rerum,
Diluuium dextra terras vibrabat in omnes.
Interea pleno viuebat iuſtus in orbe
Vnus homo, & mentem ſolus ſeruabat honeſtam
Nullus vota Deo donis precibuſque ferebat
Hunc præter, ſummus quem dignum laude creator
Noſſet, & exceptum vitæ ſeruare pararet,
Stemmatis hic ſacri, nam claro nobilis ibat
A proauo quem priſca fides & conſcia virtus
In cælum ſine morte tulit: ſic celſa petenti
Succeſſit magnis non impar filius actis.
Nec minimum eſt, illum ſalui cum corporis vſu,
Terrenas liquiſſe domos, intraſſe ſupernas.
Quanquam quo Noë proauus conſcenderat Enoch
Elias curſu poſt tempora longa ſecutus,
Scribitur ignitis ſcandens penetraſſe quadrigis,
Cùm ſuſpenſa leues tranſmitteret orbita ventos,
Vngula vel premeret caſſato pondere nubes,
Vallatúmque ferens ſanctum non vreret ignis,
Et motus ſeruans ne ſciret flamma calorem.
Hos igitur ſatis eſt cælum potuiſſe mereri
Membrórum ſub lege ſitos: ſed non tamen illud
Segnius admirer ſancti quod tempore Noë,
Viuus ob meritum, natis nuribuſque tuendis
Orbis in exitio allatam nouere ſalutem.
Eſt ille in cælis, numeros qui præterit omnes,
Angelicus ſine fine chorus, qui laude perenni
Conclamat celebratque Deum, famulantia ſuetus
A Ferre miniſteria, & iuſſis parere ſupernis.
Hi nunc quod rectum mortalia corda precantur,
Concipitur dignis ſacro quod pectore votis,
Quicquid larga manus collectis ſpargit egenis,
Excipiunt, ſanctóque ferunt ſuper aſtra volatu,
Quinetiam iuſtos, fragilis dum vita fatigat,
Tutantur, mundique inter diſcrimina ſeruant.
Sed tamen in cunctis præcellit clarior ille,
Maxima quæque Dei quo diſpenſante miniſtro
Res geritur, rebus myſteria qui parat altis.
B Hic dominum cæli venturum, corpore ſumpto,
Virginis intactam iuſſus prædixit in aluum,
Sacráque dotali compleuit viſcera verbo.
Hic & Baptiſta præcurrens nuncius ortum,
Deſperata diu dum ferret germina patri,
Inter ſacra virum conterruit, & dubitantes
Protinus inſolito reſtrinxit more loquelas:
Donec prædicto fœcundum redderet ortu
Prolis anum: multos ſterilis quæ tenta per annos
Fudit diffidens effœta puerpera fœtum
Hic rerum ſolers, ſummuſque Archangelus ille,
C Aëra per liquidum, leuibus circundatus auris,
Vibrataſque mouens ignito corpore pennas:
Nulli conſpectis ad terram motibus ibat.
Et tum fortè gemens cunctorum crimina Noë
Inflexis ſtratus genibus, cum ſupplice planctu
Mundanis veniam mundo volente petebat:
Cum ſubito clauſis foribus tamen aliter intrat,
Conſpicuus claro reſplendens nuncius ore.
Horreſcit viſu tanto perterritus heros;
Mortaliſque oculus fulgorem ferre ſupernum
Vix valet, & pauidi detorquent lumina vultus.
D Ille ſalutiferis primùm mulcere timentem
Aggreditur verbis, cælique exponere iuſſus.
Hæc per me, ſummus pelagi terræque creator,
Imperat vt primùm conceſſa pace quietus
Excipias, noſtriſque fidem des optime verbis.
Inſperata quidem cunctis ſententia lethi
Imminet: hanc ſolus ſed enim tu euadere cladem,
Et præſcire potes: nam te calcata voluptas,
Iam pridem rectum toto diſcreuit ab orbe.
Vnica, ſed quoniam ſæuo te excludere letho
Forma moduſque poteſt: tantos euadere caſus
E Qualiter incipias, paucis ex ordine fabor.
Finis erit rerum permiſſis vndique lymphis,
Atque relaxata vaſtabitur orbis abyſſo.
Nunc age, congeſtu creſcat fortiſſima lignis
Machina, quæ ſurgens fluctus ſuperenatet omnes.
Tercentum cubitos, per longum ducta, tenebit,
Biſquinis latè claudetur, biſque vicenis
In triginta illè conſtabit culminis altum,
Triſtitia hic facies, ſimul & cœnacula, in illis
F Cuiuſque aſſeruans animalia plurima formæ,
Queis ſtatues variis diſcreta cubilia cellis.
Tum ne rimoſi compagum fortè meatus,
Accipiant inimicum imbrem, memor eſto linire
Iuncturas laterum, picémque infunde bitumen.
Taliter effectam cùm conſummaueris ædem,
Protinus ingredere, ac mundum dimitte cadentem,
Excluſit quem culpa frequens, includere clades
Incipiat, circumque fremant te ſoſpite mortes.
Quinetiam lateris ſociam ſuccedere tecto,*

Et cum coniugibus natos intrare iubeto.
Túque ſecundus eris deleti germinis auctor,
Vt te poſt primum repleatur terra parente.
Sed quid perfecto diuinis viribus orbe
Poſt operis finem, poſt leges, póſtque ſacrata
Sabbata, formare quidquam non conuenit vltra,
Ne penitus ceſſans intercidat omne creatum,
Spirantum è cunctis pecorum, celerúmque volucrum,
Siluarúmque feris, iumentorúmque potentum:
Vel quæ per tractos reptant labentia motus,
Bina cape, & tecum clauſtro victura recondе:
Si tamen vt proprios teneant ſua vincula ſexus,
Vnde genus rurſum tellus implenda reſumat.
Nec timeas ne fortè feros animantia motus
Seruent, aut ſolitis præſumant rictibus iras:
Fœdus erit cunctis, quæ diſcordantia profert
Per varios natura modos, & pace fideli
Parebit iuſſis, quicquid concluſeris illuc.
Serpentis tantum ſemper figmenta caueto,
Vertice ſubmiſſo blandum licet ille triſulcis
Finxerit abſcondens per dulcia ſibila linguis
Immortale odium: nec quidquam, ſi ſapis, illi
Credideris, blando ſermone infidus ineſcat.
Nam quicúmque ſemel lædendi quæſiit artes,
Hic ſemper ſuſpectus erit, penitúſque cauendum eſt,
Ne iam mentito coniungat fœdere prudens.
Tu poſt exemplum iuſſus ſeruire memento.
Hæc fatus vacuum leuibus ſecat aëra pennis
Mortalem fugiens aciem, cæloque relatus
Heroem trepidum mandata lege relinquit.
Ipſe tamen tali manibus cum voce leuatis,
Quiſquis, ait, nobis tantam ſpondere ſalutem.
Seu miſſus, ſeu ſponte venis ex æthere celſo,
Et placidum fauſto confirmas fœdere pactum:
Sis fautor, firmentque tuas promiſſa loquelas,
Auxiliumque tuum conatibus inſere noſtris,
Vt tenuis tantam valeat manus edere molem,
His breuiter dictis vitæ ſpem corde reponit,
Aggrediturque celer ſacri præcepta laboris.
Quis tantus capiat ſenſus? quis denique ſermo
Explicet, aduectis fuerit quæ copia lignis?
Nudari colles, ſpoliati arbore ſyluis,
Iam ſua certatim concedunt robora montes.
Pelion immenſas mittit de vertice quercus,
Inſuper exponit multa virtute reciſum
Oſſa nemus, Pindoque abies ſubducitur alto.
Atlas ipſe nouas ictu reſonante ſecures
Senſit, & annoſas dedit ad naualia pinus.
Immenſum tunc ſurgit opus, contexta leuatur
Porrectis trabibus præcelſis culminis ædes.
Hæc inter, diſcors varij ſententia vulgi
Nam multi lymphis obſtacula tanta parantem
Irriſere virum moles quod tanta moueri
Fluminibuſq; dari nequeant: quam forte nec amplis
Euphrates Nilúſve queant includere ripis.
Humani generis quid mens incredula reris,
Mortalem non poſſe manum coniungere ponto
Ædem longinquam? pontus namque obuius vltro
Curret, & adductum tanget ſtans fabrica litus.
Aſt alios celſam compacto robore maſſam

A (Ignaros quanquam cladis cauſæque latentis)
Mirari nouitas & formidare coëgit.
Haud aliter ſtudium iam tunc diuiſerat omnes
Quàm nunc mundus agit, ſunt qui compuncta fideli
Corda dicant operi, rebuſque inſtare ſupremum
Diſcrimen norunt: corpus cinis concidet omne,
Bacchatamque diu conſument ſecula carnem:
Effugiet tunc ille malum, quicumque paratus
Præduri validam ædificarit tegminis arcam,
Per lignum vitale crucis ſeruatus ab vndis.
Tunc cernet quanto contempſerit otia fructu,
B Hunc tamen interea ſudantem, operique vacantem,
Nonne piger lucri quiſquis tædenſque laboris
Inſanire putet? cura quod ſolus inani
Æſtuet, & rebus nolit pereuntibus vti?
Sic epulans parcum, ſic largum quiſquis auarus,
Sic nudum raptor, ſic caſtum ridet adulter,
Sic circumſcribens illuſo ſimplice gaudet,
Sic ſapuiſſe dolet diues, dum congregat aurum
Spargentem nummos varios in pauperis vſus:
Conſumptis opibus miſerum ratus eſſe beatum.
Ergo repentinum iudex cum cerneret orbi
C Aduentare, diem, finis, ſic protinus inquit,
Imminet, vt iuſti quondam ſub tempore Noë,
Diluuium varios mundi cùm repperit actus,
Et carnem conſumpſit aquis, opifexque ſalutis
Euaſit facto diffuſa pericula clauſtro.
Hæc Euangelicis ſunt inclamata figuris.
Prouidus interea conſummat conditor arcam.
Tunc iuſſæ accurrunt volucres, tunc beſtia quæque
Conſuetum linquens ſiluoſo tegmine luſtrum,
Depoſita feritate venit, ſeſeque tenendam
Ingerit occurrens, & libertate relicta
Includi gaudet, tantum decreta futuri
D Vis valet: occultus brutis in ſenſibus ardet
Terror, & expectans agitat formidine mentem:
Aſt homines quos ſors certi diſcriminis vrget,
Vicina nec morte pauent, ſic vindice cælo
Securos lætoſque reos tellure Gomorrhæ,
Iam prope ſub flammis ſententia dicta videbat.
At contra Niniuæ populis terrore ſalubri
Præualuit pro pace metus: tam venerat illuc
Iuſſus, multum ille, & terris iactatus & alto,
Qui clamaturus tantæ diſcrimina plebi,
Diluuium timuit, mundo conſtante Propheta.
E Hauſerat hunc valido peruadens bellua rictu,
Immerſumque mari ventris concluſerat arca.
Deglutire virum, fauces implere capaces,
Ardenti monſtro cum ſic permiſſa poteſtas
Non licuit, mordere tamen, nil dentibus actum eſt,
Sed cupidum intrauit deludens præda vorantem,
Inuaſuſque cibus ieiuna vixit in aluo.
Dumque illum ternos agitaſſet bellua ſoles,
Et noctes totidem, ac lutus vacuanda viderent,
F Tunc caſtigatum vomuere ergaſtula paſtum.
Vt monſtro exutus vates, cælumque recepit,
Contingens terras magnam tunc perſitus vrbem
Terribili cum voce petens: vis criminis, inquit,
Ardentis niſi pœniteat, purgabitur igni:
Iamque venit finis, opus eſt hoc dicere venit,
Non plus fatus erat, totus coniurat in omne
Lamentum populus, concurrunt vndique fletus,

Pectora tunduntur, cælum ſuſpiria pulſant,
Mollibus abiectis, cilicum dant tegmina ſetæ,
Inque cibos cineres, lacrymas in pocula fundunt.
Ipſe etiam dignus tali qui tempore princeps
Ante aciem ſlentum portet vexilla ſalutis,
Atque (nouum dictu) metuens diſcrimina vincat,
Proiicit hinc ſceptrum, linquit ſublime tribunal,
Pallia blatarum ſpreto diffibulat auro,
Serica deſpiciens, atque aſpera tegmina ſumens.
At pius ex alto contemplans talia rector,
Exertas reuocat ſedatis motibus iras,
Vibrandúmque tenens reſtringit miſſile ferrum.
Ergo vbi collegit ſilueſtres vndique ſexus,
Incluſitque feras pecudum, tunc eligit illa
Sumere quæ licitũ eſt, & ob id quæ munda vocantur.
Hinc centum ſeptena dedit viuentia clauſtro.
Vt ternis paribus ſeruato ſemine ſalus,
Septima quæ fuerint ſacris quandoque litentur.
Et iam vitalis concluſerat omnia carcer.
Tunc iunctum cunctoſque ſuos natoſque nuruſque
Accipit expectans clauſtrum, vitæque reponit.
Nam ſeruos nondum dederat natura vocari,
Nec dominos famulus diſcernere nouerat ordo,
Primus enim maculam ſeruili nomine ſenſit,
Huius natorum medius, qui forte cachinno
Diſſectum petiit miſero ſpectamine patrem,
Materiamque ſui riſit deformior ortus,
Quod poſtquam ſanctus Noë reſciuit, in iras
Ardet, & irriſi ſeruum pro crimine patris
Germanis iubet eſſe ſuis: primum inde repertum
Seruitij nomen, cunctis nam ſemine ab vno
Prodiimus, patremque omnis ſibi vendicat vnum
Poſteritas, deque ingenuo mala crimina ſeruum
Efficiunt: quod ſi vitam poſt degat honeſtam,
Natales faciens ſibimet: iam nobilis inde eſt.
Seruitij cauſas igitur feciſſe reatus
Cernitur, & liber peccans, fit crimine ſeruus.
Nuncius interea dudum qui miſſus ab alto,
Detulerat iuſto cæleſtis munera verbi,
Vt clauſam vidit perfectis omnibus arcam
Expectare diem, rurſus deſcendere cælo
Feſtinans, laxos firmauit cardine poſtes,
Incluſitque viros atque oſtia fortia traxit,
Confeſtimque leuans ſupero ſe rettulit axi.
Æuo ſexcentos ſenior tanſcenderat annos,
Lunáque bis plenos addebat menſtrua curſus,
Septimus & decimus qui poſt illuxerat orbi,
Vltimus ille dies, iam tunc dedit omnia letho.
Ilicet obtegitur cælum, nimiiſque tenebris
Victa repelluntur fuſcati lumina ſolis,
Inſanas hominum mentes vix tangere terror
Cœperat, inſolito mox profluuo æthere nimbus,
Et valido primum ſimilis demittitur imbri.
Arida terrarum pariter maduere per orbem,
Vna fuit toto facies & nubila cælo
Ægyptus tunc ipſa nouas expauit ad vndas,
Alſit, & infuſus Garamas dudúmque calentes
Humida Maſſilias tetigerunt frigora Syrtes.
Nec longum pluuiæ ſpecies, non denique guttæ
Stillant, ſed rupto funduntur flumina cælo.
Non aliter Tanais niuibus compaſcitur albis,
Ryphæo de monte ruens illiditur amnis,

A Præcipitátque ſimul longo quod tramite ducat.
Vndarum tali quatitur certamine tellus,
Fitque latus inſtar compreſſus fluctibus aër.
Nec tamen hic lymphas tantum fudere ſuperna,
Terreſtres etiam mundus conſurgit in iras,
Rumpitur omne ſolum, crebros dant arua meatus,
Proſiliunt fontes, ignotaque flumina manant.
Vergitur in ſurſum mutato pondere nimbus.
Inde cadens cælis, hinc terris vndique ſurgens,
Occurrit mox vnda ſibi, iunctoque furore
B Coniurant elementa neci, tranſcenditur omnis
Riparum limes fluuiis, atque obice rupto
Sæuit laxatis diſcurrens humor habenis.
Sed cùm diffuſæ ſpatium concludere terræ
Omnia certarent, mundúmque implere capacem:
Suſpendi forſan potuit ſententia lethi,
Atque mora maiore trahi, quo tardius omnem
Concedens ſpacium rapiat mors vltima carnem.
Ni pater Oceanus, mundum indignatus in ipſum,
Qui terras omnes tantum vno littore cingit,
Exiret, rumpenſque fidem perfunderet arua,
C Ergo vt peruerſi vindex crudelior orbis,
Diſſipat æternas leges, & ſede relicta
Regna aliena petens, naturæ fœdera turbat.
Vt duros primùm pelagi ſenſere furores
Illuſtres fluuij, magnos quos inclita curſu
Fama refert, motuſque nouos ſtupere parumper.
Vt credas ſapuiſſe fugam, ſic verſa retrorſum
Vndarum in terris ſublata volumina ſpargunt.
Inſequitur tamen Oceanus, refugiſque fluentis
Imminet, & ſalſis impellit motibus amnes.
Tunc maior ſtrepitu tanto mortalibus ægris
D Fit metus: aſcendunt turres; & celſa domorum
Culmina, præſentémque iuuat vel tempore paruo
Sic differre necem, multos dum ſcandere tentant,
Creſcens vnda trahit: quoſdam fugitare volentes
Conſequitur, curſúque fugam deprendit inanem,
Aſt alij longo iactantes membra natatu,
Defeſſi ſpirant animas, aut pondere nimbi
Obruta flamineas immixta per æquora lymphas
In quocunque bibunt morientia corpora monte.
Ædibus impulſis alij periere ruina,
Cumque vndis fluxere ſimul dominuſque domuſque.
E It fragor in cælum, ſonitu collectus ab omni,
Quadrupedumque greges, humana in morte ruentũ,
Augent confuſos permixta voce tumultus.
Hæc inter miſeri feruentia funera mundi,
Prægrauis inſanis pulſatur motibus arca.
Compageſque tremunt, ſtridens iunctura laborat.
Nec tamẽ obſtructã penetrat vis improba, quanquã
Verberet, & ſolidam fluctu feriente fatiget:
Non aliter crebras Eccleſia vera procellas
Suſtinet, & ſæuis nunc diuexatur ab vndis:
F Hinc gentilis agit duros ſine more furores,
Hinc Iudæa fremit, rabidoque hanc impetit ore.
Hæreſeon veſana, furens exinde charybdis
Concutit, & Graiũm ſapientia ſtulta ſophorum.
Quæ quanquam inter ſe vario certamine pugnant,
Debellanda tamen ſi quando Eccleſia, gaudent
Conſenſu vnanimi Chriſti conſurgere contra
Nauiculam, & vanis mendacia fingere verbis.
Sed clauſam vacuo pulſant impune latratu.

Iam medium creſcens arcæ contexerat vnda,
Commòratque cauam ſuſpendens vndique molem:
Sed melius tutam, facili portante natatu,
Quoque vocant, vndæ ſequitur iam mobile pondus,
Sic nos ſeruati meliora in tempora, mundo
Cedere diſcamus, dum ducimur: omne reſiſtens,
Si flecti neſcit, metuat vel pondere frangi.
Sed ſic cedamus, fluxum ne ſentiat intus,
Peccatum ve trahat mens impenetrabilis vllum.
Nauigat interea clauſtro commiſſus euntis
Fons vitæ, ſeruatque furens ſuper omnia pontus
Orbis depoſitum, fido quod tegmine promat,
Cùm pax terrarum reddi ſibi debita poſcet.
Sic fluitanti vndæ tellus ſubducitur omnis.
Quinetiam inſitæ liquidum ſuper æthera ſummis
Collibus impoſitæ vicerunt edita lymphæ.
Delituit tellus ponto tum piniger Othrys,
Parnaſſi vertex cautem non protulit altam.
Ipſa cupreſſiferi latuerunt ſaxa Licæi.
Subductæ rupes, æquatæ fluctibus Alpes
Excluſis domibus, totus iam denique mundus
Axis & vnda fuit: nam cunctis morte ſubacta
Regnabant pelagi ſiluoſo in gurgite monſtra,
Et iam vicinum pulſabant humida cælum.
Iámque quater denis manabat noctibus imber,
Compleratque necem, nec mors quod tolleret vltra
Inueniens, iuſtum audebat contingere Noë.
Frenantur tandem pluuiæ, reſplendet & æther,
Redditur & cæli vultu, ſolque ipſe reductus,
Sed non inuentis qui reddat lumina terris.
Tantum in aquis lucens triſtis videt æquora fulgor,
Cúmque etiam radios admotas frangit in vndas,
Tum conſumendis feruens ac proximus inſtat.
Non minus & patuli terræ clauduntur hiatus,
Quæque prius vomuit lethali ex ore fluenta,
Obicibus propriis conſtricta reſorbet abyſſus.
Nec tamen vt breuiter concreuerat, vnda receſſit.
Siccant non pauci longo ſub tempore menſes,
Quod pauci fudere dies, iam ducta natatu,
Armeniæ celſis inſtabat montibus arca,
Et nondum nudis fundo conſederat arcis.
Vt ſtabilem ſenſit ſenior, motuque carentem,
Nec fluitare natans ventoſa per æquora lignum,
Credidit abductis nituiſſe liquoribus orbem.
Tunc reſerat ſummam ſublimi à fronte feneſtram,
Emiſſa refluos exploret vt alite fuctus:
Illa volans longo diuerberat aëra plauſu,
Pennarumque leues diffundit motibus auras,
Cúmque diu feſſis vndas perſtringeret alis,
Nec locus optatam requiem concederet vllus:
Conſuetum repetit proſpecto ex æquore clauſtrum.
Exceptam ſenior manibus tunc colligit intus,
Aduertens nullas patuiſſe per humida terras.
Interea magna pontus ſe mole mouendo,
In chaos antiquum linquens mundana redibat.
Excelſi tandem proferre cacumina primùm
Incipiunt, poſt quos parui crebreſcere montes.
At verò vt pelagus cinxerunt littora priſcum,
Oceanuſque ſacer notas collectus in oras,
Contentus ſolito labentia flumina tractu,
Sorbuit, & cunctis diſtrinxit frena fluentis,
Torrenteſque ſuæ clauſerunt vndique foſſæ.

A *Libera ſubductis nituit mox arida lymphis.*
Tunc interpoſito producens tempore coruum
Scire cupit ſenior, vacuumque interrogat orbem.
Ales vt extenſis nitidum petit aëra pennis,
Aſpiciens plenis immenſa cadauera terris,
Carnibus incumbens, & mox oblita reuerti,
Rectorem placidum communi in ſede reliquit.
Sic neſcis Iudæa fidem ſeruare magiſtro,
Sic carnem dimiſſus amas, ſic gratia nunquam
Cuſtodi vitæ dominoque rependitur vlla.
Mente vaga ſic laſſus abis, ſic fœdera legis
B *Rupiſti, & primum violaſti perfide pactum.*
Temporis vt ſpacio ſenior collegit, inertem
Iam potuiſſe ſuis coruum ſe reddere clauſtris:
Ignarus tardi reditus, cauſæque morandi,
Ne fors innexis feſſum conſumpſerit alis,
Iunxerit & cunctis pereuntibus vnda recurrens.
Protinus albentem mittit de ſede columbam.
Illa memor iuſti, rapido petit arua volatu,
Paciferumque videns ramum viridantis oliuæ
Decerpit, mitique refert ad condita roſtro.
Talis legatus firmauit fœdera ſimplex
Indicio, purùmque pius ſic comperit orbem.
C *Integer immenſum vertebat circinus annum;*
Quo felix clauſtrum ſpirantia cuncta tenebat:
Tunc pater ablatis obducta repagula valuis
Pandit, & incluſis diſſuetum reddere ſolem
Incipit, effœto redeant vt ſemina mundo.
Antè tamen iuſtus ſubeat quàm ſparſa vagari;
Singula de ſeptem quæ dudum claudere munda
Curauit, natis pariter nuribuſque vocatis,
Ceſpite conſtructa diſponens immolat ara,
Accendens ſanctos his primum altaribus ignes.
D *Plurima dum magnis adolentur corpora flammis;*
Et numeroſa leuat per pinguem victima fumum:
Suauis odor tetigit lætum trans æthera cælum,
Primáque purgati ſuſcepta eſt hoſtia mundi.
Tunc igni permixta ſacro vox intonat iſta.
Hactenus infectus contagia traxerit orbis,
Sufficiat tranaſſe nefas, mundata lauando
Perpetuò maneat tellus, vultúſque reductos
Contineant elementa ſuos: haud amplius vllis
Perturbata malis moles mundana fatiſcat.
E *Vos quoque quos lethi ſaluauit tempore vita,*
Incluſoſque tenens caſu defendit ab omni,
Ducite ſecurum ſeruatis legibus æuum:
Vóſque caput generis fœcundo ſemine prolem
Spargite, diffuſum latè quæ compleat orbem,
Deletum inſtauret numerum, dominetur & orbi,
Fertile quinetiam reddant animantia germen,
Quod tamen inflexum famulabitur ordine priſco.
Porrò autem terris ex hoc iam non erit vltra
Diluuium regnans, carnem quod conterat omnem.
E *Vnum quod fuerit ſigno monſtrabitur vno.*
Nec ſimilem repetita necem peccata videbunt.
Et ſi crimen erit, terror non deerit alter.
Sic vnum genitor iurans baptiſma ſacrabat,
Vt ſemel abluto lymphis purgantibus orbe,
Baptiſmum haud liceat nobis ſperare ſecundum.
Vix tribus exactis cæli iam partibus ibat
Pronus in occaſum radius, cùm fortè remotam
Axe ſub Eoo iuſſu contingere nubem.

Protulit excuſſum madefacto ex aëre ſignum,
Arcus & enituit quam nunc Thaumantida Graio,
Irim Romuleo vocitant ſermone poëtæ.
Pendulus obliquum ſolem cum ſenſerit humor,
Ancipites vario mittens ſplendore colores.
Nec numerare queas, ſic mixtos lumine viſus
Multiplici illudunt diuerſis vultibus orbes.
Saphyrio, viridi, maculoſo, cærulo, & albo,
Purpureum de nube trahit, de ſole coruſcum,
De cælo rutilum, de terra ſumit & atrum.
Et nunc adiunctis qua conſtant hæc elementis
Sic diuerſa putas, vt concordantia cernas.
Hanc formam ſigno trepidis mortalibus arcus
Præſtitit eſſe Deus, promittens nube ſerenum,
Nullàque iam terris debere pericula cælum.
Nunc quiſquis ſemel allatam ſeruare ſalutem
Optas, ſignatum potius ſigno inſpice Chriſtum.
Verus enim atque vnus firmati fœderis arcus
Ille Deum atque homines inter, qui virgine carne
Virgineo ex vtero ſumpta, iam munere lucet
Multiplici in cælo varius, ſed fulgidus omni
Vitalem monſtrat ſacrati pignoris arcum.
Hunc coram aſpicies, quiſquis baptiſmate tinctus,
Ad cælum liber culpis pereuntibus ibis.
Quòd verò Noë ſparſis ſaluatur in vndis,
Baptiſmi hinc formam Petro teſtante docemur.
Arca vetus Noë, Chriſti eſt eccleſia, per quam,
Extra etiam quàm nemo poteſt ſaluarier: ergo,
Quicunque es Chriſti baptiſmate lotus in arca,
Hoc votis precibúſque petas, hoc fletibus opta:
Ne redeant peccata tibi, ne merſa leuentur,
Mortua ne ſurgant, neu debellata rebellent.
Ne poſt ablatum valeant diſcrimina crimen,
Et flammam timeas, quia iam non ſuppetit vnda.

ALCIMI AVITI DE TRANSITV Maris rubri, Liber V.

HActenus in terris vndas ſediſſe canenti,
Terram inter fluctus aperit nunc carminis ordo,
Illic diluuium quos perderet, ante potiuit,
Hic ad diluuium plene ſuccenſa furore,
Sponte ſua current perituræ millia gentis.
Suſtinuit duros externa in ſede labores,
Cùm Peluſiacæ ſeruiret ſubdita genti
Plebs oppreſſa diu: denſi quam pondere cœni,
Et laterum numeris, operis menſura diurni,
Afflictam ſæui vexabat fraude tyranni:
Inuiſam ſibimet frendens qui creſcere turbam,
Augeri doluit famulos, námque ille vocatis
Cunctis Ægypti obſtetricibus, imperat illis
Vt quoſcúnque mares lux alma emittet, ad vnum
Interimant, ſolæ euadant ea fata puellæ:
Sed tamen auerſæ fugerunt talia matres,
Atque interdictos renuerunt perdere fœtus,
Perſiſtente Deo plebem diffundere ſanctam.
Quóque magis mens cæca trahit crudelia pacta,
Hoc plus accreſcunt teneræ primordia gentis.
Viderat interea genitor de ſede ſuperna,
Afflictámque manum placido proſpexerat ore:
A Iam ſacer innocuas dederat de fomite flammas,
Et rubus in rubeo viridis permanſerat æſtu,
Quo ſigno ſpinas noſtræ ferueſcere mentis,
Et lucere bonis, qui non conſumeret ignem,
Sed tenebras mundi auferret, pia pectora noſſent,
Illicet electi vates mandata ferebant,
Depromit regi cum primus talia Moſes,
Seruitij longo laſſatam pondere plebem,
Oppreſſos cophinis humeros, attritáque colla,
Quáſque opus aſſiduum fecit dureſcere palmas,
Laxandi iam tempus adeſt, dimitte precantes,
B Tandem cæleſti domino perſoluere vota,
Et complere datos patrio moderamine ritus.
Ille fremens inquit quæ tanti cauſſa tumultus?
Quiſve nouus populum Deus exigit, omne miſſo?
Scilicet hæc vacuæ tangunt cæleſtia curæ,
Et dominus dominis famulos nunc tollere priſcos,
Noſtráque vult populum contemnere iuſſa rebellem,
Quis Deus iſte recens, cui nunc parere neceſſe eſt:
Eſtne aliquid quæſo mihi formidabile? verum
Iam video, veſtras ſeducunt ocia mentes,
Et niſi laxatos requies conceſſa foueret,
C Nulla ſuperuacnis tererentur tempora verbis:
Quæ ſi caſtigans reſtringat ſarcina maior,
Illicitus vetitum conari deſinet auſus.
At vos ſignifero qui talia vota ducatu.
Inſtruitis, vano & plebem ſubuertitis ore,
Conſpectus vitate meos, vultumque cauete.
Ditem namque Pharon vel potentiſſime currus
Teſtor Nile tuos, & diuæ vocis Anubin,
Cum rabidus latrat, iam non impune futurum,
Si noſtrum rurſus repetant hæc dicta tribunal,
Sentiet iratum mens hæc temeraria regem.
D Virgam forte manu geſtabat legifer heres,
Quo baculo nitens greſſum dum dextra regebat,
Excutit hanc valido proiectam cominus ictus,
Tum (mirum dictu) commotum ſerpere lignum:
Non inſenſibiles ceu promit palmite ramos,
Vita mouens tantum, quos altum creſcere cernis,
Nõ etiam ſentire, ſed hic multo amplius actum eſt:
Fluxit enim reptans, mutari & corporis vſu
Senſum animumque gerens cœpit decurrere virga,
Mox anguem formata refert, conterritus hæſit,
E Æternumque niger tunc palluit ore tyrannus.
Sed ne confuſum tali ſuccumbere ſigno
Cerneret aſſiſtens vultu nutante ſatelles,
Diſſimolat peragi cæleſti numine factum.
Nec diuina volens, hominum ſed geſta putari.
Tunc mandat quoſcunq; Magos, & carmina doctos
Illicitam diris tentent vt fraudibus artem.
Vndique tunc iuſſi concurrunt, & medicatas
Armant quiſque ſuas noto phantaſmate virgas.
Dant iactæ vanas ſpecies, angueſque putati
E Illuſos terrent oculos, fallente figura.
Nec longum tumuere Magi, conſumitur omne
Quod feciſſe rati, fictos namque arte dracones
Primus adhuc mordax abſorbuit ore ceraſta.
Poſtquam virtutis clauſit ſpectacula Moſes,
Victoriſque tenens erexit in aëra caudam:
Decedit ſerpens ligno, vultuſque recedit.
Diriguere vagi durato corpore flexus.
Quid multis ſit virga prior, qua deinde ſacerdos

Plurima ſucciduo monſtrauit tempore ſigna.
Hinc dirum frendens Pharaonis conſcius ardor,
Diuinæ incepit per cuncta reſiſtere dextræ,
Quæ iam cognoſcens, noluit tamen ipſe fateri.
Protinus excluſos iuſſit diſcedere vates.
Illi diuinas pulſant cum fletibus aures
Vt fremitus gentis tandem frænetur iniquæ,
Quam grauius ſæuam monitis fecère ſuperni.
Ipſis quinetiam cæleſtibus arma minantem.
Tum pater accipiens gemitus lacrymaſq; precantū,
Taliter hortatu blando ſolatur amaros.
Ne tantum vacuo ſubmittite corda timori
Plebs mea, quam toto mundi de corpore ſumptam
Elegi, & propria ſolam mihi ſorte ſacraui.
Iam nunc cernetis quanto primordia veſtra
Proſequar auxilio, veſtros vt proſequar hoſtes.
Ducam ſublimem portenta per omnia dextram.
Nec valet in paucis Pharius rex cedere ſignis,
Longius vt duram vincant miracula mentem.
Poſt hæc laxatos etiam diſcedere coget,
Expelletque ſolo: quod nunc negat, ingeret vltro.
Ibitis ad magnas poſt fortia prælia ſedes,
Qua vocat expectans præfertilis vbere terra,
Et claras victis condetis gentibus vrbes.
Vos modo promiſſis tantum confidite donis,
Et quos depoſcent ingentia facta labores,
Læta ferat virtus, ſeſeque ad proſpera ſeruet.
Talibus auditis melior ſpes arripit illos,
Attollunt animos, palmaſque ad ſidera tendunt,
Concipiuntque fidem votis, grateſque rependunt.
Poſtera lux dubios primum præmiſerat ortus,
Et ſucceſſorem depulſa nocte ferebat
Inſiſtens aurora diem: tum flumina ſanguis
Imbuit, & ſubito maduerunt arua cruore.
Sed non in minimis portentum hoc contigit vndis,
Fluuiorum rex ipſe rubet, nec lumine priſco
Nilus agit proprium quem ſumpſit fonte nitorem.
Vndarum vice ſanguis ineſt, non corpore fuſus
Aut de ſtrage, ſed irato delapſus olympo.
Ergo hinc naribus obſtructis, victoque natatu,
Interiere ſimul peregrini in gurgite craſſo,
Auxeruntque ſuo ſaniem de funere piſces.
Forte & ſanguineus mortis cladiſque futuræ
Indicium iam Nilus erat: qui protinus omnes
Ægypti terras, vel quo patet ampla Canopus,
Et portentoſæ tellus vaſtiſſima Memphis,
Imbiberat dirum ſpargens per rura cruorem.
Et iam inter pingues ſitiens defecerat vndas
Ægyptus, ſi non celerem ſuper arua medelam
Afferret, Niloque ſuas Deus inderet vndas.
Tum vero vt requiem peſtis ſubducta reduxit,
Effertur rurſus dilata morte tyrannus,
Et vix euaſæ ſpernens diſcrimina mortis,
Innocuam flagris perſiſtit ſubdere gentem,
Nil iuuat hic multis omnem narrare ſuperbi
Perfidiam, & duri periuria dicere regis?
Protinus vt duris inſontem affligere gentem
Imperiis, rurſum ſolita inclementia cœpit,
Vnda putreſcenti vix dum purgata cruore,
Ranarum fœdis implenit ſaltibus vrbes.
Complentur cellæ penetraliaque abdita ranis.
Ipſa etiam raucas regalis purpura voces

A Suſtinet, atque ſuis homines ſubmittere iuſſit
Sueta, lacuſtuleis frendet ſuccumbere ranis.
Quarum mox cumulis flamma tonitruque ſubactis
Nec ſi crudelis placata eſt ira tyranni
Ergo muſcarum (Cyniſes dixere) peremptis
Confeſtim ranis, examina plurima ſurgunt,
Pendula quæ portant leuibus corpuſcula ventis,
Pennarumque vices peragunt ſtridentibus alis.
Mox ſeſe pariter fundunt, atque omnia complent.
Et licet immerſis defigant vulnera roſtris,
Plus horror quàm pœna monet, plus vulnere terror.
B Vt vero infectam corrupto ex aere peſtem
Suſtulit ad Moſi pia vota pioſque precatus
Ventus agens, creuitque mali iracundia regis,
Nec terrore mali clementia longior eius
Conſtitit, ablatis purgato ex aëre muſcis
Succedunt aliæ grauibus: quibus impius heros
Nequidquam motus noua mox diſcrimina ſenſit.
Nimirum grauis inuadens animalia tabes
Omnia dat letho, & crudelia funera ſpargit.
Hebræiſque cadunt iumenta Ægyptia ſaluis:
At cum nec tali commotus clade tyrannus,
C Vexare Hebræos pœnis iam pergeret auctis,
Mox diræ clades in cælum puluere ſparſo
Surgunt, & penitus turgentia vulnera membris.
Et ſacer incubuit percuſſis oſſibus ignis,
Et morbus mentis diſcrimina corporis auget.
Tranſierat iamque illa dies, tum luce ſequuta
Admonito tantis ne quidquam principe plagis,
Concutitur cælum tonitru, nubeſque coactæ
Terribili ſplendore micant, fert omnia fulgor
Coniuratæ omnes vno ſub tempore mortes
Aethere turbato torris elementa minantur.
D Et tonitru inſeritur prægrandi pondere grando:
Non iam guttatim in terras de nubibus exit,
Sed quodcunque cadens vt deprimat, atque ruinam
Pondere vel ſolo faciat: coniungitur ergo
Grandineum flammis feruentibus aëre frigus,
Poſtquā hominū ſtragem mixta cū grandine flamma
Negligit euaſo Pharius diſcrimine princeps:
Exin reſtantem ſurgit conſumere fructum
Bruchus, & excuſſo confidens crure locuſta.
Sed quoniam durata malis, & neſcia flecti,
E Hanc nihili cladem calloſa ſuperbia duxit:
Inſequitur velox grauius quæ vindicet ira,
Cæcas mane nouo ſurgens ſol ſparſerat vmbras,
Et lætus iubaris ſplendebat fronte ſereni:
Cum mediam ſeſe opponit teterrima nubes,
Naſcentemque diem depulſo lumine claudit,
In molem nox denſa coit, perit obrutus aër,
Palpanteſque manus denſas ſenſere tenebras.
Quod ſi ſopitas flando quis ſuſcitet ignes,
Aut flammas excire velit: compreſſa notantur
Lumina, nec vibrant reſtricto munere motus.
F Et quo quemque loco tenebroſus repperit horror
Continuit, nullum vidit, nec viſus ab vllo eſt.
Squallentes pariter viuentia millia credas
Infernas intraſſe domos, aut forte reuulſo
Obice terrarum patriam ſordentis abyſſi
Migraſſe in ſuperos ac mundum luce fugata
Sub leges miſiſſe ſuas: tres perdidit iſta
Nocte dies, digne pendens periuria tellus;

Quæ Phario regi ſuberat, nec ſenſerat vllas
Sole fruens ſolito, plebes Hebræa tenebras.
Interea Moſes lacrymas, ieiunia, vota
Continuat, precibuſque frequens ac peruigil inſtat,
Maioris natu fultus ſolamina fratris.
Vnde & diuinæ meritus ſolacia vocis
Inſtruitur ritus, domino ſic fante, ſacratos.
Cernis quam varia deſudans clade reatum,
Sed tamen immota perſtans ceruice rebellis,
Ægyptus contrita gemat, formidine tantum
Ducta necis: monſtrat propius mens turgida lethũ,
Nec feram inſinuant iſthæc portenta ruinam:
Vnus adhuc ſupereſt, qui vindicet omnia luctus,
Poſtque nouem decima percellat cæde merentes.
Vos modo perpetuos ſacrorum diſcite ritus,
Manſuroſque ſua cultus in lege tenete
Principio in cunctis, orbis quos circinat, anni
Menſibus, iſte caput poſthæc ſit & ordine primus,
Lunaque bis ſeptem cum fecerit addita noctes,
Veſperaque extremæ iam cœperit eſſe diei:
Manſuetum annalis tum ſumite temporis agnum.
Qui careat macula, & purum det corpore vellus
Quem dum quiſq; tribu in propria mactauerit, eius
Illinat effuſo confeſtim ſanguine poſtes.
Hoc dabit indicium ſeruandæ cura ſalutis,
Cum percuſſor aget, tacitam ſine vulnere cladem.
Nam quodcunque ſacro limen maduiſſe cruore
Viderit, hinc illo tranſilit ad altera ſaluo
Limina, nec genti ſpes vlla accedit Hebrææ
Hanc præter, noſtræ quæ prima eſt forma ſalutis.
Hinc euaſuros diri Pharaonis & omnis
Ægypti imperium, velut agni ſanguis inunctus
Poſtibus, immunes crudeli à funere fecit.
Sic agni illius Chriſti, qui vellera neſcit
Noxia, qui nullum contraxit corpore næuum,
Inter labentis feruentia funera mundi,
Sanguis ab inferno miſeros Pharaone redemit,
Ægyptique dedit ſaluos euadere terram.
Ergo agnoſce tuum in nobis rex Chriſte cruorem,
Atque tuos educ Ægypti è carcere ſeruos,
Et quocunque loco ſanctus mactaberis agnus,
Inque cibos ſanctum porrexerit hoſtia corpus
Chriſte tuum, non attingat tua dextera vindex.
Præterea veterem exutos formamque, virumque,
In vitæ nouitate tuum fac ſumere corpus,
Et ſacrum æterni calicis potare cruorem.
Finierat rector, legeſque & fœdera phaſe
Deſierat mandare ſuis, quod protinus omnes
Arripuere ſimul: peragunt conuiuia læti,
Solenniſque nouo cultu diſponitur eſus,
Tranſeat ad ſacros quæ condita forma nepotes.
Nox erat, & mediam carpebant cuncta quietem,
Vmbraque libratas iamiam diuiſerat horas:
Ecce venit tacito per dira ſilentia motu
Angelus, exerto miſſus qui ſæuiat enſe,
Nec confuſa datur ſubiti ſententia lethi:
Non hic luce opus eſt, clarè longeque videtur
Quem petis in tenebris præfixi funeris ordo.
Maiores natu pereunt, ſolique leguntur
Ad mortem, primos luci quos edidit ortus.
Cum dominis pereunt famuli, natique potentum
Permixta cum plebe cadunt, viliſque perinde, ac
A *Quem tenet aurati morientem purpura fulcri.*
Serica ducuntur nihili vt pannoſa, parique
Diſparibus ſtratis ſternuntur corpora letho.
Non quenquam mors æqua timet, non excipit vllos,
In viuis tantum qui diſcernuntur honores.
Pauperis ad fletum nulla pietate mouetur,
Ditibus vt parcat, nullo corrumpitur auro
Angelus, æqualique exterminat omnia lance.
Ægrotum ſanus, longæuum iunior ante
Migrat, cumque omnes eadem mors percutit, vnũ id
B *Et ſolum ſupereſt, vitæ diſcrimen in illis,*
Viuant vt meritis ſuperata morte, ſuique
Præmia ſuſcipiant dudum promiſſa laboris,
Qui ſuperum in terra monitis ſtuduere tenendis.
Contrà qui tantum carni indulſere, neglecto
Spiritu, in æternos rapiantur protinus ignes.
Ergo vbi percuſſas ſoboles confuſa repente
Aula videt, currunt flentes ad funera matres,
Pectora contendunt pugnis, crineſque reuellunt
Vnguibus, & nigras feſtinant ſcindere malas.
Nec pauca planxere diu, mox occupat omnes
C *Luctus, quamque ſuis, ſonat vnus in æthere clamor*
Non vno ex fletu: gemitu conterritus aër.
Nulla vacans à morte domus: tum lumine multo
Tota curatur populoſum funus in vrbe,
Coguntur que ſuam prolem mœrere merentes:
Nec iam funebres peragi cum funere ludos
Turba dolorque ſinit, tantus tremor occupat omnes,
Quin etiam niſi plebeios & honore carentes
Sacraſſent igni, aut foſſa tellure locaſſent,
Nullæ ſufficerent capiendis omnibus vrnæ.
Tunc regem circum commota murmure ſiſtit
D *Mæſta cohors, triſteſque trahens ex ore loquelas:*
Heus (inquit) noſtris aduerſa potentia rebus
Hebræi populi, toties cui vindice dextra
Militat omne malum, totus cui denique mundus
Seruit, & irato ſuccedunt proſpera cælo.
Vis quædam ſecreta Dei, maiorque poteſtas
Hæc in ſceptra furit gentemque vlciſcitur ipſam:
Quin etiam noſtræ ſeruant contraria genti
Victores elementa ſuos: coniurat in omnes
Et cælum & tellus Pharios coniurat & aër,
En iacet Ægyptus, nec iam reparabilis vltra.
E *Atque vtinam pœnas & dura pericula viuis*
Ferret adhuc diuina manus, nec funere tanto
Deceptam ſubita vacuaſſet ſede Canopum:
Tandem parce ſolo, cauſaſque expelle ruinæ.
Dum leuior ſtrages, ſuperant dum millia noſtræ
Gentis adhuc grauiora prius, quàm funera triſtes
Experti, non poſſimus cum forte volemus,
Quin diram eiecto depellimus hoſpite cladem?
Nilne mouet noſter natorum funere planctus?
F *Quod niſi communi fortaſſe mouebere planctu,*
Vel nati mors dira tui, te vindice zelo
Commoueat, pulſiſque illis, fac pauca ſuperſtent
Pignora, quæ tantum abſtergant ſeruata dolorem,
Et detruncata reparent diſpendia gentis.
His dictis lacrymas populus dedit ipſa ſuperbi
Frangitur ad fletum dira inclementia regis.
Hæc perturbata ſed dum tractantur in aula,
Hebræi, vatum ſtudio monitiſque ſupernis,
Optima quæque parant ad ſacra, epulaſq; requirũt.

aſaque ſolennis quæ poſcit plurima cultus,
rnamenta etiam veſteſque, monilia, gemmas,
Mutua ab Ægypto plebes Hebræa requirit
onfeſtim reddenda ſibi: mox commodat illis,
ditat & ignorans trepidam manus æmula plebem.
Quænam digna tuis pandantur laudibus ora,
umme pater, qui tam ſæuo ſic vteris hoſte,
ommodet vt precioſa ſuis quæque hoſtibus? & iam
tunuit aduerſus largitur munera nolens,
Quæ ſecum demiſſa ferant, nec ſoluere tantum
ufficit oppreſſos, opibus ditantur euntes,
heſauroſque nouos libertas reddita ſumit.
Atque inter medios inimica in ſede furores,
Prædatur dominum fugiens, fallitque videntem,
Præſentem ſpolians: nec tam diſcedere pulſos
Quam lætos migraſſe putes: tolluntur auari
ic Pharaonis opes: quem tunc mercede ſoluta
eruitij longum credas taxaſſe laborem.
ic ſtudiis aliquando hominum in contraria verſis
Auctorem redeunt commenta pericula in ipſum.
unc fruſtra innocuo meditatos vulnera fratri,
nuida plus lædit fruſtrato vulnere bilis.
Egreſſi interea trepido de rege miniſtri
ompellunt celerare fugam, coguntque volentes,
Præcipitant alacres, & feſtinantibus inſtant,
Pellendaſque putant pulſa cum gente ruinas.
am prope centenum compleuerat aduena luſtrum
n regnis Ægypto tuis Iudæus apella,
Quattuor atque decem luſtris tantum inde remotis
Ex quo illud Iacob ſecum perduxerat omnem
Biſſena cum prole domum, charoſque nepotes
Multa propagatos tandem per millia, donec
Ægypti inuidiam populus conflauerit auctus.
Quando induratum plebes Iudaica regem
Effugiens, fallis Ægyptum claſſibus exit.
Primo conſpicuus fulgebat in ordine doctor
Legifer, adiuncto præcedens agmina fratre:
Poſt quos belligeræ diſponunt arma cohortes,
Ducunt & validas inſtructo robore turmas,
Arma ferunt humeris, enſes & balthea læuo
Accingunt lateri, preſſo tum vertice caſſis
Fulget, & albenti certat lux ferrea lunæ.
Vtuntur iaculis alij, clypeoſque ſiniſtris
Voluunt, & rapido meditantur bella rotatu
Gaudet pars etiam pharetris, volucreſque ſagittas
Hoſtis in occurſum mittendis motibus aptat.
Aut ſi forte virûm fugientia terga ſequatur,
Vt pennata leuos tranſmittunt ſpicula ventos.
Incedit pauidum poſtrema per agmina vulgus
Non impar numero, queis cælum pingitur aſtris,
Aut quis ferueſcit pelagus criſpantibus vndis.
Vel quibus exundat coopertum littus arenis,
Vel quot deſtillant humentia nubila guttis,
Mirantur Pharij numerum, nec credere poſſunt,
Quod cernunt oculis: placet eieciſſe tot hoſtes.
Quanquam non acie Pharao perimetur ab iſta,
Quamlibet innumeris fuerit ſtipata cateruis:
Vnus pugnabit cunctis pro millibus auctor.
Interea lento moderatus tramite greſſum
Hebræus carpebat iter: procedere tantum
Permiſſus ſpacij, quantum vel tarda ſenectus,
Vel rudibus reptans infantia ſuſtinet annis.

A Ne nimium fragiles inter delaſſet euntdum
Ætatem ſexumque labor, ſic cuncta supernus
Diſpenſat nutus, plebique aſſiſtit eunti.
Ergo vbi ſignatis ſederunt millia caſtris,
Armatuſque pedes vulgus vallauit inerme,
Veſpere tum primo ſtanti aſſimilata columnæ
Inſiſtens, puro reſplenduit æthere flamma:
Non veluti noto dirum micat ignis in axe,
Prodita cum terris cæli portenta minantur,
Aut morbis triſtem belliſque, aut cladibus annum.
B Sed radiis fulgens, & lumine candida læto,
Oſtendit nitidum caſtris mirantibus ignem,
Diffugiunt tenebræ, vicinaque ſidera cedunt.
Obſtupuere viri primum, ac preterruit omnes
Incuſſitque metum nouitas, tum luminis vſu
Paulatim cæleſte iubar conſueſcere cœpit.
Maxima nocturnas iam pars exegerat horas,
Et voluenda dies inſtabat ſorte propinqua,
Cunctorum ecco oculis per cælum viſa moueri,
Altera iter rapuit populo ſpectante columna.
Protinus hanc ſancti patres ſenſere ſequendam,
C Et duce cæleſti gaudentes, protinus omnes
Abrupere moras caſtriſque excedere certant.
Tunc vt quæque tribus primum ſortita laborem,
Ordine carpit iter, ſequitur tum cætera pubes.
Hæc inter clarum rediens lux pandit olympum,
Flammea mox viſo palleſcit ſole columna,
In nubemque redit totus qui fulſerat ignis:
Sed ſpecies perſtat tenſæ ſuper æthera formæ.
Tertia nocturnos deterſerat hora liquores,
Et matutinas iam ſol ſuperauerat vmbras,
D Ecce (nouum dictu) cælo ſeruata ſereno,
Feruenti radio ſe iuſſa opponere nubes
Frigida condenſum cumulauit in aëre tegmen
Nec tamen hanc nubem tetro ſuffuſa colore
Forma dabat, nec erat nigro ſic horrida vultu,
Vt validos terrent cum promunt nubila nimbos,
Sed qualis ſolem madidus cum viderit arcus:
Tanta fuit pulcræ ſpecies oblonga columnæ,
Noctibus ignis erat, lumenque accenſa ferebat,
Cum ſol torreret, gelidum dabat humida rorem,
E Has alternantem ducens cum tempore ſortem,
Mutauit natura vices: ſubſtantia diſcors
Muneribus propriis concordem reddidit vſum.
Si manſit manſere viri: ſi mota, ſecuti,
Si multis, etiam viſa eſt pendere diebus,
Subdita defixo tardabant agmina vallo.
Iſta quater denos miracula viſa per annos,
Tempore quo vaſta Hebræi verſantur eremo,
Veſtibus integris nulla que in parte minutis:
Tunc nulli longo currendi prorſus ab vſu
F Detritis ſoleis, priſci ſeruantur amictus.
Sic longæua fuit, ſed non damnoſa vetuſtas,
Dum ſacrum populo victum, candentia manna
Ferrent, & cæli frugem terrena viderent.
Myſtica quæ longè prædiceret antè figura,
Virgineo ex vtero, purum ſine ſemine, Chriſti
Edendum, nobiſque aliquando corpus edendum:
Quas caperet paſcendus homo, de ſede ſuperna
Illabente Deo, ſanctis altaribus eſcas:
Nec portentificæ cepit me obliuio virgæ:
Quo ſigno ſummus percuſſa rupe ſacerdos

Protulit irriguos populis ſitientibus hauſtus:
Inſinuans Chriſtum ſtabilem conſiſtere petram,
Percuſſus iaculo largas qui præbuit vndas,
Porrexitque ſuis ſacro de vulnere potum.
Hebræi interea læti ducente columna,
Greſſu per terras ibant, perque æthera vultu.
Ecce iterum Pharijs inſedit mentibus ira,
Et populum ſine more ferox his vocibus armat,
Exit & in tales vicina morte furores:
O nimium ſtultis imponens mentibus error,
Præſtigiaque diu nebuloſa in fraude peractæ.
Nonne pudet ſeruam nullo certamine gentem
Sic impune rapi? ſic nos patiemur inulti,
Deſerat vt vacuas diſcedens accola terras?
Rura vacant, cœptis deſiſtunt oppida muris,
Nec ſolitum conſurgit opus, non cultor in agris
Exercet validos attrito dente ligones.
Quin potius ſumptis exercitus irruit armis,
Imbellemque manum profugoſque reducit alumnos.
Quod ſi ſeruilis tantum procederet auſus,
Vt contra pugnare velint: mox occidat omnis
Confuſa cum plebe manus: feruentibus armis
Permixtæ pareant confoſſo pectore matres,
Vberibus iunctos configant ſpicula natos,
Prolem quiſque ſuam cernens ante ora cadentem,
Oblatis optet iugulis præcedere mortem.
Orbatum noſtros faciat libare dolores
Vltima ſors populum, ſic viuens omnia perdat.
Tum pereant, denſa & campi ſub ſtrage iacentes
Triſti committant inhumata cadauera cælo.
Inde vbi ſanguineo ſatiauerit enſe furores
Theſauros reuocet fugientes dextera victrix.
Talibus excitas acuebant flatibus iras,
Irridente Deo, ſolus qui deſpicit omnem
Conatum rigido meditantem vana timore,
Conſiliumque ducum caſſatis diſſipat auſis.
Ergo bella rogant, feruens rapit arma iuuentus,
Spumantes ducuntur equi, phaleriſque potentes
Suſpendunt alacres ſplendentia frena iugales.
Pugnax pompa nitet, ſubiectis curribus axes
Aurato temone trahunt: tum cætera pubes
Induitur chalybe, aut fuluo circundatur ære,
Et loricarum vaſto ſub tegmine gaudet,
Intexit creber ſibimet quas circulus hærens,
Aſt alios tenui contexit lamina ferro,
Aſſuetos aliis crates, compacta metalla,
Horrenteſque habitus diuerſa fecerat arte
Ira ferox, nudos etiam quæ ad prælia miſit.
Et tamen ardentum cuncla inter tela virorum
Terribilis plus forma fuit? quis namque furentes
Vſque adeo ſpectans vultu ſpeculetur amico?
Incluſæ galeis facies, & ferrea veſtis
Cinxerat iratas armorum luce tenebras.
Mox prodit collecta manus, rex ipſe frementes
Curru cogit equos: telis tamen vndique ſeptus
Delitet, & denſam reddunt haſtilia ſiluam.
Concutitur pulſata rotis, ac pondere tellus
Preſſa gemit, nec iam capiendis ſufficit illis.
Vſque adeo Ægyptum anguſtat ſtipata iuuentus,
Occluditque vias fugiendi vt nulla ſuperſit,
Hinc equite Hebræos, illinc claudentibus vndis,
Spesve modusve ullus, niſi iam mortalibus illos
A *Præſidiis vacuos cæleſtis dextera ſaluet,*
Quæ ſolet extremam miſeris afferre ſalutem.
Iunxerat interea, qua ponto Magdalus inſtat,
Hebræus populus rubicundo caſtra profundo,
Eluſos credens ſecuris mentibus hoſtes.
Ecce autem vt cepere ſuas tentoria ſedes,
Dum reſident, fixoque parant requieſcere vallo:
Cernunt puluereas in cælum ſurgere nubes.
Moxque etiam propius ſpectantibus, alta pateſcunt
Nigrantes vultus adoperta nitentibus armis
B *Agmina, crudeles tantum ſpirantia mortes.*
Nec tamen infenſas patitur committere partes
Sole ſub occiduo vicinus prælia veſper.
Craſtina lux ergo vallati bella tyranni
Diſtulit ardentes, qui ne compeſceret iras
Inſomnem ducit meditans crudelia noctem.
Auroramque cupit ſtellis reparare remotis.
Iam ſuper Hebræos conſiſtens ſi forte columna
Flammea, mirandam reddebat in aëre lucem,
Vt videt inſuetum Pharao & mirabile lumen,
Ardet, & excitas iam plus ferueſcit in iras,
C *Paulatimque mori non ſuſtinet: itur ad vnam,*
Quæ claudat cunctas pelago ſorbente ruinas.
Interea concluſa loco, finemque ſequenti
Expectans pateſacta die, nec tela, nec vllas
Bellorum verſat curas Hebraïca plebes:
Sed defecta animo voces erupit in iſtas,
Moſen inceſſens: O terque quaterque beati,
Quos morte abſumptos calidis Ægyptus arenis
Condidit, ante patrum morientes ora ſuorum:
Digni habiti, qui tam duros ſentire dolores,
Nec ſtragem hanc poſſent, nec pignora capta videre.
D *Alitibus nos eſca dati, nec ſede ſepulcri*
Ornati, vaſtæ corpus reddemus heremo
Vulgus, & accenſo plangebat turba tumultu.
Sanctus ad has Moſes promiſſa referre querelas,
Solarique metum, luctuſque his tergere dictis:
Quæſumus ingratos populus depone timores,
Expertus toties, nunquam fundentibus in ſe
Defore cæleſtes: nec deſperanda putetis,
Quæ tantis ſpondent cæleſtia numina ſignis.
Inſidiſne poteſt labi de cordibus vnquam
Ægyptus tot caſa malis? iam credite, dura
E *Niliacum regem manet atque extrema ruina.*
Nonne inter medias Ægypti Hebraïcæ clades,
Iumentiſque viriſque ſimul Deus agmina ſaluis
Seruauit? Sed quid memorem tranſacta? videtis
Vt mediatricis curet tutela columna.
Ne quid in aduerſa liceat nos fraude vereri.
Quin magis erectas ſpe firma attollite mentes,
Vltima namque dies præfixa eſt craſtina genti,
Quæ nunc bella crepans, ſumptis confidit in armis.
F *Illi tunc ſua bella crepent, & fulmina: non ſic*
Pugnandum vobis, nec telis tela feretis
Obuia: nec veſtro vobis ſudore triumphus
Craſtinus adueniet: cæli pugnabitur ira,
Hanc diuina ſibi pugnam iracundia ſeruat.
Talibus intentus Moſes, deiectæ leuabat
Corda virum, ſanctaſedabat voce timorem.
Interea validus feruenti flamine ventus
Vrebat, tota conſumens nocte profundum,
Confeſtim inſolitas mirantur flumina flammas,

Ardet

Digitized by Google

Ardet enim afflatus percuſſo in gurgite fluctus.
Ad matutinum peruenerat horrida tempus
Vix acies, primoſque nitens aurora rubores
Spargebat mundo, tectis cum protinus omnes
Erumpunt caſtris, fremit vndique mota iuuentus.
At pauidæ plebis poſtquam peruenit ad aures,
Clangentiſque tubæ percuſſit pectora terror.
Arripiunt capiuntque viam, qua proxima ponti
Littora ſollicitant rubris inſignia lymphis.
Vt ſummas pelagi populus peruenit ad oras,
Ceſſit confeſtim iuſſi reuerentia fluctus,
Expanditque viam cui terram clauſerat hoſtis,
Quam noua pendentis conſtruxit machina fluctus,
Frenatas celſo ſuſpendens aëre lymphas.
Aggreditur medium fugiens, vincenſque fugantes
Gens electa Dei pontum veſtigia rubri
In regione maris figens, & ſaxa profundi
Conculcat vndum percurrens oblita limum,
Aſpectum inuiciens feſſis ſol torridus vndis,
Ignotamque nouo contingens lumine terram,
Ima laborantes radios ad tartara ponti
Vix miſit, feſſumque iubar vix extulit vndis.
Credens excluſos primum, fluctuque repulſos,
Inque fugam verſos Pharius dare terga tyrannus,
Præcipitare moras tali iubet agmina verbo.
Ecce iterum fugitiua cohors pendentia bella
Deſerit, auxilioque pedum confiſa recedit:
Vos armis premite, & elapſis inſiſtite turbis,
Cætera pontus aget, vix hæc prædixerat, illi
Proſiliunt, curſuque parant attingere littus.
Vt venere, vident arentis vaſta profundi
Inſolitam præbere viam, panſoque receſſu
Pontum aperire ſuas illis fugientibus vndas.
Hos quoque per ſiccum tuto deſcendere callem,
Securos pelagi, nilque æquora dira timentes.
Tum nouitate res perculſos accipit horror,
Subſtitit & paulum reſtrictis motibus agmen,
Frenaque ſuſpenſos tenuerunt ducta iugales.
Næc dubium eſt, miranda aliquos portenta ſtupẽtes,
Turbato ſecum ſic protinus ore loquutos.
Qui Deus à priſco deturbat cardine mundum
Lege noua, variatque vices, & condita mutat?
Nam ſi ſeruatur rebus natura creatis,
Monſtriferæ quæ cauſa viæ? cui denique reſtat,
Si mare tranſitur pedibus, niſi nauibus arua
Sulcentur, cælumque ſuo decurrat ab axe,
In ſuperos infernus erat, plaga feruida cæli
Algeat, afflatam ſuccendat ſcorpius vrſam?
Hic quia confuſus rerum ſubuertitur ordo,
Me duce ſiccatum nemo deſcendet in æquor,
Sit ſuſpecta nouum quæ pandit ſemita callem.
Fruſtra bellatur, ſuperis nolentibus ergo
Nunc abeant, fatumq; vaga ſua monſtra ſequatur,
Sed quo dementem rapit hæc ſententia mentem?
Ergone ſublatis plebes Hebraïca ſecum
Diuitiis abeat nunc ſic ſpoliata Canopus
Impunes vltro permittat abire latrones?
Quin illos igitur lymphis ſectamur apertis?
Hac ardens verſat cum ſeditione tumultus,
Inſtantiſque latens vrget ſententia lethi.
Viceratæquoream pedibus plebs inclyta vallem,
Gurgitis & vacui connexa volumina linquens,

A *Et barathri emenſi ſuperas aſcenderat oras:*
Crudeli effertur nigri dux agminis ira.
Ignaruſque ſuæ, quæ iamiam eſt proxima mortis,
Accelerare ſuos iubet, atque intrare profundum.
Arripiunt pariter reſerati concaua ponti,
Inuaduntque viam. Quid non furor audeat amens?
Hinc equitum pars agmen agit, pars inde citatis
Ire iubet ſtimulis rapidas ſuper arua quadrigas,
At medium vt venit frendens equitatus in æquor
Fulminat abſentes, fugienteſque increpat illos,
Accuſatque moras tam laxi gurgitis ardens
B *Ira virum, iam vicini male gnara pericli.*
Tum per ſublimem pendenti nube columnam,
De cælo vox miſſa tonat, verbique ſuperni
Interpres, verbis ad Moſen talibus infit.
Venit iam tempus, mea cum mandata probentur,
Ægypto iam finis erit, iam clade ſuprema,
Tot caſtigatam vitiis diuina Canopum
Afficiet cum rege ſuo ſententia: iamiam
Sentiat Ægyptus ſapiens vel morte ſuprema,
Quam nihil inuitis proſit contendere diuis.
Tu modo diuiſum virgo iam percute fluctum,
C *Atque reducta ſuos aſſumant æquora vultus.*
Ille genu flexo ſiccati marginis oras,
Et vacuum littus, iuſſis accedere lymphis,
Percutit, inſigni credens myſteria ligno.
Hinc ſubitus crepitare fragor, tonat vndique circũ
Lympha ruens, primumque illic committitur vnda,
Quo monſtrabat iter Phario mors vltima regi.
Poſtquam clauſa via eſt, fluctuſque rebellat eunti,
Pænitet intrati iam gurgitis, & fuſa ferum
Molitur reditum: trepidæ dant terga cohortes,
Armaque proiiciunt: pontus fugientibus inſtat,
D *Occurritque ſequens: perit vndique circumiectus*
Decurrentis aquæ laxatis murus habenis.
Ille ferox ſemper, mitis iam morte ſub ipſa:
Non hæc humanis agitur victoria bellis,
Expugnamur, ait, cæloque euertimur hoſte.
Effuge ſi liceat, victuſque euade ſatelles,
Nec iam tela Deo conatibus ingere caſſis.
O ſi compunctas humana ſuperbia mentes
Ante obitum mutare, nec expectare ſuprema
Fata velit, quanto infelix felicior eſſet?
E *Pænitet ambigue, quem ſero pænitet: ergo*
Præſentis ſpatium nobis dum creditur æui,
Dum patulam cunctis Chriſti clementia ſeſe
Præbet, præteritæ plangamus crimina vitæ,
Pæniteatque olim negligenter temporis acti,
Dum licet, & ſano ingenioque animoque valemus,
Nam qui peccatum moriens dimittere: & ipſa
In ſerum tempus differt admiſſa fateri,
Non tam dimittit, quàm dimittatur ab illis.
Ergo exaltatis pendens ſuſtollitur vndis
Confeſtim mergenda phalanx Ægyptia, & ipſo
F *Pondere telorum premitur, fundoque tenaci*
Succinctum reuehunt morientia corpora ferrum.
Pars exarmatis cum primum libera membris,
Implicuit nantes morientum amplexibus artus,
Auxilio decepta perit, pariterque tenentes
Alterno ſubſaceruunt, nexique necantur.
Atque alij laſſata diu dum brachia iactant,
Incurrunt enſes, iaculiſque natantibus hærent,

Concolor & rubro miſcetur ſanguine pontus.
Quin & conſpicuus princeps Memphitidis aulæ,
Candentes ducens nigro rectore iugales,
Inſpector cladis propriæ, gentiſque ſuperſtes,
Vltimus ingreſſis per currum naufragat vndis.
Et vacat hos inter plebes Hebræa tumultus,
Interea pugnante ſalo, vincitque quietus
Iſraël ſolo peragens certamina viſu:
Dum vallis completa perit, fluctuque reuerſo
Ducitur extentum planati gurgitis æquor,
Exponitque ſuum pelagus ſuper arua triumphum.
Ergo Deo dignas iſto certamine laudes,
Atque repenſurus memori tot munera mente,
Inclytus egregium ſolenni carmine ductor
Deſcribit, toto quod pſallitur orbe, trophæum,
Cum purgata ſacris deletur culpa fluentis,
Emittique nouam parientis lympha lauacri
A *Prolem, poſt veteres quos edidit Eua reatus.*
De qua ſermonem præmiſſo carmine fecit,
Luctificos repetit tenuis dum pagina lapſus.
Quod verò Ægyptus lapſis euaditur vndis,
Euaſoque mari: noſtri illa figura lauacri eſt.
Cum Pharao infernus ſacris ſubuerſus in vndis,
Ingemit è tanto miſeros diſcrimine lapſos.
Nos vero Chriſti ſolennem in morte triumphum
Baptizati agimus, tanta eſt baptiſmatis eius
B *Gratia, quo veteris peccatum expellitur Adam*
In nobis, viuitque nouus pereunte vetuſto,
Quo mala noxa perit, quo virtus inclyta creſcit,
Iſraël verus ſacris quo tingitur vndis.
Hæc percurrenti ſignantur dona figura.
Diuinum verò lector venerande triumphum
Hactenus inſulſis cantatum verſibus, æquus
Accipe, & Hebræis confide in littore ſaluus.

ALCIMI AVITI VIENNENSIS
ARCHIEPISCOPI, IN LIBELLVM DE CONSOLATORIA CASTITATIS LAVDE, PRÆFATIO.

POST conſummationem libellorum, quos non ſicut voluerat, edidit diſpoſitio mea, ſed tua ſodaliumque pia feſtinatio, affectuoſa quidem, ſed inconſulta præripuit: cogis inſuper tibi ſpecialius dari verſus illos, quos ad venerabilem Fuſcinam ſororem noſtram, de Conſolatoria caſtitatis laude conſcripſi: quos ego poſt denunciatum poëmatis finē, epigramma rectius dicerem: tu primum libri nomini vocitaſti, hoc ſcilicet vocabulum prolixitati eius aſſerens conuenire. Quapropter habe me etiam in hac parte famulantem iudicio, immo potius affectui tuo: quoniam profecto iniquum eſt, vt cui parui in maioribus, in exiguis contradicam. Meminerit autem pietas tua hunc ipſum, quem ſic vocas, libellum, vel de religione parentum communium, vel de virginibus noſtræ familiæ familiarius diſputantem, illis tantummodo legendum dare, quos reuera nobis aut vinculum propinquitatis, aut propoſitum religionis annectit. Dotes enim ex materiæ qualitate meritiq; germanæ ſanctimoniali compoſitas, vix vel tibi crebra victus iuſſione credo: quando aut qualiter venire in manus extraneorum velim? Sane à faciendis verſibus pedibuſq; iungēdis pedē ſum de cætero relaturus, niſi forte euidēns cauſæ ratio extorſerit alicuius epigrāmatis neceſſitatē: cuius tantā exiguitatē fore polliceor, vt ei aliud nomen aſſumere nec ipſe præſumas. Decet enim dudū profeſſionē, nunc etiā ætatē noſtrā, ſi quid ſcriptandum eſt, grauiori potius ſtilo operā ac tempus inſumere: nec in eo immorari, quod paucis intelligentibus menſurā ſyllabarū ſeruādo canat, ſed quod legētibus multis mēſurata fidei aſtructione deſeruiat.

ALCIMI AVITI DE
CONSOLATORIA CASTITATIS LAVDE, AD FVSCINAM SOROREM, LIBER I.

SVSCIPE *complectens Chriſto digniſſima virgo,*
Alcimus iſta tibi quæ mittit munera frater,
Inque leui calamo cauſarum reſpice pondus,
Nam quoties ſanctum compleueris ordine curſum,
Alternos recinens dulci modulamine pſalmos,
Quos viuens in corde chelys virtute canora
Interiore ſono, & caſtis concentibus aptat:
Rite fatigatam poteris hoc carmine mentem
Ludicro, & feriis tete oblectare remiſſis.
Nec tamen hic vna tingetur barbitos vnda,
Pelagus vnde leues prauertens motibus vndas,
A *Fingitur aſſumpto pendens innaſſe volatu,*
Dum ferretur equi grauis vngula præpete penna:
Sed nec Pieriæ ducunt hæc cantica Muſæ,
Quas ſibi diuinas mentitur fama ſorores,
Dat germana tibi ſed verax muſica plectrum,
Nec Chriſto reſonans, cantabit fiſtula Phœbo.
Edidit vt quartam genitrix Audentia prolem,
Teque dedit luci, partu fœcunda ſupremo,
B *Confeſtim Chriſto victuram dedicat vni:*
Ac deinceps paribus caſtum ſeruare cubile
Conſtituit votis charo cum pignore mater,
Et quia principium tam ſancti fœderis eſſes,
Te mox conſecrat Chriſto, qui protinus ipſis
Accepit in cunctis lactentia membra dicatis.

Nulla Deo ſiquidem eſt acceptior hoſtia, quàm quæ
Immaculata ſibi primis offertur in annis.
Sic quondam cum prima nouo ſplendeſceret ortu
Terra nitens, pulchraſque darent ſua ſemina fruges
Viuentem ducens ad ſancta altaria fœtum,
Innocuis fouiſſe Deo balantibus agnum,
Inſinuaſſe Deo iuſtus cognouerat Abel:
Cum capite oblato placuit grex totus ab vno.
Ergo vbi vitalis fouit te lympha lauacri,
Atque ſuum peperit cæleſtis gratia pignus.
Non tibi gemmato poſuere monilia collo,
Nec te contexit ſparſo quæ fulgurat auro,
Veſtis ductilibus concludens fila talentis:
Nec te Sidonium biſcocti muricis oſtrum
Induit, aut rutilo perlucens purpura cocco,
Mollia vel tactu quæ mittunt vellera Seres:
Nec tibi tranſfoſſis finxerunt auribus aurum.
Quæ compenſarent pendentes vulnera baccæ
Dum precioſa grauant, ſed ſaxea pondera malas.
Quid multis? tantum illa tibi tegumenta parantur,
Frigora quæ pellent, non quæ tua membra venuſtet.
Ecquid enim prodeſt periturum comere vultum,
Putria vel variis onerari corpora gemmis.
Interior dum ſordet homo, ac ſe crimine fœdat?
Sed tibi cum geminum totigerunt tempora luſtrum,
Mox ſtola ſincero velat te candida cultu.
Virginis os habitumque decens, quem mater amictũ
Religioſa ſuis manibus confecerat, olim
Non ſecus exultans ſterilis poſt damna iuuentæ,
Iam fœcunda nouum cum ferret fœmina fœtum,
Veſtem læta ſuo paruam texebat alumno.
Diſceret vt Samuel iam tum puer eſſe ſacerdos,
Sic pia te genitrix ſanctis altaribus aptans,
Aſſueto docuit dignam concreſcere templo,
In thalamum aſcribens ac magni fœdera Regis.
Electam hinc cœpit ſpeciem ſibi iungere Chriſtus,
Ornatu vario ditat quam gratia pollens.
Hinc vbi creuiſti paulo maioribus annis,
Collatumque tibi primæua ætate videret
E cæloque datum genitrix accreſcere munus,
Virtuteſque etiam teneris coaleſcere in annis:
Gaudebat, Chriſtũ hinc laudans, grateſq; rependẽt.
Sed tamen à mundi illecebris dum forte timeret,
Conſcia tot fraudes ætati occurrere primæ,
Teque reparturiens, & mente & corpore Chriſto
Iungere percuperet: quis te protruderet iſtos
Artibus in laqueos ac ſancta ergaſtula, multis
Voluebat curis: metuebatque anxia, ne quod
Illa tuo quondam voluiſſet nomine, iam tunc
Arbitrij compos ac tali libera voto
Reddere fortaſſis nolles: ſic pendula mater
Spemq; metumq; inter, tum demum audentior his te
Aggreditur lacrymans dictis, ac talia fatur.
Deliciæ mea gnata meæ, chariſſima matri
Pignora grandæuæ, per ego has te deprecor vlnas,
Per quæ ſuxiſti primæuis vbera in annis:
Fac iſthinc abeam promiſſo libera voto.
Olim ego te genui, Chriſtoque è ventre dicaui,
Tunc ego quod poteram feci: tu perfice quod iam
Per te ſola potes, votoque adiungito votum.
Exue delicias mundi huius, & indue Chriſtum.
Non deſunt exempla tibi: nunc reſpice quantas

A Virginibus florens iam noſtrum ſtemma coronas
Miſerit in cælum: ſancto quas dogmate mater
Seueriana docens, his te coniungier optat.
Nec multo ſenior gaudens Aſpidia, quondam
Sacratum velata caput, tua munia ſumpſit
Biſſenos iungens ſanctis altaribus annos,
Quam licet hinc celeri tulerit ſors vltima letho;
Nil tamen eſt ſubitum, ſemper migrare paratis.
Aſpice nunc culmen quod virginitate renidet,
Eximiumque decus, cuius tu iure propinqua
B Fuſcinam Fuſcina refers, ne ſegnius illa
Quæ pietate potens, Graiis ſi voce vocetur,
Significat propriam ſumpto de nomine mentem.
Clara exempla domus: quarum licet æthera ſupra
Emicat, atque omnes cælos ſuper inclyta virtus,
Has generoſa tamen ſi merito imitabere matres,
Gaudebunt vinci dum proficis, ac tibi ſummam
Sponte dabunt palmam, nec enim vlli cãdida virtus
Inuidet, inuidiæ quanquam eſt ſubiecta malignæ.
Hæc dicens, teneros ſancto exhortamine ſenſus
Impulit accendens in virginitatis amorem.
C Sic prægnans fœcunda olim, ac fœcundior orba,
Atque animos ſuperãs genitrix Machabæa viriles,
Fœmineam & vincens animo vincente ſenectam,
Orbari læto ducebat in omine, ſi quos
Ediderat mundo, patriis pro legibus illos
Felici iam morte Deo generaret, vt eſſet
Mors illis requies, fauſtæque exordia vitæ.
Ergo in tormentis poſitos, conſtantior ipſo
Supplicio genitrix corde hortabatur & ore,
Spernere crudelis nimium felicia regis
Tormina, lætitiæ dehinc commutanda perenni;
D Augebatque pios ad fortia facta furores.
Scilicet æterno digniſſima carmine, & illo
Plus miſero partu felici funere felix.
Quid vero memorem, tenero quæ fortior æuo
Ante annos animumque ſoror reſponſa dediſti?
Quanquam aggreſſa tuas nõ eſt hæc pagina laudes:
Exitus impleto veniet cum tempore victor.
Cautius ac melius mihi tum laudabere, cum iam
Hoſtibus euictis, & Iò clamante triumpho,
Conſummata tuis reddentur præmia factis.
Nunc decet attentis vitare pericula nobis
E Tecum, & ſollicitas partiri ac voluere curas,
Atque iuuare tuos hortantia dicta labores:
Dum pugnat varius per tot diſcrimina caſus,
Lubrica dum fragili currit ſub tramite vita,
Dum tua calcatus captat veſtigia ſerpens,
Molitur que ſuis iuuenem ſeducere technis.
Nemo adeo tutus, qui non aliquando timere
Debeat, ac tali ſibi prorſus ab hoſte cauere.
Nulli tuta datur requies in carne caduca.
F Sæpe boni peccant, vitiis perit obruta virtus;
Partaque tranſactæ decedunt præmia laudis.
Contra aliquando ſolet ſubito ſuccenſa calore,
Frigida quæ fuerat blãdam mens linquere carnem;
Atque repentino reſtringere crimina fræno.
Sic alternantem commutat fata rotatum,
Impius vt ſperet veniam, iuſtuſque timendo
Proficiens, cumulum magnis virtutibus addat.
Contra ſi ſanctos piget exercere labores,
Pigraque conſuetas diſſoluant otia curas.

Labitur in præcept damnoſæ gloria vitæ.
Si vires nullas virtus acquirit eundo,
Admittit rediens paulatim extincta priores.
Ergo inter dubij tam dira pericula mundi.
Tam varios caſus, nitendum eſt viribus amplis,
Vt ſatis anguſtum obſeruent veſtigia callem:
Principio anguſtus fine eſt ampliſſimus ipſo,
Nec quærenda alia eſt quæ in cælum ſemita ducat.
Arcta via eſt, modò ſit verax ſeruator Ieſus,
Æternæque etiam porta eſt anguſta ſalutis.
Et quæ diffuſam ſpacio laxante plateam,
Mundi conſectans fallacia gaudia currit,
Strictior hunc carcer crudelis ſorte ligabit.
Tu modo da veniam, qui te exhortatur, amori,
Currentemque monet, cum vix tamen ipſe ſequatur.
Quod ſi etiam tardus: properantem currere greſſus
Incitat, vſque ſequi nequeat, præcedere ſuadet:
Fraterno haud dubium quin tu donabis amori.
Nec iam à me inſtituenda venis, quæ iunior ortu,
Religione prior, viuendi iura ſacraſti,
Annorumque ſequens meritorum ſorte præiſti.
Quòd ſi ſacratæ conuerſio prima ſororis,
Fratribus exemplum facta eſt & forma ſequendi:
Grati animi librum hunc ſoror ò chariſſima teſtem,
Ære tibi frater grauiore obnoxius offert.
Exigit alma fides etiamnum vt corde lubenti,
Participata leuet fraternum ſarcina pondus:
Ergo iſthæc valitura tuis conſortibus æqui
Conſule: namque aliis, non hæc tibi ſcribimus vni,
Virgineiſque tuo canimus ſub nomine turmis.
Par ergo eſt ſponte ingreſſum ceruice fideli,
Sanctum ferre iugum, nec vincla in coniugis ire,
Mundanas odiſſe vias, percurrere mundas:
Illinc nolle choros, hinc Chriſtum quærere ſponſum,
Ignorare virum, fœtus tamen edere tales
Quos nunquam poſſit triſtis tibi tollere caſus:
Sic nunquam orba gemes fœcundæ pignora vitæ,
Nec viduam ſponſo metues ſupereſſe, perennis
Expers ipſa mali: nec te ſententia tanget,
Qua prolis mortiſque parens compellitur Eua,
Occaſum pariens ſobolem viuente reatu
Plangere, quam ſequitur quæcunq; obnoxia mater
Quæ ſubiecta viro, & dominum paſſura cubilis
Seruit, in obſcœno tolerans connubia lecto.
Quæ captiua chori, nomen comportat inane
Coniugis, vt vana dicatur imagine conſors,
Sola ſubacta iugo non æquam ducere ſortem.
Et cum longa decem complent faſtidia menſes,
Perfectoque grauis fœtu diſtenditur aluus,
Semina quæ patris fuerant, hæc pondera matri
Infligunt duros vtero turgente dolores.
Et cum luctato ſoluuntur viſcera partu,
Carnis delicias immenſo tormine pendit.
Sed tamen hunc lenit: dices fortaſſe, dolorem
Editus in lucem ſi viuat filius: atqui
Contingit plerumque, gemens vt mortua fundat
Pignora, deformemve emittat in aëra maſſam:
Ne dicam quod monſtra parit ſæpe horrida mater
Illud iam leuius quoties interuenit, ipſa
Vt pereat tum ſola parens, ac pondere fuſo
Emittat tum prole animam: quod forte leuatum
Nutritumque diu rapitur ſi funere pignus,

A Vna quod crebro ſpes reſpicit, hic perit omne
Quod ſibi conceptus ſpondebant gaudia curis:
Omnibus id vero grauius, ſi forte lauacri
Diuini expertem, tenerum mors nuda natum
Præcipiat, dura generatum ſorte gehennæ.
Qui mox vt matris ceſſarit filius eſſe,
Perditionis erit: triſtes nunc edita volunt,
Quæ flammis tantum genuerunt pignora matres.
Quis vero tanti narrare pericula caſus,
Aut vtriuſque queat diſcrimina coniugis, in qua
B Perducit tandem dilectæ gloria carnis?
At latè longeque tuam diſcernere ſortem
Libertas cum lege poteſt, quas necteris, vt te
Impia fallentis non ſtringant gaudia mundi.
Tu Mariam ſequeris, dono cui contigit alto
Virginis & matris gemina gaudere coronæ.
Conciperet cum carne Deum, cælique creator
Intraret clauſum reſerans myſteria ventrem,
A genitrice ſatus, ſed quam formauerat ante:
Qui nitidam elegit de qua procederet aluum,
C Solus qui carnis proprium diſponeret ortum,
Præſciretque diem longe, tempuſque videret,
Quo pariendus erat: quod vbi iamque adfore nouit,
Intactam matrem pro ſpermate ſanctus adumbrat
Spiritus hac tantum ſanctum præbente cruorem:
Inde caro verbum efficitur, quique imperat ipſo
Cum patre in cælo, materno in corpore ſeruit.
Ante æuum de Patre, & matre in tempore natus,
Seminis hinc expers omnino, & temporis illinc.
Sic virgo fœcunda fuit, quæ pondera caſto
Factorem portare ſuum, Dominumque perennem
D Edere promeruit, dignoque agnomine dici
Virgo, Dei mater: cuius ſuper omnia primæ
Laudis eris, ſi forte voles chariſſima conſors:
Religioſa pio ſi Chriſtum & credula corde
Concipiens, operum cælo pia germina gignas.
Si quis enim, Chriſtus, mea iuſſa peregerit, inquit,
Atque voluntatem Patris compleuerit almi:
Is ſoror, & frater meus eſt, is denique mater.
Ecce vides ſexu vt careat cæleſtis imago,
Interior ſortitus homo quam mente retentat,
Nec ſexum acceptat: quia ſi ſcrutabimur alte,
E Præbuit exemplum ſurgens à morte Creator,
Fœmineum maribus, ſeſe præponere honorem.
Quod ne fœmineum poſthæc quis ſpernere ſexum
Audeat, his paucis viſum eſt oſtendere verbis.
Cum diram lueret noſtro pro crimine mortem,
In crucis excelſo pendens ſine crimine Chriſtus,
Atque animam, viuos quæ mox remearet in artus
Fixus adhuc clauis diuino efflaret ab ore,
Deſerit inſoliti populus ſpectacula monſtri,
Signaque ferre nequit, cælum quæ triſte minatur:
F Nam ſol obductus, vultumque auerſus ab orbe
Ceſſerat in iuſtas nocturnis luctibus horas,
Temporaque externis dederat non viſa tenebris?
Et terra abſcedens mutato cardine rerum
Non erat in ſuperis, lucemque inferna videbant:
Intremuit tellus, & niſu mœnia magno
Concuſſa ſummo nutarunt vertice creſtis.
Senſerunt motum priſcis deſcendere iuſſa
Saxa locis, ſonituſque nouos colliſa dederunt.
Hos inter ſtrepitus cunctis fugientibus, illæ

Interea ſanctæ matres, Chriſtumque ſecutæ,
Decernunt quanquam trepidæ, perſiſtere: tum iam
Diſcipuli Chriſto fugiſſent ante relicto:
Vt quæ erga viuum fuerat pia cura, ſepulto
Seruiat, & iuſtos defuncto ſoluat honores.
Ergo fragranti componunt illita ſucco,
Albaque ſaluificum quæ ſeruent lintea corpus,
His amor intentus lugubria dona parabat,
Supremum credens ſemet perſoluere munus,
Quod credebatur ſeruandum poſcere corpus.
Omnibus his ergo ad funebria iuſta paratis,
Vncturæ accedunt Domini pia membra ſepulti:
Hic delectari noſtro conamine, ſeque
Quo non indiguit lætari munere Chriſtus
Oſtendit, matrum large pia vota reponens,
Pro queis reſpondens confeſtim gratia facta eſt,
Angelicos cernant humana vt lumina vultus,
Atque reſurgentis primæ dent nuncia Chriſti:
Quæ primum vt tumuli venere ad limina ſancti,
Apparet dextra cæleſtis parte miniſter,
Splendida candebat niueo cui corpore veſtis,
Cui vultum rutilus conſperſerat vndique fulgor,
Matribus vt dignis verbum cæleſte ſonaret,
Occurſuque ſuo attonitas formidine cunctas
Solueret, aggreſſus ſancte quas taliter ore.
Quid timidæ trepidatis, ait: conſiſtite, neve
Aſpectu trepidate meo: vos nulla timendi
Cauſſa manet, quas cura pij confirmat amoris.
Quæritis (agnoſce) precioſi in ſede ſepulcri
Funere ſolenni tumulatum nuper Ieſum,
Sed meminiſſe decet, quid præſens ora fideli
Dixerit ante obitum, duplici non amplius vna
Seruandum ſe nocte, & iamiam tertius hicce eſt,
Qui complet promiſſa dies: patet ecce ſepulcrum,
Deſeruit vacuum victa quod morte reſurgens.
Taliter excelſus iuſſo ſermone miniſter,
Sparſurus mundi vitalis dona triumphi,
Has primum gaudere dedit, luctuque leuauit.
Hinc læto impauidæ diſcedunt pectore matres,
Credula conceptæ ſeruantes corda ſaluti.
Cum medium ſeſe Chriſtus gradientibus offert,
Agnoſcique iubet, blando & ſermone ſalutans:
Ite (ait) & noſtris hæc iam mandata referte
Diſcipulis, vt vel tandem me viuere credant,
Mox illæ amplexis defigunt oſcula plantis,
Atque ad diſcipulos alacri cum mente recurrunt,
Doctoreſque docent, & quæ ſpargenda per orbem
Primum fœmineis iuſſi ſunt diſcere verbis
Diſcipuli: tanta eſt muliebris gratia ſexus.
Communis virtus igitur, commune periclum
Matribus atque viris: nulla eſt diſtantia cuique
Si mens recta ſubeſt, ſi gratia conſtet vtriſque,
Vitaque ſi iuſto inſudat ſtudioſa labori.
Nam quid dona iuuant hominem, ſi mente ſoluta
Turpia collatum male perdunt ocia munus?
Auxilium conatus amat; quis namque vacantem
Adiuuat, aut ſomno virtutem iungat inerti?
Cæleſtis vult œconomus, concredita ſeruis
Creſcere dona ſuis, qui quondam abſcedere terra
Dum parat, & carnem peregrino immittere cælo:
Mnas biſquinque prout cuiuſque induſtria ſolers
Exigeret, famulis partiri cœpit, ibi vnus

A *Quinque, duas alius, ſed tantùm tertius vnam,*
Reddendas multo cum fœnore quiſque recepit.
Hæc ita partitus, mox ſeruis talibus inſit:
Theſauros geminate meos, vt fœnore multo
Cum primum fuero patria de ſede reuerſus,
Auctos inueniam, & meritis ſua præmia reddam.
Dixit, & abſcedens cæleſtia regna petiuit.
Mnas autem quas ille dedit, diuerſa Parentis
Munera cæleſtis ſunt hæc quæ pneumate miſſo
Chriſticolis ſacre infudit baptiſmate tinctis,
Naturæque etiam vel corporis, exteraque illa
B *Quæ bona fortunæ falſò appellare ſolemus:*
Qualia diuitiæ, valetudo corporis, ipſum
Robur & ingenij quam feliciſſima prompti
Dexteritas, vario quæ noſtra induſtria pacto
Diſpenſare ſolet: pars auget, & altera ſumptas
Imminuit retinens, quas ſola eleemoſyna ſeruat.
Creſcit enim in cumulos quicquid confertur egenis,
At quidam, quibus exiguum æs, & rara facultas,
Si qua animi ſiue ingenij virtute valentes
Extiterint, rudibus iuuat exercere docendis.
C *Non deſunt contra (quarum vel maxima pars eſt)*
Qui ſiue externas, illa inſtrumenta bonorum,
Siue etiam internas cæleſti à Patre receptas
Diuitias, terra infodiunt, nec fœnore ſancto
Multiplicant, quos dura manet ſententia tandem.
Nam cum terribilis iudex aduenerit ille,
Fœnora commiſſi poſcens reddenda talenti:
Tunc ſoli, quorum cumulos induſtria primos
Auxerit, ij vitæ referent promiſſa beatæ
Præmia, centuplum cumulati fœnoris vſum.
D *At vero minimo qui ſumpſit pondere libram,*
In ſcrobibuſque datum foſſis incluſerit aurum,
Contempſitque ſui cumulare talenta magiſtri,
Degenerique fluens elegit viuere luxu:
Sentiet incenſi crudelem iudicis iram,
Talibus ad ſeſe dictis ſic ore tonantem:
Tantane te noſtri tenuerunt ocia cenſus,
Serue piger, rediduſque mei ſic cura neglecta eſt?
Conceſſum ad menſam nequijſti ferre talentum?
Illam ego vel modico cum fœnore vt exegiſſem?
Ergo quos illi mea munificentia nummos
E *Tradidit, ablatos fidis concedite ſeruis:*
Sic conceſſa ſuis, vt creſcant munera, Chriſtus
Quærit, & vt meritis augeſcat gratia multis.
Ergo age ſuccinctis ad fortia prælia lumbis,
Armata cum mente veni, nec fœmina quanquam
Duram formides aciem: victoria dudum
Sexus iſta tui, tibi credo incognita non eſt.
Et memori nunc mente tenes, vt Debbora quondam,
Duceret inſtructas poſt fortia claſſica turmas.
Et mulier ſumpto præcederet agmina ſigno,
Mirantes hortata viros: quos ipſa ferocem
F *Exemplo verboque monens accendit in hoſtem.*
Quas poſtquam ducens princeps animoſa cateruas
Impulit, accendens vegetata furoribus arma,
Barbaricæ cecidere manus, diſſoluitur omnis
Hoſtilis virtus, tum quà ſe fœmina monſtrat,
Palantes dant terga viri, latebramque petentes,
Si viuant, viciſſe putant, tum maximus ille,
Forma gigantææ quem fecerat horrida molis
Conſpicuum, immenſamque humani verticis arcem

Siſara rex geſtans, telòrum faſce neglecto,
Incomitatus abit, metuens ſublime notari,
Corpus & excelſa fugitiuum prodere maſſa.
Qui poſtquam latuiſſe putans, tectoque receptus
Mollia perpetuo dimiſit lumina ſomno,
Mox animoſa Iahel peragit; quod Debbora vi-
Ceperat, inq; ſolo ſtrati terraq; iacentis (ctrix
Tempora transfixo penetrans immania clauo.
Fœmineus duplex ſic vno ex hoſte triumphus.
At tu virgo Dei, ſanctis quam moribus ornant
Hinc pudor, inde fides, internis fortior armis
Bella geris, iuſtis triplex quæ commouet hoſtis.
Spes tibi fida micat, felix in vertice caſſis.
Continet & lumbos precioſi zona pudoris,
Iuſticiæ lorica tuos conſtringit amictus,
Pro gladio vibrat bis acutum dextera verbum.
Hæ virtutis opes, hæc ſunt ſolatia belli,
Queis dubium aduerſus mentis cum corpore bellum
Ipſa ſuos armat clamantis buccina Pauli:
Quæ prudenti olim cecinit Prudentius ore.
Præterea tibi bellatrix, robore plena
Virginitas armata viget, quam fœda libido
Appetit, & caſſo vocat in certamina niſu.
Sed bellatricem te ſentiat æmulus anguis:
Vt cum pugnatam dederint tibi prælia palmam,
Læta feras ſummum calcato ex hoſte trophæum.
Præterea vero queis victo ex hoſte rebelles,
Atque reſultantes victrici in corpore motus,
Artibus allidas, Chriſtoque in cote retundas,
Diuino eloquio Scripturaque indice noſti.
Nam quicquid ſacræ diuina volumina legis
Aut ſenſu aut verbo monſtrant, quod prædicat ille
Antiquus mundi repetens exordia vates,
Siue ille hiſtorias texit, ſeu forte figuras:
Quid ve etiam ille Naue Moſi ſucceſſor Ieſus,
Succiduoque ſimul quod quiſque in tempore Iudex
Geſſerit, vt digitos ſoror iſthæc omnia dudum
Docta tenes: quid nunc Ruth Moabitida dicam?
Præterea reprobo qui ſucceſſere Sauli,
Quique gubernarint Iudam atque Iſraëla reges,
Quæque inſtaurator templi promptiſſimus Eſdras
Egerit, aut melius cæcato in corpore cernens
Thobias, quid pro populo confecerit Heſter,
Fœmineaque animi Iudith in mente virilis,
Et quæ tam miſerè afflicti patientia Iobi.
Porro etiam vnde animi poſſit deſumere mores,
Ter quinquagenos perſcriptos ordine Pſalmos.
Et quicquid docti Salomonis dextera ſcripſit,
Quodque bis octoni poſt ſe edere prophetæ,
Et Machabeorum fortiſſima prælia fratrum
Vt vno breuius complectar vt omnia verbo;
Tota inſtrumenti veteris tibi pagina nota eſt.
Dehinc quicquid priſcæ ſuccedens gratia legi
Intonat, atque noui miracula Teſtamenti:
Quæ canit hinc hominis facies, vox inde leonis,
Et pernix aquila, & fortis certamine taurus,
Quicquid Apoſtolicis Lucas deſcripſit in actis,
Biſſeptena pij quod ſpargit epiſtola Pauli,
Quid Petrus docet, & Iudas, Iacobus & ipſe,
Et quæ diuini quandam ſecreta Parentis
Vidit Ioannes, nobiſque incognita ſcripſit.
Atque veridici, nec in hoc tamen ordine, patres

A *Expoſuere ſuis myſteria digna libellis:*
Hæc tu cuncta tenens, animo ſitiente bibiſti,
Nec ſi quid ſacrum noſtri cecinere poëtæ
Te latet, agnoſciſque legens, & cognita ſeruas,
Atque aliena tuo commendas carmina cantu.
Cætera quid replicem? tu ſenſibus vtere doctis,
Et quæ nota tibi, vel quæ percurſa legendo,
Ad virtutis opus ſtudio conuerte virili.
Nam niſi doctrinæ iungatur vita fideli,
Maiores faciet coniuncta ſcientia pœnas.
B *Eſuriit quondam Chriſtus cum forte, vianti*
Conſpicitur diffuſa leui ficulnea fronde,
Nec iam maturum præbens ex arbore fructum.
Præteriens obiter Chriſtus, mox vt videt illam
Indutam tantum foliis, ſed germine nudam,
Prorſus in hacce virens ornatus mutilis horret.
Tum ſubitò quatitur radix afflata calore,
Aruit & poſito ramorum tegmine truncus.
Nec vero immeritam temerè ficulnea pœnam
A Chriſto maledicta luit, nos inde docemur,
Nec vanum præ ſe tumefacta ſcientia nomen
C *Noſtra ferat, ſed cuncta ſibi dilectio ſubſit.*
Nam ſi Chriſticolas noſmet ſanctoſque putamus:
Aggrauat hoc etiam nomen, ni facta ſequantur:
Sic & virginitas ſacro deuota pudori,
Indiget adiunctis virtutibus: & niſi mentem
Intactam ſeruans caſto cum corpore iungat,
Succumbit vitiis, nec caſtam dicere carmen
Iure poteſt, animus quam ſi corumpat adulter,
Ira, furor, mæror, liuor, diſcordia, luxus,
Lingua duplex, conſtricta manus, Laxata volũtas,
D *Mœchantur cum corde hominis: tum ſemine mortis,*
Fœtus mortis alunt: en quò perducitur omnis,
Nomine virgineo quæ ſe dum iactitat intus,
Criminibus grauidam neſcit turgeſcere mentem.
Ecce tibi è multis vnum, quo cætera noſcas,
Exemplum. Dominus plebem tum forte doceret,
Peruigili cura ſupremo attendere fini,
Cælorum regnum, quæ Chriſti Eccleſia ſancta eſt,
Virginibus ſacro ſignatis chriſmate confert.
Quarum quinque ex his ſapientia diues adornat.
Quinque alias ſtolido declarat inertia ſenſu.
Quas dum ſub noctem requies complectitur vna,
E *Atque obitum ſignans captiuat lumina ſomnus:*
Ecce autem medio taciturnæ tempore noctis
Perſtrepuit ſubitus, rupitque ſilentia clamor,
Tandem ſponſus adeſt, de corpore torpor inerti
Abſcedat, ſapidæ raptim properate puellæ,
Vnaque quæque ſuo procedat & obuia ſponſo.
Protinus exiliunt omnes, ſtratiſque relictis,
Aptauere ſuas quæſito lumine flammas.
Sed tunc quinque, quibus maior ſolertia menti,
Lampades accipiunt, oleum quibus addere ſumptis
Sollicitudo fuit vaſis, pinguique liquore
F *Ignibus armatis ſqualentem rumpere noctem.*
At quæ neglectum liquit pars altera ſuccum,
Incenſos lychnos ne quidquam ſuſtulit: vnde
Emicat exiguus commoti luminis ignis:
Sed virtute carens languentem lampada feruor
Deſerit, & ſiccam percurrit flamma papyrum,
Mox inter piceos nebuloſa volumina fumos,
Caneſcunt pigra creſcentis mole fauillæ.

Ergo vt ſe indignas tali videre paratu,
Quæ ſponſo occurrant, iam comminus aduenienti,
His prece ſubmiſſa prudentes vocibus orant:
Iam, noſtræ inſpicitis moribundo vt lampades igne
Deficiant, niſi veſtra oleum dilecto nobis
Mutuet, extincto vitam quod præbeat igni:
Quòd niſi torpentes adiutrix dextera flammas
Suſcitet, æternum ſponſo excludente perimus.
Ergo agedum miſeris oleum concedite nobis.
Finierant paucis, longas inhibente loquelas
Aduentu ſponſi, an quarum quæſita rogatæ
Reſpondent ſapidæ tali ſermone ſorores:
Eſt miſeranda quidem veſtrorum cauſa malorum,
Sed tamen hoc oleum non plus quàm ſufficit affert.
Vnuſquiſque ſibi conſtat, quia copia vaſis
Et perfecta ſuum ſeruat menſura liquorem:
Ne fas quæſitum partiri aut perdere ſuccum,
Ne diſperſa cauis deſint fomenta lucernis:
Cùmque lucrum vobis diſpendia noſtra pararint,
Tota ſimul pereant extincta lumina flammis.
Talibus abiectæ dictis, triſteſque repulſa,
Perluſtrant quocúnque loci commercia feruent,
Vendaleſque manus: ſed dum diſceditur, ecce
Introit ſponſus thalamum, induxitque paratas,
Dimittenſque vagas excluſit clauſa ſorores
Ianua, nec tandem redeuntes excipit intro.
Virgines ecce vides quàm vanum nomen honoris,
Niſertur ſanctus thalamis cæleſtibus ignis.
Felix illa manus, largis quæ prouida donis,
Accenſum pura fouit pinguedine lumen:
Tantum namque olei vaſis infunditur amplis,
Quantum quis miſerans miſero porrexit egeno.
Hinc dominus cunctos ardentes ferre lucernas
Admonet: hoc opus eſt, hæc claræ gloria vitæ.
Suppetat ergo tibi pietas, patientia, virtus.
Nec verò eſt quod iam timeas, quicúmque pudicam
Fortunæ caſus, diſcrimina ve altera voluant:
Vna tibi modò conſtiterit mens conſcia recti,
Neglige quid de te rumor diuulget inanis.
Nec lædi iam fama poteſt, innoxia cuius
Vita vel inuitis tandem patet hoſtibus: vt ſe
Opponat mundus, mendaciáque omnia fingat.
Nec deeſt ipſe ſuis tandem expectatus amicus,
Qui verum prodit verax Deus atque fidelis:
Cuius habe monumenta res pauciſſima paucis.
Eugeniæ dudum toto celeberrima mundo
Fama fuit, Chriſti quæ cùm pro nomine vitam
Fuderit, antè tamen fortes proceſſit in actus.
Námque habitum mentita viri, non proinde virile
Pectus præficitur ſanctis à fratribus Abbas.
Tum patris officium complens, ac veſte virili
Fœmineum occultans ſexum, muliebria ſpreuit,
Et meritis anniſque graues, longáque verendos
Religione ſenes iuuenili rexit in æuo.
Tunc recti impatiens, omni qui tempore ſerpens
Mille dolos, damnique artes ter mille volutat,
Inuidet Eugeniæ, & ſanctum crebreſcere frendens
Nomen, ad aſſuetas redit vndique callidus artes,
Eugeniam quærens vulgo traducere: verùm
Quo famam violare cupit, dedit inde coronam.
Quæ ſexum mentita piè, cum munia patris
Sanctè exerceret, morbiſque leuaret ademptis.

A *Quotquot ſubſidium ſancta pietate rogarent:*
Contigit à morbo vt precibus reualeſceret eius,
Iam dudum confecta grauis matrona, bonique
Nominis, inſano quæ mox accenditur igne
Virginis, heu ſpecie infelix decepta virili.
Cumque pudicitiam ſanctam doniſque doliſque
Non ſemel inuaſam fruſtra captare, nihilque
Profore ſi noſſet: (quid non amor impius auſit:)
Addere vim verbis ſtatuit, longèque remotis
Arbitris, morbum ſimulans, morbique leuandi
Eugeniam cauſa appellans: vt nititur illam
Opprimere, inque ſuos inuitam adducere nexus.
B *Illa autem valido ſtuprum clamore repellens,*
Auxiliumque petens magna virtute reſiſtit.
Ergo luxuriæque ſuæ matrona patrande,
Complendique expers mulier malè perdita voti,
A patre Eugenio (qualem decepta putabat
Ob mutatum habitum longa aſſuetudine plebes)
Interpellatum ſtupri ſeſe impia fingit,
Inque forum vocat innocuam: quo protinus omnis
Turba ſenum turbata coit, quot denique cuncti
Attoniti nouitate rei matreſque virique
C *Currunt: interea Eugenius (ſic neſcia ſanctam*
Matrem turba vocat) populo ſpectante tribunal
Cauſam dicturus tam diri criminis intrat,
Et iam tamque reum ſecreti ignara tenebat
Publica vis, odio tantum inflammata ſiniſtro:
Conſcia cùm ſexus proprij, cordiſque pudici
Vincitur, vt vincat iam virgo innoxia fraudem,
Et ſexum oſtendit dudum mentita virilem,
Fœmineum, ac fraudes populo applaudente retexit
Dæmonis, vſque adeò caſti cuſtodia voti
Semper tuta manet, multis licet acta procellis,
D *Quamlibet impugnet miſeri fraus callida mundi,*
Intendatque dolis laqueos, mendaciaque addat.
Nec fert immeritam mors culpæ ignara ruinam,
Quoſque tremens hoſtis fallaci ventilat aſtu,
Purgandos ſancto patientia diſcutit igni.
Nec deſperandum eſt, ſi quando aduerſa videntur
Numine, quæ norunt optatam afferre ſalutem,
Et ſperata ſuis in tempore gaudia ſeruis.
Vendiderat puerũ Ioſeph manus æmula fratrũ
E *Quem cùm olim ſeruum tellus Memphitis haberet,*
Pellicis inſultus dominæ (quæ tota furebat,
Et tota interius iuuenis feruebat amore)
Suſtinuit: quod ſe inuitant cognoſcere, vique
Opprimere auſus erat, quanquã contraria paſſus:
Pertulit vnde inſons ergaſtula: vincla, catenas,
Dum ſpacium replicans geminos ſol duceret annos.
Et iam oblitus erat lucus, iam crine fluenti
Longus ad vſque pedes pendebat ab aure capillus:
Cum vegetante Deo, nullis mens clauſa tenebris,
Eruit è tenebris arcanis abſcondita ſenſus,
F *Atque Canopæi patefecit ſomnia regis.*
Vndè & tanta illi ſucceſſit gratia coram
Principe, vt imperij conſors, & totius eſſet
Ægypti ſecum dominus: quin protinus illi
Captiuo Pharaon diadema in vertice ponit.
Sic regno exilium commutat, principe ſeruum,
Opprobrium euitans, ac præmia magna reportans.
Suſannam poſt hunc dignis quis laudibus vnquã
Excolat, infirmis quondam quæ vicit in annis

Improba vita ſenum, coniuratoſque furores?
Optimus Ebræos & præſtantiſſimus inter
Illi vir Ioachimus erat, quem ſi quid habebat
Iudicij ac litis populus, referebat ad vnum.
Mos eſt Ebrææ genti, vnumquemque per annum
Eligere ex omni ſenio & virtute probatos
Gente duos, qui dent populo reſponſa petenti,
Iuſque ferant, verùm quodam (vt ſors contigit) anno
Lecti plebe duo, non tam virtute valentes,
Quantum obdurati ſenio, atque libidine fortes:
Exarſere ſemel Suſannæ ardore, nec illos
Coniugis auctoritas, matronæ aut fama pudicæ:
Nam propè natiuis defecta caloribus ætas
Continuit, quin luxuriæ paradigma ſenilis,
Et iuueneſcentes defecto in corpore flammas
Proderet, & mores probitas ſimulata malignos.
Fortè per vrentes iam grandi æſtate calores,
Dum medium amplexus cæli ſol torridus axem,
Æqua ſorte diem atque in partes diuidit æquas,
Caſta ſubingredier pomarî clauſtra virentis
Captatura leues auras Suſanna ſolebat:
Hunc verò illius morem ſpeculata ſenilis
Luxuries, opportunam captabat & horam
Et tempus: (quanquam alterius noſciret amores
Alter, & improbitas velut eſt ſuſpecta, timeret
Alter ab alterutro) cùm explere libidine ſeſe
Poſſet, & alterius fructu gaudere mariti.
Dúmque explorantes conceptæ accommoda fraudè
Tempora ſæpe locum effrenes coguntur in vnum,
Et nimium tardos ſecum indignantur amores:
Mutua ſenſerunt perculſi incendia cordis,
Conſimilémque ſui cauſſam agnouère doloris.
Conueniunt ergo, atque nemus (quò ſæpè ſolebat
Aduerſum æſtiuos Suſanna intrare calores)
Ingreſſi, denſam latitant ponè arboris vmbram.
Ecce autem viridis per mollia gramina luci,
Suſanna ingreditur famulis comitata duabus,
Quas ſmigma atque oleum iubet ad ſe afferre, foraſque
Deſtinat, imprudens caſuſque ignara futuri.
Illi autem vt ſolam egreſſis vidère puellis,
Illicet effrontes incautam fraude puellam
Appetiere ſimul, verbiſque hanc talibus ambo
Aggreſſi: En, aiunt, ſoli ſumus, en age noſtris,
Vndique dum clauſum nemus eſt, accedito votis,
Larga ſibi dabimus violati præmia lecti:
Contrà ſi noſtros temeraria ſpernis amores,
Fingetur tecum à nobis inuentus adulter,
Quo cum tu emiſſis habitaueris inde puellis.
Talibus aggreſſi iuuenem gens improba verbis,
Inſuper intentant & verbera, protinus in ſe
Deliciaſque ſuas ni ſtatim aſſentiat: hic tum
Anceps illa diu ſecum luctatur, & hærens
Fluctuat incertæ quò vergat pondere mentis.
Lex peccare vetat, rurſuſque infamia terret.
Hinc iterum duros precibus mollire furores
Tentat, & obſcœnas lacrymis extinguere flammas.
Sed poſtquam nullis precibus monitiſve repulſos
Obſtrictoſque ſenes vincit cognata libido,
Fœmina præclaro mentem ſuccenſa pudore,
Decreuit iam caſta mori, ne crimine tanto
A Fœdarent miſeram carnis commercia vitam.
Teſte Deo gaudet, famámque recuſat inanem,
Iudicio contenta ſuo: tum protinùs omni
Auxilio deſerta hominum matrona, ſuæque
Conſcia virtutis, ſuperis commendat inermem
Mœſta pudicitiam, quo ſuis paſſura labores,
Antè ferat quàm luxuriæ aſſentire ſenili.
Ergo pudicitiæ cuſtos, ſpes vna ſuorum
Summa Deus, ſoluſque animi ſcrutator operti,
Rem cupiens aperire loco, facinuſque recluſum
B Pandere, & obtectas laqueis producere fraudes,
De cælo auxilium, quod vis humana nequibat,
Miſit, & occultas ſeniorum in tempore fraudes
(Nil minus aduerſum ſeſe ſperantibus illis)
Prodidit, illorum puero prodente furores.
Fortè, Semiramia puer hoc ætatis in vrbe
Vnus erat, plebes Danielem Ebræa vocabat,
Cui tanta Aſſyrio quæſita eſt gratia coram
Principe, vt imperij primores inter haberet
Balthaſarem (námque hoc illi Chaldaica nomen
Gens dederat) cui coniunctos tres nouimus illos
Inſignes pueros, Sidrach, Miſach, Abdenagóque,
C Quos ſtatuam Aſſyrij negligentes principis illam
Inſtar adorantum venerarier Aſſyriorum,
Protinus ardenti nudos fornace receptos
Ambibat ſaluos vſtis tortoribus ignis,
In mediis Domino reſonantes cantica flammis.
Quos meritis æquans Danielis candida virtus,
Horrida frendentum compeſcuit ora leonum:
Nam cum in ſe Aſſyrios, & Belis imagine fracta,
Atque ſacerdotum detecta fraude ſuorum,
Dignus ob id mercede puer, nouiſſet in antrum,
Quo ſeptem ingenteis ſolitum nutrire leones,
D Ora fameſcentum ſatiet qui dira ferarum,
Mittitur: vtque illi feritas minus horrida pareat,
Subtrahitur diris conſueta leonibus eſca.
At verò qui nunquam non in tempore ſeruis
Nouit adeſſe ſuis, puero adfuit, inque leones
Virtutem dedit, vt poſita feritate, ſuæque
Iam famis obliti, ſartum tectúmque fouerent,
Immunémque ſuis à rictibus, & tamen illud
Quis non addiderit toti admirabile mundo?
Quòd tum in Iudæa degens regione Propheta,
E Angelica medium ſublatus in aëra dextra,
Vertice de ſummo pendens, ſummóque capillo,
Subiectaſque terens immotis greſſibus auras,
Intulit optatas, puero nil tale putanti,
In Babylona dapes, gratiis tum protinus actis
Excepit Daniel tranſmiſſas deſuper eſcas;
Et quanquam è longis veherentur fercula terris,
Seruauere ſuos peregrina in ſede ſapores.
Septima iámque dies clauſo Danielo redibat,
Cum rex Aſſyrius Danielem vt ploret amicum,
F Illuc inuidia populique timore repoſtum,
Dirorum triſtis feſtinat ad antra leonum.
Vt verò illæſum, vitæque per omnia plenum,
Sæuitiaque feras poſita manſueſcere vidit:
Magnum illum Dominum atque Deum Danielis adorans
Abſtulit, & vinctum multis & honoribus auxit.
Iſte ergo impubis Suſannam fortè videbat
Ad tormenta rapi, veri quàm neſcius antè

Vulgus inauditam damnanerat, & ſimul omnes
Inſontis ſontem certabant cernere mortem:
Cum ſubitò in medium iuuenis ſe proripit agmen,
Accenſum teneræ caſtigans voce tumultum:
Immeritam ecquid (ait) plebes inſana puellam
In mortem rapitis? ſeniores quin magis illos?
Ecquid ad iniuſtum certatis currere lethum?
Protinus ad verbum pueri commota repreſſit
Turba ſequax animos, atque huius criminis illi
Iudicium defert, tum læta precarier omnes
Suſannæ, & finem attentos ſpectare videres.
Ille autem aſcendens populo impellente tribunal,
Confeſtim abiunctos ſensores, quemque ſeorſim
Quæ ſit adulterij ſeries interrogat, & qua
Teſtibus his mulier deprenſa ſub arbore peccans,
At dum reſponſis variant diſcordibus ambo,
Coniunctum facinus diſiuncta voce fatentur.
Tunc omnes pariter timor accipit, vndique clamor
Surgit, & auctores ſceleris plebs obruit omnis,
Inque Dei varias iuncto modulamine laudes
Fertur, & accito Suſanna erepta marito
Redditur, hic omnes communi voce parentes
Collaudare Deum, dignisque extollere pſalmis,
Qui dare ſuppetias (modò ne fiducia deſit)
Nouerit, auxiliúmque, ſuis in tempore ſeruis.
Ergò ſi nubens terrena lege puella,
Eſt etiam curæ Domino: connubia ſi quæ
Integra ſeruauit, ſeruari illæſa meretur:
Conijce virgineus quantum diſponitur illic
Quò Chriſtus vocat hinc meritis, & quanta futura eſt
Illius, à prima quæ mox ætate pudica eſt
Gloria, cùm cuncti iudex atque arbiter orbis,
Laſciuos caſtis hædos ſecernet ab agnis,
A Et ſua pro merito dabit vnicuique laborê
Præmia, demeritis tormenta æterna reſeruans:
Cùm vel in extremis quid quiſque cubilibus olim
Egerit, id nulla demùm cælabitur arte.
Et verò hoc etiam memori tibi mente tenendum,
Chara ſoror, quòd iam potiori in parte locata es,
Quam (modò tu vigiles) vnquã nemo auferet abs te
Olim id dum Mariã aduerſus, pia murmura fundit
Martha ſoror, Chriſto didicit correpta magiſtro:
Optimum enim Maria elegit, nec ſegniter, inquit,
Illa vacat, verbo curis attenta neglectis.
Ergo age iam germana, ſuis dum ſecula curis
B Flagrant, inque ſuos mundus conuoluitur æſtus,
Electam ſeruare tibi non deſine partem:
Te primam meruit cognatio tota patronam,
Iam te ſigniferam ſequimur, vexillaque Chriſti
Te præeunte libens ſectatur ſtemma parentum:
Quos licet antiquo mundus donarit honore,
Et titulis à primæuo inſignierit ortu,
Plus tamen ornantur ſacris inſignibus illi,
Quòd ſanctas ſtudio & meritis rexêre cathedras.
Nec iam atauos ſoror alma tibi proauoſque retexã.
Vita ſacerdotum quos reddidit inclyta claros:
C Pontificem ſacris adſumptum reſpice patrem,
Cúmque tibi genitor vel auunculus vndique magni
Virtute & meritis præeant, ſectarier aude
Siue præire magis: precibus nec deſine Chriſtum
Flectere, quò ſumptos patrum ad conſortia fratres,
Dignè ſuſcepto fungi pro munere donet.
Pro quibus aſſiduas illi perſolnere grates,
Fundere vel fletus non tædeat: vt tibi nullus
Fratrum de numero deſit, cùm præmia ſumes
Factis digna tuis, materque effecta parentum
Virgineæ victrix ſociabere læta cateruæ.

MARII VICTORINI RHETORIS
AFRI, DE FRATRIBVS MACHABÆIS INTERFECTIS AB ANTIOCHO EPIPHANE.

REX fuit Antiochus Syriæ ditiſſimus olim,
In cuius regno mater natique fuiſſe
Septem (vt fama refert) de ſancta gente creati:
Quos cura aſſidui generis meminiſſe iubebat,
Et legi ſeruire datæ: ſic namque volentes
De populo meliore Dei ſua iura tenebant.
Rex auidus mutare fidem, mutare timorem
Voluit, & vt populo pariter miſceret iniquo,
Præmia promittit matri, promittit & illis,
Et quicquid poſſet totum perquirere regnum,
Si demutaret mentes, ſenſuſque priores,
Cogeret, & natos alios ſibi fingere mores.
Illa negat, tacitúmque premit ſub corde dolorem
Hanc poſtquam nulla potuit compellere præda,
Tentauit primùm tormentis vincere ſæuis.
Pertulit illæ tamen gemitus, & triſtia regis
Verbera non timuit, victum ſe vidit vt ille,
A Heu quid agam? dixit: vincor, quid plura? dolendo
Non tamen effugies: plus eſt, quod plura dolebis.
Innatos ſæuibo tuos, licet improba perſtes,
Hac certè ratione meum ſanabo dolorem.
Suſtulit illa manus, cælúmque inſpexit in altum
Emittens gemitus, & talia verba locuta eſt,
Tu licet & gazas tradas, & regna tyranne,
Non capimur regum donis, nec munera ſanctis
Eripient promiſſa Dei: ſpes certior illa eſt,
B Quæ vitam nobis promittit tempore longo:
Hanc ſequor, hanc didici, non lubrica tangere regna.
Sumere diuitias facile eſt, & perdere vitam.
Sed licet & flammas poſt verbera ſæua mineris,
Nil mutare potes: primis accepimus annis
Virtutem cum lege datam: mihi linquere certum eſt
Quicquid ſæue iubes. Natis, quòd dura minaris,
Hoc ſolùm poteris matrem turbare timore:

Eſt mihi namque Deus ſpes, eſt mihi certa meorum
Per quem iam ſperem te nullum vincere poſſe.
* *Fauc, cæliſque Parens, te iuſta rogamus.*
Rex furit Antiochus, turbatáque corda tumebant,
Concutit & ſæuos teſtatus lumine vultus,
Miratúrque diu poſſit quòd fœmina tantum.
Miles, ait, pare regi, paréque ſatelles,
Vos famuli parete mihi, data regna furenti
Fœmineo tormenta malo, ſæuire furentem
Fœmina me cogit, quod plus eſt, fœmina vincit
Regis iuſſa ſui, ſed non impunè locuta eſt,
Membratim pereat: ſeptem nam perfida natos
Intra regna tenet, quorum qui primus habetur,
Hic primus pereat: pereant ſic ordine cuncti,
Cratibus impoſitos ſubiectis vrere flammis
Cernat vt ipſa ſuos, ſic cernat vt aſpera natos
Pœna aut quem maneat, celeres decet eſſe miniſtros.
Interea fœcunda parens, iam crine ſoluto,
Aſtitit hortanti ſimilis, iam pectore nudo
Vbera protendens, natorum alimenta ſuorum,
Non confuſa ſtetit, natúmque vt vidit ad ignes
Inconſtante gradu timidum procedere, dixit:
Tu mea progenies, tu primus reſpice matrem,
Tu nunc certè meus, matris tu nate memento,
Te primum peperi, tu nunc imitare parentem,
Sume meos mores, & regem vince tacendo,
Tum poteris durare diu, ſic tempora vinces
Perfida, ne ſuperet ſanctos violentia regis.
Vtere conſilio, regis ne damna timete,
Fortior eſt iſto, ſaxóque potentior ipſo:
Ingredere vt iuuenis, patienter vince dolorem.
Ille modò ad matrem vultus, modò tollit in altum.
Dúmque tacet tacituſque rogat, quæ debet, & orat,
Non ſenſit rapidos ſubiectos cratibus ignes,
Corpus inane fuit, mater gauiſa dolore eſt,
Et dixit: Vici, vincam ſi ſæpius orem,
Dures natorum virtus incognita regi,
Sed iam nota Deo populi qui pectora nouit.
Finierat primi partus fœcunda dolorem,
Sed remanente metu, pro pluribus anxia mater:
Diſſimulátque tamen, ne regem gaudia tangant.
Rex ſtupet Antiochus, nec credit poſſe ſequentes
Pœnæ tale genus ſimiles peruincere natos,
Cœpta iubet peragi, mater non territa manſit.
Sed tamen vt vidit pallentem aſſiſtere natum,
Hæc ſecum voluens, aliqua iam parte leuata:
Ecce ſecunda mihi partus producitur ætas.
Quàm ſimilis fratri formoſo pectore, dura
Si ſequeris primi partus veſtigia noſtri,
Eſſe meus poteris, & ſic reparare ſalutem,
Quam iam frater habet, matris præcepta ſecutus,
Pone metus, regiſque minas contemne furentis,
Regnáque quæ paruo labitantia tempore dantur.
Non poterit poſt iſta tibi rex iſte nocere,
Temporis ecce leuis accenſus cogitur ignis,
Virtutis locus eſt, languentem pone timorem,
Sume animos, noſtri generis ſi ſenſus inhæret,
Hic qui ſceptra tenet, regno qui ſæuit in iſto,
Tempus inane regit: regnum vitámque cremari,

A *Damnárique nocens æternos ſentiet ignes:*
Tu ſecurus eris, turba comitante piorum.
Accipe nate meos vultus, & reſpice cælum,
Auctorémque Deum, per quem tibi vita paratur
Hæc melior, fratriſque tui veſtigia calca.
Non quod rex iuſſit, ſed quod Deus imperat, audi.
Sicut erat monitus matrem cælúmque videre,
Conſtitit, atque hilari vultu contemnere regem
Cœpit: & vt ridens ardentes irruit ignes,
Collapſuſque tacens anima ſuperante quieuit.
Mater vt hoc vidit, rigido ſic ore locuta eſt?
B *Felix parte aliqua, cùm iam vis, nec potes omnes,*
Sæue tyranne meos trucidando vincere natos.
Te grauior nunc pœna manet, crudelis, in igne
Quam patiere breui: Deus hic namque omnia cernit,
Iam duo ſecuri contempto rege manebant.
Spes melior iam matris erat, iam tertius inſtat
Ecce locus pœnæ, ſi pœna eſt vincere regem,
Et ſeruire Deo: laus eſt, non pœna furentis.
Tertius attrahitur iuuenis mandante tyranno.
C *Qui nondum ſatiatus erat: furor intus & iræ*
Sæuibant pariter, quòd fortia pectora fratrum
Viderat impauida regis ſuperaſſe furorem.
Conſtitit antè pedes iuuenis florentibus annis,
Egregius forma: diro qui regna teneret
Dignior Antiocho, & ſic meliora ſecutus
Regna, vocante Deo. Mater cui talia fatur:
Accipe nate tuæ ſecurus dicta parentis,
Accipe, ne ſegnis reddas virtutis honorem.
Sunt tibi iam fratres pietatis ſede manentes,
Iam locus eſt melior quàm regna labentia regis:
Quorum ſi proprios attingis pector ſenſus,
D *Victor apud populos regem ſuperaſſe fereris,*
Sicut fama tuos iam miſit in ardua fratres:
Huc acce de precor: ſunt hæc, ſunt apta dolenti
Contempſiſſe nefas, & iura relinquere regis
Indomiti, quem nulla manet poſt iſta voluptas.
At iuuenis tacito mittebat murmure vocem,
Oranti ſimilis, palmas tendebat in altum,
Subnixóque genu matris figebat in ore,
Qua licet aſpectum corpus, quà turba tenebat.
Qui ſimul admonitus, cratem conſcendit, in ignemque
E *Intrepidus, certáque fide ſua membra locauit,*
Sanctáque quæ ſupereſt anima inuiolata receſſit.
Conciderant flammæ tepida remanente fauilla,
Illæſum corpus tellus adaperta recepit.
At mater dubitans gemitus an gaudia ſumat,
Hæſitat, & querulo ſic eſt ſermone locuta:
Quid nunc dire paras? iuſſis paremus, & omnes
Munera, ſed partus cuſtos ne ſubtrahat vlla,
Sed licet ipſe velis non ſum paſſura tyranne:
Omnes nam pariter pereant certamine tanto,
F *Temporis ipſe tui mutes licet horride pœnam,*
Duráque quæ ſanctis eadem ſententia natis
Sed grauiora paras, ſi ſunt grauiora, minari,
Quodque meos cernis vultus horrore teneri,
Gauderes partem quoties decernis in iſtam.
Ardet at ipſe magis rapida rex concitus ira,
Contemníque putat, ne ſicut cætera fratrum

Turba ferat pœnas, matrem hoc quoque quærere ſentit,
Dúraque in exitium quartum producere natum
Penè manu voluit: laſſati namque miniſtri
Nec regis furias, nec regem ferre volebant.
Proh pudor, erubuit vultus oſtendere matri
Natus, & attonitam mentem confundere cœpit.
Hunc poſtquam ſtantem ſummiſſo lumine vidit,
Talibus aggreditur dictis, moritura timentem:
A primo quartus partus, mihi quartus ab imo,
Quæ nunc verba tibi, quæ poſſum dicere nate?
Hoc niſi, quòd cæli durata potentia tecum
Sit ſimul & virtus, & ſanctus originis auctor.
Illi debemus regi, quodcunque rogamur.
Ille dedit nobis Abraham cum ſemine ſancto,
Per quem nobilitas, per quem genus omne probatur,
Quod manet in Dominũ: ſanctus cui naſcitur Iſaac
Tunc cùm iam nullum natum ſperare ſenectus
Sponte ſua poterat, ſterilis quia Sara manebat:
Attamen hæc peperit, generique propagine cœpta
Ex inſperato remanent tibi Sara nepotes,
Eſaus & patriam deductus Iacob in vnam,
Quos certum eſt partu gemino peperiſſe Rebeccam:
Hinc ſumus, hinc orimur genus hoc tibi nate petendum,
Tu tibi pande viam generis, quis in arce piorum,
Quorum progenies totum diſperſa per orbem,
Inuidiam patitur? Dominum quia ſola potentem
Mente colis, mixtæ nec turbæ acceſſit iniquæ.
Quid tibi cum triſti vultu? quid lumina terræ
Fixa tenes: cælum potius cælique parentem
Conſpice: nec dubita, mater tibi proſpera monſtrat.
Quicquid, id eſt, patienter adi, conſenſibus augo
Turbam nate meam, numerúmque hortare ſequentum,
Nec decreta parens luctus & gaudia mixta
Finierat claros monitus, tum luminis orbes
Ipſe leuat, matrémque oculis attendere cœpit,
Nil iam triſte gerens: habitus, vultuſque fatentur
Se timuiſſe nihil, niſi triſtia vulnera matris
Per partus diuiſa ſuos: ſed & ipſe citato,
Elapſus manibus, curſu conſcendit in ignes.
Mira loquar, non flamma comas, non contigit ora:
Exanime vt corpus flammæ ſuperauerat ignis,
Ore patente tamen, tacitè quà ſpiritus iret,
Vnde acceptus erat, pariter cum ſanguine fugit.
Hoc ipſo eſt gauiſa parens, quòd qui modò triſti
Conſtiterat vultu, fretus quòd pectore tuto
Paruerit monitis, regis contemptor & illis
Sic exorſa parent, cùm rex dubitaret in illos
Qui ſuperant gemituſque daret, pia turba miniſtri
Regem execrantur, tanto ſermone querentes:
Protrahe, quid dubitas: nulli iam parcere debes,
Nec potes, vt cupias, decretum rumpere nulli:
Appello Regem, totum qui temperat orbem,
Qui mare, qui cælum, cæli cui ſidera parent:
Quòd niſi producis, timor eſt, iam ſegnius inſtas,
Iam ſentis quem pœna petat, iam gloria nobis
Parte in vtraque manet, liceat producere nullis.
Nam quoſcunque tuum iuſſiſti excedere regnum,
Forſitan hoc morem credas furioſe tyranne,
Longa magis vita eſt, regnóque potentior iſto
A *Quod regis, extrema huius iam parte moraris?*
Hos quoque ſi metuis, ſuperant ætate minores?
Contemptuque ſimul vincunt tua regna ſuperbe.
Sed perage imperium, nec partus diuide noſtros,
Hos quoque de flammis, & viribus vtere regni:
Mortalis tamen es, nec in æuum regna tenebis.
Concipit Antiochus furias, ſæuuſque tyrannus
Exhibet, & gemitus intra ſua pectora voluit:
Conſentit cum mente color, triſtiſque grauatos
Attollit vultus, & talia verba profatur:
B *Hæc tua libertas, & dira potentia linguæ,*
Atque hic quem tumida portas ceruice rigorem
Sentiet irati regis quid vulnera poſſint.
Si nondum es ſatiata malis, & fingere tentas
Lætitiam, luctuſque tuos in gaudia vertis,
Non mutabo necem, gaude, lætare, triumpha,
Dummodò ſic vincas, vt ſis ſuprema tuorum.
Sic furioſa nimis natorum funere gaudes?
Hoc quoque do flammis, hoc, nec mutare poteſtas
Vlla poteſt decreta, modò tu viue ſuperſtes
Natis orbata tuis, & ne mea iuſſa morentur,
C *Ordo ſuos peragat curſus. Producite natum,*
Nec vano pereant ignis dubiuſve videre
Rex poſt iſta reor, timor eſt mihi fœmina nullus.
Præcipuus de gente tua produceris index,
Quàm ſpecie mirande puer, tui pectore virtus
Firma manet, iam quæ poterat vel vincere regem.
Ad quem ſic placido mater ſermone locuta eſt:
Si dare complexus matri tibi nate liceret,
Confiteor ſoli, poſt vulnera nate dediſſem.
Sed me dura vetat, triſtiſque potentia regis:
D *Sed neget amplexus, dum ſit vox libera nobis,*
Et liceat meminiſſe Dei, legemque tenere
Non à rege datam, ſed quam Deus arbiter orbis
Tradidit, & mundi rector, Moſeſque petitam
Accepit, populóque dedit: quam maxima laus eſt
Noſſe Deum, meritò cui nos tribuamus honorem.
Tu modò ne dubita monitis parère parentis:
Sed vigor & virtus, penituſque in pectore toto
Mens maneat tam plena Deo: ſit potior ætas
Quàm regi ſperare fuit, ſperare iubentis,
E *O quanta eſt virtus, quanta eſt fiducia fortis?*
Sed tu quid dubitas medias euincere flammas?
Victor eris (mihi crede) puer, victórque redibis.
Oſſibus & validis miſcebit corpora neruus,
Seruataſque animas iterum in noua viſcera reddet,
Sed ne fortè tamen rapidus te terreat ignis,
Fratrum ſume animos, æternumque inſpice numen.
Iuſſa facit, tacituſque Deum teſtatus, & orat
Murmure quo poterat, puerum non impedit ætas,
Amplius haud timet ille necem, matrique volenti
F *Paruit, & dicto citius ſuperirruit ignis.*
Ceſſerunt flammæ, ceſſit dolor omnis, & vnà
Corpus & ignis erat, corpus ſuperauerat ignem,
Spiritus antè tamen placidas ſuperauerat auras.
Læta dolet tacitè mater, preſſitque dolorem
Lætitia, luctuſque ſuos in gaudia vertit,
Non de præteritis, ſed de puerilibus annis
Qui ſuperant, ne fortè negent, ne fortè timorem
Concipiant animis, regique accedere malint.
Quò minor eſt ætas, maior metus, anxia ſecum
Diuidit & curas, & ſpes, & ſic timor vnà

Luctantur, matriſque piæ per viſcera curſant.
Spes tamen eſt melior, natum vt producere vidit,
Et procul intrantem: Videam quid poſſit in iſto
Spes conferre mihi vultus agnoſcere noſtros
Debet & hic, fratrum & numero parere ſuorum.
Forſitan hunc ſolum puerilia pectora tangent,
Indignéque feret quod ſic velut hoſtia detur.
Alloquar, & paucis conabor dicere verbis,
Sic memor vt potius generis, quàm temporis huius.
Si te nobilitas generis, ſi tangit origo,
Reſpice nate tuos, & nos quoque reſpice nate.
Noli annos memorare tuos, puer incipe verum
Pectore ferre Deum, tradent hoc ſecula ſeclis,
Quod tu fortè petis: des nunc exempla futuris
Temporibus, mundo quod ames nil amplius hoc eſt:
Reſpice quæ fugias, & quàm meliora petantur.
Nec te ſollicitet miſeri fallacia regis:
Sed creſcas ipſi nunc in contraria victor.
Spiritus extinctus flammis, ſic deinde receſſit:
Quod dederat corpus, tellus adaperta recepit,
Sanctáque quæ ſupereſt anima mutilata receſſit.
Quamuis laſſa parens per tot ſua vulnera, regem
Pertulit, eſt animo pariter manibuſque ſupinis
Has habuit voces, & talia verba locuta eſt:
Qui regis imperium cæli, terræque, mariſque,
Sidera qui cælis, qui das animantia terris,
Æquoribus piſces, ventûm qui verberat auras,
Ad te prima mei cupidæ fiducia ſurgit,
Qui chaos implicitum cæca caligine miſcens
Diuidis in partes, & das noctémque diemque,
Lunamque & rapidum ſolem, qui tempora ſeruent,
Et poſt hæc hominem, cuius de ſemine mundus
Completur, mortale genus, tum lingua liqueſcit
Diſſona per gentes, ſapor eſt tamen omnibus vnus:
Sed qui mutauit meritis hominumque loquelas.
Longa referre mora eſt, cœptis inſiſtere certum eſt:
Tu mare diuiſum virga voluiſque, teneſque,
Dum pede per ſiccum populus tranſcenderet æquor,
Ægypti effugiens mortem, regemque Pharaon,
Qui ſibi ſanctorum numerum ſeruire iubebat,
Quem tu maieſtas Moſe duce tranſtulis omnem,
Seruatumque tua totum virtute redemis.
Terra dabit fructus, quos te cogente ferebat,
Occupat & totis quæſitam lympha latebris:
Humor erat nullus, cuncti clamore querentes
Poſcebant Moſen, daret vt ſitientibus vndas,
Ad quos ille breuis ſic eſt ſermone locutus:
Credite poſſe Deum, quicquid petieritis illum,
Sed tamen hanc virgam durum diffindere ſaxum,
Vt veniant fontes tota regione morati.
Percuſſitque ſimul: dicto velocius, annis
Emiſit ſaxum fontes dulcedine prima.
Confiteor, totus cùm ſit tibi debitor orbis,
Tu quicquid poſſunt gentes, potes omnia ſolus:
Tu mortale genus curas, oneraſque, leuaſque,
Te precor, attonita confirma mente timentem,
Ne deſit fratrum numero meus infimus infans,
Ignaruſque ſui, quin iam procul ecce teneri
A Conſpicio, turba circumueniente frequenti.
Hūc propter ſolum lacrymas, quas commouet ætas,
Vnus eum ſupereſt, de quo mihi maxima cura eſt,
Ne tener ignoret qua ſit de gente creatus.
Hunc ego ſi poſſim ſecretò apprendere ſolum,
Blandirer, patriamque genus patriamque docerē:
Sed quæcunque tamen potero, ſolatia mittam.
Parue puer, teneriſque tuis mihi charior annis,
Charior es regno, vita quoque charior ipſa:
Tu potes in totum victricem reddere matrem,
B Tu finis paruus, finiſque future malorum:
Si te cura mei tangit, ſi matris odorem
Mente creante tenes: quamuis & charus, & infans,
Hoc magis aure pia dictis attende parentis.
Primùm diſce puer, quid ſis poſt iſta futurus,
Si patiens fueris: tunc te mihi chare futurum
Facta decent, fratrum ſanctorum in parte locatus
Et requie ſecurus eris, dum ſecula curſus
Sæua ſuos peragunt, finito tempore certo
Hanc lucem repetes, æternáque regna videbis.
Non maculata malis, ſed erit concordia ſanctis,
C Nec morti locus vllus erit, nec bella citatis
Exercentur equis, ſed pax æterna manebit.
Matrem crede tuæ ſemper cupidam eſſe ſalutis,
Hæc mihi cur triſti vultu ſic dicta repellis?
Quid refugis: miſerere mei, miſerere tuique.
Si liceat, prior ire velim: vetor ecce, ſed ibo
Tunc, cùm victorem cernam te, nate, malorum.
Quid ſperare iubes? ſolus mea dicta moraris?
Solus adhuc æquum renouas mihi nate dolorem?
Annuis, an damnas quoque me fratreſque genuſque
D Quod ne fortè velis oro te, & deprecor audi:
His ego te paruum nutriui nate papillis,
Te per ego has precor, & fletus lacrymaſque meo-
rum,
Vt remeare velis, remeabis ſolus & huius
Non tibi iam fratres dederint ſolatia vitæ:
Dedecoras fratrum ſanctiſſima nomina, matrem.
Et genus & patriam, ſi talia dicta recuſas.
Heu quanto melius vitam ſeruabis in æuum,
Si facias tandem, quicquid fecère priores?
E Audenter depono metus, depone timorem:
Concipe mente Deum, vires dabit ille viriles.
Hæc dum mater agit, puer ad præcepta parentis
Reſpicit, & ſolum ſe vidit vt eſſe relictum,
Suſtulit ad cælum vultus, palmaſque ſupinas,
Et ſic voce petens æternum numen adorat,
Senſu & ſic pariter ſecum nutúque rogabat:
Vinceret vt regem, ſæuos & vinceret ignes.
Atque ita non ſegnis, nec pro puerilibus annis
Proſilit intrepidus, medios delapſus in ignes,
F Vicit quicquid erat, ſic vt vitam iret in altam
Spiritus, & fratrum peteret ſecreta piorum.
Dum puer iſta gerit, ſoluerunt gaudia matrem:
Iámque vt erat laſſata malis, iam voce negata
Suſpirans, interque manus collapſa ſuorum,
Concidit exanimis, reſolutáque membra quierunt,
Sic ipſa & nati ſanctorum in parte recepta eſt.

IVVENCI PRÆSBYTERI POETÆ CHRISTIANI DE HISTORIA EVANGELICA, LIB. III.

*

Prologvs.

IMmortale nihil mundi compage tenetur,
Non orbis, non regna hominum, non aurea Roma,
Non mare, non tellus, non ignea ſydera cæli.
Nam ſtatuit genitor rerum irreuocabile tempus,
Quo cunctum torrens rapiet flamma vltima mundum.
Sed tamen innumeros homines ſublimia facta,
Et virtutis honos, in tempora longa frequentant,
Accumulant quorum famam, laudeſque poëtæ.
Hos celſi cantus Smyrnæ de fonte fluentes,
Illos Minciadæ celebrat dulcedo Maronis.
Nec minor ipſorum decurrit gloria vatum,
Quæ manet æternæ ſimilis, dum ſecla volabunt,
A *Et vertigo poli terras atque æquora circum,*
Æthera ſydereum iuſto moderamine voluet.
Quòd ſi tam longam meruerunt carmina famam,
Quæ veterum geſtis hominum mendacia nectunt,
Nobis certa fides, æternæ in ſæcula laudis
Immortale decus tribuet, meritumque rependet.
Nam mihi carmen erunt Chriſti vitalia geſta,
Diuinum in populis falſi ſine crimine donum.
Nec metus, vt mundi rapiant incendia ſecum
Hoc opus: hoc etenim forſan me ſubtrahet igni,
Tunc, cùm flammiuoma deſcendet nube coruſcans
Iudex altithroni genitoris gloria Chriſtus.
B *Ergo age, ſanctificus adſit mihi carminis auctor*
Spiritus, & puro mentem riget amne canentis
Dulcis Iordanis, vt Chriſto digna loquamur.

LIBER PRIMVS.

LVCÆ PRIMO.

REx fuit Herodes Iudæa in gente cruentus
Sub quo ſeruator iuſti templique ſacerdos
Zacharias, vicibus cui templum cura tueri.
Digeſto inſtabat lectorum ex ordine vatum.
Huius inhærebat thalamis digniſſima coniunx,
Cura ijs ambobus parilis moderaminis æqui,
Ambos annexos legis præcepta tenebant.
Nec fuit ijs ſoboles, iam tunc vergentibus annis,
Gratius vt donum iam deſperantibus eſſet.
Sed quum forte adytis ariſque inferret odores
Zacharias, viſus cælo deſcendere aperto
Nuntius, & ſoli iuſſas perferre loquelas.
(Cætera nam foribus plebes atrata rogabat.)
Quid tibi terribilis concuſſit corda pauore
Viſus, cùm læti ſermonis gratia placet?
Nam me propitius rerum pater vnicus, alto
A cæli ſocio tibi nunc in verba venire
Præcipit, & chara tibi mox de coniuge natum
Promittit grandis rerum cui gloria reſtat,
Plurima qui populis naſcendo gaudia quæret,
Sobrius æternum, clauſum quem ſpiritus ipſis
Viſceribus matris complebit numine claro.
C *Iſtius hic partem populi pleramque docendo*
Ad verum conuertet iter, dominumque Deumque
Continuò primus noſcet, plebemque nouabit,
Nomine Ioannem quem tu vocitare memento.
Olli confuſa reſpondit mente ſacerdos:
Æmula promiſſis obſiſtit talibus ætas,
Nec ſenibus ſoboles poterit contingere feſſis,
Quam Deus auertens, primæuo in flore negauit.
Hæc trepidans vates: cui talia nuntius infert:
Si tibi mortalis ſobolem promitteret vllus,
Ad deſperandum forſan cunctatio mentis
Debuerat tardis hærens inſiſtere verbis.
D *Nunc ego, quem Dominus cæli terræque creator*
Ante ſuos vultus valuit parère miniſtrum,
Auribus ingratis hominis, viſuque receptus,
Summi iuſſa Dei non contemnenda peregi.
Quare promiſſis manet irreuocabile donum.
Sed tibi claudetur rapidæ vox nuntia mentis,
Donec ſuncta Dei firmentur munera vobis.
Hæc ait, & ſeſe tenoris immiſcuit auris.
Interea populum miracula longa trahebant,
Quid tantum in templo vellet ceſſare ſacerdos.
Egreſſus trepidè numen vidiſſe ſupernum
Nutibus edocuit, miſeræ & diſpendia vocis.
Inde domum remeat completo ex ordine vates

Officio, amiſſamque leuant promiſſa loquelam,
Nec dilata diu venerunt munera prolis,
Anxia, ſed ventris celabat gaudia coniunx,
Donec quinque cauam complerent lumina Lunam,
Tunc maiora dehinc idem mandata miniſter
Detulit ad Mariæ demiſſus virginis aures.
Hæc deſponſa ſuo per tempora certa propinquo
Abdita virgineis caſtè pubeſcere tectis
Et ſeruare diem, juſſis permiſſa parentum.
Ad quam tranquillum ſermonem nuntius infit,
Salue progenie terras iutura ſalubri,
Deſine conſpectu mentem turbare verendo:
Nam tua concipient cæleſti viſcera iuſſu
Natum, quem regnare Deus per ſæcula cuncta,
Et propriam credi ſobolem gaudetque iubetque.
Huic, vbi ſub lucem dederis, ſit nomen IESVS.
Ad quem virgo dehinc, pauido ſic inchoat ore:
Nullos conceptus ſine fieri coniuge dicunt,
Vnde igitur ſobolem mihi nunc ſperabo venire?
Nuntius hæc contra celeri ſermone profatur:
Virtus celſa Dei circumuolitabit obumbrans,
Spiritus & veniet purus, lectiſſima virgo,
Ac tibi mox puerum caſto ſermone iubebit
Magnificum gigni, populis quem credere ſanctum
Supremique Dei natum, vocitare neceſſe eſt.
Sic cognata tibi, ſterilis quæ credita cunctis
Zachariæ coniux, mortali germine nuper
Æuo deſeſſis auxit miracula membris.
Sextus adeſt menſis, parent ſic omnia iuſſis.
Virgo de hinc: Domino famulam nunc ecce iubenti
Vt tua verba ſonant cernis ſeruire paratam.
Nuntius abſcedens vacuis ſe condidit auris.
Illa dehinc rapidis Iudæam paſſibus vrbem,
Zachariæque domum penetrat, grauidamque ſalutat
Elizabeth: clauſæ cui protinus anxia prolis
Membra vteri gremio motu maiore reſultant,
Et ſimul exiluit mater concuſſa tremore,
Diuinæ vocis completa afflamine ſancto.
Et magnum clamans, Felix ô fœmina ſalue,
Felicem geſtans vteri ſinuamine fœtum.
Vnde meam tanto voluit Deus æquus honore
Illuſtrare domum, quam mater numinis alti
Viſeret? Ecce meo gaudens in viſcere proles
Exultat, Mariæ quum prima affamina ſenſit.
Felix quæ confiſa fidem mox affore verbo,
Quod Deus ad famulos, magnum dignando, locutus.
Illa trahens animum per gaudia mixta pudore
Suppreſſo, vocis pauitantia dicta volutat.
Magnificas laudes animus, grateſque rependit
Immenſo Domino mundi, vix gaudia tanta
Spiritus iſte capit, quòd me dignatus in altum
Erigere ex humili celſam, cunctiſque beatam
Gentibus, & ſeclis voluit Deus æquus haberi.
Suſtulit ecce thronum ſæuis, fregitque ſuperbos.
Largifluis humiles opibus ditauit egentes.
Tunc illic manſit ternos ex ordine menſes,
Ad propriamque domum repedat iam certa futuri.
Iamque aderat tempus, quo ſarcina deſerat aluum
Elizabeth, liquidas ſoluenda in luminis auras.
Ad partus fama tantos collecta cucurrit
Turba propinquorum, tum gaudia mira frequentes
Concelebrant, nomenque iubent genitoris habere.
A Abnuit hoc genitrix, ſed Ioannes vocitetur,
Ingeminat: placuit muti tunc iuſſa parentis
Conſulere, ſcriptoque rogant edicere nomen.
Sed proh mira fides! tabulis quum ſcribere tentat
Implicitam ſoluit per verba ſonantia linguam,
Mox etiam aſſuetam penetrant ſpiracula mentem,
Completuſque canit venturi conſcia dicta:
Concelebrent cunctis laudes grateſque frequentent
Aſtrorum & terræ, pontique hominumque parenti,
Viſere quòd voluit, propriamque abſoluere plebem.
En beat antiquam gentem, cornúque ſalutis
B Erecto, indulget Dauidis origine lumen,
Hoc eſt quod priſci cecinère ex ordine vates:
Hæc eſt illa ſalus, quæ nos ex hoſtibus atris
Eripit, vt iuſtè iuſto ſeruire queamus.
At tu parue puer, ſanctus dignuſque Propheta
Dicère, & Dominum mox prægredière viando,
Illius & populum duces per lumen apertum.
Errorem per te ſpernent, mortiſque tenebras
Abrumpent omnes, tua qui præcepta ſequentur,
Exin ſecretis in vallibus abdita ſemper
Vita fuit puero, donec poſcentibus annis,
C Vatis ad officium, pleno pubeſceret æuo.

Matthæi 1.

Interea Mariæ ſponſo miracula mentem
Sollicitant, manifeſta vteri quòd pondera vidit,
Et ſecum voluit, quanam ratione propinquæ
Dedecus oppreſſum celet, thalamoſque recuſet.
Talia tractanti torpeſcunt membra ſopore.
Mox ſtertente, Dei vox eſt audita monentis,
Accipe coniugium nullo cum crimine pactum,
Spiritus impleuit ſancto cui viſcera fœtu.
D Hanc cecinit vates venturam ex virgine prolem,
Nobiſcum Deus, eſt cui nomen: protinus ille
Hæc præcepta ſequens, ſeruat ſponſalia pacta.

Lucæ 2.

Sed tum fortè nouus, capitum diſcuſſio, cenſus
Cæſaris Auguſti iuſſu per plurima terræ
Deſcribebatur Syriæ, quam iure regebat
Cyrinus, proprij cui tota per oppida fines
Addebant populi vires, nomenque, genuſque.
E Vrbs eſt Iudææ Bethleem, Dauida canorum
Quæ genuit, generis cenſum quæ iure petebat.
Obtulit hic illum, genus huc quòd vterque trahebat,
Deſponſamque ſibi ſcribens, grauidamque profeſſus:
Hoſpitium amborum Bethleem ſub mœnibus vrbis
Anguſti fuerunt perparua habitacula ruris.
Illic virgo nouum completo tempore fœtum
Edidit, & leni pannoſo tegmine fotu.
Texit, cui durum cunas præſepe miniſtrat.
Circa ſollicitæ pecorum cuſtodia noctis
F Paſtores tenuit vigiles per paſcua læta:
Ecce Dei monitu iuſſus deſcendere cælo
Nuntius, ac ſubito terror tremefacta pauore
Proſtrauit viridi paſtorum corpora terræ.
Talis & attonitis cælo vox miſſa cucurrit:
Ponite terrorem mentis, mea ſumite dicta
Paſtores, quibus hæc ingentia gaudia porto.

Digitized by Google

Nam genitus puer eſt, Dauidis origine clara,
Qui populis lucem mox lætitiamque propaget.
Hoc ſignum dicam, puerum quòd cernere vobis
Iam *licet, implentem gracili præſepia voce.*
Talia dicenti iunguntur millia plebis
Cæleſtis, cunctique Deum laudantque rogantque,
Talis & vnius vox agminis aëra complet:
Gloria ſupremum comitetur debita patrem,
In *terris iuſtos homines pax digna ſequatur.*
Et ſimul his dictis, cæli ſecreta recuſant.
Paſtores properè veniunt, puerumque iacentem
Præſepis gremio cernunt, poſt inde frequentes
Diſpergunt latè celebris vaga ſemina famæ,
Mirantes laudant, lætantes conſtupuerunt,
Omnia nocturnis monitis quòd vera recurrant.
Viderat octauam lucem puer, ecce recidi
Ad morem legis, nomenque aptare neceſſe eſt,
I*mpoſitumque illi eſt (monitis cæleſtibus olim*
Q*uod Mariæ vox miſſa Deo præcepit) IESVS.*
Scripſerat antiquæ Moſes moderamina legis,
I*nter quæ primos priſco de ſanguine vatum,*
Obſeruare dedit, fœtus offerre ſacrandos.
I*mplumeſque ſimul ferre ad delubra columbas.*
Hæc vbi per Mariam templo ſeruata feruntur,
Ecce ſenex Simeon, *dignus comprendere ſenſum*
Cæleſtis vocis, cui quondam præſcia rerum
Virtus prodiderat, quòd carcere corporis ægri
Depoſito, mortem liber requiemque videret,
Cùm primùm cæli laudem terræque ſalutem
(Omnia quem vatum ſpondent oracula) Chriſtum
Vidiſſet templo ſolennes ferre palumbos.
I*ſque vbi, curuato defeſſus corpore templum*
I*am grauior penetrat, monuit quod ſpiritus auctor,*
Ecce ſimul paruum gremio genitricis IESVM
Ad templum ſenſis veniſſe, trementibus vlnis,
Accepit puerum, lætuſque hæc dicta profatur:
Nunc nunc me famulis dominus, nunc liberat arctis
Corporis è vinclis, finemque imponere verbis
Dignetur cum pace ſuis, en ſplendida noſtros
Lux oculos tua circumſtat, radiiſque refulget,
Q*uam cunctis hominum luſtratis gentibus addet*
I*ſraëlitarum cumulatæ gloria plebis.*
Hinc ait: Hæc quid virgo tibi tam mira videntur?
Q*uid tantum Mariæ ſtupuerunt pectora matris?*
Hic puer ad populi caſum datur, iſte renaſci
Concedet populis, illi ſignum eſſe negabunt
Fœderis, hi contrà cælo veniſſe tenebunt.
Liuor edax faciet, lethum vt percurrat amarum,
Atque animam matris ferro fulgente machæra:
Q*uo pateant tectis tenebroſa volumina cordis.*
Hæc ait in Simeone *Deus, vox ecce Prophetæ*
Fœmineam ſancto complet ſpiramine mentem.
Anna fuit natu grauior, quam in flore iuuentæ
Deſtituit viduam mors immatura mariti.
Hinc fruitur caſta charo pro coniuge vita,
Continuoque Dei cultu, quæ numine ducta
Cognouit Chriſtum, & ſimili ſermone locuta eſt.
I*nde vbi ſolennem pueri pro nomine legem*
Compleuit genitrix, & Ioſeph *omnia mirans,*
Ad patriam læti repedant, puerumque reportant

Matth. 2.

Gens eſt Eoi, Phœbo orto, proxima regni

Bibliot. patr. tom. 8.

A *Aſtrorum ſolers, ortuſque obituſque notare:*
H*uius primores nomen tenuere Magorum.*
H*inc lecti, proceres, Solymas per longa viarum*
Deueniunt, regemque adeunt, orantque doceri;
Q*uæ regio imperio puerum* Iudæa *teneret*
Progenitum, & ſeſe ſtellæ fulgentis ab ortu
Admonitos veniſſe viam, quo ſupplice dextra
Exortum terris venerabile numen adorent.
Territus Herodes *vatum legumque peritos,*
Q*uique Prophetarum veterum præſagia noſcunt;*
B I*mperio accitos iubet omnia quærere legis,*
Q*uo pateat, quæ ſint genitalia mœnia Chriſto,*
Omnia venturum ſpondent quam oracula vatum.
Tunc manifeſtatur, Bethleem quòd mœnibus illum
Progigni maneat, cui ſacram ducere plebem
I*ſraëlitarum ſacra virtute neceſſe eſt.*
Tunc iubet Herodes *Perſas pertendere greſſum;*
I*nuentumque ſibi puerum monſtrare colendum.*
Ecce viæ medio ſtellam præcurrere cernunt
Sulcantem flammis auras, quæ in culmine ſummo
C *Reſtitit, & pueri luſtrata habitacula monſtrat.*
Gaudia magna Magi gaudent, ſiduſque ſalutant.
At poſtquàm puerum vidêre ſub vbere matris,
Deiecti prono texerunt corpore terram:
Submiſſique ſimul mox myſtica munera promunt.
Aurum, thus, myrrham, regique hominique Deoque
Dona ferunt: totam mox horrida ſomnia noctem
Sollicitant, ſæuumque iubent vitare tyrannum.
Denique diuerſis Herodis *callidus aulam*
Diffugiunt, patriamque Magi rediere latentes.
I*pſum etiam puerum monitis cæleſtibus actus*
D *Ægyptum cum matre ſimul tranſportat* Ioſeph.
At ferus Herodes *ſibimet ſuccedere credit,*
Q*uem callens aſtris quæſiſſet cura Magorum.*
Q*uorum præcauto diſceſſu ſollicitatus,*
Crudeli tinxit Bethleëmica compita cæde,
I*nfantes mandans, teneroque ſub vbere plebem*
I*nnocuam, in finibus rigido ſuccumbere ferro.*
H*æc etiam cædes olim præſcripta manebat;*
Nam pius hanc vates diuino numine doctus
Complorat, miſero ſobolis pro funere matres
H*orrendis grauiter cælum pulſare querelis:*
E *Aſt vbi ſopitus furor eſt, & ſæua tyranni*
I*nfantum horribilis feritas ſatiata cruore,*
Extinxiſſe putat cunctos, quos vnus & alter
Annus lethiferi miſerè ſuppreſſerat æui.
Mirandis rurſus deuinctus membra ſopore
I*oſeph vrgetur monitis, Mariam puerumque*
Ægypto ad patriam vectare, vbi Nazara felix:
Olim prædictum puero dedit addere nomen.
Dixit & alterius quondam prænuntia vatis
F *Vox inſtincta Deo, Veniet veniet mea proles*
Ægypto ex alta, terris lumenque ſaluſque.
Creſcebat rapidis annorum greſſibus infans,
Præcurrens æuum ſapientia præueniebat,
Gratiaque in vultu & verbis veneranda micabat.

Lucæ 2.

Et iam biſſenos æui comprenderat annos
Cùm paſchæ ritum ſeruando ex more parentes
Ad templum læti puerum perducere feſtis
Omnibus annorum vicibus de more ſolebant.
Ergo aderant paſchæ pariter, cunctiſque diebus

Feſtorum impletis, patriam remeare parabant.
Tum puer in populo comitis veſtigia matris
Deſerat, templique libens ſecreta petiuit.
Illum per vicos vrbiſque, per abdita tecta
Perque vias ſtratas, per notos, perque propinquos
Quærebat genitrix: ſed lux vbi tertia venit,
Ad templum properè remeat, vatumque coronæ
Inuenit inſertum, legumque obſcura ſenili
Tractantem cœtu: vix admiratio digna
De pueri verbis ſenibus fuit: at pia mater,
Nate, ait, amiſſum lacrymis te quæro profuſis
Anxia, cum genitore gemens: quæ cauſa parentum
Secreuit greſſu, templique in ſede retentat?
Ille autem, quid me tantum, quid quæritis, inquit?
An nondum ſentis genitrix quòd iure paternis
Aedibus atque domo natum inhabitare neceſſe eſt?
Hæc ait, & greſſum ſociat, patriamque reuiſit.
Nec genitrix tanti perſenſit pondera verbi,
Ordine cuncta tamen cordis ſecreta reſeruat,
At puer obſequiis aptè prædulcibus ambos
Ad proprium ſemper cogens nectebat amorem.

Matthæi 3. Marci 1. Lucæ 3.
Ioannis 1.

Interea veteris ſcripti per debita currens
Omnia ſeclorum ſeries promiſſa trahebat.
Zachariæ ſoboles deſertis vallibus omnes
Ad deponendas maculas clamore vocabat,
Fluminis vt liquidi caperent miranda lauacra,
Quis animæ ſpecies abluta ſorde niteret.
Eſaias vates cecinit quod numine iuſſus:
Vox latè reſonat deſertis vallibus amplas
Sternite iam ſtratas, omnis ſit recta viarum
Semita quæ domini dignè veſtigia geſtet.
Subſident colles, vallis complebitur omnis:
Corriget anfractus callis bona linea recti.
Corporeiſque oculis lumen tractare ſerenum
Omnibus indulget genitor, dominuſque ſalutis.
Ergo aderant populi, paſſimque hinc inde ruentes
Complebant ripas, auidiſque lauacra patebant.
Texta camelorum fuerant velamina ſetis,
Et zona pellis medium cinxere Prophetam,
Aruis qui ſolitus ruralibus eſſe locuſtas
Et tenuem victum ſylueſtria mandere mella.
Iſque vbi tot populos diuerſis ſedibus ortos,
Irruere ad fluuium cernit, ſic increpat ore:
Viperçæ gentis ſoboles, quis debita vobis
Supplicia, vrgenteſque iras euadere monſtrat?
Sed facite ò miſeri fructum (ſi pœnitet) aptum,
Nec generis veſtri tollat fiducia mentes.
Nam potis eſt dura ſuperûm rex cauſe creare
Progeniem, quando ſoboles ſua degener errat.
Proxima roboreis iamiam radicibus inſtat
Cunctorum ante oculos acies ſublata ſecuris.
Cædentur ſyluæ ſteriles, ignemque fouebunt.
Nunc ego præteritas maculas in flumine puro
Abluere inſtitui: veniet ſed fortior alter
Cuius vincla pedum non ſum contingere dignus.
Abluet ille homines ſancto ſpiramine mergens,
Flammarumque globis purgabit noxia corda.
Illius & manibus ruralis pala tenetur,

A Et propria ipſius purgabitur area frugum,
Horreaque implebit ſecreti copia farris,
Æternuſque leues paleas populabitur ignis.
Hæc ait: & properis per ſyluam paſſibus ipſum
Cernit Iordanis veneranda lauacra petentem
Sed vetat increpitans vates, & talia fatur:
Túne meis manibus digneris mergier vndis,
Cùm tua me melius poſſint mundare lauacra?
Dixit Ioannes: cui talia reddit Ieſus:
Nunc ſine, nam decet hoc: ſic ſancta per omnia nobis
B Iuſtitiæ conſectandus complebitur ordo.
Hæc memorãs, vitreas penetrabat fluminis vndas,
Surgenti manifeſta Dei præſentia claret.
Scinditur auricolor cæli ſeptemplicis æthra,
Corporeamque gerens ſpeciem, deſcendit ab alto
Spiritus, aëream ſimulans ex nube columbam,
Et ſancto flatu corpus perfudit IESV.
Tunc vox miſſa Dei longum per inane cucurrit,
Ablutumque vadis Chriſtum, flatuque perunctum
Alloquitur: te nate hodie per gaudia teſtor
C Ex me progenitum, places hac mihi gloria prolis.

Matthæi & Lucæ 4.
Marci 1.

Tum petit vmbroſos montes, & luſtra ferarum;
Obſequiumque illi patris præbere miniſtri
Certabant: rabidi mox liuor dæmonis ater
Cum terrore rapit mentem, nec defuit ægro
Tentandi interea Chriſtum verſutia fallax.
Quadraginta illi fuerant ex ordine ſoles,
D Ex quo nulla cibi potuſque alimenta dabantur,
Sed contexta ſimul firmi ieiunia cordis,
Terrarum ad regnum mentis ſecreta tenebant.
Tunc epulas demum monuit conquirere corpus.
Horrendi interea ſceleris fallacia tentans,
Si te pro certo genuit Deus omnibus, inquit,
His poteris ſaxis forti ſermone iubere
Vſum triticei, formamque capeſſere panis.
Chriſtus ad hæc fatur: Nil me iam talia terrent;
Nam memini ſcriptum: quoniam non ſola tenebit
Vitam credentis facilis ſubſtantia panis,
E Sed ſermone Dei complet pia pectora virtus.
Rurſus at ille dolos verſutis artibus aptans
Nectere tentator properat: nam mœnibus vrbis
Mox inferre pedem ſenſit, vis liuida Chriſtum
Culmine marmorei ſuaſit conſiſtere templi.
Tunc ſic aggreditur vocis fallente veneno:
Si Deus eſt verè genitor tibi, culmine templi
Aëra per vacuum ſaltu iaculabere corpus.
Teſtis erit ſcriptura tibi, quæ ſpondet apertè
F Mandatum ſummi genitoris tale miniſtris,
Vt lapſum ſtudeant caſu defendere corpus,
Et famulis manibus curent tua membra leuare,
Ne lapidis lædat ſummas offenſio plantas.
Reddidit his Chriſtus dictis contraria dicta:
Meminiſſe magis ſcripti cæleſtis oportet,
Ne vires Domini fidens audacia tentet.
Rurſus in abrupti montis conſiſtere celſis
Mox furibunda iugis ſenſit fallacia Chriſtum.
Oſtendens olli fulgentia regna per orbem,
Cernis, ait, quæ ſit tantarum gloria rerum?

Cuncta tibi poſſum iamiam concedere regna,
Talia donantem ſi me veneratus adores.
Tum ſic inſtantem dictis reiecit IESVS:
Effuge peſtiferi rabies veſana veneni,
Hæreat vt ſemper nobis immobile iuſſum,
Vt iuſtus cœli Dominum deuotus adoret,
Vnius & famulans veneretur nomen in æuum.
Talibus excuſſus fugit per deuia dæmon.
Inde vbi Ioannem cognouit carceris vmbris
Submerſum, triſti compreſſit corda dolore,
Finibus & ſtatuit Zabulonum ponere ſedes,
Vt dictum Iſaiæ concurreret ordine ſecli:
Terra Zabulon, & regio cui Nephthali nomen,
Et via trans pelagus longè, Galilæaque rura,
Trans & Iordanem gentes, populique tenebris
Incluſi magnum lumen ſubitumque videbunt.
In mortiſque illis vmbra reſidentibus, alma
Exoritur fidei reſplendens luce voluntas.
Ergo inſtare Dei, regnantis munera Chriſtus
Nuntiat, increpitans præconia larga ſalutis,
Præterienſque videt geminos per littora fratres
Præſolidum Simonem, dignum cognomine Petri,
Andreamque ſimul, ſinuoſa volumina lini
Piſcibus inſidias diſponere marmoris vndis:
Nunc, inquit, piſces capitis maris æſtibus altis,
Sed me ſi libeat ſectari, fortia vobis
Prouenient hominum præpulcra indagine lucra.
Illi confeſtim firmato pectore certi
Retibus abiectis, pariter præcepta ſequuntur.
Poſt fratres Iacobum Ioannemque marinis
Inſidias gregibus maculoſo innectere textu,
Vt vidit, ſimilemque dedit de littore vocem,
Illi Zebedeum genitorem in puppe relinquunt,
Illico ſectantes pulcherrima iuſſa ſalutis.

Matth. 4. Marc. 3.
Ioannis 6.

Exin per terram Galilææ, ſancta ferebat
(Inſinuans populis) regni præconia Chriſtus,
Donabatque citam inualidis ægriſque medelam.
Et mox crebra procul Syriam iam fama tenebat,
Mille ſonans linguis præſentia munera Chriſti.
Denique certatim languoris tabe pereſos
Diuerſiſque malis nexos, queis longa dolore
Abſumpſit populans membrorum robora tabes,
Monſtrabant Chriſto: facili ſed munere cunctos
Reddebat propriè miranda ad gaudia ſanos:
Iamque animæ ipſius morbi ſæuique furores,
Et lunæ curſum comitata inſania mentis
Diſceſſere, graui ſermonis pondere iuſſa.
Illum ſtipantes miracula magna mouentem
Mixtæ ſectantur turbæ, Solymique Syrique,
Et Iudæa frequens populis, Galilæaque plebes,
Et quos Iordanis dirimit ſtagnante fluento.

Matth. 5. Luc. 6.

Hos populos cernens, præcelſa in rupe reſedit,
Ac ſic diſcipulis gremium cingentibus infit:
Felices humiles, pauper quos ſpiritus ambit,
Illos nam cœli regnum ſublime receptat.
A His ſimiles mites, quos manſuetudo coronat,
Quorum debetur iuri pulcherrima tellus.
Hic modò lugentes, ſolatia digna ſequentur,
Pabula iuſtitiæ qui nunc potuſque requirunt:
Illos plena manet ſaturandos copia menſæ.
Felix qui miſeri doluit de pectore ſortem,
Illum nam Domini miſeratio larga manebit.
Felices, puro cœlum qui corde tuentur,
Viſibilis Deus his per ſæcula cuncta manebit,
Pacificos Deus in numerum ſibi prolis adoptat.
Felices nimium, quos inſectatio frendens
B Propter iuſtitiam premit, his mox regia cœli
Pandetur: Gaudete operum quos iuſta tenentes
Vrgebit præceps ſtimulis iniuria ſæuis,
Plurima nam merces vobis ſeruatur in æthra,
Namque Prophetarum fuit inſectatio talis.
Diſcite vos hac in terra ſalis eſſe ſaporem.
Hic ſapor amiſſa ſi iam virtute feneſcit,
Quæ ſalis abſumptos acuet ſubſtantia guſtus?
Nec quiſquam ſatui poſt hæc ſupereſt ſalis vſus,
Ni longe abiecti cuncta vt veſtigia calcent.
C Vos eſtis mundi clarum (ne abſcondite) lumen:
Nam, quis præcelſis impoſitam rupibus vrbem
Occultare queat? veſtrum ſed lumen ad omnes
Perueniat, verumque decus ſub luce ſerena
Ponatur, cunctis genitoris gloria veſtri
Laudetur, celſi thronus eſt cui regia cœli.
Non ego nunc priſcas leges diſſoluere veni,
Vertere nec veteres poſſunt quæ iuſſa Prophetæ,
Omnia nam vobis per me complenda manebunt,
Vera loquor, donec cœli, terræque, mariſque
Interitus veniat, legis ne litteræ ſaltem
Aut apicis parui gracilis diſtinctio deerit,
D Omnia quin fiant digeſta ex ordine ſecli,
Si quis enim minimam mandati ſoluere partem
Auſus erit, pariterque homines ſuadendo docebit,
Hic minimi nomen cœleſti in ſede tenebit.
At quicunque operis proprij moderamina ſeruans,
Inuiolata ſimul tradet præcepta piorum:
Magnus erit, magnique feret trans ſydera nomen.
Audiſtis veteris iuſſum moderamine legis,
Humano ſi quis maculârit ſanguine palmas,
Ille reus ferro perſoluet vindice pœnas.
E Aſt ego præcipiam ne quis conſurgere in iras
Audeat, atque odio fratris, feruente moueri.
Nam reus hic æquo pœnas ſub iudice pendet.
Nec minor illorum conuitia flamma ſequetur,
Qui fatui miſerve cient ſub nomine fratrem.
Sin offerre voles, venerans altaria donis,
Et tua tunc tacitæ mentis penetralia tanget,
Quòd tibi ſit cum fratre domi ſuſcepta ſimultas,
Munera cuncta adytis illis admota relinque.
Et prius ad pacem properans tranſcurre petendam.
Fraterno demum iam conciliatus amori,
Offer grata Deo tranquillo pectore dona.

Lucæ 12.

Eſt tibi præterea virtus contraria ſemper,
Corporis hæc caſti celeri curetur amore,
Dum rapidæ tecum graditur per compita vitæ:
Accuſabit enim polluti corporis vſus,

Et te ſublimi ſtatuet, ſub iudice vinctum.
Damnatum rapient ad vincula ſæua miniſtri,
Nec prius è tenebris ſolueris carceris atri,
Vltima quàm minimi reddatur portio nummi.
Haud ignota, reor, vobis ſtat cautio legis,
Corpus adulterio prohibens: ſed nunc mea iuſſa
Occultæ internæ frænent molimina mentis:
Nec minus optari quàm facti pœna luenda eſt.

Matth. 5.

Si te forte oculi dextri laqueauerit error,
Auctorem miſeræ properans conuellito labis,
Et iaculare procul: nam membrum perdere præſtat
Exiguum, flammis quàm totum dedere corpus,
Perpetuiſque animam pariter conuoluere pœnis.
Et ſi dextra manus mentem per deuia ducit,
Erroris cauſam præſtat decidere ferro,
Quàm totum æternis corpus concedere flammis.
Præcipiunt veteres, ſi quis connubia rumpit,
Scribere diſſidium iuris feralia verba:
Sola viri rectè diſcedet adultera tectis
Aſt aliæ maneant: nam caſti iura pudoris
Auctore amittet mulier deſerta marito.
Antiquæ leges prohibent periuria linguis,
Sed noſtris cedat iurandi audacia iuſſis.
Nec fas eſt homini cælum iurare per altum,
Quòd ſedes Domini, nec quæ veſtigia geſtat
Terra Dei, Solymæve vrbis venerabile nomen,
Quòd regis magni patria eſt, iurabitur vnquam.
Nec caput in proprium cuiquam iurare licebit,
Namque poteſtatem minimi non eſſe capilli
Cernitis, albúmve, aut nigrum mutare colorem.
Eſt eſt, ſufficiat, quod non eſt, dicite non eſt.
Quod ſupereſt iſtis, totum fallaciter ægro
Suggerit obreptans animo vis tetra veneni.
Peruulgata diu legis præcepta tenetis,
Lædentem ſemper ſimilis vindicta ſequatur.
Sed tranquilla malum melius patientia vincet:
Ac ſi quis partem palmis percuſſerit oris,
Mox aliam vultus partem præbere memento.
Auferat aut tunicam ſi quis vt iudicis inſtans
Cede libens, pariterque ferat tua pallia ſecum.
Si te forte aliquis paſſus per mille, iubebit
Ire viam, grauis atque oneris perferre laborem,
Mox perges, aliudque viæ comitabere duplum.
Si quis egens poſcet, vel ſe ſimulabit egentem,
Ex animo miſeratus largire: aut mutua ſi quis
Orabit tribue, & mitem ne ſubtrahe vultum,
Nec tibi ſit placitum, ſolis ſuccurrere amicis,
Aut odij velis inimicos ducere dignos.
Quin ego præcipiam ſemper blando eſſe per omnes
Obſequio, precibúſque Deum mollire benignis
Pro vita ipſorum, qui vox exſcindere gaudent,
Aduerſiſque truces animis, odiíſque ſequuntur.
Nam genitor veſter communia lumina ſolis,
Communéſque dedit pluuias iuſtiſque maliſque,
Quòd ſi coniunctos tantum veneramur amicos,
Quis locus hic iuſtæ poterit mercedis haberi?
Seruit amicitiæ tantùm gens dedita lucris.
Sed vos perfecto ſimilis eſtote parenti,

A

Matth. 6.

Si te vbi iuſtitiæ pandetur iuſta facultas,
Deuitate oculos hominum: nam nulla manebit
Merces in cælo, quæ factum tale ſequatur.
Applaudet tantum ſterilis iactatio vulgi.
Sed quod dextra facit, facias neſcire ſiniſtram:
Cùm veniet, iuſtis meritis tunc digna rependet
Occulti ſolus ſcrutator præmia cordis.
Sunt quos prætumidæ tollit iactatio mentis,
B Et precibus proprijs gaudent aſſiſtere turbas,
Multifluiſque diem verbis ducendo fatigant:
His votis pompæ fructus ſuccedit inanis,
Sed ſecreta domus precibus penetralia caſtis
Claudantur, paucíſque Deum venerabere verbis.
Scit pater ipſe, tui quæ ſit trepidatio cordis.
Nil abſente Deo loquimur, nil abdita clauſum
Pectoris antra tegunt: præſens Deus omnia cernit,
His igitur votum placet concludere verbis.
Sydereo genitor reſidens in vertice cæli,
C Nominis oramus veneratio ſanctificetur
In nobis pater alte tui: tranquillaque mundo
Adueniat, regnique tui lux ampla pateſcat,
Sic cæli vt terris fiat tua clara voluntas.
Vitaliſque hodie ſancti ſubſtantia panis
Proueniat nobis: tua mox largitio ſoluat
Innumera indulgens erroris debita praui:
Et nos haud aliter concedere fœnora noſtris
Tetri ſæua procul tentatio dæmonis abſit:
Eque malis tua nos in lucem dextera tollat.
Tunc etenim genitor populi delicta remittet
Si veſtra alterni vobis peccata velitis
D Cedere, nec durum erratis intendere pectus.
Sunt etiam pergrata Deo ieiunia plebis,
Sed proprium multis faciem fœdare laborant,
Quò vanam captant hominum ieiunia famam
Tu verò & grato crinem nitefactus oliuo,
Lætatum puris de fontibus ablue vultum:
Vt ſolus genitor deuoti pectoris aptum
Seruitium cernens, laudem, meritumque rependat.
Vanum eſt defoſſis terra inuigilare talentis:
Illic ærugo & tineæ dominantur edaces,
E Cunctaque diripiunt fures egeſta latebris.
Condite theſauros vobis in vertice cæli:
Non ærugo illos tineæve aut horrida furum
Factio diripiet: vobis vbi condita res eſt,
Illic corda etiam ſimili ditione tenentur,
Corporis eſt lumen quo publica lumina cernis:
Sed ſi pura acies oculis ſimplexque nitebit,
Clarè totius ſplendebunt corporis artus.
Sin vero nequam fuerit, prauumque videbit,
Obſcura incumbent ſuper omnia membra tenebræ.
In nigras lumen, ſed ſi conuertitur vmbras,
Ipſis horror erit, quantus ſine luce tenebris?
F Nemo poteſt dominis æquè ſeruire duobus,
Vnius aut odijs cedet, vel cedet amori.
Nec pariter Dominum ſeruus patietur vtrumque
Haud vnquam poterit quis diuitiiſque Deoque
Inſeruire ſimul: ſed vos hæc iuſſa tenete,
Sollicitet proprio ne vos pro corpore veſtis,
Neu faciles victus ægra diſquirite cura.

Nonne animam pluris facimus quàm corporis eſcas?
Haud dubitat corpus quiſquam præponere veſti.
Aërias ſpectemus aues, non vomere preſſo
Terga ſoli ſubigunt, iaciunt nec ſemina ferris:
Aut ſegetum culmos incurua falce recidunt:
Prouenit & tamen his ſatias potuſque cibuſque.
Nonne Deo magis eſt hominum curatio cordi?
Nec dignum fuerat, veſtis ſuſpendere curam
Pectoribus noſtris, num ſicubi talia poſſunt
Incrementa ſuis homines imponere membris?
Cernite per pingues agros vt lilia florent,
Non vlli tamen his vnquam incubuêre ligones.
Nec Salomona grauem quum regni diuitis aula
Afflueret, talis contexit gratia veſtis.
Quòd ſi pratorum fruticumque virentia læta
Ipſe Deus veſtit, noſtris obnoxia flammis:
Cur vobis potior non eſt fiducia patris?
Ergo cibum, potum, veſtemque & inania cuncta
Gentibus infidis terrenam linquite curam.
Vos potius digne cæleſtia quærite regna,
Iuſtitiamque Dei: ſpontanea cætera current.
Craſtina nec vobis curetur copia rerum:
Quiſque dies ſibimet ſatis eſt pro fraude diurna.

Matth. 7. Luc. 6.

Iudicium veſtrum fugiat damnatio ſæua,
Nam Dominus veſtri iuris documenta ſequetur.
Quæ vos in terris ſtatuetis, tempore capti,
Hæc eadem vobis genitor ſeruabit in æthra.
Menſuram tibi quam ponis, portare neceſſe eſt.
Cernis adhærentem feſtucam in lumine fratris,
Nec tamen in proprio tignum conſiſtere ſentis,
Atque oculum prius alterius purgare laboras?
Diripe ſed proprio fallax de lumine tignum,
Tum minimam alterius curabis demere ariſtam.
Ne canibus ſanctum dederitis: néve velitis
Turpiter immundis iactare monilia porcis.
Namque illa in cæno pedibus ſubiecta iacebunt:
Conuerſique canes vaſto vos vulnere rumpent.
Poſcenti dabitur, quærens inuenta tenebit:
Pulſantique aditus foribus pandetur apertis.
Vos homines natis panem poſcentibus omnes
Num lapidem dabitis? piſcemve petentibus anguem?
Vos inquam rigidi, quibus alta eſt inſita cordi
Durities, veſtris dabitis ſemper bona natis:
Indulgens hominum genitor bona mittat dignè,
Quàm præſtare magis gaudet poſcentibus æquis?
Quæ cupitis vobis hominum benefacta venire,
Hæc eadem veſtro cunctis præſtate furore:
Ite per anguſtam, iuſti, ſuper æthera portam,
Quàm læta & ſpatioſa via eſt, quæ limite læuo
Præruptam conuoluit iter caligine mortis,
Innumeræque illam penetrant per prona cateruæ.
Vitalis vaſtis ſtipatur ſemita ſaxis,
Celſaque vix paucos ducit per ſcrupea virtus.
At ſi quos nimium fallax, illexque malorum
Planicies ſuaſit, deformi lubrica lapſu
Arripit hos, pronoſque trahit velut impetus amnis,
Aut alacer ſonipes ruptis effrænus habenis,
Aut rectoris egens ventoſa per æquora puppis.
Obſeruate illos, falſo qui nomine vobis
A *Inſidias faciunt, appellanturque prophetæ:*
Hos ouium species veſtit, ſed ſæua luporum
Pectora fraude tegunt, lacerantq; incauta trahentes
Agmina credentum, ſæuus quos decipit error.
Fructibus è propriis noſcuntur talia monſtra:
Quemque petat finem fallax doctrina, videndum eſt.
Quapropter rerum molitio perſpiciatur:
Nam neque de tribulis ficus, nec ſentibus vuas
Proueniſſe vnquàm ruris per terga notaſtis.
Vtque arbor proprio veſtitur germine pomi,
Si dolus illorum, fructu monſtrante, pateſcit.
B *Non ego palpantum verbis & honore mouebor,*
Nec me quòd Dominum præblanda adulatio dicit,
Præmia cæleſtis capiet ſponte mea ſedis:
Olli ſed meritò gaudebunt munere regni,
Qui faciunt noſtri genitoris iuſſa volentes.
Adueniet mox ſumma dies, quæ iure ſeuero
Præmia iuſtitiæ tribuet, ſcelerique gehennam.
Tum mihi multorum clamabit talia fletus:
Nonne tuo quondam nobis ſub nomine virtus
Extitit, & noſtris parebant omnia iuſſis?
Sæpe etiam noſtra eſt vox annumerata prophetis,
C *Seruiuitque tuo nobis ſub nomine dæmon?*
Tunc iurabo illis, quod talis cognita nunquam
Vita mihi eſt hominum, geſtis quæ ſordet iniquis.
Quiſque meis monitis, aureſque & facta dicabit,
Hunc æquabo viro, ſolidis fundamina ſaxis
Ponenti, librata ſuper quæ mœnia ſurgent.
Illa domus pluuijs ventiſque illæſa manebit,
Torrentumque minas firmato robore vincet:
Hærent immotæ quoniam fundamine petræ.
Qui verò auditu tantùm mea iuſſa tenebit,
Diuerſique procul factis per lubrica perget,
Hunc ſimilem faciam, volucri qui fulcit arena
D *Fundamenta domus, cui mox vt flamina venti,*
Et pluuia effuſi cœpere incumbere riui,
Omnis ſubuerſo procumbit pondere moles,
Inſequiturque graui tectorum ſtrage ruina.
Talia dicentem magna admiratio plebis
Immenſum ſtupuit, quoniam tranſcederet altè
Doctrinam veterum, Chriſto conceſſa poteſtas.

Matth. 8. Marc. 1. Lucæ 5.

Denique linquentem celſi faſtigia montis
E *Stipabat gaudens populorum turba ſequentum,*
Ecce ſed horrenda confixus viſcera tabe,
(Quem toto obſeſſum fœdarat corpore lepra)
Procubuit venerans iuuenis, Chriſtumque precatur,
Vt careat tandem languoris pondere tanti.
Sufficiat voluiſſe tuum, tum dextera Chriſti
Attactu ſolo purgauit lurida membra,
Incolumique dehinc celare hæc gaudia iuſſit,
Et legi parens offerri munera templo.
Inde recedenti ſupplex ſe protinus offert
Centurio, & precibus proiectus talibus orat:
Impubis pueri cruciatu ſpiritus æger:
Cuius cuncta tepens membrorum lumina languor
Diſſoluit, vitamque tenet iam pœna ſuperſtes.
Sed iuſſu miſerere precor: nam tecta ſubire
Crimina noſtra vetant vitæ luciſque parentem.
Nunc verbo ſatis eſt iubeas remeare ſalutem.

Subiectos mihi ſæpe viros, ſic noſtra poteſtas
Officiis verbo iuſſis parere coëgit.
Dixerat: Ille viri motus precibuſque, fideque,
Talia conuerſus populo dat dicta ſequenti:
Haud vnquam talem memini me gentis auitæ
Inueniſſe fidem: ſed veris diſcite dictis,
Quòd multos homines diuerſis partibus orbis
Progenitos cœli regnum ſublime vocabit
Cum patribus noſtris vitali accumbere menſæ:
Progenies quorum cæcis demerſa tenebris,
Dentibus horrendū ſtridens, fletumque frequentans,
A *Perpetuis pœnam cruciatibus acta ſubibit.*
At tibi iam iuuenis mentis virtute fidelis,
(Vt credis) veniet fructus cum luce ſalutis.
Dixerat, & dicto citius cum voce loquentis
Ad puerum celeris tranſcurrunt munera verbi,
Ingreſſuſque domum miles properante recurſu,
Præueniſſe Dei lætatur dona medentis.
Ædes inde Petri ſanctus penetrabat Ieſus,
Cuius anhela ſocrus æſtu, febrique iacebat:
Vtque illi dextram tetigit ſaluator Ieſus,
Sana miniſterium præbebat fœmina menſis.

LIBER SECVNDVS.

⁂

Matth. 8. Luc. 9.

IAmque dies primo decedens lumine pontum
Contigerat, furuamque ſuper nox æmula pallam
Sydereis pictam flammis per inane trahebat,
Cùm multos homines, mentis languore ruentes,
Deuictaſque animas ſcelerata dæmonis arte
Certatim populi cæca iam nocte ferebant:
Sed verbum Chriſti tanto languore remoto,
Omnibus indulgens, præbebat munera patris.
Ecce ſed exorta maior cum luce tumultus
Gratantis populi, cùm turbis anxius ille,
In mare veliuolum celſam deducere iuſſit
Diſcipulis puppim, precibus tum ſcriba profuſis
Nauigio ſancti pariter poſcebat abire.
Olli Chriſtus ait, quò me tu ſcriba ſequeris?
Vulpibus in ſaltu rupes exciſa latebram
Præbet, & aëreis auibus dat ſylua quietem,
Aſt hominis nato, nullis ſuccedere tectis
Eſt licitum, gentis ſic ſunt molimina veſtræ.
Tunc è diſcipulis vnus ſic ore rogabat:
Vltima defuncto debentur munera patri,
Hinc ſpatium tribuat nobis tua ſancta voluntas,
Vt liceat miſeri genitoris condere corpus.
Chriſtus ad hæc: iter melius comitabere noſtrum,
Et ſine defunctis defunctos condere terræ.
Conſcendunt nauem, ventoque inflata tumeſcunt
Vela ſuo, flatuque volat ſtridente carina.
Poſt quàm altum tenuit puppis, conſurgere in iras
Pontus, & immiſſis hinc inde tumeſcere ventis
Cœpit, & ad cælum rapidos ſuſtollere montes,
Et nunc mole ferit puppim, nunc turbine proram.
Illiſoſque ſuper laterum tabulata receptant
Fluctus, diſſectoque aperitur terra profundo.
Interea in puppi ſomnum carpebat Ieſus.
Illum diſcipuli pariter nautæque pauentes
Euigilare rogant, pontique pericula monſtrant.
Ille dehinc: quàm nulla ſubeſt fiducia vobis!
Infidos animos timor irruit, inde procellis
Imperat, & placidam ſternit ſuper æquora pacem.
Illi inter ſeſe timidis miracula miſcent
A *Colloquiis: quæ tanta illi permiſſa poteſtas,*
Quodve ſit imperium: cui ſic freta concita ventis,
Erectæque nimis ſubmittant colla procellæ.
Iam Geraſnorum ſteterat ſub littore puppis,
Ecce ſed egreſſo iuuenis (mirabile dictu)
Occurrit, miſeram cui mentem ſpiritus ater
Horrenda implebat lacerans virtute furoris.
Illi grata domus tetris habitare ſepulcris,
Nec poterat rabidum quiſquam retinere furorem,
Ferrea quin etiam rumpebat vincula membris,
Scindebatque graues, vt lanea fila, catenas.
B *Et iam compedibus leuis inſultare ſolutis*
Ludus erat: ſaxiſque ferum concidere pectus,
Iſque vbi pergentem Chriſtum per littora vidit,
Cum clamore ruit, longèque accurrit adorans:
Regnantis ſemper Domini certiſſima proles,
Oramus, ſolitæ ne nos regionis ab oris
Excutias, longè tormentis excruciatos.
Nam nomen legio eſt nobis, multoſque ſub vno
Nomine conſociat flatus vis ſola nocendi:
Cernis vt immundi ſubigant hæc paſcua porci,
His ſaltem liceat rabiem ſatiare repulſam,
C *Per patris altithroni nomen ſublime rogamus,*
Imperat iis hominis mentem dimittere Chriſtus,
Porcorúmque ſinit gregibus finire furores.
Iámque hominis ſtupidum diſcuſſo dæmone, pectus
Inſperata ſuæ veneratur dona ſalutis:
Et iam præcipites ſcopulorum margine porci
In mare deiecti, properant diſperdere vitas.
At vero è ſpeculis miracula tanta pauentes
Diffugiunt, vrbiſque ruunt ad tecta ſubulci
Et famam accendunt, populoſque ad littora cogunt.
Inſanum iuuenem poſtquàm reſipiſſe videbant,
Credere cernentum populorum turba coacta eſt:
Orabant pauidi regionem linqueret illam.
D

Matth. 9. Marc. 2. Luc. 5. Ioan. 5.

Inde domum repedat terrarum lumen Ieſus,
Ecce reuertenti iuuenis torpentia membra
(Officium quorum morbus diſſoluerat acer)
Ante pedes ponunt tepido recumbentia lecto.

Quem miſerans animo verbis compellat Ieſus:
Adſit certa tuæ iuuenis conſtantia menti,
Nam tibi præteritus vitæ donabitur error.
Hoc dictum Scribæ mentis per operta maligna
Carpebant, quod verba Dei virtute ferenda
Protulerat Chriſtus: ſed pectora talia cernens,
Hoc, inquit, verbum Scribarum dicta retractant.
Quod quanto leuius fuerit dixiſſe, ſequentis
Et dicti & facti pariter virtute probabo,
Vt mihi conceſſum peccata remittere cernant:
Quapropter iunctis firmato corporis vſu
Surge vigens, ſtratumque tuum ſub tecta referto.
Surrexit, lectumque humeris iam fortibus aptat,
Per mediumque vigens populi mirantis abibat.
Tunc timor & laudes domini per pectora plebis
Concelebrata, ſimul miracula læta frequentant.
Progrediens tunc inde ad vectigalia, vidit
Conſeſſu in medio Matthæum, protinus ergo
Diſcipulis hærere iubet: nil ille recuſans
Imperio Chriſti paret, gaudetque ſequutus.

Ioannis 1.

Inde iter ingrediens, ſimul ſermone Philippum
Hortatur, comitemque ſuis aſciuit amicis.
Ille vbi cognouit Chriſti vireſque viamque;
Tum primum iuſto concurrit Nathanaëli,
En noſtris, inquit, conceſſum eſt viſere ſeclis,
Quem vóces veterum, & ſancti cecinere prophetæ:
Hunc genuit veniens Dauidis origine Ioſeph,
Nazara cui felix patria eſt, & nomen Ieſus
Ille refert, genuit quicquam ſi Nazara (miror)
Quod dignum tantis vnquam virtutibus eſſet.
Inde Philippus ait: cernes, dubitare quieſce,
Progredienſque vide: nam oculis ſpectare licebit.
Illum vbi tendentem longe reſpexit Ieſus,
Verè, ait, hic iuſtus, cui pectora neſcia falſi,
Virtutem puram ſeruant, ſine fraude maligna.
Ille ſub hæc: Vbinam, vel quo me tempore noſti?
Cui dominus dicta hæc diuino pectore promit:
Cùm te diffuſæ tegerent vmbracula ficus,
Ante etiam quàm te vocitarent verba Philippi,
Vidit, & elegit comitem te ſpiritus auctor.
Talibus attoniti ſequitur vox Nathanaëlis:
Progenies veneranda Dei, rex inclyte gentis,
Tu populis terræque ſalus, vitæque magiſter.
Chriſtus adhæc: Facilis ſuaſit tibi credere virtus
Arborea quòd te vidi recubare ſub vmbra,
Sed maiora dehinc rerum miracula reſtant.
Cernetis pariter totum ſe ſcindere cælum,
Atque Dei celeres æthram penetrare miniſtros,
Inque hominis nato claram deferre coronam.

Ioannis 2.

Interea thalamis connubia feſta parabant
In regione Chanan, vbi mitis mater Ieſus
Cum nato pariter conuiuia concelebrabat.
Vina ſed interea conuiuis deficiebant,
Tunc mater Chriſtum per talia dicta precatur:
Cernis Letitiæ iam defeciſſe liquorem?
Adſint nate bonis ex te data munera menſis.

A *Olli reſpondet terrarum gloria Chriſtus:*
Feſtinas genitrix, nondum me talia cogit
Ad victus hominum tempus concedere dona.
Menſarum tunc inde vocat lætata miniſtros
Mater, & imperiis nati parere iubebat.
Sex illic fuerant ſaxis præpulchra cauatis
Vaſcula, quæ ternis aperirent ilia metris,
Hæc iubet è fontis gremio complere miniſtros.
Præceptis parent iuuenes, vndaſque coronant
Completis lapidum labiis, tum ſpuma per oras
Commixtas vndis auras ad ſumma volutat.
B *Hinc iubet vt ſummo tradant guſtanda miniſtro.*
Ille vbi percepit venerandi dona ſaporis,
(Neſcius in vini gratum tranſiſſe liquorem,
Egeſtas nuper puris de fontibus vndas)
Increpat ignarum ſponſum, quòd pulcra reſeruans,
Deteriora prius per menſas vina dediſſet.
His ſignis dignè credentum diſcipulorum
Perpetuam ſtabili firmauit robore mentem.
Inde vbi Iudæis aderant ſolemnia paſchæ,
Ad Solymos direxit iter, templúmque ſubibat.
Repperit hic populum venalia multa locantem:
C *Pars vendebat oues, pars corpora magna iuuencûm,*
Pars inhians nummis, menſas onerauerat ære.
Reſtibus hic Chriſtus connectit verbera flagri,
Et tales populos ſancta proturbat ab æde,
Et menſas vertens, æriſque profudit aceruos,
Et ſuper increpitans: procul hæc auferte prophani,
Vt meus hic genitor, non ſordida lucra colantur.

Ioan. 2. Matth. 16. Marc. 8.

D *Tunc poſcens ſignum plebes Iudæa fremebat,*
Quo fidens animos in talia facta leuaret,
Ventura obſcuris tunc Chriſtus talia miſcet:
Soluite pollutis manibus venerabile templum
Hoc, ego reſtituam, cùm tertia lumina ſolis
Incipient rutilam terris infundere lucem.
Illi inter ſeſe tractantes murmure cæco,
Hoc aiunt: vix ſex & quadraginta per annos
Conſtructum veteris regni molimine templum,
Tu poteris tribus in ſpatiis renouare dierum?
Hoc verbum quondam poſt tempora debita, digni
E *Cognouere viri, proprio de corpore Chriſtum*
Delubrum dixiſſe Dei, ſed ſigna videntes,
Tum multi cœpere fidem, ſanctumque ſecuti.

Ioannis 3.

Nocte ſub obſcura, celſo ſublatus honore,
Primorum procerum Iudæi nominis vnus
Venit, & ad Chriſtum ſubmiſſa voce profatur:
Haud dubium eſt, quin larga Dei te ſancta volũtas
Humanis lucem conceſſit ſurgere rebus.
F *Nec quiſquam tantis tribuit miracula ſignis,*
Ni comitata Dei iubeat ſplendeſcere virtus.
Chriſtus ad hæc, callis iuſti ſi culmina quæris,
Nullus ad excelſum poterit conſcendere regnum,
Reddita ni penetret naſcendi exordia rurſus,
Atque nouam capiat diuino munere vitam.
Ille autem tantis ſtupefactus corda loquelis,
Hoc, inquit, noſtræ non eſt comprendere mentis.

Quis poterit cœptæ reuocare exordia vitæ?
An rurſum ſenior matris cerreptet in aluum,
Vt nouus in lucem veniat vitamque reſumat?
Ille ſub hæc, liquido ſi quis de fonte renatus,
Et flatu ſancto rudibus conſiſtere membris
Cœperit, æthream liber conſcendet in aulam.
Terrenum corpus terreno corpore natum eſt.
Spiritus haud aliter ſimilem generat ſibi flatum,
Spiritus hic Deus eſt, cui parent omnia mundi.
Hic, vbi vult, quocunq; volat, vocemque per auras
Iactat, ſed neſcis quæ ſint exordia vocis,
Quemque petat eius currentia flamina partem.
Quiſque igitur iuſta repetit primordia vita,
Hunc ſimilem ſancti flatus reuiuiſcere certum eſt.
Et Iudæus ad hæc: nil horum cernere poſſum,
Talia cum Chriſtus, Solymorum magne magiſter,
Iſraelitarum ſublimis gloria gentis,
Tunc etiam mentem vitæ de lumine raptam
Demergis præceps furuis miſerande tenebris,
Nec potes obtuſo comprendere talia ſenſu?
Ecce fides nulla eſt: tantùm terreſtria dixi:
Quid ſi cœleſtis vires conſcendere ſermo
Cœperit, & ſuperas rerum comprendere formas?
Quis veſtrum duram poterit mihi pandere mentem?
Accipe ergo nouis quæ ſit ſententia rebus:
Sydereum nullus poterit conſcendere cælum,
Nil ſolus cæli qui miſſus venit ab aula.
Idem hominis natus, cæli qui in ſede moratur,
Vt ſerpens olim regionibus in deſertis
Moſeis manibus ſummo ſublatus honore eſt:
Sic hominis natum tolli in ſublime neceſſe eſt,
Vt quicunque fidem mentis penetralibus altis
Illius ad numen ſtatuet, ſub turbine ſecli
Proculcet pedibus lethum, & trans ſydera ſurgens
Sublimis capiat donum inuiolabile vitæ.
Namque Deus mundum tanto dilexit amore,
Eius vt in terras deſcenderet vnica proles,
Credentes domino vitæ ſunctura perenni.
Nec Deus hunc natum diſquirere iure ſeuero,
Iudiciòve truci terras expendere miſit,
Mitia ſed populis veniant vt munera vitæ.
Namque vbi certa fides fuerit complexa ſalutem,
Non erit vlla illic anceps agitatio iuris.
Aſt vbi dona procul fuerint excluſa medelæ,
Iam propria ipſorum mentem damnatio torquet,
Vnica nam domini fuit his incognita proles.
Aduentum lucis miſeri fugere ſupernæ,
Et magis amplexi cæcas tenuere latebras.
Sic quicunque malis mentem maculauerit actis,
Ad tenebras pauidus refugit, ne lumine claro
Sordida pollutæ pateant contagia mentis.
At quicunque piæ tenuit veſtigia vitæ,
Ad medium properat, lucemque niteſcere gaudet,
Splendeat vt claris virtutis gloria factis.

Ioannis 4.

Inde Galilæam repetit ſaluator Ieſus:
Præteriens ſed forte venit Samaritida Sichem,
Illic fundus erat, Iacob de nomine pollens,
Et puteus gelido demerſus in abdita fonte:
Sederat hic rapido Seruator anhelus in æſtu,
A Diſcipulique eſcas mercantes mœnibus vrbis,
Paſſim diſperſi, ſolum liquere magiſtrum.
Mœnibus egrediens Samaritis fœmina venit
Hauritura cauis putei penetralibus vndas.
Illam depoſcit potum ſibi tradere Chriſtus.
Reſpondens mulier, mirum mihi præcipis, inquit,
Vt tibi Iudæo mulier Samaritica potum
(Diſpernens veterum Samaritûm iuſſa) miniſtrem.
Tunc Saluator ait: Domini ſi munera noſſes,
Et quis te ſitiens putealia pocula poſcat,
Tu potius peteres, viuam tibi traderet vndam.
B Illa ſub hæc: Puteus gremium ſinuatur in altum,
Vrceus eſt nullus, nec ſunt tibi vincula funis,
Vnde igitur poteris vndam mihi tradere viuam?
Num tu maior eris noſtri virtute parentis?
Hoc Iacob etenim puteo cum prole bibebat,
Et proprios huc ſæpe greges ad pocula duxit.
Olli reſpondit mundi regnator Ieſus:
Ex iſta plenè nullus ſatiabitur vnda,
Nam rurſus ſitiet: ſed noſtri dona liquoris
Ardorem excludunt æterna in ſecla bibendi,
Dulcia prouenient noſtri cui pocula fontis,
C Largior vnde fluet vitalis gratia fluctus.
Sed deſiderium noſtræ ſi te capit vndæ,
Excitus veniat tecum mox vrbe maritus.
Coniugio ſeſe mulier negat eſſe reuinctam.
Tunc ſic proſequitur mentis proſpector Ieſus:
Fœmina, veridicis loqueris de coniuge verbis.
Nam tu connubiis nexa es iam quinque virorum,
Nunc aliena ſuper thalamorum vincula tollis.
Tunc mulier, ſanctum te certum eſt eſſe prophetam.
Sed noſtri iſtius venerandum montis in arce
Præceptum nobis quondam liquere parentes.
At vos in Solymis orandum dicitis oris.
D Talia dicenti, mox talia reddit Ieſus:
En aderit tempus, mentis cùm vertice veſtri,
Omnibus & Solymis aberit veneratio longè.
Sed nunc certa ſalus Iudæis ſurgit ab oris,
Et nunc inſtantis curſus iam temporis vrget,
Cùm veri, ſanctum genitorem, errore remoto,
Cultores iuſtis armati legibus, orent.
Spiritus iis ac plena fides erit, & pater alius
Talia conquiret cultorum pectora terris.
Illa dehinc, ſcimus quòd Chriſtus nuntius, orbi
E Aduentu proprio vitalia ſecula pandet.
Et tunc peccantum largus miſerator Ieſus
Se lumen terris Chriſtum veniſſe fatetur.
Et iam diſcipuli reduces, ſtupuere magiſtrum,
Quòd ſecreta illis pateretur fœmina verbis.
At properans vrnam mulier fontem propè liquit,
Et populum toties eduxit mœnibus vrbis.
Omnia nam memorat ſibimet ſermone prophetæ,
Geſſerat ipſa prius quæcunque ex ordine dicta.
Tum properè Chriſtum fuſæ petiere cateruæ.
Diſcipuli interea rogitant, vt ſumeret eſcas.
F Ille ſatis ſibi pulchrorum ſupereſſe ciborum
Reſpondit, ſed tum mirantum diſcipulorum
Inter ſe occultis currebat ſermo loquelis:
Forte aliquis prior hic epulas dedit antè magiſtro,
Noſtras vt merito ſatiatus reſpuat eſcas.
Ille ſed internæ cernens molimina mentis,
Hæ mihi ſunt epulæ, pectus ſatiabitur iſtud,

Si faciam magni genitoris iuſſa per orbem.
Quatuor hinc menſes, lætæ ad primordia meſſis
Frugiferæ æſtati certi ſupereſſe putatis.
Erigite ergo oculos, albentes cernite campos,
Cunctaque maturam iam rura expoſcere meſſem.
Nunc quicunque metet, pulcri mercede laboris,
Vitalique dehinc gaudebit fruge redundans,
Et ſator excipiet meſſorum gaudia lætus.
Vos ego nunc miſi grauidam ſuccidere meſſem.
Quæ non eſt veſtro ſulcis inſerta labore.
Vos aliena bonæ ditabunt munera frugis,
Talibus alloquijs comitum dum pectora complet,
Ecce Samaritum populi venere rogantes,
Exorantque illic geminos explendere ſoles.
Iamque fides multos plebis fundauerat alta,
Nec iam fœmineis tantùm concredere verbis
Ipſos, ſed coram virtus manifeſta docebat,
Veniſſet ſeclis quòd iam ſaluator Ieſus.
  Iamque Galilæam remeauerat in regionem,
Quondam vbi fontanas vino mutauerat vndas.
Regius hic iuuenis (cui natum morbus anhelo
Ardore extremis vitæ torrebat in oris)
Competit vt Chriſtum certo remeaſſe recurſu.
Aduolat, & precibus ſobolis pro ſorte profuſis
Orabat, celeris depoſcens dona ſalutis,
Ne prius ad lethum natus traheretur acerbum.
Chriſtus ad hæc, ſignis niſi ſuadeat omnia virtus,
Non erit vlla fides, ſed perge, & ſoſpite vita
Ædibus in veſtris ducem complectere natum.
His verbis, fructum mox perceptura ſalutis
Pulcra fides, animam lætanti in pectore firmat.
Iamque iter ingreſſo properantibus obuia ſeruis
Nuntia fama venit: pueroque in luminis oras
Limine de mortis ſubitam remeaſſe ſalutem.
Illo vbi cognouit certum concurrere tempus
Sanantis Chriſti verbis, ſeſeque, domumque
Mancipat, amplexus fidei venerabile donum.

Matthæi 9. Marci 2.

  Forte dies epulis multòs ſatiauerat vna,
Publica conductis qui vectigalia lucris
Profeſſi rapiunt alieno nomine prædam:
Hos cum diſcipulis ſimul accipiebat Ieſus.
Ecce Phariſæi occulto reprehendere riſu,
Quòd legis doctor conuiuia talia iniret.
Ille ſed inſpiciens quid pectora ſæua tenerent,
Non, inquit, medicis opus eſt, vbi fortia membra
Intemerata ſalus vegetat, vireſque miniſtrat.
Ægris, ſed meritò miſerans adhibenda medela eſt.
Diſcite nunc ſaltem iubeant quid verba Prophetæ,
Non ego ſacra magis quàm mitia pectora quæro.
Haud etenim iuſtos veni ad directa viantes,
Sed reuocare malos peccantum à limite greſſus.
Ecce ſed è numero mirantum munera Chriſti
Vnus Ioannis quærebat diſcipulorum:
Cur ipſi legis ieiunia crebra tenerent,
Nullaque ſub Chriſto plebes ieiunia ferret?
Chriſtus ad hæc contrà placido ſic ore profatur:
Qui ſponſi lætis comitantur vota choreis,
Non præſente illa ieiunia triſtia portant:
Iamque dies aderit, cùm ſponſus turbine ſecli

A E medio comitum rapietur, triſtibus illi
Tuncque dabunt animos lacrymis, horrore ciborum
Languida concipient animi ieiunia flentes.
Quàm ſtultum eſt rudibus veteres ſubtexere pannos
Veſtibus, vt turpis peius ſciſſura pateſcat?
Vtribus aut calidum tritis committere muſtum,
Quis ruptis totum ſequitur diſperdere vinum?
Vtribus eſt rectum rudibus ſpumantia muſta
Condere, ſic vinum conſeruant fortia vaſa.
  Talia tractanti, perculſus pectora luctus,
Ecce ſacerdotum princeps procumbit adorans,
B En ſibi defunctam (funus miſerabile) natam
Implorat lacrymis: certamque venire ſalutem
Defunctis etiam poſcebat munera Chriſti.
Haud mora: conſurgens graditur ſaluator Ieſus,
Progreſſi mulier ſequitur veſtigia ſeruans,
Quam langore graui bis ſex labentibus annis
Carpebat fluxus (macerans ſine fine) cruoris,
Torquebatque graui morbus pallore virentem,
Viribus aſſumptis, & toto corpore feſſa,
Pectoribus tacitam voluebat credula mentem,
Arcana ſecumque fide, iam certa tenebat,
C Actutum feſſo fugeret quòd corpore tabes,
Extremam Chriſti poſſet ſi tangere veſtem.
Hæc vbi per populum ſummi prudentia pepli
Fila manu trepida tractauit, protinus ille
Et cauſa morbi, & credentia pectora cernens,
Conceſſit celerem tali cum voce ſalutem:
Accipe quon meruit fidei conſtantia munus,
Et mox conſtricto viguerunt ſanguine venæ.
Poſtquam peruentum eſt, vbi funera virginis ingens
Plangentis populi fremitus, clangorque tubarum
Vltima ſupremæ celebrabant funera pompæ:
D Abſcedant, inquis, tectis hæc triſtia veſtris.
Namque puella iacet placido demerſa ſopore:
Defunctam rotur flentum quam neſcia plebes.
Talia dicentem ridentum turba reliquit,
Quòd morte abreptam dixis dormire puellam:
Sed Chriſtus lethi victor, vitæque repertor,
Erigentis dextram dignatus prehendere dextra,
Surgere mox iuſſit miranda ad gaudia patris.
  Inde reuertenti clamor ſe protinus offert,
Lumine captorum greſſu labente duorum.
E Ollis Chriſtus ait: quid credunt pectora veſtra?
Nam virtute mea ſe reddet lumen ademptum?
Olli firmato ſe credere corda fatentur.
Tunc Chriſtus fatur: credentes cernite lucem,
Nec cuiquam noſtrum poſt hæc edicite nomen,
Dixit: ſed properè per gaudia tanta videntum
Ardor inexpletus famam per cuncta ferebat.
Offerturque dehinc iuuenis cui rapta ſonoræ
Dæmonis incurſu fuerat ſubſtantia vocis.
Aſt vbi propulſus fugit de pectore dæmon,
F Confeſtim ſanæ redierunt munera linguæ.
Talia mirantis populi ſtipante tumultu
Vallatur: cernens ſed millia tanta virorum,
Ingemit, vt ruris Dominus, cui paſcua læta
Innumeræ tondent pecudes rectoris egentes.
Tunc ad diſcipulos depromit talia dicta:
En latè ſegetes ruris per terga pateſcunt:
Sed rarus meſſor frugis ſuperatur aceruo.
Iam ſupereſt dominum ſegetis depoſcere tanta,

Vt ſua rura velit numero complere colentum.

Matthæi 10. Marci 3. & 6. Lucæ 9.

Hæc fatus, populo ex omni delecta ſeorſum,
Fortia conglomerat biſſeno pectora cœtu.
Hos vbi delegit, præceptis talibus implet:
Deuitate iter quod gentes perfidioſæ,
Et Samaritarum fraudis veſtigia calcant:
Pergite, qua patrij pecoris cuſtodia balat.
Pergentes verò ſimilem mihi ſumite mentem,
Vt vobis ſubigat virtutem dæmonis atri
Sancta fides, curamque piam languoribus aptet.
Hæ vires nulla vocis mercede dabuntur,
Et vos haud aliter cunctis impendite dona.
Non auri argentive domet poſſeſſio mentem,
Nec vos nummorum ſubigat ſcelerata cupido.
Non geminas veſtes, nec plantis tegmina bina,
Virtutis nudæ cupiat ſeruire miniſter.
Ingreſſi muros vrbis, perquirite ſemper,
Hoſpitio quorum par ſit ſuccedere iuſtis:
Ingreſſique dehinc pacem ſub tecta vocate.
Si tranquilla domus fuerit, pax illa manebit,
Sin erit indignis habitantum moribus horrens,
Diffugiet, veſtrumque abitum pax veſtra ſequetur.
Excludet quicunque ferox vos limine tecti,
Auribus aut duris ſpernet vitalia verba:
Siue aduerſa Dei famulos ſuccedere tectis,
Hoſpitijque focos miſcere grauata vetabit,
Excutite egreſſi domibus veſtigia veſtra,
Hæreat iniuſtæ ne vobis portio vitæ.
Illos deterior Sodomorum pœna manebit
Supplicijs, veniet mundo cum terminus omni.
Pergitis en vt oues ſæuorum præda luporum,
Sed vos arguto ſerpentum corde vigete,
Simplicitate tamen puras ſuperate columbas.
Nam ſæpe incumbet vobis iniuria præceps,
Concilijſque hominum ſtatuentur corpora veſtra.
Vos flagris, vinclisque feris, duriſque tyrannis
Frendens vrgebit pro me violentia ſecli.
Cùm vos prodiderint, verborum ponite curam:
Sponte fluens dabitur ſermonis gratia vobis.
Spiritus in vobis pro vobis digna loquetur.
Prodet enim fratrem ſcelerata inſania fratris,
Ad lethumque dabunt genitorum corpora nati.
Vos odia vrgebunt ſemper pro nomine noſtro,
Sed finem fidei comitatur gloria vitæ.
Profugite è tecto, quæ vos ſectabitur; vrbis,
Inde aliam, mox inde aliam conquirite ſedem.
Nam vobis vrbes ſemper ſupereſſe neceſſe eſt,
Iſraelitarum quæ dent ſub nomine plebem.
Diſcipulus nunquàm tranſcendat celſa magiſtri
Culmina, nec Dominum tentet præcellere ſeruus:
Diſcipulo ſatis eſt, vires æquare magiſtri;
Vel Domini ſimilem virtutem prendere ſeruo.
Pectoribus veſtris ſemper timor omnis aberret.
Nam nudata ſuis prometur cuncta latebris,
In tenebris tacitè vobis quæcunque iubentur,
Dicite præclaro nitidi ſub lumine ſolis.
Auribus & veſtris dicam quæcunque ſuſurrans,
Excelſo in populos ſpargantur culmine tecti.
Deſpicite illorum rabiem, qui corpora veſtra
A Proſternent ferro: non eſt ijs vlla poteſtas
Viuacem letho pariter demittere mentem.
Illum ſed potius cordis ſecreta paueſcant,
Corporis eſt animæque ſimul cui cuncta poteſtas,
Paſſeribus pretium nummi vix portio parua
Prouenict, non eſt tamen vnum credere dignum,
Nil iuſſu Domini, laqueos incurrere veſtros.
Quis dubitet ſapiens Domini ſub pectore multis
Credere pennatis hominem præ millibus vnum?
Qui me confeſſus fuerit ſub iudice terræ,
B Hunc ego non aliter coram genitore fatebor.
Sic itidem coram genitore negabo negantem,
Non ego nunc pacem terris immittere veni,
Sed gladium, patrio dirimat qui pectore natum,
Et ducem matris dirimat qui pectore natam.
Si quis amore meo genitorem pluris habebit,
Vel matri ſoboli vt meum poſtponet amorem,
Sentiet horribilem noſtra de ſede repulſam.
Contemnet quicunque animam pro nomine noſtro,
Inueniet læta florentem fruge ſalutis,
Qui vos ſuſcipiet, me ſuſcepiſſe benignis
C Obſequiis, idem me pro genitore ſupremo
Suſcepiſſe ſibi gaudebit perpete vita.

Matth. 11. Luc. 7.

Talia diſcipulis bis ſex cùm iuſſa dediſſet,
Iuſtus Ioannes cæci de carceris vmbris
Sectantum è numero delectos talia dicta
Ad Chriſtum portare iubet, verumque referre:
Túne piis animis requies, quam regia cœli
D Largitur terris, noſtro ſub tempore fulges?
Anne aliam ſupereſt poſt hac ſperare ſalutem?
Talibus hæc Chriſtus dictis mandata remittit:
Cæcorum tenebræ mutantur lumine lucis,
Debilium que vigent firmato robore membra,
Lurida diſcutitur ſquamoſo corpore lepra,
Aëriæ vocis penetrat ſurdas ſonus aures,
Redditur amiſſa lethi poſt funera vita
Ad corpus remeans animæ iam libera virtus,
Depoſitum repetens animæ ſubſtantia corpus,
Pauperibuſque ſuis non dedignata pateſcit,
E Fulgentis ſplendens aduentus gloria terris.
Ille beatus erit quem non deceperit error.
Talia diſcipuli referunt mandata magiſtro.
Hæc ſuper ad populum depromit talia Chriſtus:
Cur in deſertis voluiſti viſcere nuper
Stramen arundineum vento vibrante moueri?
Cur etiam molli veſtitum veſte videre?
In domibus regum, molli cum veſte tenentur.
Ille prophetarum ſocius tranſcendere viris
F Indicio veteris ſcripti promittitur olim.
Hunc etenim memorat venerandæ lectio vocis.
En ego mitto meum ſtratas aptare miniſtrum
Ante tuos vultus, genuit nec fœmina quenquam
Maior Ioannis noſtri qui viribus eſſet.
Sed minor hoc cœli fiet ſublimior aula.
Huius ab exortu vim cœli regia ſenſit,
Et cœli regnum violentia diripit atrox.
Lex omnis ſummam Baptiſtæ à tempore cœpit,
Atque prophetarum finis concluditur idem.
Si vultis volucris penetralia noſcere ſecli,

Ipſe

Ipſe eſt Elias, felix venturus in æuum.
Corpus Ioannis felix habitabile ſumpſit
Elias quondam, quem turbine iuſſa coruſco
Flammipedem rapuit ſimulatio quadriiugorum,
Audiat hæc, dictis pandent vitalibus aures.
Nunc tibi confiteor genitor, cui gloria ſeruit
Fulgentis cæli, & terrarum frugiferarum,
Namque abſcondiſti ſapientibus iſta ſuperbis,
Paruulaque infantum vis hæc comprendere corda.
Iam mihi regnantis ſunt omnia tradita patris,
Nec quiſquam poterit Domini cognoſcere natum,
Ni ſolus genitor: genitorem mente videbit
Filius, aut idem pandet cui talia natus.
Huc omnes veniant, oneris quos ſarcina vaſti
Comprimit, his poterit virtus mea munere patris,
Antiquas vires hilari reparare quiete.
Sumite forte iugum, leuis eſt mea ſarcina iuſtis,
Namque humili dulcem præbebo corde ſalutem.

Matth. 12. Marc. 2. Luc. 6.

Hæc vbi dicta dedit, meſſis per culta grauatæ
Præterit, & populus ſectantum diſcipulorum
Spicarum grauidam carpebat in ordine frugem.
Ille dies veteri poſcebat lege quietem:
Sabbata nam priſcis repetebant otia iuſſis.
Ecce Pharisæi coram reprehendere Chriſtum,
Quòd ſanctæ legis calcarent iuſſa metentes
Diſcipuli: legum ſed tunc completor Ieſus
Incipit, ut veteris ſcripti monimenta retexens:
Legiſtis certè in templo Dauida canorum
Cum populo quondam panes ſumpſiſſe ſacratos,
Et propriam comitumque famem ſedaſſe, ſed illes
Illicitum cuiquam fuerat contingere panes,
Sumere quos ſolus poterat de lege ſacerdos.
Eiuſdem ſcriptum eſt iuſto moderamine legis,
Sabbata prophanent templo ſine crimine vates.
Nec minor eſt iſtic veſtræ glomeratio turbæ,
Quam templi virtus: caperent ſi pectora veſtra,
Quòd non ſacra Deus, ſed malit mitia corda,
Non tam ſæpe viros damnaſſet factio veſtra
Expertes culpæ: ſed nunc ego ſabbata cuncta
Sponte mea dominans, legis ſub iure tenebo.
Tunc conuenticula ipſorum poſt talia dicta
Ingreditur, mox hic iuuenem pro lumine cernit,
Siccatum ex humero cui pondus inutile palmæ
Pendebat: ſed tum dictis tentando doloſis,
Ægris an liceat per ſabbata ferre medelam
Quærunt, calcatæ vt legis vindicta maneret.
Chriſtus ad hæc: feueam ſi forte pecuſcula veſtra
Inciderit, certè tranſibitis otia legis,
Et pecus abrupto tolletis vile profundo:
Quantò igitur nobis hominum curatio maior
Ad benefacta animes tollens attendere debet?
Ergo age tu iuuenis rediuiuam extendito dextram.
Cum dicto palmas ſanas porrexit vtraſque.
Iſtis pro ſignis quæ vix veneratio poſſet
Mirantis digno populi ſuſtollere cultu,
Conſiliis trucibus conclamant deripiendum.
Talia proſpiciens procerum molimina Chriſtus
Diſceſſit, variis hominum languoribus aptat
Conceſſam in populos patria virtute medelam.
Bibliot. patr. tom. 8.

A *Oblatuſque illi eſt, quem dæmonis horrida virtus*
Et lingua & viſu truncatum viuere pœnæ;
Et propriis eſcam cruciatibus eſſe volebat.
Hunc vbi curatum, viſuque & voce vigentem
Cæca Phariſææ cognouit factio gentis:
Dæmonis auxilio (qui principe dæmoniorum
Solus nequitiæ vires ditione teneret)
Hæc illum feciſſe ferunt: ſed talia Chriſtus
Veridicis apertis conuincens pectora verbis:
Si gemina regnum diſtractum parte dehiſcat,
B *Et ſciſſa aduerſum ſeſe diuiſio pugnet;*
Diſruptis properè labentur cuncta medullis.
Horridus & dæmon ſi dæmone pellitur atro;
Aduerſa ſibimet ſciſſus virtute repugnat.
Quis poterit prædam tectis auferre virorum;
Ni prius aggreſſor, cuſtodum brachia nodis
Vinciat, vt facilis veniat direptio prædæ?
Quiſque meis aberis diſcretus miles ab armis;
Hoſtis in aduerſa conſiſtet fronte duelli,
Quiſque meis gregibus cogendis liber oberrat,
C *Diſiicit ille mei pecoris per deuia paſtus.*
Sed quicunq; hominum fuerit, ſuper omnibus error,
Dimitti poterit, tantùm ne Spiritus vnquàm
Vocibus inſana laceretur mente profuſis.
Sive furens hominis nato conuitia quiſquam
Ingerit, hæc etiam poterunt peccata remitti.
Spiritus at ſanctus tantum, cuicunque prophana
Verborum rabie violabitur, irreuocatis
Suppliciis nunc & ſemper torrebitur ignis.
Quando veneniferi ſerpentis ſæua propago,
Sermonum dulci poterit miteſcere fructu?
D *Nam bona theſauris promuntur dulcia iuſtis;*
Et mala lethifero procedunt ore venena.
Verborum meritis veniet ſub iudice pœna.

Ioann. 5.

Quæ genitor faciet, ſectabitur omnia natus,
Namque idem nato manifeſtò cuncta videnda:
Et potiora dehinc tribuet miracula rerum.
Sicut enim genitor demortua corpora reddit
Ad claram vitæ lucem, ſic omnia natus
E *Quæ velet ad ſuperos ſurgentia corpora ducet.*
Nec genitor quenquam veſtrum ſe iudice quæret:
Sed dedit hæc nato quærendi iura per orbem,
Gloria quo moneat ſimilis natoque patrique.
Namque repulſus erit veſtro ſi natus honore,
Improbitate pari genitorem deſpicietis:
Sed cui noſtra fidem ſermonis gratia figet;
Mox me mittentis genitoris dona videbit,
Æternumque dabit præſens conſtantia vitam.
F *Iudiciumque illi non eſt, ſed migrat ab atra*
Morte procul, luciſque vigens ad lumina tendit.
Aduentet tempus, cùm mortua corpora vocem
Accipient noſtram, & vitam cum voce tenebunt.
Nam ſicut genitor vitam ſibi poſſidet in ſe,
Sic tribuit nato vitam, & ius dicere iuſſit
In terris, hominis quoniam cum corpore venit.
Nec vobis mirum videatur, corpora cuncta
Vocis ad auditum propriis exurgere buſtis.
Iuſtorumque animas rediuiuo corpore necti,
Iudicieque graui miſeros exurgere prauos.

Nec mihi iudicium tribuit mea ſola poteſtas,
Arbitrio quoniam genitoris cuncta iubentur,
Qui me iuſtitiam terris diſquirere iuſſit.
Namque ego ſi proprio teſtis pro nomine ſurgam,
Falſa loqui poſſem: eſt alius quia teſtis habetur
Pro nobis, rectè mihi talia tennere fas eſt.
Nam veris operum ſignis manifeſtior omni
Luce nitet præſens noſtris teſtatio factis.
Talia concedens genitor, mihi teſtis adhæret,
Qui me demiſi terris ſua ponere iuſſa.
Huius cum vocem nunquàm comprendere quiſtis,
Nec ſpeciem propriam conceſſit viſere vobis,
Ne ſermo ipſius poterit per veſtra ſedere
Pectora, credendi quoniam ſubſtantia nulla eſt.
Quæratur veterum ſcriptorum lectio vobis,
Perpetuam cunctis vitam quam ferre putatis:
Hæc etiam noſtrum teſtatur lectio donum.
Nec tamen audetis propius conſiſtere nobis,
Ne veræ vobis contingant gaudia vitæ.
Non mihi captatur terrenæ gloria laudis:
Nam quæ ego, quod ſummi genitoris nomine veni,
Reſpuor à vobis, veniet ſed diſcolor alter,
Nomine quem fultum proprio gens veſtra ſequetur,
Alternæ in vobis captatur gloria famæ,
Vnius & ſolam fugitis diſquirere laudem.
Nec vos arguerim coram genitore, ſed illic
Accuſator erit, quem ſpes modò veſtra celebrat,
Moſes: quem fidei nullo ſeruatis honore.
Eius enim ſcriptis veſter ſi crederet error,
Crederet & nobis, Moſis quem ſcripta frequentant.

Matth. 12. Luc. 11. Marc. 8.

Talia tum contrà Scribarum verba ſequuntur,
Vocibus indubitata fides comitabitur iſtis,
Si virtus certis firmet miracula ſignis.
Ille dehinc: polluta magis generatio quærit
Signa ſibi, rebus ſtabunt ſed ſigna futuris:
Namque propheta cauo quantum ſub pectore ceti
Temporis abſumpſit, terræ in penetralibus altis
Progenies hominis tantum demerſa manebit.
Adueniet tempus, quum ſurget reddita vitæ,
Gens hominum propriis in fletum dedita geſtis:
Hæc iſtam digno damnabit crimine gentem,
Quòd maris è fundo ſurgentis voce prophetæ
Commonita in lacrymas dominum proiecta reflexit.
Hic & Ionæis monitis potiora iubentur,
Contemnitque feris animis gens impia lucem.
Et regina Noti vitales ſurget in oras,
Illius ad ſpecimen damnabitur effera plebes
Finibus extremis Libyæ quòd venerat illa,
Vt Salomona pium præceptis dedita iuſtis
Audiret, potior nunc eſt Salomone poteſtas,
Et tamen obtuſa cæcantur pectora plebis.
Expulſus ſi quando fugit de pectore dæmon
Quem turbas ſanctus purgato corpore flatus,
Ille venenatis colluſtrat paſſibus oras,
Qua nulla excurrit fontanis gurgitis vnda.
Si requiem placidæ ſedis non repperit ardens,
Tum repetit ſuetæ ſitiens habitacula mentis.
At ſi forte ſuis obnoxia corda venenis,
Ornatumque leui ridentia limina cernit,

A *Aſſociat ſeptem ſimiles glomerando furores*
Vis inimica homini, penetratque in viſcera ſerpens:
Sic genus hoc vero ſenſu cùm degener errat,
Vincula perpetuis deflebis ſubdita pœnis.
Atque ea cùm populis vitalia dicta frequentat,
Pro foribus mater cum fratribus aſtitit illic:
Et miſcere foris ſermonem cominus orat.
Talia tum matris mandatis dicta remittit,
Hic mecum genitrix, mecum germana reſidunt
Corpora, nam patria impletur cuicunque voluntas;
Ille meo proprium connectit ſanguine corpus,
B *Et matris generiſque mei ſub nomine habetur.*

Matth. 13. Marc. 4. Luc. 8.

Progreditur templo terrarum lumen Ieſus;
Et maris extrema terræque reſedit in ora,
Innumeræque illuc plebis fluxere cateruæ.
Ille ſed excelſam ſcandens, quæ proxima, puppim,
Littora complectit, depromit talia plebi:
Ecce ſator proprio commendat ſemina ruri,
Illa cadunt diuerſa ſolo, ſortemque locorum
C *Pro virtute ferunt; nam ſicubi trita viarum*
Sub pedibus ſolido denſetur limite tellus,
Aëriis auibus dant nudam ſemina prædam.
Aſt vbi pertenui velantur puluere ſaxa,
Farra quidem viridem depromunt germinis ortum:
Sed quia nulla ſubeſt ſiccis ſubſtantia glebis,
Inſerto areſcunt radicum fila calore,
Cunctaque mox apicum labuntur acumina letho:
Seminibuſque aliis contingunt aſpera rura.
Sentibus hic ſpiniſque feris velocius exit
Roboris augmentum, frugemque internecat anguit.
Vberibus verò quæ dantur ſemina glebis,
D *Illa ferunt pulcram ſegetem, cui læta frequentat*
Incrementa ſui centena copia fœtis.
Audiat hæc, aures mentis qui geſtat apertas.
Talia diſcipuli mirantes dicta requirunt
Implicitis populo cur clauderet omnia verbis.
Ille ſed amota credentum plebe profatur:
Vobis, qui firmo robuſtam pectore mentem
Ad capienda Dei penetralia conſtabiliſtis,
Conceſſum eſt adytis penitus conſiſtere regni:
Illis pro merito clauduntur limina vitæ:
E *Si quis habet dignus, capiet potiora redundans:*
Qui verò expertes cæleſtis muneris errant,
Admittent etiam proprium quodcunque retentant.
Idcirco obſcuris cooperta ambagibus illum
Perſtringit populum ſermonis gratia noſtri,
Et dictum Eſaiæ merita de plebe recurrat,
En populi mentes velantur ad omnia craſſis
Obicibus, ſenſu ne tangant munera vitæ:
Auribus aſſiſtunt clauſis, oculiſque grauatis;
Ne conuerſa bono ſanetur noxia plebes.
Quàm veſtræ nunc ſunt aures oculique beati:
F *Nam multi veterum iuſti ſanctique prophetæ,*
Quæ vobis clarent, orarunt cernere dona.
Accipite ergo animis quis ſit de ſemine ſenſus;
Quiſque meum verbum ſummas demittit in aures,
Nec ſenſus recipit ſtabili præcepta vigore,
Eripit illius eotum de pectore dæmon:
Hic agro eſt ſimilis, duro qui germine calle

Exponit, rapidis auibus ſine fruge rapinam.
Sunt alij, læto qui pectore noſtra receptant,
Sed breuis eſt illis perceptæ gratia frugis.
Nam ſi dura premat mentem ſtrictura coërcens,
Continuò trepidi produnt ſibi credita farra:
His ſaxoſus ager ſimili leuitate vireſcit.
At ſpinoſus ager, curarum mole grauatus
Reſpondet, preſſant quos pondera diuitiarum:
Semina ſic noſtri ſermonis preſſa grauantur,
Nec fructus ſequitur ſpinarum horrore necatus.
Pinguia ſic itidem paribus ſtant viribus arua.
Illis, qui clarè capiunt præcepta ſalutis,
Qui penetrant animum, ſenſu tractante tenaci,
Centuplicemque ferunt virtutis robore frugem
Hæc tum diſcipulis, plebique hæc inſuper addit:
Agricolæ ſimile eſt regnum ſublime tonantis,
Ille iacit proprio mandans bona ſemina ruri:
Sed poſt ſubripiens (hominum inſidiando ſopori)
Trux inimicus adit, loliumque inſpergit amarum,
Ecce ſed ad fructum culmus cùm ſpiceus (horror)
Proceſſit, lolio meſſis maculata redundat.
Tum domino famuli mirantes talia fantur:
Nonne bonum terræ ſemen per terga dediſti?
Vnde igitur lolio turpi tua rura grauantur?
Sed iam ſi iubeas meſſem purgabimus omnem,
A *Triticeuſque nitor ſelecta ſorde nitebit.*
Tum dominus miti contrà ſermone profatur,
Hic dolus eſt inimice tuus: ſed farra ſinamus
Creſcere cum lolio, pleno nam tempore meſſis
Secretum lolium connexo faſce iubebo
Ignibus exuri, at noſtro de ſemine meſſor
Horrea noſtra dehinc purgata fruge replebit.
Haud aliter ſimile eſt (cordis ſi panditis aures)
Præparui grano regnum cæleſte ſinapis,
Quod proprio inſinuans diſponit cultor agello,
Seminibuſque illud minus omnibus eſſe virentum
Creditur, ac iuſti mox vt crementa viroris
B *Sumpſerit, erecto tranſcendit vertice cunctas*
Agrorum fruges, ramus vt plumea turba
Conſidat, poſſitque vmbras habitare virentes.
Fermento par eſt munus cæleſte ſalubri,
Quod magna condit mulier ſub mole farinæ,
Illa dehinc modico fermenti mixta calore,
Conducto vnius coaleſcit corpore maſſæ.
Talia tum populo perplexis condita verbis,
Promebat, veteris quò poſſent dicta prophetæ
Ordine ſeclorum iuſſi concurrere rebus.
Os aperire meum dignabor, condita mundi
Conuoluet ructans varij ſermonis imago,
Inde domum repetit ſeriò, turbaſque relinquit.

LIBER TERTIVS.

* *
*

Matth. 13. Marc. 6. Luc. 3. Ioannis 4.

FVDERAT *in terras roſcum iubar igniconius Sol,*
Diſcipuli rogitant, lolij quid quæſtio vellet,
Et ſegetis? Chriſtus quibus hæc depromit Ieſus:
Optima qui farris commendat ſemina glebis,
Filius eſt hominis, mundum ſub nomine ruris
Accipe, atque homines puro pro ſemine iuſtos.
At lolium infelix cooperti dæmonis arte
Sunt homines, inimicus erit vis horrida dæmon,
Extremus mundi finis pro tempore meſſis.
Meſſores patrij venient per rura miniſtri,
Quos hominis natus proprij de corpore regni
Colligere erroris laqueos, libemque iubebit,
Collectoſque ſimul rapidis exurere flammis.
Dentibus his ſtridor ſemper fletuſque perennis
Secretiſque piis veniet lux aurea vitæ:
Sedibus vt cæli vibrantur lumina ſolis.
Hæc docuit, patriamque redit Saluator in vrbem
Illic expediens populis (mirabile dictu)
Iuſtitiæ leges, vitæque ſalubria iuſſa,
Virtutes patrias ſimul inſinuando docebat.
Tunc liuore graui plebes commota ſuorum,
Præſentiſque ſimul domini miracula voluens,
Et generis noti reputans ex ordine gentem:
Hæc inter ſeſe muſſanti voce ſuſurrant:
Nonne hic eſt ſoboles fabri, cui nomen Ioſeph?
A *Non Maria eſt genitrix, nõ fratrũ nota propago eſt?*
Vnde igitur legis doctor, tantæque miniſter
Virtutis, cedit cui labes victa malorum?
Nazara ſic plebes: cui talia reddit Ieſus:
Temnuntur propriis miracula ſemper in oris,
Et ſine honore manent patria ſub ſede Prophetæ.
Talibus indignans preſſit ſua munera Chriſtus.

Matthæi 14. Marci 6. Luc. 9.

Interea ad regem volitabat fama ſuperbum,
Quòd mala cuncta illic virtus diuina domaret,
Sed putat Herodes lethi quod lege remiſſus,
Tanta vt Ioannes virtutis dona teneret.
B *Nam quondam cernens liuenti pectore dæmon*
Erroris labem, puris quod ſolueret vndis
Iuſtus Ioannes, damnis accenſa malorum,
Tunc petet Herodem peſtis ſæuiſſima regem,
Et facilè iniuſti penetrans habitacula cordis,
Accumulare feru ſubigit ſcelera impia geſtis.
Arſerat illicito Herodes accenſus amore
In thalamos fratris caſto quod iure vetabat
Sanctus Ioannes: feritas ſed neſcia recti
Subiecit leges pedibus, fruiturque nefandis
Connubiis, ipſumque ſuper (quia praua vetabat)
Carceris immerſit tenebris, vinclisque grauauit.
Sanguine nam iuſti primo compreſſa timore
Abſtinuit ſitiens feritas, quia magna Prophetam

Plebis Ioannem veneratio ſuſpiciebat.
Natali ſed forte die, quum læta tyrannus
Herodes celſis strueret conuiuia tectis,
(Luxuriæ quoniam coniuncta ſuperbia gaudet)
In medio iuuenum reginæ filia virgo,
Alternos laterum celerans ſinuamine motus,
Compoſitas cithara iungit modulante choreas,
Ipſe ſed imprimis (mirata virginis arte)
Antonitus ſtupuit: tunc præmia cuncta patere
Iuratus ſpondet, quæcunque puella petiſſet.
Illa ſed horrendæ ſeruans ſcelera impia matris,
Vrget Ioannis caput à ceruice reuelli,
Et lance inferri præſentia munera poſcit.
Præſentum Herodes procerum ſub pondere triſtis,
Iurandique memor iuris, tamen imperat ægrè
Inſontis caput afferri, tradique puellæ:
Illa nefas matris ſcelerata ad gaudia portat.
Corporis ac lacerum flentes ſine nomine truncum
Diſcipuli condunt terræ, Chriſtumque ſequuntur.
Ille vbi cognouit iuſti miſerabile lethum:
Deſerit inſontis pollutam ſanguine terram,
Frondoſaque latet ſecretæ vallis in vmbra.
Sed populi immenſæ virtutis dona ſequuntur.
Ille vbi credentum turbas in valle remota
Conueniſſe videt, morborum tabe repulſa,
Corpora ſubiecit miſeratus multa medelæ.
Iamque ſub extremo labentis lumine Solis,
Diſcipuli Chriſto ſuadent dimittere turbas,
Vt ſibi quiſque paret quærens per compita victum:
Ille iubet cunctis ibidem conuiuia poni
Diſcipuli oſtendunt, nihil amplius eſſe ciborum.
Ni piſces geminos, & farris fragmina quinque.
Hoc, inquit, ſatis eſt, tunc mox diſcumbere plebem,
Gramineiſque toris iuſſit componere membra.
Suſpiciensque dehinc cælum genitore precato,
Ipſe duos piſces & quinque ex ordine panes
Diuidit, & dapibus menſas onerauit opimis.
Iamque expleta iacet (dictu mirabile) plebes:
Relliquiaſque dehinc menſis legere miniſtri,
Bis ſenoſque ſinus cophinorum fragminibus implent.
Cœnantum numerus tum millia quinque virorum,
Præterea populus matrum fuit, & puerorum.
Diſcipulis tunc inde iubet conſcendere nauim,
Et tranſire fretum, donec dimitteret omnes
In ſua quemque viros, tunc montis celſa petiuit,
Secretuſque dehinc genitoris nomen adorat.
Iamque ſoporatis torpebant omnia nocte,
Cùm puppis medio ſulcabat in æquore fluctus,
Iactata aduerſo ſurgentis flamine venti.
Aſt vbi iam vigilum quarta ſtatione premebat
Noctis iter, rapidos attollens lucifer ortus,
Fluctibus in liquidis ſicco veſtigia greſſu
Suſpenſus carpebat iter (mirabile viſu)
Iamque propinquabat puppi, ſed neſcia nautæ
Attoniti tremulo vibrabant corda pauore,
Clamoremque ſimul confuſa mente dederunt.
Tum pauidis Chriſtus loquitur, timor omnis abeſto,
Credentumque regat vegetans conſtantia mentem.
En ego ſum, veſtræ doctorem noſcite lucis:
Olli confidens reſpondet talia Petrus:
Si tua nos verè dignatur viſere virtus,
Me pariter permitte tuo ſuper æquora iuſſu
A *Fluctibus in liquidis immerſos figere greſſus.*
Annuit his dominus: nauem mox linquere Petrus
Audet, & innixus figit veſtigia ponto.
Verùm vbi tantarum mentem miracula rerum
Terrificant, ventique minas crebreſcere cernit,
Paulatim credunt dubio liquefacta timore,
Quæ validum fidei geſtabant æquora robur.
Iamque Simon medio ſubmerſus corpore clamat:
Fluctibus horrendis pereuntem deripe Chriſte.
Dextera confeſtim protenditur obuia Petro,
Et dubitata fidei verbis mulcetur amaris,
B *Aſcenſæque rati contraria flamina cedunt.*
Præſentemque Dei ſobolem ſtupuere rogantes
Cuncti, nauigio ſocios quos caſus habebat.
Tranſierat tandem ſulcans freta feruida puppis,
Optatumque grauis comprenderat anchora portum.
Conueniunt populi rapido per littora curſu,
Portantes ægros, veſtiſque attingere fila
Extrema exoptant: mirumque hoc munere cuncti
Credentes referunt plenam per membra ſalutem.

Matth. 15. Marc. 7.

C *Ecce Phariſæi, Scribæque hincinde doloſi*
Captantes Chriſtum, promunt fallacia dicta:
Cur tua diſcipulos patitur doctrina labare
Præceptis veterum? manibus nam cura lauandis
Præterit, aſſumuntque ſimul cum ſordibus eſcas.
Ille ſub hæc fatur: magis hoc eſt quærere dignum,
Tranſgreſſi præcepta Dei quid proditis omnes.
Namque Deus mortem defixa lege minatur,
Si genitor cuiquam verbo lædatur amaro,
Vel genitrix nati dictis pulſetur acerbis.
D *Irrita vos iſthæc facitis, peruerſa docendo.*
Quàm manifeſta vigent de vobis dicta prophetæ:
Me populus ſummis labiis ſublimat honore,
Sed diuerſa procul cordis ſecreta pererrant.
Accipite ergo omnes, aureſque aduertite cordis,
Non illata homini fuerint quæcunque pudendis
Sordibus aſpergent, vitæue animoue ſedebunt:
Erumpunt hominum ſed quæ penetralibus oris,
Internam miſerè maculabunt edita mentem.
Diſcipuli Chriſto memorant, quòd verba loquentis
E *Occulto traherent ſcribarum pectora riſu.*
Ille dehinc, genitor plantarum ſemina noſter,
Quæ non ipſe ſuis conſeuit in æquore ruris
Abiiciet, penitus radicibus eruta longè.
Cæcus fortè ducem cæcum ſi nactus oberret,
Decidet in foueam pariter demerſus vterque.
Tum petiit abſolui Petrus, quid quæſtio vellet,
Ipſe Phariſæis quam mox Scribiſque dediſſet.
Tum ſator æternæ reſpondit talia vitæ:
Vos etiam duro diſcluditis omnia corde
Iuſſa, nec admittit mentis dubitatio lucem.
F *Nam quæcunque hominum veniunt extrinſecus ori,*
In ventrem cedunt, animoque incognita currunt;
Quæ verò interno concepta è pectore promunt
Ora hominum, mentem poſſunt aſpergine labis
Polluere, immundoque hominem maculare piaclo.
Secreto cordis promuntur noxia vitæ
Conſilia, & cædes, & furta nefanda tororum,
Et fraudes, fallaxque hominum pro teſtibus error,

Et rabidæ cælum pulſans inſania vocis.
Hæc ſunt, quæ maculant hominem, quæ ſordibus implent:
Illotis autem manibus non polluit vnquàm
Corporis arbitrio terrenum ſumere victum.
Hæc vbi dicta dedit, pulcherrima rura Syrorum
Sidonem, Tyrumque petit, cùm fœmina fuſis
Crinibus & precibus natam cauſata iacentem,
Voluitur, & tacitum non deſerit anxia Chriſtum
Orare, vt mentem vexatam dæmone ſæuo
Redderet, & miſeræ tandem reſipiſſe liceret.
Tunc etiam precibus ſectantum diſcipulorum
Reſpondit, proprias genitoris malle bidentes
Cogere, quas vanus latè diſperſerat error.
Crebrius inſtanti tum talia fatur Ieſus:
Natis quiſque ſuis panem non detrahet vnquàm,
Et canibus iaciet, tum talia fœmina fatur:
Micarum ſaltem canibus ſua portio menſæ
Decidit, & nihilo dominorum cœna grauatur.
Tum dominus loquitur, veniant tibi digna ſalutis
Præmia, quæ fidei meruerunt robora tantæ.
Talia Saluator verbis cæleſtibus edit:
Virginis & mentem (diſcluſo dæmone) virtus
Complexam impleuit donis fœcunda ſalutis.
Inde Galilæas repedat Saluator in oras,
Præcelſique procul montis conſcendit in arcem.
Haud mora, conueniunt populi, ſecumque trahebãt
Pars captos oculis, & crurum debile vulgus,
Elinguesque alios, morbique vocabula mille.
Omnibus ille tamen languores dempſit amaros,
Viribus & validis venerando munere donat.
Tum populi pariter miracula tanta frequentant,
Æternoque patri laudes grateſque celebrant.
Diſcipulos Chriſtus cogens in vertice montis,
Secretè alloquitur, plebis miſeratio multa eſt,
Tertia nam terris remeant iam lumina ſolis,
Ex quo nulla ſibi ſumunt alimenta ciborum.
Ieiunam nolim tantam dimittere plebem,
Ne labor afficiat populos per longa viantes.
Diſcipuli Chriſto oſtendunt ſeptem ſibi panes
Eſſe, & piſciculos alimenta ad proxima paucos,
Tum populum iuſſit terræ per terga cubare,
Quodque fuit, totum propriis decerpere palmis,
Et cunctæ curat menſatim tradere plebi.
Diſcipuli ponunt epulas, populuſque repletur
Ad ſatiem dapibus, relegunt mox fragmina panis,
Et ſportas referunt cumulato pondere ſeptem.
Quatuor ex omni fuerant tum millia plebe,
Nec numero quiſquam matres pueroſque notauit.

Matth. 16. Marci 8. Ioann. 6 Luc. 12.

Inde Magedarum naui tranſcurrit in oras:
Ecce Phariſæi Sadducæique doloſi
Poſcere tentates inſtant cæleſtia ſigna.
Sed Chriſtus cernens fallacia pectora, fatur:
Conuexum quotiens claudit nox humida cælum,
Si ruber aſtrifero procedit veſper olympo,
Dicitis, adueniet ventura luce ſerenum.
Iamque ſub exortu ſolis ſi triſtia rubro
Nubila miſcentur confuſa luce colori,
Dicitis agricolis, nautiſque venire frago ſam

A *Ventorum rabiem, tempeſtatumque furores.*
Fallaces, noſtis faciem diſcernere cæli,
Seclorum verò neſcitis tempora ſignis
Explorare ſuis? ſed vobis ſigna dabuntur,
Quæ maris immenſo quondam venere profundo,
Bellua cùm tenuit ventris ſub carcere vatem.
Hæc ait, & properè puppis retinacula ſoluens
Trans freta contendit rapido comprendere curſu
Arua Philipporum, ſociiſque hæc talia fatur:
Sollicitè vobis vtentur noxia farra,
B *Fermentumque ferox veſtris auertite menſis.*
Illa Phariſæi Sadducæique doloſi
Admiſcent eſcis, falluntque in nomine panis.
Cur vobis tacitas voluit cunctatio mentes?
Proh, quam parua fides ſenſu torpente fatiſcit!
Dicitis aduerſi, naui quòd tollere panes
Non fuerit vobis vacuum, farriſque cauendas
Inſidias iubeam meminiſſe, & ſcire putabans
Quòd panes quini plebis mihi millia quinque
Implerunt dapibus, cophiniſque ſuperflua tantis
Fragmenta ad cumulum fuerint collecta ciborum:
C *Quattuor & rurſum cœnantum millia panes*
Quòd facile impleriut ſeptem, ſportaſque referri
Vidiſtis rurſus completas relliquiarum.
Sed moneo iſtorum ſemper fermenta cauenda.
Diſcipuli tandem vitalia verba ſequuti,
Doctrinam cernunt fermenti nomine dictam.
Inde vbi peruentum eſt liquidi per terga profundi,
Clara Philippæo quà pollent nomine rura,
Cogit conſilium ſectantum diſcipulorum,
Et quærit quem ſe populorum fama putaret.
D *Reſpondent, multas plebis tunc eſſe loquelas:*
Crebrius audiſſe & multos firmare, quod eſſet
Iuſtus Ioannes, populos qui flumine lauit.
Pars memorat volucri famæ ſibi cognita verba:
Pars trepidat, memori ſeruans oracula mente,
Heliam veniſſe iterum, quem præpete curſu
Turbine cæleſti quondam ſimulata quadrigis
Aſtris inſeruit rapidæ vis feruida flammæ:
Hieremiam dixere alij, pars eſſe prophetam.
Tunc Chriſtus cunctis arridens pectore blando,
E *Conquirit quæ ſit ſententia diſcipulorum.*
Sed ſtabilis Petrus: Tu ſancti Filius, inquit,
Chriſtus, magnifico terras qui lumine comples:
Tum dominus forti reſpondet talia Petro
Petre beatus eris? nam talia pandere certè
Humanus ſanguis, vel terræ portio corpus,
Haud vnquam poterit, genitoris munera ſola
Poſſunt tam validum fidei concedere robur.
Tu nomen Petri digna virtute tueris,
Hac in mole mihi, ſaxique in robore ponam
F *Semper menſuras æternis mœnibus ædet.*
Infernis domus hæc non exuperabile portis
Clauſtrum perpetuo munitum robore habebit,
Cæleſtiſque tibi claues permittere regni
Eſt animus, terriſque tuo quæ nexa relinquet
Arbitrio, cælo pariter nodata manebunt.
Soluerit & rurſus tua quæ ſententia terris,
Haud aliter veniens cæli ſub ſede ſoluta.
Sed vos diſcipuli Chriſtum, me dicere cunctis
Parcite, quò ſoli cognoſcant talia digni.
Iam lux adueniet properis mihi curſibus inſtans.

Mœnibus in Solymis rabies cùm prona furore
Eximios vatum ſaturabit ſanguine noſtro,
Aſt vbi luciſluum reddet ſol tertius ortum,
Conſurget radiis pariter redimita ſalutis
Vita mihi, cunctiſque dabit ſua munera terris.
Tunc Petrus magno perculſus corda dolore,
Abſint Chriſte tuis, inquit, tam triſtia ſanctis
Monſtra procul membris: nec fas eſt credere tantum,
Nec tibi tam durus poterit contingere caſus.
Chriſtus adhoc: procul hinc, inquit, procul effuge dæmon,
Nil diuina tibi mentem prudentia tangit,
Sed terrena ſapis, mollique timore tremiſcis.
Sed ſi quis veſtrum veſtigia noſtra ſequetur,
Abneget hic ſeſe, corpuſque animamque recuſans,
Atque crucem propriam comitatibus addere noſtris
Gaudeat, amiſſam redimet cui gloria vitam:
Nam ſeruata perit terris poſſeſſio lucis.
Sed quid proficient ſecli mortalia lucra,
Si damnum pariant vitæ lutiſque perennis?
Vel quæ digna queunt animæ commercia poni?
Filius hic hominis veniet ſub nomine patris,
Cæleſteſque illum fremitu comitante miniſtri
Stipabunt, reddetque homini ſua debita vitæ.
Vera loquor, certos iſtic ſub nomine lucis
Inueniam, cæli fulgens cùm regna capeſſam.

Matthæi 18. 8. Marci 9. Lucæ 9.

Hæc vbi dicta dedit, paſſus bis terna dierum
Lumina conuerſo terras tranſcurrere cælo.
Tum ſecum iubet abruptum conſcendere montem
Petrum, Zebedeique duos per deuia natos.
Inde vbi peruentum eſt ſecreti montis in arcem,
Continuò Chriſtus faciem fulgore corusco
Mutatur, veſtiſquo niuis candore niteſcit.
Reſpiciunt comites, mediumque aſſiſtere ſanctis
Heliæ, Moſique vident: tum talia Petrus,
Reſpico num vobis potius diſcedere longè:
Anne iſtic tantæ ſpectacula cernere molis
Conueniat? trina attamen hic tentoria vobis
Si iubeas frondis faciam diuerſa paratu,
Singula ſub noctem, quæ vos aulæa receptent.
Talia dum loquitur, cælo perfulgida nubes
Circumiecta oculis veſtibat lumine montem,
Et vox è medio lucis manifeſta cucurrit:
Vnicus hic meus eſt natus, mea ſumma voluptas
Huius iuſtitiam iuſto comprendite corde.
Diſcipuli pauido preſſerunt corpore terram,
Nec prius è prono vultus ſuſtollere caſu
Audebant, ſancto Chriſti quam dextera tactu
Demulcens blandis firmaſſet pectora verbis:
Surgite, & abiectum fortes calcate timorem,
Horomalis huius expertes vos reddite cunctos:
Nec quiquam præſens pandatur viſio vobis,
Nil prius huc hominis ſoboles ſpecioſa reportet
In lucem referens mortis de ſede trophæa.
Conſurgunt, ſolumque vident & voce requirunt,
Cur ſcriptis veterum Scribarum factio certet,
Heliam primùm cæli de ſede reuerti
In terras, Chriſtique dehinc conſurgere lucem?
Chriſtus ad hæc: veniet certo ſub tempore iuſtus
Helias, reddens mox omnia debita ſeclo,

A Sed ſi quis credit, iam venerat ante renaſcens,
Ignotum veluti rabies quem cæca furoris
Demerſit letho, mox ſæuior altera cædes
Et hominis nato trucibus laniatibus inſtat.
Hæc ait: & populum repetit, montemque relinquit.
Ecce ſed inflexus genibus, fletuque ſolutus
Vir ſenior, precibus Chriſtum veneratus adorat:
Dauidis ſoboles, hominum lumenque, ſaluſque,
Te precor, horribilem nati de corpore morbum
Proturbes, reddaſque ſeni ſolatia vitæ:
Nam curſus lunæ natum mihi dæmonis arte
B Torquet, & in liquidas deiectum proiicit vndas:
Aut miſerum medio proiectum voluit in igni.
Nam tua diſcipuli ſectantes iuſſa frequenter
Conniſi, nulla in ſolidum nibi dona dederunt.
Tum Chriſtus magno commotus corda dolore:
O gens nullius fidei, gens effera ſemper,
En etiam patiar vobiſcum me fore terris?
Sic ait, & puerum mandat præferre parenti
Ante ſuos vultus: tum vocis pondere multo
Incubuit, mentiſque ſimul conuulſa venena
Dæmonis horrendi, purgato corde, fugauit.
C Diſcipuli rogitant, cur non ſucceſſerit illis
Eiuſdem pueri totiens tentata medela?
Reſpondit dominus: titubat quia pectore veſtro
Inſtabilis fidei nutans per lubrica greſſus:
Sed ſi tanta foret credendi portio vobis,
Inſtar quæ minimi poſſet præſtare ſinapis,
Iſtius hinc montis poſſetis vellere verbo,
Inque alias ſedes cunctam tranſuoluere molem.
At genus hoc morbi duntaxat vota, preceſque
Multaque robuſti ieiunia pectoris arcent.

Matthæi 17.

D

Inde Capharnaum gradiens peruenit ad oras:
Conuenere Petrum quibus inſtat cura tributi,
Soluere poſcentes ſolitum pro nomine Chriſti.
Ille ſed ad Petrum conuerſus talia fatur:
Dic, inquit, reges, quorum dependere natos,
Externos propriosne ſibi iuſſere tributa?
Reſpondit Petrus, alienos ſoluere certum eſt.
Cernis, ait Chriſtus, natum non ſoluere regis?
Sed ne quem lædam, præceptum ſuſcipe noſtrum,
E En maris vndiſoni rupes qui prodit in altum,
Scandatur tibi ſumma Simon, hamuſque profundo
Stamine ſetarum connexus præcipitetur.
Hæſerit & curuo qui primus acumine piſcis,
Huius pandantur ſciſſi penetralia ventris,
Illic inuento duplex diſſolue tributum.

Matth. 18. Marc. 9. Luc. 9. & 7. & 15.

Diſcipuli pòſt inde rogant, quis maximus alto
In cæli regno, meritis pro qualibus eſſet?
F Tum Chriſtus medio puerum conſiſtere cœtu
Præcipit, & placido doctor ſermone profatur:
En huius ſimilem pueri ſe reddere certet,
Quiſque cupit celſam cæli conſcendere ſedem,
Erroris laqueos ſeclis increſcere certum eſt,
Sed tamen infelix per quem generabitur error.
Qui verò è paruis iſtis deceperit vllum,

Si ſapiat, nectat ſaxo ſua colla molari,
Præcipitemque maris ſeſe iaculetur in vndas.
Nec quiſquam faſtu paruos contempſerit iſtos.
Horum cuſtodes cæleſti in ſede tuentur
Altithroni vultum genitoris ſydera ſupra
Sed ſi quis paſtor, cui paſcua credita tondent
Centum balantes, vnam cùm fortè ſeorſum
Neſcius error habet, quæſitor deſerit omnes,
Vnius & totis luſtrat veſtigia ſyluis:
Illam ſi magno poſſit reperire labore,
Lætitia inuentæ maior tum naſcitur agnæ:
Quàm pro cunctarum numero quòd nulla receſſit.
Ex iſtis paruis genitor ſic perdere quenquam
Non patitur, gaudetque ſuis increſcere regnis.
Si fratrem proprio delicto commaculatum
Cernis, ſecretò mox dictis corripe ſolus.
Si tua verborum patiens moderamina laudat,
Labentis mentem frater lucrabere fratris.
Sin tua ſolus contemnet verba reluctans,
Tunc aliis pariter monitor pia iuſſa frequentes.
Sed ſi decutiet doctorum fræna duorum,
Tunc ad concilium referantur crimina plenum:
Vt populi ſaltem ſanetur pondere victus.
Sin & multorum contempſerit efferus ora,
Sit tibi diuiſæ mulctatus nomine gentis,
Namque in conſilium ſemper præſentia noſtra
Adueniet, mediumque duûm me ſtare neceſſe eſt,
Siue trium fuerit cœtus ſub nomine noſtro.
Tum Petrus quærit, quot fratri errata remittat,
An ſeptem lapſus homini indulgere liceret.
Chriſtus proſequitur, non ſeptem crimina tantùm,
Sed decuplata ſuper douentur vulnera fratri.
Nam cæli regnum domino prædiuitis aulæ
Conſimile eſt, nummi rationem qui ſibi poni
Iuſſerit, & ſeruum debentem multa talenta
Præcipit abreptum cum coniuge, progenieque
Atque opibus cunctis venali nomine ſiſti.
Tum ſeruus dominum poſtrato corpore adorat,
Et ſpondet ſpatij ſibi ſi foret vlla facultas,
Omnem nummorum domino diſſoluere ſummam.
Commouit dominum famuli miſeratio flentis,
Cunctaque trans meritum conceſſit debita ſeruo.
Ille ſed egrediens, conſeruum limine in ipſo
Nactus conſtringit, tum debita fortior vrget
Perſolui, precibuſque locum truculentus abegit,
Carceris & merſum tenebris pœniſque premebat.
Quæ poſtquàm dominus famulorum noſcere verbis
Incipit, adducto ingeſſit iuſtiſſima ſeruo
Dicta dolens, iramque mouet, iuſtiſque ſeueris
In tormenta ferum detruſit, cuncta reuoluens
Debita dum dignis lueret per vincula pœnis.
Sic vobis faciet genitor, qui culmina cæli
Poſſidet, immitet ſæuo ſi pectore fratrum
Peccata orantum durè punire voletis.

Matth. 19. Marc. 10.

Talia dicta dedit, Galilæaque rura reliquit,
Iudæamque petit, quà pinguia rura ſilenter
Agmine Iordanis viridis prorumpit amœno.
Nec minus in ſtratis ægris donare ſalutem,
Sublimiſque patris concedere munera perſtat.

A Ecce Phariſæi tentantes quærere pergunt,
Coniugis an liceat retectum ſcindere vinclum,
Quicquid erit læſi tanget quod corda mariti.
Hæc vbi percepit, depromit talia Chriſtus:
Principio Deus in terris par diſpare ſexu
Conſtituit iuſſitque vno de corpore necti,
Amborumque animos iunctis coleſcere membris,
Quod Deus ergo iubet proprio concreſcere verbo,
Illicitum eſt hominum fœdo ſecernere luxu.
Moſes præcepit, quòd pectora dura videret,
B Scribere diſſidium quo ſaxea corda reuinci
Per proprios apices poſſint ſub indice flammæ.
Nam temerè exoluet caſti qui iura cubilis,
Alteraque illius thalamis ſociabitur vxor,
Crimen adulterij populo ſub teſte ſubibit.
Diſcipuli referunt, vrget lex iſta virorum,
Seruitiique premit non æquo pondere partem,
Vt melius fuerit thalamis caruiſſe peroſis.
Reſpondit dominus, non omnes pondere tanto
Subiicient humeros, lectæ ſunt talia dona
Virtutis, trino truncantur corpora more,
C Quæ nulla gaudent genitali lege tororum.
Namque alios tales progigni in luminis oras
Comperimus, pleroſque hominum vis ferrea ſexu
Exuit, atque alios ipſis ſibi demere conſtat
Pro cæli regnis pronum de pectore amorem.
Quiſque capax fuerit celſa virtute capeſſat,
Quod paucis lectiſque Deus vult pandere munus.
Hæc ait, & pueros quos gaudens cura parentum
Cum precibus lætis, certatim hinc inde ferebant,
Suſcipit, & plebem ſectantum, quòd prohiberet.
Increpat, ac tales affirmat regna mereri
D Aulæ cæleſtis, ſanctas his ordine palmas.

Matth. 19.

Ecce ſed è populo iuuenis cui rura domuſque,
Et gazæ, & rerum ſtabat poſſeſſio fulgens,
Accedit, Chriſtumque palam ſubmiſſus adorat:
O bone præceptor, dic nunc quæ facta ſequamur,
Vt mihi perpetuam liceat comprendere vitam?
Huic auctor vitæ tum talia reddit IESVS,
E Nunc demum quæris veteri quæ lege tenentur?
Non hominis perimes vitam, non furta tororum
Inuades, quæſtúmve alienis noxia rebus
Mens, aut dextra leget: non teſtis falſa loqueris.
Sic genitor genitrixque tuo ſublimis honore,
Proximus & puro pro te tibi cedat amore.
Ille dehinc: iſta hæc ſemper mihi perpete cura
Obſeruata reor, ſed ne quid fortè relictum
Deſit, præſenti liceat me voce moneri.
Tunc Chriſtus fatur: nunc ſi perfecta requirit
F Prendere præcelſis meritis veſtigia vitæ,
Omnia quæ proprio retines ſolus dominatu,
Diſtrahe, & ad miſeros confer ſecurus egentes
Tunc theſaurus erit cæli tibi conditus arce,
Virtutiſque tenax veſtigia noſtra ſequeris.
Hæc adoleſcentis veniunt vbi dicta per aures,
Deiecit vultum, triſtiſque in tecta refugit.
Tum ſic diſcipulis vitæ ſpes vnica fatur:
Difficile eſt terris affixos, diuite gaza
Auelli, calique leues in regna venire.

Nam citius tenuis per acus tranſire foramen
Deformis poterunt immania membra cameli,
Quàm queat vt diues cæleſtia regna videre.
Talibus attoniti comites, ſtupidique ſilebant,
Voluentes, quæ tanta foret ſub pectore virtus
Humano, talem poſſit quæ prendere vitam.
Reſpicit æternæ iuſtorum gloria vitæ,
Atque ait: Hæc hominiforſan videantur acerba,
Sed Deus electis facilem præpandit in æthra
Poſſibilemque viam, virtus quam celſa capeſſat.
Tunc Petrus fidei munitus mœnibus, infit,
Omnia noſtrorum protecta reliquimus olim,
Et tua iuſſa ſequi nobis ſpes vnica reſtat:
Quid noſtris animis ſupereſt? dic Chriſte precamur:
Talibus ad Petrum verbis reſpondet IESVS:
Vos quicunque meum montis penetralibus altis
Credentes ſeruatis iter, cùm ſederit altè
Progenies hominis celſo quem cinget honore
Maieſtas, bis ſex illic pulcherrima virtus
Conſtituet vobis ſublimi in vertice ſedes:
Iudiciumque hominum pariter tractare licebit.
Hic quicunque ſui linquet generiſque domuſque
Gazas, affectuſque omnes pro nomine noſtro,
Centuplicata dehinc capiet, vitamque perennem,
Primorum meritum poſtremi tranſgredientur,
Vltima præteriti capient vix præmia primi.

Matth. 20.

Sedulus vt ruris dominus, cui dulcia fundum
Pinguibus in campis latè vineta coronat,
Hic vbi progreſſus primo cum lumine ſolus
Conduxit iuuenum fortiſſima robora, pactus
Vnius in lucis certa mercede laborem,
Et ſua tum iuſſit cultu vineta poliri.
Ipſe ſed egrediens, vbi tertia venerat hora,
Inuenit ecce alios, operique adoleſcere iuſſit,
Pro meritis operum promittens præmia digna.
Illi non aliter læti præcepta ſequuntur.
Aſt vbi ſexta dehinc lucis transfluxerat hora,
Haud ſecus hinc alios iuuenes conducere pergit.
Horaque nona dehinc vbi ſolis curſibus acta eſt,
Tunc alios pariter conductos iuſſit adire.
Vltima labentis reſtabat portio lucis,
Egreſſus cernit iuuenes, cauſaſque requirit,
Cur pigris manibus torperent otia lenta.
Conductoris, aiunt, quòd adhuc præcepta fuiſſent
Nulla ſibi: dominus mox hos inſiſtere ruri
Tunc etiam iuſſit: ſed veſpere protinus orto,
Præcipit vt cuncti caperent mercedis honorem,
Æqualique omnes portarent præmia nummo.
Tunc manus illa virûm, prima quæ luce laborem
Suſtulerat, feſſiſque diem tolerauerat æquum,
Indignans ſecum talis cum murmure fatur:
Iniuſtum eſt, iſtos ſimilem vt nos quærere nummum,
Vltima quos operi ſero conduxerat hora.
Tum dominus ruris ſedato pectore fatur:
Illibata tibi mercedis portio ſaluæ
Redditur, & pacti ſeruantur iura fidelis.
Iſtis de noſtro liceat concedere tantum,
Extima quos operis glomerauit portio ruri.
Nam multos homines dignatio ſancta vocauit,
A Et quis perminimam dignum eſt ſecernere partem.
Hæc ait, & Solymos repetit, comiteſque ſeorſum
Alloquitur, ſolitiſque iteris regionibus, infit,
Ingredimur gnari, truculentaque mœnia adimus,
Filius hic hominis tradetur ad vltima mortis,
Scribarum procerumque ferens ludibria membris,
Affixumque cruci poſt tertia lumina ſurget.
Hic tum Zebedei coniux ſubmiſſa rogabat,
Vt Chriſto medio cæli ſublimis in arce
Felices nati dextra læuaque ſederent.
B Tum quærit Chriſtus calicem ſi ſumere poſſent,
Quem ſibi præceptis inſtaret ſumere patris,
Reſpondent ſe poſſe ſimul. Tum talia Chriſtus:
Vos noſtrum calicem fas eſt potare, ſed altis
Sedibus æquali mecum conſidere honore,
Non hoc noſtra dabit cuiquam pro munere virtus.
Hæc certis genitor ſublimia dona reſeruat.
Exin diſcipulos dictis pro talibus omnes
Commotos, tali ſermonis mulcet honore:
Gentibus infidis celſa ditione poteſtas
Imponit, quencumque ſuper dominantur eorum,
C Exercentque trucem ſubiectis vrbibus iram.
Vos hic ſed longè tranquillior æquore vitæ
Concordi ſternit mitis moderatio pace,
Magnus & obſequiis creſcit ſuper alta miniſter,
Nec primus quiſquam, niſi cunctis ſeruiat vnus,
Eſſe poteſt, hominis natus ſi cuncta miniſtrat,
Obſequio ſolus proprio pia munera geſtans,
Pro multiſque animam pretioſo ſanguine ponit.
At vox ex minimis opibus tranſcendere vultis,
Et ſic è ſummis lapſi comprendi eſtis imos.
Sic vos quiſque vocat cœnæ conuiuia ponens,
D Cornibus in ſummis deiiſſet ponere membra
Quiſque ſapit, veniet forſan ſi nobilis alter,
Turpiter eximio cogetur cedere cornu,
Quem tumor inflati cordis per ſumma locàrat.
Sin contentus erit mediocria prendere cœnæ,
Inferiorque dehinc ſi mox conuiua ſubibit,
Ad potiora pudens tranſibit ſtrata tororum.

Matth 22. Marc. 11. Luc. 19. Ioan. 12.

E Proxima tunc Solymis conſcendit culmina montis,
Ordinibus lucent quæ glaucicomantis oliuæ.
Hinc lectis iuſſit ſectantum diſcipulorum,
Obuia caſtelli monſtrans habitacula Chriſtus,
Inde aſinam pariter fœtu comitante repertam
Ducere, vel ſi quis cauſam diſquirere vellet,
Cur ſua tam ſubitò quoquam iumenta trahantur,
Dicere tunc, operam dominum ſibi ſumere velle.
Diſcipuli celeri complent præcepta paratu,
F Adducunt, molliſque ſuper velamine veſtis
Inſternunt placidum pullum, præbenſque ſedendum.
Hinc veteris quondam fluxit vox nuntia vatis,
Ecce venit placidus tibi rex, quem terga ſedentem
Præmitis geſtant aſinæ, pullique ſequentis.
Tum populi ſtratas prætexunt veſtibus omnes,
Quaque iter eſt Chriſto ſubnixa fronde coronant.
Proxima tunc alij ſpoliant palmeta virore,
Conclamantque omnes Dauidis origine creto,

O ſanna, excelſis ſit gloria læta trophæi;
Sicadeò ingreditur Solymorum mœnia Chriſtus.
Ingreſſo occurrit primò ſub lumine templi
Curibus atque oculis certatim debile vulgus.
Quos vbi tam ſubitò greſſu viſuque vigentes
Cuncta ſacerdotum cognouit factio mirans,
Et pueros templi complentes tecta canore
O ſanna egregia Dauidis ſtirpe creato:
Tunc percontantur cuncti, quæ cauſa canoris
Impubem tantam tollat per gaudia plebem.
Chriſtus ad hæc legis ſanctæ vos ſcripta tenere
Creditis, infantum quæ dicit ab ore venire
Lactentum, & linguis iuſti conſurgere laudem.
Hæc ait, ingratam linquens cum ciuibus vrbem,
Bethaniamque petit, rediensque in margine cernit,
Stratæ tendentem diffuſa vmbracula ficum.
Illic fortè cibi pertentans corda voluntas,
Arboris attrectat ramos, ſed nulla facultas
Pomorum, ſterili frondis concreuerat vmbra.
Olli Chriſtus ait, non ſit tibi fructibus vnquam
Copia promendis, tum protinus aruit arbos.
Diſcipuli celerem mirantur in arbore mortem,
Sed Chriſtus ſtupidis aſſiſtens talia fatur,
Nunc ligni iſtius noſtro ſtupuiſtis honore
Deſiiſſe ad vires terrenos ducere ſuccos;
Sed veris verbis iterumque iterumque monebo.
Namque fides ſi certa animi conſiſtet in arce,
Nec dubiis nutans vitiis tremebunda iacebit,
Arboris iſtius vobis ſubſtantia cedet.
Nec tantum iſtius, ſed montis celſa reuelli
Credentum verbis poterunt, vndiſque profundi
Cum ſyluis pariter, ſaxiſque feriſque recondi,
Et quæcunque fides robuſto pectore poſcet
Credentum, ſemper digna virtute tenebis.
Hæc vbi dicta dedit, templi ſe mœnibus infert,
Confeſtim proceres populi miracula rerum
Collecti inquirunt, virtus quæ tanta dediſſet.
Ollis Chriſtus ait: Quærentibus omnia vobis
Dicere tam facile eſt, ſi nobis veſtra viciſſim
Percontanta prius paucis ſententia ſoluat.
Nuper Ioannis, puro qui gurgite lauit
Sordentes populi maculas, diuina poteſtas,
An ne hominis potius vobis fallacia viſa eſt?
Hæc ait, ancipiti verborum pondere claudens
Captantum procerum mentem. Nam magna prophetam
Plebis Ioannem veneratio ſuſpiciebat,
Nec poterant eius fallacem dicere vitam.
Rurſus ſublimem dixiſſent ſi eſſe prophetam,
Occidiſſe illum traheret confeſſio culpam.
Se neſcire igitur reſpondit factio fallax.
Tum Chriſtus: Non eſt iniuſtum claudere vocem,
Cùm mihi claudantur procerum reſponſa ſuperba.
Nam geminæ prolis genitor, maioris in aures
Talia dicta dedit, vitis mihi portio maior
Semiputata iacet, ſed perge & robore forti
Nunc ſcrobibus, nunc falce premens, vineta retunde.
Tum iuuenis ſeſe tam ſordida vincla laboris
Nolle pati memorat, poſt omnia iuſſa parentis
Exequitur, damnanſque ſibi reſponſa coërcet.
Poſt alium natum ſimili ſermone iubebat
Ad vineta ſui deprendere iuſſa laboris.
A *Annuit his iuuenis: nec dictis facta repenſat.*
Dicite quis potius genitoris iuſſa ſequatur?
Olli collaudant nati reſponſa prioris.
Proſequitur Chriſtus: Nunc vera aduertite dicti:
Iam magis hinc cæli ſedem comprendere certa eſt
Corporis è vitiis, quærentes ſordida lucra,
Quàm veſtrum quemquam: nobis nam venerat antè
Iuſtus Ioannes, ſed non eſt credere veſtrum.
Namque fidem potius meretricum pectora certam
B *Hauſerunt, ſordeſque animi poſuere pudendas,*
At vos tantorum ſcelerum nil pœnitet vnquam.
Sic quidam diues, cui iugera multa nitentis
Vineti ſepes circumdenſata coërcet,
In medio turrem prælumque & dolia fecit,
Cultoreſque dedit, fructuſque locauit habendos,
Impoſitam ſtatuens mercedis ſoluere legem.
Tum longinqua petit, ſed fructus tempore certo
Actores famulos mittit, quis portio ſalua
Cultorum certa ruris mercede daretur.
Ecce colonorum rabies hos verbere ſæuo,
C *Aſt alios lapidum poterrent vndique telis,*
Denique lethali proſternunt vulnere multos.
Tum dominus ruris plures incedere ſeruos
Præcipit, & rurſum mercedis pacta repoſcit.
Maior at in plures audax iniuria ſurgit.
Vltima iam domino natum dimittere mens eſt,
Quòd ſobolem partemque ſui vis digna pudoris,
Cultorum cordi venerandam poſceret eſſe.
Sed contrà illorum iam mens maculata cruore,
Progenie extincta domini ſibi poſt dominatum
D *Cedere credentes, crudeli vulnere fixum*
Obtruncant, iaciuntque foras trans ſepta cadauer.
Poſt hæc, iam dominus veniet, pœnaſque repoſcet
Tantorum ſcelerum, ſed vobis tradita quondam
Fulgentis regni ſedes, tranſlata feretur
Ad gentem dignos quæ poſſit reddere fructus.

Matth. 22. Luc. 14. Apocal. 19.

Vt rex qui nato thalamorum vincula nectens
E *Præcepit, proceres conuiuia læta frequentent,*
Accitos famulos voti regalis honorem
Concelebrare ſimul: cuncti ſed adire recuſant
Regales thalamos, regalis pocula menſæ.
Poſt alios mittit ſeſe largiſſima cuncta,
Magnificaſque dapes, conuiuia læta paraſſe.
Illi neglectis dapibus, diuerſa petebant;
Hic ædes proprias, hic ruris tecta propinqui,
Aſt alius potius merces ac lucra reuiſit.
Multi præterea miſſos qui ad læta vocarent,
F *Inſontes famulos rapiunt, & corpora ferro*
In mortem cruciant: tum rex vbi comperit acta
Millibus armatis ciues cum mœnibus ipſis
Subruit, effuſi famulorum ſanguinis vltor.
Tunc ſeruis fatur: Nunc feſta iugalia cœnæ
Prælargis dapibus quæcunque inſtruximus illi,
Contempſere meis proceres contingere menſis.
Ite igitur properè per publica ſepta viarum,
Et quoſcunque illic caſus glomerauerit, omnes
Huc lætis nati thalamis adhibete vocantes.
Progreſſi famuli per compita læta viarum,

Inuentos duxere ſimul. Iam denique cunctæ
Complentur menſæ mixtæ ſine nomine plebis.
Hic iuſti iniuſtique ſimul cubuere vocati,
At rex ingreſſus conuiuia læta reuiſit.
Hic videt indutum pollutæ veſtis amictu,
Lætitiæ thalami fuerat quæ diſſona longè.
Iſque vbi regalis ſermonis pondere cauſis
Reddere pro veſtis maculis, & labe iubetur,
A *Oppreſſo tacuit non puri pectoris ore.*
Et tunc conuerſus famulis rex præcipit illum
Connexis manibus pedibuſque, & corpore toto,
In tenebras raptum mox præcipitare profundas.
Illic ſtridor erit vaſti ſine fine doloris,
Et ſemper fletus: multis iam ſæpe vocatis,
Paucorum felix hominum ſelectio fiet.

LIBER QVARTVS.

☙

Matth. 24. Marc. 12. Lucæ 20.

TALIA *dicentem confeſtim factio frendens*
Tentare aggreditur verbis cum fraude malignis:
Certum eſt veridicum te nunc veniſſe magiſtrum,
Nec quenquam metuens, domini veſtigia ſeruas.
Dic ergo, an liceat noſtræ diſſoluere genti
Cæſaris vrgentis ſemper ſub lege tributum?
Ille ſed inſpiciens ſæui penetralia cordis,
Cur tentatis, ait, nunc me concludere verbis?
Fallacis mentis prodit fallacia fructum.
Aſpicite en nummum, ſculptique numiſmatis æra,
Cæſaris expreſſum proprium eſt ibi cernere vultum.
Soluite nunc illi proprium ſub lege tributum,
Atque Deo proprium legis ſeruetis honorem.
Poſt Sadducæi tali cinxere latratu:
Moſea, qui legum poſuit præcepta iubere,
Si quis coniugium properata morte relinquet,
Pignoribus mediis nondum de germine cretis,
Huius germano rurſus ſociabile vinclum
Deberi, generis pereat ne portio lapſi.
Finibus in noſtris ſeptem germana fuerunt
Corpora, ſed maior natu cùm vincula nuptæ
Sumpſit, præceleri cecidit ſub acumine mortis.
Poſt alius frater, thalamis ſine fructibus æquè
Concidit, & cuncti iacuere ex ordine fratres:
Vnius & cunctos fletus gemuere maritæ.
Pòſt ipſam rapuit gelidæ inclementia mortis.
Sic venient igitur cuncti ſub lumina vitæ,
Cuius connubiis mulier reddenda reſurget?
Ollis Chriſtus ait, errori obnoxia prauo,
Legibus, & iuſſis Domini mens dura reſiſtit:
Neſcia virtutum & legum mens decolor errat.
Namque ſequenda dehinc lætæ reparatio vitæ,
Non thalamos nouit, non terræ gaudia vana:
Sed ſimiles leuibus genitoris iuſta miniſtris
Conſtituet regni virtus ſublimis in aula.
Nec Deus illorum dominum ſe ponere mauult,
Qui terram proni meruerunt ſumere mortem,
Sed potius vitæ poſſunt qui prendere lucem.
Ecce alij rogitant, quæ ſit firmiſſima legis
Regula, quod ſummum comprendat cætera verbum,
A *Ille indefeſſus nulli reſponſa negabat.*
Sublimem cæli dominum deuotio cordis
Diligat, eſt iſthæc virtus firmiſſima legis.
Conſimile eſt iſti, magno teneantur amore
Ad ius fraternum iuſtæ penetralia mentis.
His etenim geminis dependent omnia iuſſis.
Sed vobis cuius ſoboles ventura videtur
Chriſtus, quem cuncti ſpondent in ſecla prophetæ?
Reſpondent illum Dauidis germine naſci.
Proſequitur Chriſtus: Cum illum dicere Dauid
Diuino ſtatu ſcriptum eſt dominumque Deumque
B *Quod proprio patrem non æquum eſt dicere nato?*
Talia ſaluator: cuncti obſtupuere ſilentes.
Ille ſed accita credentum plebe profatur,
Aſpicite ſcribas ſublimi ſede ſuperbos:
Hi quæcunque docent, iuſtum eſt comprendere cordis
Obſequio, maculas ipſorum temnite vitæ.
Abrupta imponunt humeris nam pondera veſtris,
Ipſi quæ digito ſaltem contingere nolunt.
Accubitu primo cœnæ, faſtuque ſuperbo,
Atque ſalutantum vano extolluntur honore,
Et nomen ſublime volunt geſtare magiſtri,
C *Sed vos noluerim præcelſi nominis arcem*
Affectare, tamen vobis eſt vna magiſtri
Impoſita æternum cæli de lege poteſtas:
Vos eadem fratrum parili coniunxit amore.
Vnus item pater eſt, cæli qui in culmine regnat.
In vobis, ſi quis ſublimia colla leuabit,
Decidet, & baratri mergetur ad vltima cœno.
Aſt humilis claram conſcendet liber in æthram.
Deflendi ſemper ſcribæ, & lacrymabilis æui
Cæca Phariſæa cunctis fallacia plebis.
Nam vobis iter clauſum; quia iure negatur,
D *Non ſinitis quenquam penetrare per ardua lucis,*
Et cunctos trahitis ſæuæ ad conſortia flammæ.
Vos ſimiles dicam tectis ſplendore ſepulcris,
Queis facies nitida eſt, internaque turpia buſtis.
Sic vox velatur iuſtæ ſub imagine vitæ,
Atque adytis mentis celantur ſordida corda.
O Solymi Solymi, ferro qui ſæpe Prophetas
Ad veſtram miſſos vitam ſine fine necaſtis,
Quàm volui veſtram gentem, populumque tueri,

Ales vti molli ſolita eſt ſub corpore pullos
Obice pennarum circum complexa fouere!
Sed vobis ſemper cæleſtia munera ſordent.
Deſeritur iam nunc domus hæc vaſtata ruinis,
Nec vobis noſtrum fas vltra eſt cernere vultum.
Egreditur templo, cuius præcelſa notantes
Mœnia diſcipulos, tali ſermone docebat:
Hæc operum vobis miracula digna videntur
Obtutu ſtupido, veris ſed diſcite dictis,
Quòd mox cuncta ſolo paſſim diſiecta iacebunt.
Hæc ad Oliueti dicens peruenerat arcem,
Diſcipuli ſolum poſtquàm videre rogabant
Vt ſibi venturi tempus diſtingueret æui,
Promiſſa ipſius quem poſcant prendere finem,
Cuius vt aduentus terræ conſumeret orbem.
Quærentem verbis reſpondet talia Chriſtus
Obſeruate dolum, falſo ne nomine capta
Credulitas, laqueis errantum præcipitetur.
Diſcurrent cunctis bellorum incendia terris,
Sed vos prævalido conſiſtite robore cordis,
Ne mens accepto iaceat turbata tumultu.
Non etenim prima imponent mox prælia finem,
Gentibus & gentes, & regibus obuia reges
Signa ferent, nec tunc morbi corrumpere tractum
Aeris, aut peſtes proſternere corpora parcent.
Fiſſa etiam ſolido per inania pondere tellus,
Per diuerſa loci, motu quaſſante tremiſcet.
Hæc in primitus tentamina parua manebunt.
Prodentur multi veſtrum, lethoque dabuntur,
Proque meo vobis incumbere nomine gentes
Tormentis, pœniſque feris, odiiſque neceſſe eſt,
Liuor erit terris, erroribus omnia plena,
Et falſi ſurgent populorum labe prophetæ,
Hæc inter, ſi quis protectum à vulnere pectus
Ad finem ſeruare queat, ſublimia lucis
Æternis, vitæ ſertis redimitus adibit.
Regnorum cæli celebratio peruolitauit
In cunctas terræ metas: gens omnis habebit
Teſtem luciſluo ſanctæ ſermone ſalutis.
Et tunc finis erit, currentia ſecula ſoluens.
Adueniet iam tunc triſtis deſletio terris,
Quæ Danielis habet iuſſam veriſſima vocem.
Hæc dignus tantùm poterit cognoſcere lector.
Iudæi longè fugient, monteſque capeſſent,
Nec quiſquam domibus repetet ſuſtollere ſecum
Quæ fuga conſociet, veſtémve aut mobile quicquam
Deflendæ tum ſunt vteri cum pondere matres,
Et miſeros fœtus dulci quæ lacte rigabunt.
Poſcite iam precibus triſtis ne frigore brumæ
Adueniat fuga veſtra, aut ne tunc ſabbata feſta
Anceps præcipiti turbet trepidatio curſu.
Nam cunctis venient ſæuiſſima pondera terris.
Tale malum non ſecla prius, nec poſtera norunt.
Et ni ſublimi genitor decerpere tempus,
Et numerum miſerans vellet breuiare dierum,
Nulla dehinc trepidæ ſuperarent corpora vitæ.
Sed propter lectos veniet miſeratio iuſtos.
Nomine fallentes Chriſti, falſique prophetæ
Exurgent terris, & monſtra potentia fingent,
Quæ forſan lectos capient miracula iuſtos.
En prædicta patent inſtantia ſecula vobis.
Deſertis ſi quis Chriſtum peragrare loquetur,

A *Occultiſque procul penetralibus eſſe repoſtum,*
Longè credulitas abſit vaniſſima vobis:
Sicut enim fulgur cælum tranſcurrit apertum,
Et cerni facile eſt cunctis orientis ab oris
Vſque ſub occiduum cæli vergentis in orbem:
Sic rapido aduentu clarebunt lumina Chriſti.
Sol rutilis furuis radios abſcondet in vmbris,
Amittet curſum Lunaris gratia lucis,
Ignicomæque ruent ſtellæ, cælumque relinquent.
Omnis item virtus cæli commota ſuperni
Signa dabit, proles hominis quis vertice cæli
B *Clareat, omnigenaſque tribus defectio lucis*
Vrgebit, veniet cum nubibus ignicoloris,
Maieſtate potens hominis per ſydera natus.
Tum turba terrifico ſtridens clangore vocatos
Iuſtos, quadrifido mundi glomerabit ab axe.
Præteriet nec enim præſens generatio ſecli,
Donec cuncta ſequens claudat ſibi debita finis.
Hæc tellus, cælumque ſuper ſoluentur in ignes,
Sed mea non vnquam ſoluentur ab ordine dicta.
Quis ſit at ille dies, neſcire eſt omnibus æquum,
Ni ſoli rerum domino, qui ſydera torquet.
C *Vt quondam terras vndæ inuoluere furentes,*
Et diuerſa ſibi tractantes munia cunctos:
Diluuij rapuit ſubito violentia tractu:
Sic ſubitas flammas voluens deſcendet ab æthra
Aduentus noſter, nec cunctos ille ſub vna
Conditione premet, nam tunc vbi iugera lata
Infindent duo depreſſis ſub vomere ſulcis,
Vnus correpto tolletur corpore arator,
Ignaruſque alius vaſto linquetur in agro,
Vno quin etiam recubantes ſtramine lecti,
Diſpàr iudicium diuerſa ſorte ſubibunt.
D *Vnus enim ſocium quæret per ſtrata relictus.*
Idcirco famuli vigilent, quia neſcius illis
Aduentus domini ſubitas deſcendet in horas.
Præmonitum furis tempus ſi inſiſtere ſciret,
Quiſque domus cunctos vigilaret, & obuia ferret
Arma procul, ruptas ne quis penetraret in ædes.
Sed vos mentis animis aſſiſtite ſemper:
Namque repentinus vobis, ſubituſque recurret
Filius huc hominis, iuſtis ſua præmia ſeruans.
Ille fidelis erit ſeruus, cui credere cunctas
E *Aedes & famulos voluit per longa profectus*
Vir pater ipſe domus: ſapiens nimiumque beatus,
Quem veniens dominus ſeruantem iuſſa videbit.
Illum maiori famulum cumulabit honore.
Aſt ille infelix, qui obſcœnè luxuriatus
Tardantem contemnit herum, famuloſque fatigat
Verberibus, finiſque indulgens ebrietati
Luxurioſorum conuiuia concelebrabat.
Adueniet dominus, ſeruumque incauta furentem
Præcipitem dignis pœnarum cladibus abdet.
Illum perpetuus fletus, ſtridorque manebit.
F

Matthæi 25.

Conferri poſſunt cæleſtia regna puellis
Bis quinis: quarum pars eſt ſapientior vnæ,
Altera præſtupido pars eſt ſtolidiſſima corde:
Occurrere illi votis ſponſalibus omnes
Ornatu accinctæ tedarum flammicomantum.

Sed ſapiens pars illa, ſibi quo lumina flammæ
Suſciperet, portare ſimul curabat oliuum.
Stultarum verò non eſt prudentia talis.
Cumque moraretur ſponſus, tum membra ſopore
Soluuntur cunctis per compita lata viarum.
Iam noctis medio clamor crebreſcere magnus
Incepit, lætoque dehinc occurrere voto
Admonuit, tædiſque vias ornare coruſcis.
Surgere tunc properant, & claro lumine tædas
Inſtruere, & flammas pingui componere oliuo.
Tum ſtolidæ rogitant olei ſibi cedere partem
Prudentes, ſecum quod tum geſtare videbant.
Sed quoniam ſapiens paucitas chorus, omnibus æquè
Ne deſint claræ nutrimina pinguia flammæ,
Ex paruo æqualis ſi detur portio cunctis.
Tum pergunt ſtultæ, liquidum vt mercentur oliuum.
Dum pergunt, lætæ tranſcurrunt omnia pompæ,
Et ſponſo tantùm comitatur factio prudens.
At veniunt fatuæ ſero poſt tempora ſegnes,
Et ſponſi pulſare fores, & limina clauſa
Ne quicquam ingeminant, precibuſque ingrata frequentant,
Vt liceat miſeris penetrare in lumina læta.
Illas non comitum ſponſi cognoſcere quiſquam,
Non ſponſus voluit: quare vigilate timentes
Aduentus vobis quòd non eſt certior hora.
Sicut enim longas cui contigit ire profecto
In terras, credens ſeruis tractanda talenta,
Vni quinque dedit, duo cœpit & alter habenda:
Tertius vnius curam tractare talenti
Suſcepit, vires quoniam diuerſa merentur.
Sed maior quibus eſt concredita portio nummi,
Certatim duplis auxerunt munera donis.
Ille ſed vnius cui credita cura talenti eſt,
Telluri infodiens condit ſine fructibus æra;
Iamque aderat præſens dominus, tū primus & alter
Se geminaſſe illi pariter concredita monſtrant.
Illos laudat herus, potioraque credere tantæ
Promittit fidei, ſed tertius ille refodit,
Reddidit & domino talitum voce talentum:
Quòd ſcirem domino nimet ſeruire ſeuero,
Qui meteret ſegetes alieno ſemine cretas,
Extimui, argentumque tuum concredere terræ
Malui, vti ſemper ſaluum tibi reddere poſſem.
Tum dominus famulo reſpondens talibus infit:
Si neſcire meos auderes dicere mores,
Nequitiæ tantæ veniam concedere poſſem.
Hoc igitur gnarum potius præſtare decebat,
Vt fructum vobis tractata pecunia ferret.
Quapropter ſegni tollatur portio noſtra,
Prudentique dehinc detur poſſeſſio maior,
Quem duplis cumulaſſe lucris mea quinque talenta
Inuenis: namque eſt certum potiora mereri,
Cui res vberior cumulatæ ſortis abundat.
At cui parua ſubeſt ſegni ſubſtantia corde,
Id minimum penitus iuſtè tolletur ab illo,
Et nequam ſeruus tenebras demerſus ad imas.
Perpetuos fletus pœnæ ſtridore frequentet.
En hominis natus veniet, patriſque miniſtris
Stipatus, celſa iudex in ſede ſedebit:
Tunc gentes cunctæ diuerſis partibus orbis
Conuenient, iuſtoſque omni de labe malorum

A *Secernet, dextráque libens in parte locabit.*
At prauos læua deſpectos parte relinquet.
Vt paſtor pecoris diſcernit paſcua myſti,
Lanigeris dextræ permittens mollia parti:
At læuos hirtis dumos tondere capellis.
Sed rex ad dextros conuerſus talia dicet:
Huc veniant ſancti, iamdudum debita ſumant
Dona patris, mundo quæ ſunt æqucua nitenti,
Et iuſtis primo promiſſa parantur ab ortu.
Namque fame feſſum quondam me grata refecit
Hæc plebes, potuque ſitim mihi ſæpe remouit,
B *Hoſpitiumque domus patuit mihi ſæpè vocato:*
Et nudus veſtis blandiſſima tegmina ſumpſit:
Carceris & pœnis horum ſolatia cœpi.
Tum Domino tali reſpondent voce beati:
Non meminit noſtrum quiſquam te viſere nudum.
Nec famis oppreſſum dura ditione notauit,
Carceris aut pœnis meminit vidiſſe reuinctum.
Reſpondens illis dicit tum talia iudex:
Fratribus iſta meis, humiles miſerando labores,
Qui fecit, certum eſt dulcem mihi ponere fructum.
At vos iniuſti, iuſtis ſuccedite flammis,
C *Et pœnis ſemper mentem torrete malignam,*
Quas pater horrendis barathri per ſtagna profundi
Dæmonis horrendi ſociis ipſiſque parauit:
Namque ſitim paſſo quondam mihi pocula nulla,
Nec famis in pœna parui mihi fragmina panis,
Aut peregrina mihi tecti, veſtire parumper
Tegmina de magnis gracili pro parte dabantur.
Carceris haud ſepto clauſtris morbiſue iacenti
Vnquàm viſendi ſolatia veſtra fuerunt.
Has damnata dehinc reſpondet factio verbis:
Haud equidem noſtrum meminit te viſere quiſquā,
D *Aut ſitis, aut ſæuæ famis ægrum agitare laborem,*
Hoſpita vel feſſis errare per oppida rebus,
Carceris aut merſum pœnis, morbóve grauatum:
Vt tibi ſollicite fieret miſeratio iuſta.
His rerum dicet dominus, cùm veſtra ſuperbo
Auguſtis rebus feritas ſub corde tumebat,
Calcauitque humiles minimos, me ſpreuit in illis.
Hæc vbi dicta dabit, meritis ſua præmia reddet:
Æternum miſeri pœna fodientur iniqui:
Æternumque ſalus iuſtis conceſſa manebit.
E

Ioannis 21.

Talia dum loquitur, ſciſſos lacerata capillos
Pro fratris morbo iuſtis ſoror anxia curis,
Hortatur iuuenem rapido præcurrere greſſu,
Caſibus vt tantis Chriſtus ſeruaret amicum,
Nam fuerat mulier meritis accepta benignis,
Obſequio cuius fratrémque domúmque merentem
Complexus pleno Chriſtus retinebat amore.
Nuntius adueniens narrat ſub agone iacere
F *Dilectum Chriſto iuuenem, per triſtia morbi,*
Et lethi & vitæ confinia ſumma tenere.
Lazarus hic habuit nomen, ſed Chriſtus amaris
Perculſus verbis: Non eſt, ſi creditis, inquit,
At lethum ducens iſthæc violentia morbi:
Sed Deus vt digno iuſtis celebretur honore,
Et ſoboles hominis ſancta virtute niteſcat.
Tunc ad diſcipulos, dormit iam Lazarus, inquit,

Sed charum iuuenem faciam conſurgere rurſus.
Reddunt diſcipuli, ſomno ſuccedere plena
Et remeare ſalus poterit: nec mente ſequuntur
Quòd mortem ſomni dixit ſub nomine Chriſtus.
Errorem quorum tali ſermone remouit:
Lazarus in lethum cecidit, ſed gaudia menti
Hinc veniunt, veſtrâque fidem mihi fortius armant.
Cernitis abſentem longe quoque cuncta videre.
Sed properemus ait: Didymus tunc talia fatur.
Pergamus, pariterque omnes procumbere letho
Cogamur, toties quod gens Iudæa minatur.
Hæc ait, & cuncti Chriſto præeunte ſequuntur
Iamque aderat Chriſtus, fuerat ſed fortè ſepulto
Quarta dies, merſaſque atris de morte tenebris
Germanas, luctus lacrymoſaque tecta tenebant.
Conuenere illuc, ſolatia debita dantes
Iudææ gentis proceres, charique propinqui.
Sed Martha, audito Chriſtum veniſſe, cucurrit
Obuia, deſeruitque domum, mœſtamque ſororem:
Et procul, ô vtinam præſens nobis tua virtus
Adforet, haud morti frater ceſſiſſet acerbæ.
Nam quicquid poſcis certum eſt tibi poſſe venire.
Quam Dominus tali ſolatur voce gementem:
Robuſtam mentem mulier virtute reſume,
Lazarus hæc vitæ rediuiua in lumina ſurget.
Et mulier, certè ſurgent in munera vitæ
Mortales cuncti, veniet quum terminus orbi.
Chriſtus item ſancto depromit pectore vocem:
En ego ſum claræ vobis reparatio vitæ,
In me qui credit mortem deponere ſumptam,
Et vitam poterit iugi comprendere ſeclo.
At quicunque fidem viuo ſub pectore ſumet,
Horrida non vnquam continget limina mortis.
Iſthæc num credis puro de pectore Martha?
Illa dehinc: hac vna fides mea corda tenebat,
Sublimis veneranda Dei quòd venerit in te
Cœleſtis ſoboles celſo ſub nomine Chriſti.
Hæc ait, & Mariam curſu monitura ſororem
Interiora petit ſanctum veniſſe magiſtrum:
Et pariter luctu oppreſſam vocitare ſororem,
Admonuit tacito deſignans omnia nutu.
Proſilit illa foras, audito nomine Chriſti,
Proſequiturque ſimul Solymorum turba gementem,
Credentum tumulo fletus inferre ſorores,
Illa ſalutiferum poſtquàm conſpexit Ieſum,
Procidit ante pedes, rupitque hanc pectore vocem:
Si mihi germanum potuiſſes viſere viuum,
Lazarus haud poterat duræ ſuccumbere morti.
Fletibus hic Chriſtus ſocians de corde dolorem,
Inquirit tumuli ſedem, quo condita nuper
Membra forent, animæ volucris ſpoliata calore.
Haud mora, demonſtrant flenti, mœſtoque ſepulcrũ
Rupe ſub exciſa, lapidis quod pondere clauſum
Vt vidit ſanctus, multo mox vecte moueri
Præcipit. At Marthæ talis vox verberat aures:
Quattuor en luces, totidemque ex ordine noctes,
Prætereunt quo membra ſolo compoſta quieſcunt.
Crediderim corpus motu fugiente caloris,
Fœtorem miſerum liquefactis reddere membris.
His dictis contra depromit talia Chriſtus:
Iam totiens dictum eſt, magnis conſiſtere rebus
Credentum virtute fidem, ſed gloria ſummi
A Iam genitoris adeſt, fidei ſi robur habetis.
Hæc vbi dicta dedit, ſaxumque immane reuulſis
Obicibus patuit, virtus mox conſcia cælum
Suſpicit, & cæli genitorem voce precatur:
Eximias grates genitor tibi ſancte fatemur,
Me placidus ſemper venerandis auribus audis,
Sed populus præſens me miſſum credere diſcat.
Hæc vbi dicta dedit, tumuli mox limine in ipſo
Reſtitit, aduerſo complens caua ſaxa canore.
Lazare ſopitis redeuntem ſuſcipe membris
En animam, tuque ipſe foras te prome ſepulcro.
B Nec mora: connexis manibus pedibuſque repentè
Procedit tumulo: vultum cui linea texta,
Et totum gracilis connectit faſcia corpus.
Tum ſolus iuſſit: lætumque ad tecta remittit.
Iudæi poſtquàm factum venerabile cernunt,
Qui tantùm Mariam fuerant Marthamque ſecuti,
Pars credens ſequitur tantæ virtutis honorem:
Aſt alij repetunt vrbem, procerumque ſuperbis
Cuncta Phariſæis rerum miracula narrant.

Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22.
C Ioannis 11.

Ergo ad conſilium ſcribæ, plebiſque vocatur
Iam grauior numerus, qua vatum principis altè
Pulcra Caiphæa collucent atria ſedit.
Illic complacuit Chriſtum proſternere letho.
Sed vitare dies paſchæ, ne plebe frequenti
Diſcordes populi raperent in bella furorem.
Ille Simonis erat tectis, quem lurida lepra
Virtute ipſius diffugerat: ecce cubanti
Accedit mulier propius, frangenſque alabaſtrum,
Quo pretioſa inerant late fragrantis olei
D Vnguenta, ſummo perfudit vertice Chriſtum.
Diſcipuli increpitant, fantes potuiſſe iuuari
De pretio vnguenti miſerorum corpora egentum.
Has Dominus prohibet voces, factumque probauit,
Deſinite obſequio iuſto prohibere puellam:
Pauperibus ſemper dabitur ſuccurrere tempus,
Sed me non ſemper tribuetur viſere vobis.
Funeris iſta mei multum laudanda miniſtrat
Officio, mundumque implebunt talia facta.
Tunc è diſcipulis vnus ſe ſubtrahit amens
Iudas, & ad proceres tali cum voce cucurrit:
E Quod pretium ſperare datur ſi prodere vobis,
Quæſitumque diu poſſim monſtrare magiſtrum?
Argenti terdena illi mox pollicebantur,
Pondera, dehinc Iudas ſceleri ſe ſubdidit alto.
Iamque dies paſchæ primo proceſſerat ortu,
Diſcipuli quærunt, vbi cœnam ſumere paſchæ
Vellet, at ille ſibi quendam ſine nomine quæri,
Vltima qui Domini caperet mandata iubebat.
Veſpere mox primo bis ſex recubantibus vnà
Diſcipulis, tali diuinat voce magiſter:
F En vrget tempus, Chriſtum cùm tradere morti
E vobis vnus ſcelerato corde volutat.
Continuò cuncti quærunt quis talibus auſis
Inſano tantum cœpiſſet corde venenum.
Ille dehinc, epulis mecum nunc veſcitur inquit:
Sed ſoboles hominis quondam præſcripta ſubibit
Supplicia ad tempus, miſerabilis ille per æuum

Qui iuſtum tradet, quantò felicior eſſet,
Si nunquam in terris tetigiſſet limina vitæ.
Ac Iudas grauiter tum pectora conſcia preſſus,
Nunquid, ait, Iudam talis ſuſpicio tangit?
Reſpondit Dominus, te talia dicere cerno.
Hæc vbi dicta dedit, palmis ſibi frangere panem
Diuiſumque dehinc tradit, ſanctéque precatus
Diſcipulos docuit proprium ſe tradere corpus.
Hinc calicem ſumit Dominus, vinoque repletum
Magnis ſanctificat verbis, potumque miniſtrat,
Edocuitque ſuum ſe diuiſiſſe cruorem.
Atque ait: hic ſanguis populi delicta remittet:
Hunc potate meum: nam (veris credite dictis)
Poſthac non vnquàm vitis guſtabo liquorem,
Donec regno patris melioris munere vitæ,
In noua me rurſus concedent ſurgere vina.
Exin cantato ſanctis concentibus hymno
Montis Oliueti conſcendunt culmina cuncti.
Talia tum Chriſtus depromit pectore verba:
Omnes præſentis noctis vos tempore longè
Diſperget miſerè deſerto principe terror.
Sic etenim ſcriptum eſt, paſtoris caſibus omnes
In diuerſa fugam capient per rura bidentes.
Pòſt vbi vita nouos cœli mihi reddet honores
Præueniam, veſtroſque choros genitalibus aruis
Grata Galilææ volitans per rura docebo.
Reſpondit Petrus, cunctos (ſi credere fas eſt)
Quòd tua labentes poſſint præcepta negare,
Sed mea non vllus mutabit pectora caſus.
Ille dehinc: Nox hæc quæ lucida ſydera terris
Inducet, lucemque premens nunc incubat vndis,
Audiet, vt trinis pauidus mendacia verbis
Dices, & Chriſtum fortiſſime Petre negabis,
Et prius alitibus reſonent quam tecta domorum.
At Petrus: Duram mortem mihi ſumere malim,
Vox oblita ſuum quam deneget iſta magiſtrum.
Has vires cordis perſtant promittere cuncti.
Nominis Hebræi ſunt Gethſemaneida rura,
Illò progreditur vitæ luciſque repertor,
Quem mox diſcipuli Iuda fugiente ſequuntur,
Atque illic reliquos iuſſit reſidere miniſtros.
Ille ſed aſſumpto longe procedere Petro,
Zebedeique ſimul natis, per deuia tendit.
Tunc angore graui mœſtus ſic voce profatur:
Triſtia nunc voluens animus mihi pectora turbat
Morte tenus, ſed nunc vos ſegnem excludite ſomnum,
Sollicitamque ſimul vigilando ducite noctem.
Hæc ait: & paulùm procedens, corpore terram
Deprimit, & tali protectus voce precatur:
Si fas eſt genitor, calicis pertranſeat huius
Incumbens valido nobis violentia tractu.
Sed tua iam veniat potius quàm noſtra voluntas,
Quæ tibi decreta eſt tantis ſententia rebus.
Tunc ad diſcipulos repedat: ſed ſomnus anhelis
Proſtratos terra membris diſſoluerat omnes.
Tunc ait ad Petrum: Non eſt tibi ponere virtus
Vnam peruigilem tantis ſub caſibus horam?
Sed vigilate precor, ne vos tentatio raptos
Horrida præcipitet ſæuæ per lubrica mortis.
Spiritus iſte viget, ſed corpus debile lapſat.
Seceſſit rurſus ſecreti montis in arcem,
Orabatque patrem: Rerum mitiſſime rector,
A Hunc quoniam calicem non eſt tranſire facultas,
Iam tua præueniat noſtra de ſorte voluntas.
Rurſus diſcipulos ſomni ſub pondere preſſos
Inuenit: & rurſus per idem genitore precato,
Alloquitur feſſo nexos languore quietis:
Iam dormire licet, ſocioſque reuiſere veſtros,
Nam venit ecce meum qui dedat in omnia corpus,
Quæ maculata meis imponet facta membris.
Cum dicto, Iudas numero ſtipante cateruæ
Aduenit procerum iuſſu populique ferocis.
Pars ſtrictis gladijs, pars fidens pondere claua
B Signa ſequebatur Iudæ promiſſa furentis.
Oſcula nam pepigit ſeſe contingere Chriſti.
Quò facilè ignotum caperet miſerabile vulgus.
Ille vbi diſſimulans blanda cum voce ſalutat,
Attigit & labijs iuſti miſerabilis ora,
Continuò Chriſtus: Totum complere licebit,
Huc veniſſe tuo quæcunque eſt cauſa paratu.
Iniecere manum turbæ, Chriſtumque prehendunt.
Tunc è diſcipulis vnus fulgente machæra
Occurrit vatis famulo ſublatus in iram,
Tempore & exciſam rapuit vi vulneris aurem.
C Olli Chriſtus ait, gladium tu ponito noſter:
Nam quicunque ferox confidit vindice ferro,
Hunc iuſti ſimilis ferri vindicta manebit.
An ego non poſſim cœleſtia caſtra vocare,
Et patris innumeras in prælia ducere turmas?
Sed ſcriptura meis complenda eſt debita rebus.
Vos autem ſtricto quid me comprendere ferro,
Fuſtibus & gladijs concurritis? En ego vobis
Occurro, templi media qui ſemper in arce
Vobiſcum reſidens docui, nec talia quiſquam
D Inſonuit, tantis circumlatratibus audax.
Diſcipuli paſſim Chriſto fugere relicto.
Iamque Caiphæa ſteterat ſaluator in aula,
Conuenère omnes ſcribæ proceresque vocati.
At Petrus longè ſeruans veſtigia ſolus,
Occultè mœſtus ſedit cum plebe miniſtra,
Extremum operiens tanto ſub turbine finem.
Ecce ſacerdotes falſos conquirere teſtes
Incumbunt, fictaſque volunt contexere cauſas,
Quis mortem inſonti viſus ſatis eſſe furori,
Sed nullus tanto viſus ſatis eſſe furori,
E Tandem proſiliunt teſtes, qui dicere Chriſtum
Audiſſent, templum quòd ſolus vertere poſſet:
Et verſum trinis iterum inſtaurare diebus.
Ipſe ſacerdotum princeps vrgere tacentem
Inſiſtit feruens furijs, ac talia fatur:
Cur nihil ad tantas nunc reſpondere querelas
Conuictus veris procerum ſub teſtibus audes?
Adiurabo tamen ſummi per regna tonantis,
Vt fateare palam, ſi fas te credere Chriſtum.
Ille dehinc tali compellat voce ſuperbum:
F Iſthæc ſola tibi procedunt pectore verba,
Vera tamen veniet vobis viſenda per auras
Maieſtas, proles hominis virtutis ad alta
Cum ſedeat dextram, per nubes ignicolores.
Talibus auditis, ſcindit de pectore veſtem,
Inſultat furiis & cæco corde ſacerdos,
Atque, ait Audiſtis pugnantia fœda prophani
Verba Deo: polluta malis conſurgat in iras
Relligio, & veſtram cuncti iam pandite mentem,

Conclamant omnes, mortique addicere certant.
Tunc ſanctam Chriſti faciem ſputa improba complent,
Et palmæ in malis, colaphique in vertice crebri
Inſultant, verbiſque omnes illudere certant:
Chriſte, prophetabis cuius te palma cecidit.
At Petrum mulier triſtem quòd viderat intus,
Tune etiam iuuenis fueras comes additus, inquit,
Iſti, quem ludens procerum ſententia damnat?
Ille negat, tectiſque foras ſe promere tentat.
Ecce ſed egreſſum primo ſub limine cernens
Altera conſimili prodebat voce miniſtris.
Rurſus periurans illum ſe noſſe negauit.
Tunc percontatum multi acceſſere ſequentes,
Deque ſono vocis ſeſe cognoſcere dicunt,
Cuncta Galilæam ſtreperent quod verba loquelam.
Et Petrus iurans deuotis omnia verbis,
Neſcire affirmat, quiſquis forat ille negando.
Hanc vocem, planſum quatiens ſub culmine tecti
Ales proſequitur cantu, mentemque Simonis
Circumſtant triſtem verbis præſagia Chriſti,
Egreſſuſque dehinc ploratus fudit amaros.

Matth. 27. Marc. 15.
Luc. 23. Ioann. 18.

Sidera iam luci concedunt, & rapidus ſol
Progreditur, radiis terras crepitantibus implens,
Iamque è concilio Chriſtum poſt terga reuinctum
Præſidis ad gremium magno clamore trahebant.
Interea celſum Dominus ſtans ante tribunal.
Talibus exceptum Pilatus vocibus vrſit:
Tu rex Iudææ gentis (quod dicitur) aſtas?
Reſpondit Chriſtus, veſtris hæc audio verbis.
Exin terribilis iuſti accuſatio ſurgens
Infremit, & ſanctum mendax facundia preſſat.
Reſpondere nihil trucibus dignatur Ieſus,
Pilatus quærit quænam ſit cauſa tacendi.
Ille magis perſtans miranda ſilentia ſeruat,
Solenni ſed fortè die concedere leges
Vnum damnati capitis de more iubebant.
Et fuit in vinclis famoſo nomine latro,
Quem Chriſto infenſus populus dimittere vitæ
Ardebat, trucibus ſomno, ſed tertia viſis
Pilati coniunx, iuſti diſcedere pœna
Mandatis, precibuſque virum ſuſpenſa rogabat.
Tum iudex iterum procerum diſquirere mentem
Tentat, & inſtanti cuperent quem ſoluere pœna,
Plebis ad arbitrium mittit de lege requiri.
Sed proceres populum fuſa ambitione rogabant.
Latronem legi peterent, Chriſtumque necarent.
At poſtquàm procerum incendit ſententia vulgus,
Latroniſque petit potius ſibi cedere vitam,
Conſuluit præſes populum, quid vellet Ieſu.
Plebs incenſa malo, ſæuos miſcere tumultus,
Et crucis ad pœnas iterumque iterumque petebat.
Qui regis nomen cuperet, qui Cæſaris hoſtem
Confeſſus, ſeſe proprio damnauerit ore.
Denique vi victus, deteſtatuſque cruentum
Officium, increpitans ſe libera ſanguine ab huius
Corda tenere ſibi, coramque à crimine palmas
Abluit vt genti tantum macula illa maneret.

A *Hi magis inclamant: nos nos cruor iſte ſequatur,*
Et genus in noſtrum ſcelus hoc, & culpa redundet.
Pilatus donat plebi legique Barabam,
Et crucis ad pœnam vinctum concedit IESVM.
Proditor at Iudas poſtquàm ſe talia cernit
Accepto ſceleris pretio ſignaſſe furentem,
Infelix ægris damnans ſua geſta querelis,
Argentum & culpans ſacrani proiecit in ædem:
Exorſuſque ſuas laqueo ſibi ſumere pœnas,
Informem rapuit ficus de vertice mortem:
Inde ſacerdotes (pretium quòd ſanguinis eſſet)
B *Illicitum fantes adytis iam condere templi:*
Quod dare tum licitum, dum ſanguis diſtraheretur,
Credebant: agrum mercati nomine vero
Sanguinis, horrendo ſignant ſcelera impia facto.
Hæc quondam cooperta canens vox vera prophetæ,
Euentum rerum patefecit in ordine ſecli:
Argenti triginta minas poſuere prophani,
Hoc pretium pretioſi corporis inſtituentes,
Quod mox ad figuli rurſus transfertur agellum
Traditus at trucibus iuſtus, ſcelerіſque miniſtris
Innocuus, ſcelerata opprobria corpore perfert,
C *Purpureamque illi tunicam, chlamydemque rubentẽ*
Inducunt, ſpiniſque caput cinxere cruentis,
Inque vicem ſceptri dextram comitatur arundo.
Tunc genibus nixi regem dominúmque ſalutant
Iudææ gentis, faciem linere ſaliuis,
Vertice & in ſancto plagis luſere nefandis.
Hæc vbi tranſegit miles ludibria demens,
Indutum propriæ ducebant tegmine veſtis,
Et crucis ad pœnam ſanctum iuſtumque trahebant.
Ecce ſed egreſſi quendam cepere Simonem
Cyrene genitum, & lignum deferre iubebant.
Quo Dominum lucis duris ſuffigere clauis
D *Inſtans vrgebat ſecli immutabilis ordo.*
At poſt quàm ventum eſt, vbi ruris Golgotha nomen
Permixtum felli vinum dant pocula Chriſto.
Ille ſed in ſummo guſtu tractata recuſat,
Vt ſatis antiquis fieret per talia dictis:
Nec tamen inſultans hominum furor omnia poſſet.
Iamque cruci affixum pendebat in arbore corpus,
Intactamque dedit tunicam ſub ſorte per omnes
Militis vnius ſeruans poſſeſſio textum.
Et ſcriptum cauſæ titulum meritique locarunt:
Quòd rex Iudææ gentis plebiſque fuiſſet:
E *Accidit vt pariter pœnæ conſortia ferrent*
Latrones hinc inde duo, ſed cæca furentis
Inſultat plebis fixo veſania Chriſto:
Hic eſt qui templum poterat diſſoluere ſolus,
Hic eſt qui trino lucis reparare meatu:
Sed nunc deſcendat proles veneranda tonantis,
Et crucis è pœna corpuſque animumque reſoluat.
Hæc vulgi proceres vecordis dicta ſequuntur,
Atque Phariſæi Scribæque & factio demens
Illudunt, motuque caput, linguaſque loquelis
F *Inſanis quatiunt, æternæ ad vincula pœnæ.*
Nonne alios quondam trucibus ſeruare ſolebat
Morborum vinclis, ſeſe cur ſoluere pœnis
Non valet? En regem noſtræ quem credere gentis
Debemus, ſoluat ligni de robore corpus,
Tunc ſanctis dignè poterimus credere ſignis.
Confidit genitore Deo, dimittere pœna.

Cur propriam non vult ſobolem veneranda poteſtas:
Nec minus increpitant, dextra læuáque gementes
Affixi crucibus ſcelerum pro ſorte latrones.
Iam medium curſus lucis conſcenderat orbem,
Cùm ſubitò fugit ex oculis, furuiſque tenebris
Induitur, trepidúmque diem ſol nocte recondit.
Aſt vbi turbatus nonam tranſierat horam,
Conſternata ſuo redierunt lumina mundo.
Et Chriſtus magna genitorem voce vocabat,
Hebrææ in morem linguæ, ſed neſcia plebes
Heliam vocitare putat: tunc concitus vnus
Cogebat ſpongo turpi, calamóque reuincto
Impreſſum labijs acidum potare ſaporem.
Cætera turba furens tali cum voce cachinnat:
Spectemus pariter, cælo ne fortè remiſſus
Helias veniat, celſa qui ſede quieſcit,
Liberet & miſero confixum ſtipite regem.
Tum clamor Domini magno conamine miſſus,
Æthereas animam comitem commiſcuit auras.
Scinduntur pariter ſancti velamina templi,
Carbaſáque in geminas partes dirupta dehiſcunt,
Et tremebunda omni concuſſa eſt pondere tellus,
Diſſiliuntque ſuo ruptæ de corpore cautes.
Tum veterum monumenta virûm patuere repulſis
Obicibus, viuæque animæ per membra reuerſæ
Et viſum paſſæ populi, per mœnia latè
Errauere vrbis: ſic terrent omnia mundum.
Militibus primis quatiuntur corda pauore,
Dedita qui ſæuæ ſeruabant corpora pœnæ,
Et ſobolem dixere Dei, Chriſtumque fatentur.
E ſpeculis matres miracula tanta tuentur
Omnes, obſequium Chriſto quæ ferre ſolebant,
Iamque recedenti veſper ſuccedere ſoli
Cœperat, & procerum ſolus tum iuſtior audet
Corpus ad extremum munus depoſcere Chriſti:
Hic ab Arimathia nomen geſtabat Ioſeph,
Qui quondam verbis aures præbebat IESV,
Pilatum tunc iſte rogat ſibi cedere membra,
Quis puper tulerat vitam vis horrida pœnæ.
Conceſſit præſes, ſed corpus fulgida lino
Texta tegunt, ſaxique nouo componitur antro.
Limen concludunt immenſa volumina petræ,
E ſpeculis ſeruant matres, & cuncta tuentur.
Iamque dies rutilo complebat lumine terras,
Otia qui ſemper priſca de lege iubebat:
Nulla ſed immitis procerum furor otia ſeruat.
Conueniunt, onerantque ſimul ſic iudicis aures:
Erroris laqueos iuſtiſſima pœna reſoluit.
Nunc meminiſſe decet, quoniam plus ille ſolebat
Vulgari ſemper iactans promittere plebi,
E mortis ſeſe tenebris ad lumina vitæ
Cum terno ſalis pariter remeare recurſu,
Sed petimus, cuſtos miles noua funera ſeruet,
Ne fera diſcipulis furandi audacia corpus
Conſurgat, turbetque recens inſania plebem.
Et Pilatus ad hæc: miles permittitur, inquit:
Seruate, vt vultis, corpus tellure ſepultum.
Conueniunt, ſaxique ingentia pondera voluunt,
Et limen ſignis: & ſaxum milite ſeruant.

A Matthæi 28. Marci 16. Luc. 24.
Ioann. 20.

Sidera iam noctis venturo cedere ſoli
Incipiunt, tumuli matres tum viſere ſeptum
Concurrunt, motus ſed terram protinus omnem
Concutit, & cælo lapſus deſcendit aperto
Nuntius, & ſaxum tumuli de limine voluit.
Illius & facies ſplendet ceu fulguris ignis,
Et niuis ad ſpeciem lucent velamina veſtis.
Militibus terror ſenſum diſcluſerat omnem,
B *Et iacuere ſimul ceu fuſa cadauera letho.*
Ille ſed ad matres tali cum voce profatur:
Veſtra pauor nullus quatiens nunc corda fatiget:
Nam manifeſta fides ſanctum vos quærere corpus,
Quod crucis in ligno ſcelerata inſania fixit:
Surrexit Chriſtus, æternáque lumina vitæ
Corpore cum ſancto deuicta morte recepit.
Viſere iam vobis licitum eſt, quòd ſede ſepulcri
Nulla iſtic iaceant, fuerant quæ condita membra.
Dicite præterea celeri properóque recurſu
C *Diſcipulis Chriſtum remeaſſe in luminis oras,*
Inque Galilæam lætum præcedere terram.
His dictis viſiſque animos perfuderat ardens
Lætitiæ attonitos, ſtupido ancipitique pauore.
Denique præcipiti celebrantes gaudia curſu,
Talia diſcipulis referunt, tumulumque relinquunt.
Ecce viæ medio clarus ſe oſtendit Ieſus,
Et fidas matres blandè ſaluere iubebat.
Occurrunt illæ, & genibus plantiſque prehenſis,
Victorem lethi pauidæ venerantur IESVM.
Talibus ille dehinc præceptis pectora firmat,
Mentibus abſiſtat fidei pauor omnis & iſthæc
D *Fratribus hinc noſtris properè mandata referte*
Noſtri conſpectus ſi curæ eſt: Ite volentes,
Inque Galilæam properè tranſcurrite terram.
Interea tumuli cuſtodum exterrita corda
Mittunt è numero partem, quæ tanta referret
Iudæis rerum miracula, ſed manus amens
Iam ſemel inſano penitus deuota furori,
Præmia militibus certatim magna rependit,
Et famam argento redimit, quòd limine rupto
Furtim ſuſtulerit corpus defenſa tenebris
E *Occultè rapiens audacia diſcipulorum.*
Iamque Galilæos conſcenderat anxia montes
Mandatis Chriſti concurſans turba ſuorum,
Cernitur ecce ſuis proles veneranda tonantis.
Illum procumbens ſanctè chorus omnis adoret.
Nec tamen in cunctis pariter fundata manebat
Pectoribus virtus, nam pars dubitabat eorum:
Tunc ſic diſcipulos clarus compellat IESVS:
In cælo & terris genitor mihi cuncta ſubegit.
Me pater eſt vobis dignatus mittere lucem,
Gentibus haud aliter nunc vos ego mittere cunctis
Inſtitui, veſtrum eſt cunctas mihi iungere gentes.
F *Pergite, & ablatos homines purgantibus vndis*
Nomine ſub ſancto patris natique lauate,
Viuifici pariter currant ſpiramina flatus,
Ablutiſque dehinc noſtra inſinuate docentes
Præcepta, vt vitam poſſint agitare perennem.
Nec vobis vnquàm noſtri præſentia deerit,
Donec conſumens diſſoluat ſecula finis.

Digitized by Google

Has mea mens fidei vires ſanctique timoris
Cœpit, & in tantum luxit mihi gratia Chriſti.
Verſibus vt noſtris diuinæ gloria legis.
Ornamenta libens caperet terreſtria linguæ.
Hæc mihi pax Chriſti tribuit, pax hæc mihi ſecli,
Quam fouet indulgens terræ regnator apertæ
A *Conſtantinus, adeſt cui gratia digna merenti,*
Qui ſolus regum ſacri ſibi nominis horret
Imponi pondus, quo iuſtis dignior actis
Æternam capiat diuina in ſæcula vitam,
Per Dominam lucis Chriſtum, qui in ſæcula regnat.

COMMENTARIO IVVENCI, ET OPERVM EIVS.

D. Hieronym. de Illuſtrib. viris.

IVvencus nobiliſſimi generis Hiſpanus, preſbyter, quatuor Euangelia hexametris verſibus ad verbum penè transferens, quattuor libros compoſuit: & nonnulla eodem metro ad Sacramentorum ordinem pertinentia. Floruit Conſtantio principe. B

Idem in epiſtola ad Magnum vrbis oratorem.

Iuuencus preſbyter ſub Conſtantino hiſtoriam Domini Saluatoris verſibus explicauit, nec pertimuit Euangelij maieſtatem ſub metri leges mittere.

Idem ſuper Matthæum.

Pulcherrimè munerum ſacramenta Iuuencus preſbyter vno verſiculo comprehendit, dicens: Aurum, thus, myrrham, regique hominique, Deoque Dona ferunt.

PETRVS CRINITVS de vita Iuuenci Hiſpani.

IVuencus poëta, natione Hiſpanus, familia inſigni maximéque illuſtri natus eſt, vt ab Hieronymo traditur. Præcipuè floruit imperantibus Conſtantino & Conſtante: qua tempeſtate in eloquentia apud Latinos clari fuerunt Tiberinus, Nazarius, & Flauius Vopiſcus, qui de geſtis Romanorum principum libros compoſuit. Inter alia poëmata quę dicuntur ab eo edita, ſcripſit quattuor Euangelia hexametris verſibus: qua in re maiori diligentia vſus eſt in ſeruanda rerum hiſtoria, quàm in demonſtranda ingenij ſui elegantia. Idem, Iuuencus aliquot hymnos fecit, quibus facilè indicauit ſe optimè meritum de religione Chriſtiana. Neque dubium eſt fuiſſe illum inter ſacerdotes Chriſtianos, vt veteres auctores teſtantur D. Hieronymus alicubi repetit Iuuenci carmina, eúmque vt eruditum & elegantem poëtam commendat.

IOANNES TRITENHEYM *Abbas Spanhemenſis in libro de ſcriptoribus Eccleſiaſticis.*

IVuencus preſbyter, natione Hiſpanus, vir nobilis, atque doctiſſimus philoſophus, poëta, rhetor & theologus inſignis, & non minus conuerſatione quam ſcientia ſcripturarum, Eccleſiæ venerabilis. Edidit pro ædificatione legentium tam metro quàm proſa multa præclara volumina, ſed pauca ad notitiam meam per-
C uenerunt. Legi opus inſigne quod hexametris verſibus compoſuit de quatuor Euangeliis, libros quattuor. Immortale nihil mundi compage tenetur. De Sacramentis libros duos. Cætera quæ compoſuiſſe dicitur, ad manus noſtras non venerunt. Claruit ſub Conſtantio Magno & filiis eius. Anno Domini CCC. XXX.

BAPTISTA MANTVANVS.

D VOlo ante iſtorum oculos Iuuencum Hiſpanum ſtatuere, quem inter illuſtres viros & in doctiſſimorum Chriſtianorum catalogo Hieron. enumerat, vt accidat eis quod à Perſio dicitur, Virtutem videant, intabeſcantque relicta. Prodite ô Zoili noſtri. Videte virum ſacris initiatum myſteriis, lauro coronatum, muſis vndique cinctum, lyram tenentem: currite ad rarum hoc & grande ſpectaculum: ſed cauete
E ne repentè culpetis, laudatur ab Hieronymo: hic igitur immenſam Euangelicæ legis maieſtatem verſibus includit heroïcis.

FRANCISCVS PETRARCHA IN Bucolicorum ſuorum ecloga décima, quæ Laurea occidens inſcribitur.

- Tum pinea latè
Sylua virens dulceſque oleæ, gremiôque decorum
Clara fouens roſeo puerum ſtat limine virgo.
F *Hæc matrona fuit hortis, quæ lecta remotis*
Vimineis calathis templo aurea poma ſacrauit.
Mira loquar quæ ſupra fidem, ſed carmina vidi
Hic hominis pariterque aquilæ, bouis atque leonis
Hiſpanum noſtra modulantem voce Iuuencum.

Hæc ſunt, quæ de Iuuenco extare putamus.

C. SEDVLII PRESBYTERI
PASCHALE OPVS, SEV MIRABILIVM DIVINORVM, LIBRI V.

IOANNES TRITENHEYM ABBAS SPANHEMENSIS IN LIBRO DE SCRIPTORIBVS Eccleſiaſticis, De vita Sedulij.

SEDVLIVS Preſbyter natione Scotus, Hildeberti Scotorum Archiepiſcopi ab ineunte ætate diſcipulus, vir in diuinis ſcripturis exercitatus, & in ſecularibus litteris erudititiſſimus, carmine excellens & proſa, amore diſcendi Scotiam relinquens, venit in Franciam: deinde Italiam perluſtrauir, & Aſiam: poſtremò Achaiæ finibus excedens, in vrbe Roma mirabili doctrina clarus effulſit. Hic tandem, vt Sigebertus ſcribit, Epiſcopus ordinatus fuit, ſed Eccleſiam vel vrbem vbi, non exprimit. Claruit ſub Theodoſio. Anno CCCC. XXX.

C. SEDVLII PRESBYTERI
IN PASCHALE OPVS, HOC EST, DE CHRISTI IESV MIRACVLIS, LIBER I.

PRÆFATIO.

PAſchales quicunque dapes conuiua requiris, A
Dignatus noſtris accubitare thoris,
Pone ſupercilium, ſi te cognoſcis amicum,
Nec quæras opus hic codicis artificis:
Sed modicæ contentus adi ſolemnia menſæ,
Pluſque libenti animo, quàm ſatiare cibo.
At ſi magnarum caperis dulcedine rerum,
Diuitiaſque magis delitioſus amas,
Nobilium nitidis doctorum veſcere cœnis,
Quorum multiplices nec numeratur opes.
Illic inuenies, quicquid mare nutrit edendum,
Quicquid terra creat, quicquid ad aſtra volat,
Cerea gemmatis flaueſcunt mella caniſtris
Collucentque ſuis aurea vaſa fauis.
At nos exiguum de paupere carpſimus horto,
Rubra quod appoſitum teſta miniſtrat, olus.

EXORDIVM.

Cùm ſua gentiles ſtudeant figmenta Poëtæ
Grandiſonis pompare modis, tragicoque boatu
Ridiculóve Getæ, ſeu qualibet arte canendi,
Sæua nefandarum renouent contagia rerum,
Et ſcelerum monimenta canant, rituque magiſtro
Plurima Niliacis tradant mendacia biblis.
Cur ego Dauidicis aſſuetus cantibus, odas
B *Chordarum reſonare decem, ſanctoque verenter*
Stare choro, & placidis cœleſtia pſallere verbis,
Clara ſalutiferi taceam miracula Chriſti?
Cùm poſſim manifeſta loqui, Dominumque tonantem
Senſibus, & toto delecter corde fateri,
Qui ſenſus & corda dedit, cui conuenit vni
Facturam ſeruire ſuam, cui iure perenni
Arcibus æthereis vna eſt cum patre poteſtas,

Par ſplendor, communis apex, ſociale cacumen,
Æquus honor, virtus eadem, ſine tempore regnum,
Semper principium, ſceptrum iuge, gloria conſors,
Maieſtas ſimilis: hæc eſt via namque ſalutis,
Hæc firmos ad dona gradus Paſchalia ducit.
Hæc mihi carmen erit: mentes huc vertite cuncti.
Hanc conſtanter opem læſis adhibete medullis,
Quot lethale malum, quos vanis dedita curis,
Attica Cecropij ſerpit doctrina veneni,
Sectanteſque magis vitam ſpirantis odorem
Legis, Athenæi pædorem linquite pagi,
Quid labyrintheo Theſidæ erratis in antro,
Cæcaque Dædalei luſtratis limina tecti?
Labruſcam placidis quid adhuc præponitis vuis,
Neglectiſque roſis ſaliuncam ſumitis agri?
Quid lapides atque æra coli, quid fana profanis
Proderit, & mutis animas damnare metallis?
Parcite puluerei ſquallentia iugera campi,
Et ſteriles habitare plagas, vbi gignere fructum
Arida neſcit humus: nec de tellure cruenta
Liuida mortiferis volatis toxica ſuccis
Tartareo damnata cibo: ſed amœna vireta
Florentum ſemper nemorum, ſedeſque beatas
Per latices intrate pios, vbi ſemina vitæ
Diuinis animantur aquis, & fonte ſuperno
Lætificata ſeges ſpinis mundatur ademptis,
Vt meſſis queat eſſe Dei, merciſque futuræ
Maxima centenum cumulare per horrea fructum.

INVOCATIO.

Omnipotens æterne Deus, ſpes vnica mundi,
Qui cœli fabricator ades, qui conditor orbis,
Qui maris vndiſonam fluctu ſurgente procellam
Mergere vicinæ prohibet confinia terræ,
Qui Solem radiis, & Lunam cornibus imples,
Inque diem ac noctem lumen metiris vtrumque,
Qui ſtellas numeras, quarum tu nomina ſolus,
Signa, poteſtates, curſus, loca, tempora noſti,
Qui diuerſa nouam formaſti in corpora terram,
Torpentique ſolo viuentia membra dediſti,
Qui pereuntem hominem vetiti dulcedine pomi
Inſtauras meliore cibo: potuque ſacrati
Sanguinis, infuſum depellis ab vngue venenum,
Qui genus humanum (præter quos clauſerat arca)
Diluuij rabida ſpumantis mole ſepultum
Vna iterum de ſtirpe creas, vt myſtica virtus
Quod carnis delicta necant, hoc præſule ligno
Monſtraret liquidas renouari poſſe per vndas.
Totum namque lauas vno baptiſmate mundum.
Pande ſalutarem paucos qui ducit in vrbem
Anguſto mihi calle viam, verbique lucernam
Da pedibus lucere meis, vt ſemina vitæ
Ad caules me ruris agat, quà ſeruat amœnum
Paſtor ouile bonus, qua vellere præuius albo
Virginis agnus ouis, grexque omnis candidus intrat,
Te duce difficilis non eſt via, ſubditur omnis
Imperiis natura tuis: rituque ſoluto
Tranſit in aduerſas iuſſu dominante figuras.
Si iubeas mediis ſegetes arere pruinis,
Meſſorem producet hyems: ſi currere muſtum
Vernali ſub ſole velis, florentibus aruis

A Sordidus impreſſas calcabit vinitor vuas,
Cunctaque diuinis patebunt tempora dictis.
Indicio eſt antiqua fides, & cana priorum
Teſtis origo patrum, nulliſque abolenda per æuum
Temporibus, conſtant virtutum ſigna tuarum.
Ex quibus audaci perſtringere pauca relatu
Vix animis committo meis, ſyluamque patentem
Ingrediens, aliquos nitor contingere ramos.
Nam centum licet ora mouens, vox ferrea clamet,
Centenoſque ſonos humanum pectus anhelet,
Cuncta quis expediet, quorum nec lucida cœli
B Sydera, nec bibulæ numeris æquantur arenæ.

De Enoch diuinitùs tranſlato ne moreretur. Geneſ. 5.

Primus ab vſque chao meritis viuacibus Enoch
Multa per innumeros iam ſæcula contigit annos,
Natura perdente modum, quem iure creandi
Terra tulit, genitum ſed mors miratur ademptum.

De Saræ partu nonagenariæ ſterilis. Geneſ. 12.

C

Saucia iam vetulæ marcebant viſcera Sarræ
Grandæuo conſumpta ſitu, prolemque negabat
Frigidus annoſo moriens in corpore ſanguis,
Cùm ſeniore viro gelidi præcordia ventris
In partum tumuere nouum, tremebundaque mater
Algentes onerata ſinus, ſpem gentis opimæ
Edidit, & ſerum ſuſpendit ad vbera natum.
Mactandumque Deo pater obtulit, ac ſacer ipſum
Pro pueri iugulis, aries mactatur ad aram.
D O iuſti mens ſancta viri, pietate remota
Plus pietatis habens contempſit vulnera nati,
Amplexus præcepta Dei, typicique cruoris
Auxilio ventura nocet, quòd ſanguine fuſo.
Humana pro gente pius ſuccumberet agnus.

De vxore Loth in ſalis ſtatuam verſa. Geneſ. 19.

Loth Sodomæ fugiente chaos dum reſpicit vxor
E Inſtatuam mutata ſalis ſtupefacta remanſit,
Ad pœnam conuerſa ſuam: quia nemo retrorſum
Noxia contempti vitans diſcrimina mundi,
Reſpiciens ſaluandus erit, nec debet arator
Dignum opus exercens, vultum in ſua terga referre.

De igne non ardentis rubi diuinitus oſtenſo Moſi. Exod. 3.

F Ignibus innocuis flagrans apparuit olim
Non ardens ardere rubus, nec iuncta calori
Materies alimenta dabat, nec torrida viuens
Senſit damna frutex, ſed amici fomitis æſtu
Frondea blanditæ lambebant robora flammæ.

De virga Moſis in Draconem verſa, ac iterum in ſe reuerſa. Exod. 4.

Mitis in immitem virga eſt animata draconem
Per flexos ſinuata globos, linguiſque triſulcis
Squamea colla tumens, inimicos ore chelydros
Sorbuit, & proprij redit in virgulta rigoris.

De ſicco mari à filiis Iſrael tranſito.
Exod. 14.

Peruia diuiſi patuerunt cærula Ponti
In geminum reuoluta latus, nudataque tellus
Cogitatis ſpoliatur aquis, ac turba pedeſtris
Intrat in abſentis pelagi mare, perque profundum
Sicca peregrinas ſtupuerunt marmora plantas.
Mutauit natura viam, mediumque per æquor
Ingrediens populus, rude iam baptiſma gerebat.
Cui dux Chriſtus erat, clamat nam lectio, multas
Vox Domini ſuper extat aquas, vox deniq; verbū eſt,
Verbum Chriſtus adeſt, geminæ qui conſona legis
Teſtamenta gerens, veterem patefecit abyſſum,
Vt doctrina ſequens planis incederet aruis.

De Manna cælitus eidem plebi dato.
Exod. 16.

Quid referam innumeras cœleſti pane cateruas
Angelicos ſumpſiſſe cibos, nimbiſque superni
Nectaris, aërio populum dulcedine paſtum,
In pluuiis habuiſſe dapes, & in imbribus eſcas?

De productione aquæ de petra.
Exod. 17.

Rurſus in exuſtis ſitiens exercitus aruis,
Qua nimium loca ſicca diu, quæ terra negatis
Ægra iacebat aquis, quæ ſpes ablata bibendi
Viuendique fuit, ſubitas arente metallo
Hauſit aquas, ſterilique latex de rupe cucurrit,
Et ieiuna nouum vomuerunt marmora potum.
His igitur tam ſacra tribus dans munera rebus,
Chriſtus erat panis, Chriſtus petra, Chriſtus in vndis.

De locutione Aſellæ Balaam.
Numeri 22.

Angelicis tremefacta minis affatur aſella
Seſſorem per verba ſuum, linguaque rudenti
Edidit humanas animal pecuale loquelas.

De ſtatione Solis ſub Ieſu filio
Naue, qui & Ioſue.
Ioſue 10.

Sol ſtetit ad Gabaon, medijque cacumine cœli
Fixit anhelantem dilato veſpere lucem,
Inſolitus frenare diem, nec luna cucurrit
Ordine pigra ſuo, donec populantibus armis
Feruidus ingentem gladius conſumeret hoſtem,
Coniurante polo: iam tunc famulata videbant
Sydera venturum præmiſſo nomen Ieſum.

De Helia coruis miniſtrantibus paſto, atque
igneo curru aſſumpto.
3. Reg. 17. & 4. Reg. 2.

A *Heliam corui quondam pauere miniſtri,*
Præbentes ſine more dapes, aleſque rapinis
Deditus, atque auido ſaturans caua guttura roſtro,
Tradidit illæſam ieiunis morſibus eſcam.
Nunc bonus Heliæ, qui perfidus antea Noë,
Abluit in terris quicquid deliquit in vndis.
Plenus at ille Deo poſtquàm miracula terris
Plura dedit, meritiſque ſuis ſuccedere dignum
Herodem propriæ fecit virtutis amicum,
Aurea flammigeris euectus in aſtra quadrigis,
B *Qua leuis æthereos non exprimit orbita ſulcos,*
Sydereum penetrauit iter, curruque coruſco
Dexteriora petens, ſpatio maiore triumphum
Duxit, & humani metam non contigit æui.
Quàm bene fulminei prælucens ſemita cæli
Conuenit Heliæ, meritoque & nomine fulgens
Æthere dignus erat: nam ſi ſermonis Achiui
Vna per accentum mutetur littera, ſol eſt.

De xv. annis Ezechiæ Regis deſperato ad
vitam additis.
C 4. Regum 20.

Vltima labentis miſeratus tempora lucis,
Ter quinos quondam regi Deus addidit annos
Vſus iure ſuo, patefactaque limina claudens
Mortis, ab occaſu vitam conuertit in ortum.

De Iona ceto vorante ſeruato.
Ionæ 1. & 2.

D *Ionas puppe cadens, ceto ſorbente voratus*
In pelago non ſenſit aquas, vitale ſepulcrum
Ne moreretur habens, tutuſque in ventre ferino
Depoſitum non præda fuit, vaſtumque per æquor
Venit ad ignotas inimico remige terras.

De tribus pueris camino flamma ſæuiente non
tactis, & perſecutore eorum in pecu-
dem verſo. Daniel. 3.

Cùm ſpirante Deo Babylonia ſacra negarent,
E *Tres vna cum mente viri, durumque ſubirent*
Exitium, ſæui Chaldæa lege tyranni,
Cuius Achæmeniam rabies accenderat iram
Plus fornace ſua, medios truduntur in ignes,
Nil vrente rogo, tantoque ardore calentes
Cordis, imagineæ vincunt incendia pœnæ
Igne animi. O quanta eſt credentum gloria! flammis
Ardentis fidei reſtincta eſt flamma camini.
Digna ſed immitem mox perculit vltio regem.
F *Nam quòd ab humana vecors pietate receſſit,*
Agreſtes conſors pecudum fuit ille per herbas,
Aulica depaſto mutans conuiuia fœno.
Prouus ab amne bibit, ſeptenaque tempora luſtrans,
Omnibus hirſutus ſyluis, & montibus errat.

De Daniele à famelicis leonibus cuſtodito.
Daniel 6.

Nec minus & Darij furuerunt iuſſa tyranni.
Ecce etenim ſceleri ſcelus addidit ira furentis,

Hebræumque decus Daniel decernitur inſons
Ieiunus cibus eſſe feris, ſed bellua iuſto
Mitis facta viro, ſanctos ne læderet artus,
Cœpit amare famem, rabies mollita furorem
Depoſuit, ſæuiſque in faucibus ira quieuit,
Et didicere truces prædam ſeruare leones.

Miraculorum recapitulatio prædictorum.

Dic vbi ſunt naturæ tuæ poſt talia leges?
Quis toties tibi iura tulit, qui tartara iuſſit
Tranſlatum neſcire virum, ſterilemque marito
Fœcundauit anum, ſacram præcepit ad aram
Sponte venire pecus, muliebres tranſtulit artus
In ſimulacra ſalis: ramos incendia paſſos
Non ardere dedit: virgultum ſoluit in anguem.
Per pelagus ſiccauit iter: mirabile nimbis
Manna pluit, ſaxo latices produxit ab imo.
Quadrupedem fari pleno ſermone coëgit.
Suſpenſis rapidas elementis diſtulit horas:
Per volucres hominem paſci dedit, atque coruſcis
In cœlum tranſuexit equis: iam morte grauato
Adiecit tria luſtra viro: prædonis in ore
Naufrago fundauit opem: flagrante camino
Seruauit ſub rore pios: per paſcua regem
Pauit, vt hirſutam pecudem, rictuſque leonum
Inſtimulante fame iuſſit neſcire furorem:
Nempe creatori (cuius quæcunque videntur
Seu quæcunque latent & rerum machina ſerua eſt)
Omne ſuum famulatur opus, ſequiturque iubentis
Imperium, quodcunque trahit ſententia nutu.

Deflet elementorum idolorumque cultores.

Heu miſeri qui vana colunt, qui corde ſiniſtro
Religioſa ſibi ſculpunt ſimulacra, ſuumque
Factorem fugiunt, & quæ fecere verentur.
Quis furor eſt, quæ tanta animos dementia ludit?
Vt volucrem, turpemque bouem, tortumque draconē,
Semi hominēque canem ſupplex homo pronus adoret?
Aſt alijs ſolem, cæcatis mentibus acti,
Affirmant rerum eſſe patrem, quia ritè videtur
Claræ ſerenatus infundere lumina terris,
Et totum luſtrare polum, cùm conſtet ab iſtis
Motibus inſtabilem rapidis diſcurſibus ignem
Officiumque, non eſſe Deum, quique ordine certo
Nunc oritur, nunc occiduas demiſſus in oras
Partitur cum nocte vices, nec ſemper vbique eſt,
Nec lumen fuit ille manens in origine mundi,
Cùm geminum ſine ſole diem nouus orbis haberet.
Sic lunæ quoque vota ferunt, quam creſcere cernunt
Ac minui, ſtelliſque litant, quæ luce fugantur.
Hic laticem colit, ille larem, ſed iungere ſacris
Non audent inimica ſuis, ne lite propinqua
Aut rogus exiguas ſiccet fortior vndas,
Aut validis tenues moriantur fontibus ignes.
Arboreis alius ponit radicibus aras,
Inſtituitque dapes, & ramos flebilis orat,
Vt natos charamque domum, dilectaque rura,
Coniugijque fidem, famulos, cenſumque gubernent.

V *Lignee ligna rogas, ſurdis clamare videris,*
A mutis reſponſa petis, quæ iura domorum
Hac ratione regunt, ſi cæſa ſecuribus actis
Ardua pendentis ſuſtentent culmina tecti,
Aut ſubiecta focis dapibus famulentur edendis.
Nonnulli venerantur olus, molleſque per hortos
Numina ſicca rigant, verique hac arte videntur
Tranſplantatorum cultores eſſe Deorum.
Plura referre pudet, ſanctoque in carmine longum,
Vel damnare nefas, ne mollia ſentibus vram
B *Lilia, purpurei neu per violaria campi*
Carduus, & ſpinis ſurgat paliurus acutis.

Exhortans ſemetipſum in carminis viam, Trinitatem aſtruit, & Arrium atque Sabellium, & varios rectæ fidei percutit inimicos.

Iam ſatis humanis erroribus addita monſtra
Riſimus, aut tales potius defleuimus aſus,
Nunc cœptam iuuat ire viam, montemque per altum
Nitentes firmare gradus, properemus in vrbem
C *Libertatis ope, radians vbi regia fuluis*
Emicat aulæ tholis, vbi dantur digna petenti,
Quærenti ſpes certa manet, clauſtriſque remotis
Peruia pulſanti reſerantur limina cordi.
Hic eſt ille lapis, reprobus quem vertice geſtat
Angulus, atque oculis præbet miracula noſtris,
Cuius onus leue eſt, cuius iuga ferre ſuaue eſt.

De vnitate ſanctæ Trinitatis.

D *Per digeſta prius, veteris miracula legis*
Retulimus, ſancti coniuncto ſpiritus actu
Quæ genitor ſocia nati virtute peregit:
Per digeſta rudis nec non miracula legis,
Dicemus ſancti coniuncto ſpiritus actu,
Quæ natus ſocia patris virtute peregit.
Semper vt vna manens Deitatis forma perennis
Quod ſimplex triplicet quodq; eſt triplicabile ſimplet.
Hæc eſt vera fides, hanc ſpreuit habere ſalutem
Arrius infelix, qui curua per auia rectum
E *Flectere niſus iter, foueam delapſus in atram*
Corruit, & tetri merſus petit ima profundi.
Tam vacuus ſenſu, iuſtæ quàm tempore pœnæ
Viſceribus fuſis, vacuus quoque ventre remanſit.
Demens, perpetui qui non imitanda parentis
Iura, caducorum gradibus ſimulauit honorum.
Namque homines inter natum genitore minorem
Lex carnalis habet, quoniam pater ipſe parentis
Filius ante fuit: mox & qui filius eſt nunc,
Adforet eſſe pater, ſi per genus omne nepotum
F *It noua progenies, & aui numerantur auorum.*
At Dominus, verbum, virtus, ſapientia, Chriſtus,
Et totum commune Patris de lumine lumen,
De ſolo ſolus, cui nec minus eſt Patre quicquam,
Nec quo creſcat habet, genitus non quippe creatus.
Ipſe eſt principium: nam ſicut clarus habetur,
In genitore manens, genitor quoque clarus in ipſo
Permanet, & rerum caput eſt Deus vnus vbique,
Non quia qui ſummus Pater eſt, & filius hic eſt,
Sed quia quod ſummus Pater eſt, & filius hoc eſt.
Sic ait ipſe docens: & ego in Patre & Pater in me eſt.

Rurſus: ego atque Pater vnum ſumus. Arrius vnum
Debet ſcire, ſumuſque Sabellius eſſe fatendum.
Iſte fidem trinam, aſt hic non amplectitur vnam.
Ambo errore pares, quanquam diuerſa ſequantur.
Qualiter aſſueti varias producere ſectas,
Impugnant ſua dicta viri, qui brachia nudis
Oſtentant exerta humeris, nil tradere docti:
Sed tantùm certare cati, prudentia quorum
Stulta tacet, quia vana Deo eſt ſapientia mundi.
Hic loquitur nimis, ille tacet, hic ambulat, hic ſtat,
Alter amat fletus, alter criſpare cachinnum,
Diuerſiſque modis par eſt veſania cunctis.

Hortatur milites in via fidei, cruce eſſe armatos, ſeque in albo beati ordinis poſcit adſcribi.

Interea dum rite viam ſermone leuamus,
Speſque fideſque meum comitantur in ardua greſſum
Blandius ad ſummam tandem peruenimus arcem.
En ſigno ſacrata crucis vexilla coruſcant.
En regis pia caſtra micant, tuba clamat herilis,
Militibus ſua porta patet, qui militat intret,
Ianua vos æterna vocat, quæ ianua Chriſtus.
Aurea perpetuæ capietis præmia vitæ.
Arma quibus Domini tota virtute geruntur,
Et fixum eſt in fronte decus, decus armaque porto,
Militiaque tuæ bonæ Rex pars vltima recto.
Hic proprias ſedes, huius mihi mœnibus vrbis

A Exiguam concede domum, tuus incola ſanctis
Vt merear habitare locis, alboque beati
Ordinis extremus conſcribi in ſæcula ciuis.
Grandia poſco quidem: ſed tu dare grandia noſti,
Quem magis offendit, quiſquis ſperando tepeſcit.

Orat Chriſtum, quem formam ſerui ſumpſiſſe, Euangeliſtæ quatuor animalium figuris oſtendunt.

Chriſte faue votis, qui mundum in morte iacentem
B Viuificare volens, quondam terrena petiſti
Cœlitus humanam dignatus ſumere formam,
Sic aliena gerens vt nec tua linquere poſſes.
Hoc Matthæus agens hominem generaliter implet,
Marcus vt alta fremit, vox per deſerta leonis,
Iura ſacerdotis Lucas tenet ore, iuuenci
More volans, aquilæ verbo petit aſtra Ioannes.
Quattuor hi proceres vna te voce canentes,
Tempora ceu totidem latum ſparguntur in orbem.
Sic & Apoſtolici ſemper duodenus honoris
C Fulget apex numero, menſes imitatus & horas,
Omnibus vt rebus totus tibi militet annus.
Hinc igitur veteris recolens exordia mortis
Ad vitam properabo nouam, lacrymaſque ferendo
Gaudia longa metam: nam qui deflemus in Adam
Semina mittentes mox exultabimus omnes,
Portantes noſtros Chriſto veniente manipios.

LIBER SECVNDVS.

***

De expulſione Adam de Paradiſo, & quòd ab ipſo mortalis ſit facta poſteritas per Euam, cuius facinus expiatum aſſerit per Mariæ ſemen.

Geneſ. 3.

EXpulerat primogenitum ſæuiſſimus anguis
Florigera de ſede virum, blandique ſaporis
Illecebris, lethum miſero portarat amarum.
Nec ſolus meritam præſumptor ſenſerat iram
Mortalis ſub lege iacens, ſed prorſus ab ipſo
Humanum ſimul omne genus, heu noxia coniunx,
Noxia tu coniux magis an draco perfidus ille?
Perfidus ille draco, ſed tu quoque noxia coniunx.
Proh dolor æterni fuerant duo. Creſcere poſtquam
Cœpit origo perit, cladem que à ſemine ſumpſit,
Quid numeroſa dies, quid tempore proderat illo
Cernere nongentos vltra fœliciter annos,
Progeniemque ſenum decimam expectare nepotum,
Iamque ſuum neſcire genus, cùm victa ſupremis
Curſibus, extremæ ſors irreparabilis horæ
Sera licet ventura foret, longumque per æuum

D Vita breuis nihil eſſe diu cum fine doceret.
Nec reducem ſpes ferret opem, primique ſepulchrum
Terrigenæ, cæca ſorberet fauce nepotes:
Ni pius ille ſator culpas ignoſcere promptus,
Reddere difficilis, ſua ne factura periret,
Quæque Deo ſimilis viuens aſtabat imago
Diſſimilis de morte foret, veniale miſertus
Inſtauraret opus, pomiſque vetaret acerbis
Quæ mandère patres natorum horreſcere dentes,
Donaretque ſuis ſemper placatus, vt vnde
Culpa dedit mortem, pietas daret inde ſalutem.
Et velut è ſpinis mollis roſa ſurgit acutis
E Nil quod lædat habēs, matremque obſcurat honore:
Sic Euæ de ſtirpe ſacra veniente Maria
Virginis antiquæ facinus noua virgo piaret.
Vt quoniam natura prior vitiata iacebat
Sub ditione necis, Chriſto naſcente, renaſci
Poſſet homo, & veteris maculam deponere carnis.

De conceptu beatæ Mariæ à prophetis ſæpius prædicto, & Gabriele Archangelo nunciante completo. Lucæ 1.

Hæc ventura ſenes poſtquàm dixere Prophetæ,
Angelus intactæ cecinit properata Mariæ.
Et dictum comitata fides, vterumque puellæ
Sydereum mox implet onus, rerumque creator
Naſcendi ſub lege fuit, ſtupet innuba tenſos
Virgo ſinus, gaudetque ſuum paritura parentem.

De partû beatæ Mariæ, & Angelorum in Chriſti natiuitate Deum laudantium gratulatione. Luc. 1.

Iamque nouem lapſis decimi de lumine menſis
Fulgebat ſacrata dies, cum virgine fœta
Promiſſum compleuit opus: verbum caro factum
In nobis habitare volens, tum maximus infans
Intemerata ſui conſeruans viſcera templi,
Illæſum vacuauit iter, pro virgine teſtis
Partus adeſt, clauſa ingrediens & clauſa relinquens.
Quæ noua lux mundo, quæ toto gratia cœlo!
Quis fuit ille nitor Mariæ cùm Chriſtus ab aluo
Proceſſit ſplendore nouo? Veluti ipſe decoro
Sponſus ouans thalamo, forma ſpecioſus amœna
Præ natis hominum, cuius radiante figura
Blandior in labiis diffuſa eſt gratia pulcris.
O facilis pietas, ne nos ſeruile teneret
Peccato dominante iugum, ſeruilia ſumnius
Membra tulit Dominus, primique ab origine mundi
Omnia qui propriis veſtit naſcentia donis,
Obſitus exiguis habuit velamina pannis:
Quemque proceloſi non mobilis vnda profundi,
Terrarum non omne ſolum, ſpatioſaque lati
Non capit aula poli, puerili in corpore plenus
Manſit, & anguſto Deus in præſepe quieuit.
Salue ſancta parens enixa puerpera regem,
Qui cœlum terramque tenes per ſæcula, cuius
Numen & æterno complectens omnia gyro
Imperium ſine fine manet, quæ ventre beato
Gaudia matris habens cum virginitatis honore,
Nec primam ſimilem viſa es, nec habere ſequentem,
Sola ſine exemplo placuiſti fœmina Chriſto.

Chriſto Ieſu in Bethleem nato, Herodes & omnis Hieroſolyma turbatur cum illo. Matthæi 2.

Tunc prius ignaris paſtoribus ille creatus
Emicuit, quia paſtor erat, gregibuſque refulſit
Agnus, & Angelicus cecinit miracula cœtus.
Talia Bethleis dum ſigna geruntur in oris,
Eoi venere Magi, ſæuumque tyrannum
Grandia ſollicitus perturbant nuntia dictis,
Iudaicis nuper populis Orientis ab axe
Progenitum fulſiſſe ducem, hoc cœlitus aſtra,
Hec ſtellam radiare nouam, ferus arbiter aulæ
Æſtuat Hebrææ, ratus hunc ſuccedere poſſe
Mox ſibimet qui primus erat: tunc fronte ſerena,
Nubila mentis alens clam mandat vbique requiri,
A *Sicut adorandum, quem tractat fraude necandum.*
Quid furis Herodes? Chriſtum ſermone fateris,
Et ſenſu iugulare cupis, legemque legendo
Negligis, & regi regum tua regna minaris.
Ne tamen inſano careant tua nomina facto,
Patrandum ſub honore crucis (ſed crimine gentis)
Herodes alius, quod tu molire videbit.

De ſtella magos ad Chriſtum ducente, & myſticis eorum muneribus. Matth. 2.

B
Ergo alacres ſummo ſeruantes lumina cœlo
Fixa Magi, ſyduſque micans regale ſecuti,
Optatam tenuere viam, quæ lege futura
Duxit adorantes ſacra ad cunabula gentes:
Theſauriſquè ſimul pro religione ſolutis,
Ipſæ etiam vt poſſent ſpecies oſtendere Chriſtum,
Aurea naſcenti fuderunt munera Regi,
Thura dedere Deo, myrrham tribuere ſepulcro.
Cur tria dona tamen? quoniam ſpes maxima vitæ eſt
C *Hunc numerum confeſſa fides, & tempora ſummus*
Cernens cuncta Deus, præſentia, priſca, futura;
Semper adeſt, ſemperque fuit, ſemperque manebit
In triplici virtute ſui. Tunc cœlitus illi
Per ſomnum moniti contemnere iuſſa tyranni,
Per loca mutati gradientes deuia callis,
In patriam rediere ſuam. Sic nos quoque ſanctam
Si cupimus patriam tandem contingere, poſtquàm
Venimus ad Chriſtum, iam non repetamus iniquum.

De ſæuitia Herodis, & nece paruulorum. Matth. 2.

D
Ergo vbi deluſum ſe comperit, impius iram
Rex aperit, ſi iure queat Rex ille vocari
Qui pietate caret, propriam qui non regit iram,
Ereptumque gemens facinus ſibi, ceu leo frendens,
Cuius ab ore tener ſubito cùm labitur agnus,
In totum mouet arma gregem, manduque trahitque
Molle pecus, trepidæque vocant ſua pignora fœtæ
Nequicquam, & vacuas implent balatibus auras:
Haud ſecus Herodes Chriſto ſtimulatus adempto
E *Sternere colliſas paruorum ſtrage cateruas,*
Immerito non ceſſat atrox: quo crimine ſimplex
Turba perit. Cur qui vix dum potuere creari,
Iam meruere mori? Furor eſt in rege cruento,
Non ratio, primoſque necans vagitus, & audens
Innumerum patrare nefas, puerilia mactat
Millia, plangoremque dedit tot matribus vnum.
Hæc laceros crines nudato vertice rupit,
Illa genas ſecuit, nudum ferit altera pugnis
Pectus, & infelix mater (nec iam modò mater)
Orba ſuper gelidum fruſtra premit vbera natum.
Quis tibi tunc, lanio, cernenti talia ſenſus?
F *Quóſve dabas fremitus, cùm vulnera feruere latè*
Proſpiceres arce ex ſumma, vaſtúmque videres
Miſceri ante oculos tantis plangoribus æquor?
Extinctiſque tamen quamuis infantibus abſens,
Præſens Chriſtus erat, cui ſancta pericula ſemper
Suſpicit, & pœnas alieno in corpore ſentit.

De doctrina ac magiſterio Domini duodeno. Luc. 2.

*Aſt vbi biſſenos ætatis contigit annos,
Hoc ſpatium de carne trahens, æuique meatus
Humana pro parte tulit, ſenioribus eſſe
Corde videbatur ſenior, legiſque magiſtros
Inter, vt emeritus reſidebat iure magiſter.*

De tricenarij Baptiſmo Saluatoris, & de Spiritu in columbæ ſpecie viſo. Marc. 1. Luc. 3. Act. 1.

*Nec mora (quas etenim volitans pro tempore mundus
Nouit habere moras) vſus maiore iuuenta
Sed quaſi luſtra gerens placidam Iordanis ad vndam
Venit, vt acciperet hoc quod dare venerat ipſe.
Huc Baptiſta potens, vt vidit ab amne Ioannes,
Quem matris dum ventre latet, nondumque creatus
Senſerat, obſtruſo iam tunc ſermone Prophetes.
Vt muto genitore ſilens (cui munera linguæ,
Poſt noni taciturna diu ſpiramina menſis
Parto redduntur nato) mox prædicat: Agnus
Ecce Dei veniens peccatum tollere mundi.
Tollere cùm dicit, quod non habet, hoc mihi tollit:
Non mala vt ipſe gerat, ſed vt ipſe nocentia perdat,
Qualiter in medias dum lux præclara tenebras
Funditur, & proprium non obfuſcata ſerenum
Decutit, expulſas illæſis vultibus vmbras.
Sic delicta fugans ſaluator noſtra gerendo
Terſit, & à tactu procul euaneſcere iuſſit.
Tunc vada torrentum ſimplex ingreſſus aquarum,
In ſe cuncta lauat noſtræ contagia vitæ,
Ipſe nihil quod perdat habens, ſanctoque liquentes
Corpore mundauit latices, lymphaſque beauit
Gurgitis, & propriis ſacrauit flumina membris,
Senſerunt elementa Deum, mare fugit, & ipſe
Iordanis refluas curſum conuertit in vndas.
Namque propheta canens, quidnam eſt mare quod fugis, inquit,
Et tu Iordanis retro quid ſubtrahis amnem?
Ergo vbi flumineum poſt myſtica dona lauacrum
Egrediens, Dominus ſiccas calcauit arenas,
Confeſtim patuere poli, ſanctuſque columbæ
Spiritus in ſpecie Criſtum veſtiuit honore,
Manſuetumque docet, multumque incedere mitem,
Per volucrem, quæ ſelle caret, natoque vocato
Voce Patris, triplici Deus ex ratione probatur,
Quòd pater & natus, quòd ſpiritus eſt vbi ſanctus,
Quo manet indignus, qui non numerauerit vnum.*

De quadragenario Saluatoris ieiunio, & trina tentatione peracta. Matth. 4. Marc. 1. Lucæ 4.

*Inde quaterdenis iam noctibus atque diebus
Ieiunium dapibus, ſacro ſpiramine plenum
Inſidiis tentator adit, doctuſque per artem
Fallaces offerre dapes, ſi filius, inquit,
Cerneris eſſe Dei, dic vt lapis iſte repentè
A In panis vertatur opem. Miracula tanquam
Hæc non ſemper agat Dominus, quia ſaxea terræ
Viſcera fructiferis animans fœcundat ariſtis,
Et panem de caute creat. Hac ergo repulſus
Voce prius, hominem non ſolo viuere pane,
Sed cuncto ſermone Dei, labefactus, & amens,
Altera vipereis inſtaurans arma venenis,
Cum Domino montana petit, cunctaſque per orbem
Regnorum monſtrauit opes: hæc omnia dicens,
Me tribuente feres, ſi me proſtratus adores.
B Quantum peruerſus, tantum peruerſa locutus:
Scilicet, vt fragilis regni affectaret honores,
Qui populis æterna parat, monſtramque nefandum
Pronus adoraret, cuius ſuper æthera ſedes.
Terra pedum locus eſt, quem nullus cernit, & omnis
Laudat in excelſis ſummiſſa voce poteſtas.
Chriſtus ad hæc: tantum Dominũ ſcriptura Deumq;
Iuſſit adorari, & ſoli famularier vni.
His quoque deficiens congreſſibus audet iniquus
Ter ſeſe attollens animo perſtare ſuperbo,
Terque volutus humo, fragili confidere bello.
C Tunc aſſumpſit eum ſanctam ſceleratus in vrbem,
Et ſtatuens alti ſupra faſtigia templi,
Si natum genitore Deo tete aſſeris, inquit
Impiger è ſummo demiſſus labere tecto.
Nam ſcriptura docet, de te mandaſſe tonantem
Angelicis ſubuectus eas vt tutior vlnis,
Ad lapidem ne forte pedem collidere poſſis.
O quàm cæca gerit nigro ſub pectore corda
Mens tenebris obſcura ſuis: hunc ardua templi
Culmina, & erectæ quamuis faſtigia pinnæ
D Credidit in præceps horreſcere, maxima ſummi
Curuauit qui membra poli, cœloſque per omnes
Vectus in extremæ deſcendit humillima terræ,
Inferiora petens, ſed non excelſa relinquens.
Dixerat, & validi confoſſus cuſpide verbi,
Quod tentare ſuum Dominũque Deumque nequirat
Victoris fugit ora gemens. Tunc hoſte repulſo
Cælicolæ aſſiſtunt proceres, cœtuſque micantes
Angelici Chriſto famulantur ritè miniſtri.*

E De Electione Piſcatorum ad Apoſtolatum. Matth. 4. Marc. 1. Lucæ 5.

*Protinus ergo viros ex piſcatoribus aptos
Humanas piſcari animat, quæ lubrica mundi
Gaudia ſectantes tanquam vada cærula ponti,
Cæcaque præcipites tranant incerta profundi,
Diſcipulos iubet eſſe ſuos, taleſque ſupernæ
Conciliat vitæ, quos non ventoſa loquendi
Gloria, nec vana de nobilitate ſuperbus
F Sanguis alat, ſed forma tacens, humilique refulgens
Mente nitor, cœlo faciat de plebe propinquos.
Nam quæ infirma potens elegit, & infima mundi,
Fortia confringens Deus & ſapientia perdens.*

De paterna

De paterna appellatione.

Pater noſter qui es in cœlis.
Matth. 6.

Quinetiam celerem cupiens conferre ſalutem,
Orandi præcepta dedit, iudexque benignus
Indulgenda peti breuiter iubet, vt cita præſtet.
Sic dicens: Orate patrem baptiſmate noſtrum,
Iure ſuum propriumque homini conceſſit honorem,
Et quod ſolus habet cunctos permiſit habere.
Qui Dominum cœli patrem memoramus, in ipſo
Iam fratres nos eſſe decet, nec origine carnis
Germanum geſtare odium, ſed ſpiritus igne
Flagrantes abolere doli monimenta vetuſti,
Atque nouum geſtare hominem, ne forſan ab alto
Degenerent terrena Deo*: cui nos duce Chriſto*
Fecit adoptiuos cœleſtis gratia natos.

De *ſanctificatione nominis* Dei.

Sanctificetur nomen tuum.
Lucæ 12.

Sanctificetur vbi Dominus, qui cuncta creando
Sanctificat, niſi corde pio, niſi pectore caſto?
Vt mereamur eum nos ſanctificare colendo,
Annuat ipſe prior, ſicut benedicier idem
Se iubet à nobis, à quo benedicimur omnes.

De *aduentu regni.*

Adueniat regnum tuum.

Adueniat regnum iamiam quoque ſcilicet illud
Morte vacans, & fine carens. cui nulla per æuum
Tempora ſuccedent, quia neſcit tempus habere,
Continuus ſine nocte dies: vbi principe Chriſto
Nobile perpetua caput amplectente corona,
Victor opima ferens gaudebit præmia miles.

De *effectu voluntatis* Dei.

Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra.

Iugibus hoc votis, hoc nocte dieque precemur,
Illius vt fiat cœlo terraque voluntas,
Qui nuſquàm vult eſſe nefas, hoſtemque nocentem
Vtque polo, ſic pellat humo, ne corpora noſtra
Tanquàm vile ſolùm, ſæuus ſibi vendicet hydrus,
Sed qui cuncta fouet plena pietate redundans
Omnipotens, animas pariter conſeruet & artus:
Altera pars etenim cœli ſumus, altera terræ.

De *quotidiano pane.*

Panem noſtrum quotidianum
da nobis hodie.

A *Annonam fidei ſperamus pane diurno,*
Ne mens noſtra famem doctrinæ ſentiat vnquàm
A Chriſto ieiuna ſuo, qui corpore & ore
Nos ſaturat ſimul ipſe: manens verbumque, cibuſque eſt.
Dulcia nam Domini noſtris in faucibus hærent
Eloquia, exuperantque fauos atque omnia mella.

De dimiſſione debitorum.

Et dimitte nobis debita noſtra
ſicut, &c.

B

Debita laxari qui nobis cuncta rogamus,
Nos quoque laxemus, proprij nam cautio verbi
Spondentes manifeſta tenet, grauiuſque ſolutis
Nectimur alterius ſi ſoluere vincla negamus.
Incipietque pius decies millena talenta,
Dimittens Dominus, ſi nos affligere propter
Denarios centum conſeruum ſenſerit vllum,
Tradere confeſtim tortoribus, inque feroci
Carcere conſtrictis non permittemur abire,
Donec cuncta breuem reddamus adúſque quadrantẽ.

C

De tentatione vitanda.

Et ne nos inducas in tentationem.

Non quia nos Dominus lucis via, ſemita pacis
In laqueos tentantis agat, ſed cùm mala noſtra
Deſerit, ire ſinit: nam quiſquis retia mundi
Delitioſa ſequens. luxus & gaudia blanda
Perditionis amat: Deus *hunc, virtutis amator,*
Linquit, & ingreditur qua ſe tentatio ducit.
Iugibus hanc igitur ſtudijs vitemus, & arctum
D *Corde petamus iter, tenuis qua ſemita monſtrat*
Ire per anguſtam regna ad cœleſtia portam.

De *liberatione à malo.*

Sed libera nos à malo.

Si cupimus vitare malum, debemus adire
Sectarique bonum, hic quia liberat, ille trucidat:
Hic alit, ille necat: nam quantum ſydera terris,
Ignis aquis, lumen tenebris, concordia bellis,
E *Vita ſepulturis: tantum bona longius abſunt*
Diſſociata malis: dextrum quicunque neceſſe eſt
Aut læuum gradiatur iter. Sed dextra bonorum
Semita conſpicuos vocat in ſua gaudia iuſtos,
Inque tuos Patriarcha ſinus: At læua malorum
Exercet pœnas, & ad impia tartara mittit.
Ergo agnis ouibuſque Dei *eſt hæc ſola voluntas,*
Et bona libertas euadere torua cruentis
Ora lupi, vitaque frui per paſcua Chriſti.

F

LIBER TERTIVS.

De aqua in vinum conuerſa. Ioan. 2.

PRIMA ſuæ Dominus, thalamis dignatus adeſſe, A
Virtutis documenta dedit, conuiuaque præſens
Paſcere non paſci veniens (mirabile) fuſas
In vinum conuertit aquas, amittere gaudent
Pallorem latices, mutauit læta ſaporem
Vnda ſuum, largita merum, menſaſque per omnes
Dulcia non nato rubuerunt pocula muſto.
Impleuit ſex ergo lacus hoc nectare Chriſtus,
Quippe ferax qui vitis erat, virtute colona
Omnia fructificans, cuius ſub tegmine blando
Mitis in occiduas enutrit pampinus vuas.

De filio reguli abſente Domini verbo ſanato.
Ioan. 4.

Regulus hinc nato quidam moriente rogabat
Flebilis, & ſupplex Dominum quò viſeret ægrum
Febre laborantem puerum, trepidamque vetaret
Labi animam de ſede ſua, tunc larga poteſtas
Credenti quæ nulla negat, nec dona retardat
Velocem comitata fidem ſermone ſalutem
Concedens facili, viuit iam filius, inquit,
Perge tuus: Quantum imperij fert iuſſio Chriſti? C
Non dixit victurus erit, ſed iam quia viuit,
More Dei, qui cuncta priuſquam nata videndo
Præteritum cernit, quicquid vult eſſe futurum.

De eo quod Dominus loca peragrauit cunctos
ſanando languores.
Matt 4. & 9.

Inde ſalutiferis incedens greſſibus vrbes,
Oppida, rura, caſas, vicos, caſtella peragrans
Omnia, depulſis ſanabat corpora morbis.

De leproſo à Domino mundato.
Matth. 8.

Ecce autem mediæ clamans ex agmine turbæ
Leproſus poſcebat opem, varioſque per artus
Plus candore miſer. Si vis Domine, inquit, ab iſtis
Me maculis mundare potes: volo Chriſtus vt inquit,
Confeſtim redit vna cutis, proprioque decore
Læta peregrinam mutarunt membra figuram,
Inque ſuo (magis eſt) vix agnitus ille colore.

De ſocru Petri febricitante manus Dominicæ
tactu ſanata. Matth. 8.

Forte Petri validæ torrebat lampadis æſtu
Febris anhela ſocrum, dubioque in funere pendens
Saucia ſub gelidis ardebat vita periclis,
Immenſuſque calor frigus lethale coquebat.
At poſtquam feſſos Domini manus attigit artus,
Igneus ardor abit, totiſque extincta medullis,
Fonte latentis aquæ cecidit violentia flammæ.

B De ſpirituum expulſione nigrorum, & populis
à diuerſa clade ſaluatis.
Matth. 4.

Quin etiam rabidas nigrorum depulit iras
Spirituum, ne flatus atrox laceraret iniqua
Peſte homines, operiſque Dei vexaret honorem,
Quem norat non eſſe Dei, paſſimque cateruas
Vt prius innumeras pulſo languore ſaluti
Reddidit, & varia populos à clade leuauit.

De tempeſtate maris, imperio Domini verbi
Dei ſedata. Matth. 8.

Inde marina petens, arentes greſſibus algas
Preſſit, & exiguæ conſcendens robora cymbæ
Æquoreas intrauit aquas, Dominúmque ſequentes
Diſcipuli placido librabant carbaſa ponto.
Iam procul à terris fuerat ratis, actaque flabris.
Sulcabat medium puppis ſecura profundum,
Cùm ſubito fera ſurgit hyems, pelaguſque procellis
Vertitur & trepidam quatiunt vada ſalſa carinam.
Perculerat formido animos, ſeſeque putabant
Naufraga littoreis iam tendere brachia ſaxis.
Ipſe autem placidum carpebat pectore ſomnum
Maieſtate vigil, qui non dormitat in æuum,
D *Qui regit Iſraël, neque prorſus dormiet vnquam:*
Ergò vbi pulſa quies cunctis clamantibus vna
Voce ſimul miſerere citus, miſerere perimus,
Auxilio ſuccurre pio: nil vota moratus
Exurgens Dominus, validis miteſcere ventis
Imperat, & dicto citius tumida æquora placat.
Non erat illa feri pugnax audacia ponti,
In Dominum tumidas quæ ſurgere cogeret vndas,
E *Nec metuenda truces agitabant flamina vires,*
Sed lætum exiliens Chriſto mare compulit imum
Obſequio ſeruire fretum, rabidoque volatu
Mouerunt auidas ventorum gaudia pennas.

De duobus à legione dæmonum curatis, illis A
in porcos miſſis. Matth. 8. Marc. 5.
Lucæ 8.

Interea placido tranſuectus marmore puppim
Liquerat, & medios luſtrabat paſſibus agros,
Cùm procul è tumulis gemino ſtridore ruentes
Proſiluere viri, quos non mala dæmone pauco,
Sed legio vexabat atrox, nexuque cruento
Sæua catenatis geſtabant vincla lacertis.
Angebat quoque pœna duplex: heu dira furoris
Conditio, qui vim patitur magis ille ligatur. B
Tunc Domini præcepta tremens exire iubentis
Spiritus infelix, hominem non audet adire,
Effigiem fugiens quam Chriſtum cernit habere,
Sed pecus immunda gaudens lue, ſemper amicum
Sordibus atque olido conſuetum viuere cœno,
Pro meritis petiere ſuis, triſteſque phalanges
Porcinum tenuere gregem: niger, hiſpidus, horrens,
Talem quippe domum dignus fuit hoſpes habere.

De paralytico dimiſſis protinus ſanato
peccatis. Matth. 9. C

Hinc alias Dominus pelagi delatus in oras
Intrauit natale ſolum, quo corpore naſci
Se voluit, patriamque ſibi pater ipſe dicauit.
Ecce aderant viuum portantes iamque cadauer
Bis bina ceruice viri, lectoque cubantem
Vix hominem, cui vita manens ſine corporis vſu
Mortis imago fuit, reſolutaque membra iacebant
Officijs deſerta ſuis, fluxoſque per artus
Languida demiſſis pendebant vincula neruis, D
Hunc vbi virtutum Dominus conſpexit egentem,
Robore, peccatis primum mundauit ademptis,
Quæ generant augmenta malis: miſero inde iacenti
Surge, ait, & proprium ſcapulis attolle grabatum,
Inque tuam deſcende domum, nil iuſſa moratus
Cui fuerat conceſſa ſalus, veſtigia linquens
Tandem aliena, ſuis lætatur vadere plantis,
Vectoremque ſuum grata mercede reuexit.

De prece archiſynagogi pro filia ſuſcitanda.
Matthæi 9. Lucæ 8. E

Principis interea ſynagogæ filia, clauſo
Functa die ſuperas moriens amiſerat auras:
At genitor, cui finis edax ſpem prolis adultæ
Suſtulerat, ſanctos Domini lacrymanſque gemenſque
Corruit ante pedes, vix verba precantia fari
Singultu quatiente valens, miſerere parentis,
Orbati miſerere ſenis, modò filia, dicens,
Vnica virgineis nec adhuc matura ſub annis
Occidit, & miſero patris mihi nomen ademit: F
Affer opem, lapſamque animam per membra refunde
Qui totum præſtare potes, hæc inquit: & auctor
Lucis ad extincta pergebant funera, greſſum
Vix populo ſtipante mouens, permixtaque turbis
Ibat inundantem mulier perpeſſa cruorem,
Quæ magnas tenuarat opes, vt ſanior eſſet,
Exhauſtaque domo, nec proficiente medela,
Perdiderat proprium pariter cum ſanguine cenſum.

Aſt vbi credentis iam ſano in pectore cœpit
Diues adeſſe fides, medijs immerſa cateruis
Nititur auerſi vel filum tangere Chriſti.
Poſteriuſque latens ſubitam furata ſalutem
Extrema de veſte rapit, ſicciſque fluentis
Damnauit patulas audax fiducia venas.
Senſerat iſta Deus, cuius de fonte cucurrit
Quod virtus ſecreta dedit, furtumque fidele
Laudat, & egregiæ tribuit ſua vota rapinæ.

De prædictæ ſuſcitatione puellæ.
Lucæ 8.

Ventum erat ad mœſti lugentia culmina tecti,
Deflentemque domum, moriens vbi virgo iacebat
Extremum ſortita diem, trepidiſque tumultus
Omnia lamentis vlulans implebat amaris,
Funereoſque modos cantu lacrymante ferebat
Tibicen, plangórque frequens confuderat ædes.
Ponite ſollicita conceptos mente dolores,
Hic ſopor eſt, Saluator ait, nec funus adeſſe
Credite, nec ſomno poſitam lugete puellam.
Dixerat, & gelida conſtrictum morte cadauer
Spiritus igne fouet, verboque immobile corpus
Suſcitat, atque ſemel genitam bis viuere præſtat.
Obſtupuere animis. inopinaque vota parentes
Aſpiciunt, verſiſque modis per gaudia plaudunt.

De duorum ſequentium atque clamantium
illuminatione cæcorum.
Matth. 9.

Inde pedem referens geminos videt ecce ſequentes
Cæcatos clamare viros, fili inclyte Dauid
Diſcute nocturnas extinctis vultibus vmbras,
Et clarum largire diem. Quàm credere tutum,
Quàm ſanum eſt cognoſſe Deum: iam corde videbant
Qui lucis ſenſere viam, tunc cæca precantum
Lumina diffuſo ceu torpens ignis olivo
Sub Domini micuere manu, tactuque ſereno
Inſtaurata ſuis radiarunt ora lucernis.

De energumeno ſurdo mutoque curato.
Lucæ 11.

His ita dimiſſis alius producitur æger,
Multiplici languore miſer, qui voce relictus
Auditu vacuus, ſolo per inania membra
Dæmone plenus erat: hunc protinus ordine ſacro
Curuauit verſis Deus in contraria cauſis,
Dæmonio vacuans, auditu & voce reformans.

De poteſtate curationis diſcipulis data.
Matth. 10.

Nec minus interea proprios iubet omnia poſſe
Diſcipulos, totiſque ſimul virtutibus implens,
Ite ait, & triſtes morborum excludite peſtes,
Sed domui Iſraël, (quia necdum nomine gentes
Auxerat hoc omnes) cœlorum dicite regnum,
Dæmonijs auferte locum, depellite lepram;
Functaque ſubductæ reuocate cadauera vitæ,

Sumpſiſtis gratis, cunctis impendite gratis.
Ac velut hoc dicens, ego vobis quippe miniſtris
Seruandos committo greges, ego denique paſtor
Sum bonus, & proprios ad victum largior agros.
Nemo meis ouibus quæ ſunt mea paſcua vendat.
Hæc in Apoſtolicas ideo prius edidit aures
Omnipotens, vt ab his iam ſeſe auctore magiſtris
In reliquum doctrina fluens, decurreret æuum.
Qualiter ex vno paradiſi fonte leguntur
Quattuor ingentes procedere curſibus amnes,
Ex quibus in totum ſparguntur flumina mundum.
Quiſquis enim deitatis opus, quod non habet ex ſe B
Sed Domino tradente gerit, ſub nomine puro
Suſcipiet, puro diſpenſet munere, poſſit
Vt diſpenſator, non vt mercator haberi,
Dauidiſque modis vitam cantare futuram,
Intrabo in Domini requiem: quia neſcio mercem.

De manu arida in ſynagoga illico reſtituta.
Matth.13.Marc 3.Luc.6.

Exin conſpicuam ſynagogæ ingreſſus in aulam,
Aſpicit inualidum, demiſſo corpore mancum,
Semineccm membris, non totum viuere, cuius
Arida torpentem damnârat dextera partem,
Imperioque medens, gelidam recaleſcere palmam
Præcipit, & reddi diuino more ſalutem,
Sicut ſemper agit, nil tollit & omnia reddit.

De lunatici cæci ac muti ſanatione.
Matthæi 12.

En iterum veteres inſtaurans lubricus artes
Ille chelydrus adeſt, nigri qui felle veneni
Liuidus humano gaudet pingueſcere tabo,
Quodque per alternos totiens diſperſerat agros
Virus, in vnius progreſſus viſcera fudit.
Cui vocem lumenque tulit, triplicique furore
Saucia membra tenens, mutum quatiebat, & orbum.
Tunc Dominus mundi, lux vera, & ſermo parentis
Sordibus excluſis, oculos atque ora nouauit,
Verbaque per verbum, per lumen lumina ſurgunt.

De erectione mulieris per annos 18. curuatæ. E
Luc. 13.

Venerat & mulier morbo contracta vetuſto,
Non ſenio, tremebunda, gemens, incurua, caducis
Vultibus, & ſolam deſpectans cernua terram.
Quæ miſerante Deo iuges poſt octo decemque
Membra leuat meſſes, cœlumque & ſidera tandem
Cernit, & ardentem ſolis reminiſcitur orbem.
Totâ erecta videns, quia quos malus opprimit hoſtis,
Ima petunt: quos Chriſtus alit, ſine labe reſurgunt. F

De quinque virorum millibus, quinque panibus & duobus piſcibus ſaturatis.
Ioannis 6.

Cumque dehinc populum ſeſe in deſerta ſequutum
(Vt typicus Moſes, veruſque Propheta) videret
Antiquam ſentire famem, maioribus actu

A *Antiquam monſtrauit opem, tunc alite multo*
Carnis opima dedit, geminis modo piſcibus auxit.
Sufficiens tunc manna pluit: modò panibus amplum
Quinque dedit victum per millia quinque virorum.
Cætera turba latet, numero nec clauditur vllo
Maxima paruorum legio, vel maxima matrum.
Quoque magis ſtupeas, cophinos ablata repleruni
Fragmina biſſenos, populiſque vorantibus aucta
Quæ redit à cunctis non eſt data copia menſis

De ambulatione Domini ſuper aquas, & Petro mergente Domini manu leuato.
Matthæi 14. Marci 6.

Iamque ſeneſcentem gelidi ſub cærula ponti
Oceano rapiente diem, cum pallor adeſſet
Noctis, & aſtriferas induceret Heſperus vmbras,
Diſcipuli ſolo terris reſidente magiſtro,
Vndoſum petiere ſalum, fluctuque tumente
Torua laborantem iactabant æquora puppim,
Aduerſus nam flatus erat, tunc noctis opacæ
Tempore calcatas Dominus ſuperambulat vndas,
C *Et vaſti premit arua freti, glaucique fluentis*
Circumfuſa ſacras lambebant marmora plantas,
Miratur ſtupefacta cohors, ſub calle pedeſtri
Nauigeras patuiſſe vias: at Petrus amicam
Doctus habere fidem, Chriſtumque agnoſcere ſemper,
In medias deſcendit aquas, quem dextra leuauit
Labentem Domini, nil tanto in gurgite paſſum.
Cui portus fuit illa manus, pelagique viator
Libera per vitreos mouit veſtigia campos.

D De cunctis in Geneſar infirmis ſanatis fimbriæ Dominicæ tactu.
Matthæi 15.

Geneſar inde ſolum Domino veniente coloni
Infirmos traxere ſuos, vt fimbria ſaltem
Vix attacta Dei, morbis medeatur acerbis,
Senſerunt ingem quotquot tetigere ſalutem.
Quàm pretioſa fuit quæ nunquàm vendita veſtis,
Ipſa omnes modici redimebat munere fili.

De filia Cananeæ à Domino liberata.
Matth. 15 Marc. 7.

Hinc Tyrias partes Sydoniaque arua petentem
Anxia pro natæ vitio (quam ſpiritus atris
Vexabat ſtimulis) mulier Cananæa rogabat,
Se canibus confeſſa parem, qui nare ſagaci
Semper odoratæ recubant ad limina menſæ,
Aſſueti refluas dominorum lambere micas.
Vox humilis, ſed celſa fides, quæ ſoſpite nata
De cane fecit ouem, gentiſque in ſenibus ortam
Compulit Hebræi de gramine veſcier agri.

De diuerſorum totius vulgi curatione morborum.

Alta dehinc ſubiens montis iuga plebe ſequente,
Millia cæcorum, claudorum millia paſſim,
Leproſos ſimul & populos, ſurdaſque cateruas,

Inualidaſque manus, & quicquid debile vulgi
Venerat, in priſcum componit motibus vſum,
Et renocata ſuis attemperat organa neruis.

De ſaturitate quattuor millium virorum, & ſeptem panibus, paucíſque piſciculis. Matth. 15. Marc. 8.

Dumque medens ægrum refouet virtute tumultum,
Tertia lux aderat, ſterilique in ceſpite nullum
Contigerat plebs tanta cibum, nimioſque labores
Nutribat geminanda fames, ſi ſaucia callem
Turba per ingentem dapibus ieiuna rediret.
Qua flexus pietate Deus, qui ſemper egentum
Panis adeſt, victumque locis ſine frugibus infert,
Piſculis paucis, & ſeptem panibus agmen
Pauit enorme virûm, præterque infirma ſecundi
Sexus, & ætatis ſaturauit quattuor illic
Millia veſcentum, plus vt mireris, & auctas
Diſce fuiſſe dapes, epulas nutriuit edendo
Vulgus, & attritæ creuerunt morſibus eſcæ.
Relliquiaſque ſuas ſportarum culmina ſeptem
Expauit fugitiua fames, vbi fragmine ſumpto
Vidit abundantem modico de ſemine meſſem.

De transfiguratione Domini, & Moyſe pariter Heliaque monſtrato. Matth. 17. Marc. 19. Luc. 9.

Nec tamen humano quamuis in corpore Chriſtum
Matris ab occaſu mortalia membra gerentem
Clam fuit eſſe Deum, quia non abſconditur vnquam
Vrbs in monte ſedens, modio nec ſubditur ardens
Lychnus, anhelantem ſed ſpargens altius ignem,
Cunctis lumen agit: radiant nam teſtibus amplo
Diſcipulis fulgore tribus, velut igneus ardor
Solis, in æthere am verſus ſplendore figuram,
Vicerat ore diem, veſtemque tuentibus ipſam
Candida forma nimis Domini de tegmine fulſit.
O meritum ſublime trium, quibus illa videre
Contigit in mundo, quæ non ſunt credita mundo!
Quid quod, & Heliam, & clarum virtute Moyſen,
Ignotos oculis viderunt lumine cordis,
Vt maior ſit noſtra fides, hunc eſſe per orbem
Principium ac finem, hunc ſimul Alpha videriet hunc Ω,
Quem medium tales circumfulſere Prophetæ:
Alter ædhuc viuens, alter ſtans lumine mortis.
Sydereoque ſono, meus eſt hic filius, aiens,
Oſtendit verbo genitum vox patria Chriſtum.

De lunatico cuiuſdam filio patris ſupplicatione ſaluato. Matth. 19. Marc. 9. Luc. 9.

Poſtquàm corporeos virtus regreſſa per artus
Texit adoratam carnis velamine formam,
A *Seque palam Dominus populis dedit, ecce repentè*
Vir humilis mæſto deiectus lumina vultu
Precedit, ſupplexque manus & brachia tendit,
Imploratque gemens, vnus mihi filius, inquit,
Eſt Domine: horrenda lacerat quem ſpiritus ira,
Nec linquit, niſi mergat aquis, aut ignibus atris
Opprimat, atque animam dubia ſub morte fatiget.
Hunc precor expulſo miſeratus vtrunque furore
Redde mihi, vel reddo ſibi, nec cæca poteſtas
Expellat trepidam ſubtracto lumine vitam.
Dixerat, & genua amplectens, genibuſque volutans
B *Hærebat, Dominuſque pio iam pectore votis*
Annuerat, tunc prædo furens, ac noxius hoſtis
Cui poſſeſſa diu eſt alieni fabrica iuris,
Peruaſa migrare domo compulſus, in iram
Tollitur accenſam, correptaque carpere membra
Nititur, & fruſtra Domino prohibente laborans
Fugit in obſcuras, puero viuente, tenebras.

De ſtatere reperto in ore piſcis ad ſoluendum Domino iubente tributum. Matth. 17.

C *Rex etiam ſolus regum, & Dominus dominorum*
Non dedignatus Petre piſcante tributum
Soluere Cæſareum, medij de gurgite ponti
Hamum ferre iubet gerulum didrachmatis aurei:
Incola mox pelagi pendentia fila momordit,
Iuſſa tributa ferens, grauiorque onerante metallo,
Vilis honor piſcis pretio maiore pependit.

De eo quod diſcipulis de primatu percontantibus humilem dixit fore maiorem.
D Matth. 18. Marc. 9. Luc. 9.

Diſcipuliſque ſuis ſe percontantibus, aula
Cæleſtis regni maior quis poſſit haberi?
Vt Deus & doctor mirabilis, omnibus, inquit,
Celſior eſt humilis, cunctiſque potentior ibit
Qui cunctis ſubiectus erit, ſeſeque minorem
Demiſſa ceruice feret, velut iſte videtur
Paruulus, & monſtrat puerum conſiſtere paruum
Scilicet ingenium teneri ſectemur vt æui
E *Non annis, ſed mente iubet, quia mollior ætas*
Nil pompæ mortalis amat, non ambit honorem,
Nec reſupina tumet, ſic puræ ſemita vitæ
Quantum prona ſolo, tantum ſit proxima cælo:
Mens etenim vergens, altum petit, altaque vergit,
Inferiorque gradus, quo vult deſcendere ſurgit.
Ecce humilem Dominus de ſtercore tollit egenum,
Et facit egregios inter reſidere tyrannos:
At contra tumidum pugnaci mente rebellem
Præcipitem cælo ſub tartara iuſſit abire.
F *Parua loquor ſi facta Dei per ſingula curram,*
Et ſpeciale bonum, cùm ſit generale, reuoluam.

LIBER QVARTVS.

* * *

De diuite regnum Dei intrare non potente.

Matth. 29. Marc. 10. Luc. 18.

IAM placidas Iordanis item tranſgreſſu arenas,
Iudææ ſectatus iter, ſine nomine mixtum
Vulgus & innumeras releuans à clade cateruas,
Suſcipit infirmos, & dat diſcedere ſanos.
Nil igitur ſummo de ſe ſperantibus vnquàm
Difficile eſt conferre Deo, cui prona facultas
Ardua planare, & curua in directa referre,
Et quicquid natura negat ſe iudice præſtat.
Namque foramen acus, ſicut penetrare camelus
Membrorum præ mole nequit. ſic diues opima,
Fertilitate tumens, tenuem non poſſit adire
Cæleſtis regni ducentem ad limina callem,
Ni genitor rerum (qui mundum lege coercet,
Et nulla ſub lege manet, cui condere velle eſt,
Quem frons nulla videt, ſed totum conſpicit) ipſe
Hoc impoſſibile eſt homini dixiſſet, & alto
Poſſibile eſt ius omne Deo, multiſque moleſtum
Diuitibus tandem faceret miteſcere cenſum.
Nam proprias bene tractat opes, cæloque recondi
Theſauros vult ille ſuos, vbi quicquid habetur
Non mordax ærugo vorat, non tinea ſulcat,
Nec male defoſſum famulatur furibus aurum,
Ieiunis quicunque cibum ſitientibus hauſtum,
Hoſpitibus tectum, nudis largitur amictum,
Solatur nexos in carcere, perfouet ægros,
Atque alijs largus, ſibi tantum conſtat egenus.
Nec dubiè in cælum ſubſtantia perueniet illa,
Quæ Chriſto collata datur ſub paupere forma,
Quæ damnis augmenta capit, quæ ſpargitur vt ſit,
Quæ perit vt maneat, quæ vitam mortua præſtat.

De duobus cæcis poſcentibus à Domino illuminari. Matth. 9.

Præterea Dominus geminos conſidere cæcos,
Dum quoddam tranſiret iter, comitante caterua,
Conſpicit, extinctæ poſcentes munera formæ,
Flebilibuſque vagas implentes vocibus auras.
Nec cunctata ſolens pietas inferre ſalutem,
Quæ ſenſit flagrare fidem, mox lumina tangens
Euigilare iubet, quæ ſomnus preſſerat ingens,
Atque diu clauſas reſerans ſub fronte feneſtras,
Ingrediente die fecit diſcedere noctem.

A De ſanatione cæcorum, & claudorum multorum, & areſacta verbo ficulnea. Matt. 21. Marc. 11. Luc. 17.

Hinc repetita ſacri gradiens per mœnia templi
Lumina cæcatis dedit, & veſtigia claudis.
Talia Dauidicam poſt facta reliquerat vrbem,
Bethaniæ vicina petens, eademque reuerſus
Clareſcente die properabat viſere tecta:
Ecce autem medijs aſtans ſublimis in aruis
Frondea ficus erat, cuius in robore nullum
B *Reperit eſuriens luſtrato ſtipite pomum,*
Arboreiſque comis: Iam nunc ex germine vaſto
Nullus, ait, fructus reliquum generetur in æuum.
Confeſtim viduata ſuis ficulnea ſuccis
Aruit, & ſiccis permanſit mortua ramis.
Omnis enim quicunque Deo nil fertile nutrit,
Ceu ſterilis truncus, lignis æquabitur vſtis.
At iuſtus palmæ ſimilis florebit amœnæ,
Semper habens frondes, & tanquam Libana cedrus
Multiplicandus adeſt, & ſidera vertice tangit.

C De muto reddita loquela dæmone pulſo. Lucæ 11.

Poſt oblatus ei virtutem ſenſit herilem
Inſanus ſermone carens, quem faucibus arctis
Vrgebat vis clauſa mali, vitiumque tacendo
Prodiderat. Sed cuncta ſolens infirma leuare
Conditor obſeſſa pepulit de fauce latronem,
Et voci patefecit iter, nexuque ſoluto
Muta diu tacitas effudit lingua loquelas.

D De dimiſſis mulieri peccatis, quæ Dominicos pedes lauit lacrymis, terſitque capillis. Luc. 7.

Poſt Dominus Phariſæa petens conuiuia cœnæ.
Orantis dapibus ſeſe impartiuit amici.
Tunc mulier (quam fama nocens, & plurima vita
Mordebant delicta ſuæ) clementia ſupplex
Corruit amplectens veſtigia, quæque profuſis
Irrigat incumbens lacrymis, & crine ſoluto
Nec tergere ſacras, nec ceſſat lambere plantas,
E *Vnguento fragrante fouens, ſententia donec*
Lata Dei (quem ferre manum non pœnitet vnquam,
Si nos pœniteat veterem quæſiſſe ruinam)
Vade, fides mulier tua te ſaluauit ab omni
Dixiſſet, quodcunque malum geſſiſſe videris.
Vtere pace mea. Magna eſt medicina fateri,
Quod necet abſcondi, quoniam ſua vulnera nutrit.

Qui tegit, & plagam trepidat nudare medenti.
En polluta diu, modicum purgata receſſit
Per gemitum, proprijque lauans in gurgite fletus,
Munda ſuis lacrimis redit, & deterſa capillis.

De dæmonis expulſione fatentis ipſum eſſe Chriſtum, & ſilentio imperato. Matt. 8. Marc. 5. Luc. 8.

Iamque Capharnææ ſynagogam intrauerat vrbis
Ritè docens populos, quem cum vidiſſet iniquus
Humano ſub corde latens, clamore proteruo
Spiritus infremuit, quid nobis & tibi dicens,
Perdere nos heu Chriſte venis? Scio denique qui ſis,
Et ſanctum cognoſco Dei, nec plura locutus
Imperio terrente tacet, hominemque relinquit
Pulſus, & in vacuas fugiens eu.nuis auras.
Hic etiam varijs finem languoribus eſſe
Fecit, & excluſos ſemper reticere coëgit
Dæmonas ac talem prohibet ſe pandere teſtem.
Olim quippe ferox, & nigræ mortis amator
Ille nocens anguis, deiectus culmine cœli
Cum pompis ſocijſque ſuis, omnique nefandæ
Agmine militiæ, Chriſtum quem nouerat illic
Conſpicit in terris, velamine carnis opertum,
Et gemit eſſe homini Dominum virtutis amicum.

De muto & ſurdo, qui ad tactum manus Dominicæ, & locutus eſt, & audiuit. Marc. 7.

Dumque Tyri tranſgreſſus iter, Sydonia rurſus
Arua legens placidas Dominus calcaret arenas,
Curauit gemino miſerum ſpiramine clauſum,
Qui vocem non ore dabat, non aure trahebat,
Sidereaque manus ruptis penetralibus omnes
Attactu patuere fores, lætuſque repente
Audirique loquens meruitque audire loquentes.

De cæco, in cuius oculum expuit Dominus, & ſanatus eſt. Marc. 8. Luc. 19.

Tu quoque virtutis ſenſiſti munus herilis
Procumbens oculis, in cuius lumina Chriſtus
Expuit, & ſpeciem ſimulatæ mortis ademit.

De copia piſcium, quę duas impleuit, Domino iubente, nauiculas. Lucæ 10.

Hinc maiora docens populos cœleſtia, verum
Si referat ſermone Deum, turbaſque frequentes,
Quæ nimis irruerant, cupiens vitare parumper,
Stagna petit, paruaque ſedens in Simonis alno,
Littore ſiſtentem firmabat ab æquore plebem.
Et dictis iam finis erat, tunc altius actam
In pelagus iubet ire ratim, vaſtóque profundo
Retia demitti piſcantia, quæ nihil omnem
Claudere per noctem vacuo potuere labore.
Simon paret ouans, & aquoſis gentibus inſtans
Linea clauſtra iacit, tantumque, immanis apertos
A Impleuit captura ſinus, vt præda redundans
Turbaret geminas cumulato piſce carinas,
Nam ſocia iſtic puppis erat, ſic maxima ſæpe
Gaudia non ferimus, propenſaque vota tenemus:
Quodque Deo facile eſt, homines optare nec audent.

De ſuſcitato vnico filio viduæ matris. Lucæ 7.

Talibus inſignis virtutibus ibat in vrbem,
B Quæ ſit dicta Naim, populo vallatus opimo
Et grege diſcipulum, miſerum tunc cominus ecce
Conſpicit efferri iuuenem, gelidumque cadauer,
Pluribus exequijs, & inani funere paſſum
Triſte miniſterium, cuius ſors inuida matrem
Iamdudum viduam, gemina viduauerat vrna.
Nec remorata diu pietas, inimica doloris
Auxilium vitale tulit, tactoque pheretro
Surge ait, ô iuuenis, parenſque in tempore dicto
Mortuus aſſurgit, reſidenſque loquenſque reuixit,
Atque comes genitricis abit, nam funere torpens
C Ilicet amiſſæ paſſus diſcrimina vitæ,
Non poterat famulus Domino clamante tacere,
Nec vita præſente mori, mox agmine verſo,
Deponens trepidum rediuiuo tramite luctum,
Candida felicem reuocauit pompa parentem.

De ſeptem dæmonijs à Maria iuſſione Dominica depulſis. Lucæ 8.

D Nec tibi parua ſalus Domino medicante Maria,
Multiplici læſum curauit vulnere ſenſum,
Quàm fera ſeptenis rabies inuaſerat armis,
Dæmonico cuneata globo; ſed ſquameus anguis
Imperioſa ſacri fugiens miracula verbi
Corde tuo depulſus abit, volucriſque per auras
In chaos infernæ lapſus penetrale gehennæ
Septem ingens gyros ſeptena volumina traxit.

De miſſione ſeptuaginta duorum diſcipulorum. Luc. 10.

E

Nève redundanſem cumulato germine meſſem
Exiquis Dominus fineret languere colonis,
Diſcipulos alios, quorum mens conſcia recti,
Puraque ſimplicitas, numero meritóque refulgens.
Aurea libra fuit, velut agnos præcipit inter
Sanguineos properare lupos: aſſumite, dicens,
Iura poteſtatis, nullum metuatis vt hoſtem,
Vipereaſque minas, & ſcorpion, atque inimica
F Omnia, virtutis ſenſu calcate fideli.
Nulla meis feritas famulis aduerſa nocebit,
Nec tantum hoc gaudete viri, quòd ſpiritus ater
Subi.sceat vobis, quantum quòd nomina veſtra
Scripſit in æterno cœleſtis littera libro.
Ius eſt quippe Dei, vitam præponere factis.
Nam merito ceſſante bono, miracula nil ſunt,
Quæ faciunt plerumque mali, quibus arbiter orbis
Neſcio vos dicturus erit, diſcedite cuncti
Artifices ſcelerum, rebus qui ſemper iniquis
Diuinum ſimulaſtis opus: ſic tempore Moſi

Carminibus quidam vanis Memphitis in eris
Sign.e dabant non ſponte Dei, ſed imagine falſa
Viſibus humanis magicas tribuere figuras.

De Hydropico die Sabbati in domo Phariſæi Domino iubente ſanato. Lucæ 14.

Poſt Phariſæorum cuiuſdam principis intrat
Clarificare domum, non eſcam ſumere tantùm,
Ad quam tunc facili conuenerat ille precatu.
Hic homo perſpicuo diſtentus ventre tumebat
Plenus aquæ, grauidamque cutem ſuſpenderat aluus
Incluſam paritura necem, iam membra fluebant
Accreſcente ſinu, miſeroſque infuſa per artus
Turgida per flatum macies tenuauerat ægrum,
Inque vteri ſpatium totus conuenerat hydrops.
Non tulit hanc ſpeciem mundi Pater, & ſua tranſit
Sabbata non curans, hominem curare paratus,
Quem voluit magis eſſe ſuum: nam ſabbata propter
Condita ſunt hominẽ, ſed non homo ſabbata propter.
Tunc pius humentem ſiccata corporis vnda
Iuſſit abire luem: fluidus mox viſcera morbus
Deſerit, & vacuæ reſident in pectore fibræ,
Carnalemque lacum peſtis lymphata relinquit.

De decem leproſis Dominica iuſſione mundatis. Lucæ 17.

Cœperat interea Dominus Galilæa per arua
Tranſgrediens ſancto quoddam pede tangere caſtrũ.
Hunc procul vt vidère decem maculoſa gerentes
Leproſi portenta viri, quos corpore fœdo
Diſcolor obſcœnis turpabat pœna figuris,
Præceptor miſerere, potes namque omnia IESV,
Clamantes dixere ſimul, tunc flexa poteſtas
Quæ nunquàm pietate vacat, clementior infit:
Ite, ſacerdotum conſpectibus ora referte.

Vnius ex decem gratitudo.

Cùmque viam peterent, ſubitò mundata viciſſim
Mirantur ſua membra viri, variùmque tuentes
Explorant proprias alterno lumine formas.
Ex quibus vt grates ageret pro munere tanto
Vix vnus reduci conuerſus tramite, pronus
Sternitur ad terram, Dominum virtutis adorans,
Atque ſacerdoti vero ſua protulit ora.
Denique pontificum princeps ſummùſque ſacerdos
Quis niſi Chriſtus adeſt, gemini libaminis auctor
Ordine Melchiſedech, cui dantur munera ſemper
Quæ ſua ſunt, ſegetis fructus, & gaudia viris.

De cæco Tymæi filio importunitate clamoris illuminato. Marc. 10. Luc. 18.

Cùm reſidens cæcus Tymæi filius illud
Propter iter, Dominum per quod cognouerat ire
Vociferans crebro lumen clamore petiſſet,
Nec populo prohibente tacens, accedere iuſſus
Ad Dominum, palpante manu viſumque recepit,
A *Et nullo ducente redit, quum fortiter inſtat*
Importuna fides, quicquid res dura negarit,
Sola frequens votis oratio præſtat honeſtis.

De eo quod tres ab initio panes noctis ſilentio clamans importunè extorſit. Lucæ 11.

Vnanimum panem ſic ille petebat amicum,
Qui foribus clauſis per opaca ſilentia noctis,
B *Obnixèque diu confidentèrque neganti,*
Vocibus aſſiduis precibúſque extorſit anhelis.

De Samaritana quæ aquam dare dubitans perituram, agnoſcens ſua Domino pendente commiſſa, poſtulat ſempiternam. Ioan. 4.

Præteriènſque viæ Dominus loca Samaritanæ
Humanam flagrante ſitim collegerat æſtu,
Fonſque perennis aquæ, modicam deſiderat vndam.
C *Vt biberet, quà corpus erat, tunc accola gentis*
Stans mulier, paruum puteo quæ traxerat hauſtum,
Cùm dare cunctatur peritura munera lymphæ,
Agnoſcens propriam numeroſo coniuge vitam,
Orat inexhauſti tribui ſibi dona fluenti
Æternam poſitura ſitim, qua nemo carere
Dignus erit Domini, niſi merſus gurgite Chriſti
Percipiat placidas animæ, non corporis vndas.

De culpa mulieris in adulterio deprehenſæ, ſub conditione vlterius non peccandi ſoluta. Ioan. 8.

D

Dúmque ſit media reſidens teſtudine templi
Ore tonans patrio, directi ad peruia callis
Errantem populum monitis conuertit amicis,
Ecce trahebatur magna ſtipante caterua
Turpis adulterij mulier lapidanda reatu,
Quam Phariſæa manus placido ſub iudice ſiſtens
Dum damnare parat, plus liberat: omnibus illis
E *Nam ſimul è turbis, proprio ſine crimine nullus*
Accuſator erat, ſaxum qui miſſile primus
Sumeret obſcœnæ feriens contagia mœchæ.
Nec poterat quiſquam feſtucam euellere paruam
Ex oculo alterius, proprio qui lumine grandem
Sciret ineſſe trabem, profugus ſic ille receſſit
Impetus, & clemens donat ſententia culpam,
Iam non peccandi ſub conditione ſolutam.
Non vomitum quicunque ſuum canis ore relambit,
Nec veterem ſtudet hic veniam, nec habere futuram,
F *Huius damna tenens, huius compendia perdens.*

De illuminatione cæci nati, & ipſius myſterio facti. Ioan. 9.

Inde means genitum cernit conſidere cæcum,
Qui malè prægnantis dilapſus ventre parentis
In lucem ſine luce ruit: tunc ſanguinis ille
Conditor humani, mundique orientis origo
Imperfecta diu proprij non paſſus haberi
Membra operis, natale lutum per clauſtra genarum

Illiniens, hominem veteri de ſemine ſupplet.
Nec viſum tamen ante capit, quàm voce iubentis
Accepta Domini Siloam veniſſet ad vndam,
Et conſanguineis fotus medicamine limi
Pura oculos fouiſſet aqua, mox ergo gemellæ
Vultibus effulgent acies, tandémque merentur
Ignotum ſpectare diem, cognoſcite cuncti
Myſtica quid doceant animos miracula noſtros.
Cæca ſumus proles miſeræ de fœtibus Euæ,
Portantes longo natas errore tenebras.
Sed dignante Deo mortalem ſumere formam
Tegminis humani, facta eſt de virgine nobis
Terra ſalutaris, quæ fontibus oblita ſacris,
Clara renaſcentis reſerat ſpiramina lucis.

De Lazaro quatriduano mortuo ſuſcitato. Ioann. 11.

Bethaniæ inde ſolum repetens, intrarat, ibique
Lazarus occidua tumulatus ſorte iacebat
Iam quarto ſine luce die, clauſiſque ſepulcri
Marmore, corruptum tabo exalabat odorem.
Flebant germanæ, flebat populatio præſens,
Flebat & omnipotens, ſed corpore non deitate,
Examinéſque artus, illa pro parte dolebat
Qua moriturus erat, lacrymiſque impleuit amicum
Maieſtate Deum, quid credere Martha morares?
Quidve Maria gemis, Chriſtus dubitatis, an vnum
Poſſit ab infernis hominem reuocare cauernis?
Qui dabit innumeras poſt funera ſurgere turbas?
Ergo vbi clamantis Domini ſonuit tuba dicens:

A Lazare perge foras, magno concuſſa pauore
Tartara diſſiliunt: Erebi patuere receſſus,
Et tremuit lethale chaos, mortiſque profundæ
Lex perit, atque anima proprias repetente medullas
Cernitur ante oculos viuens aſtare cadauer.
Poſtque ſepulcralem tandem recreatus honorem
Ipſe ſibi moriens, & poſthumus extat & hæres.

De ſeſſione aſelli, & de turbis Deum laudantibus. Matth. 21. Marc. 11. Luc. 19. Ioann. 12.

B

Vtque, caduca vagi contemnens culmina ſecli,
Monſtraret ſe ritè Deum, non curribus altis
(Qui pompæ mortalis honor) rapidiſque quadrigis
Puluereum ſulcauit iter, nec terga frementis
Ardua preſſit equi, phaleris qui pictus & oſtro
Ore cruentatum mandentia concutit aurum.
Sed lento potius geſtamine vilis aſelli
Rectori ſuffecit honos, leuis vngula cuius,
Vt tanto ſeſſore decus mirabile portans,
Nobilior ſub faſce foret, non illius impar
C Qui patulo Chriſtum licet in præſepe iacentem
Agnouit tamen eſſe Deum, plebs omnis adorans
Inſolito molles ſubiecit tramite veſtes.
Dicite gentiles populi cui gloria regi
Talis in orbe fuit, cui palmis compta vel vnquàm
Frondibus arboreis, laudem cœleſtibus hymnis
Obuia turba dedit, Domino niſi cum patre Chriſto,
Qui regit æthereum princeps in principe regnum
Cui ſanctus ſemper conregnat ſpiritus æquè.

LIBER QVINTVS.

(****)

De eo quòd propinquante Paſchate exclamante Domino, Pater glorifica nomen tuum, Paterna ei ſit cœlitus voce reſponſum. Ioan. 11. & 12.

HAS inter virtutis opes, iam proxima Paſchæ
Cœperat eſſe dies, Domini cùm gloria vellet
Ponere mortalem, viuamque reſumere carnem,
Non aliam: ſed rurſus eam quam munere plenam
Lucis ab infernis reuelans ad ſidera duxit,
Exclamánſque palam, Pater iſta memet in hora
Saluifica, ſed in hanc ideò veni tamen horam,
Clarifica nomenque tuum: permagnáque cœlo
Vox reſonans venit per nubila: clarificaui,
Clarificabo iterum quid apertius eſt? patre teſte,
Cœlo aſſertore. At nec ſic cognoſcere Chriſtum
Gens voluit Iudæa Deum, pars eſſe ferebat
Hoc tonitrum: pars Angelicam crepuiſſe loquelam.
O gens cæca oculis, ô gens duriſſima corde!
Non tonitrus potuit Chriſtum, ſiue Angelus vllus,
Auctorem generaſſe ſuum, qui nomine Patris
Audito reſponſa daret, ſed ab ore tonantis
Natum agnoſcentis, populus quo crederet aſtans,
Vox emiſſa ſuo reſpondit conſona verbo.

D De humilitatis exemplo quo pedes ſeruorum Dominus lauans, nec Iudæam excepit traditorem. Ioan. 13.

Annua tunc ſacræ celebrans per munera cœnæ
Paſchales ex more dapes, humilemque miniſtrum
Se faciens, & grata ſuis exempla relinquens
Aſſurgit, famuliſque libens famulatur, & omnem
Linteolo accinctus tantum inclinauit honorem,
Diſcipulis vt ſponte lauans veſtigia cunctis,
Nec Iudam exciperet, quem proditionis iniquæ
E Nouerat auctorem, ſed nil tibi gloria ſæue
Traditor illa dabat pedibus conſiſtere mundis,
Qui ſenſu pollutus eras, velut omne ſepulcrum
Exteriora gerens albæ velamina formæ,
Sordidus, interius fœdóque cadauere plenum.

De conſecratione panis & vini, & prodirore tincti panis porrectione monſtrato, quem dicit melius fuiſſe non naſci. Matth. 26. Luc. 22. Marc. 14. Ioannis 13.

Nec Dominum latuere doli, ſceleriſque futuri
Prodidit auctorem, panem cui tradidit ipſe,
Qui panis tradendus erat: nam corporis atque
Sanguinis ille ſui poſtquàm duo munera ſanxit,
Atque cibum potúmque dedit, quo perpete nunquàm
Eſuriant, ſitiántque animæ ſine labe fideles.
B *Protinus in Iudam, ſedes vbi liuor habebat,*
Spiritus intrauit teterrimus, armáque ſumens
In Dominum ſeruile dedit conſurgere bellum.
Pactus grande nefas parua mercede: neque illi
Culpa datur pretio, ſed inhærent crimina facto.
Tantundem ſceleris, terdena numiſmata ſumens
Argenti, paruo cæcatus munere geſſit,
Quantum cuncta ſimul terrarum regna, mariſque
Diuitias, omnémque vagis cum nubibus æthram
Si caperet, geſturus erat: neque enim bona mundi
Sufficerent magni fuſo pro ſanguine Chriſti,
C *Qui pater eſt mundi, qui fecerat hunc quoque naſci.*
Atque vtinam ſterili damnatus matre nequiſſet
Natalem ſentire diem, nec luminis huius
Hauſiſſet placidas flabris vitalibus auras
Æterno torpore latens, miſeróque fuiſſet
Sors melior neſcire datam, quàm perdere vitam,
Aut male fuſus humo, confeſtim munera lucis
Perderet, vt puluis quem ventus proijcit ingens
A facie terræ, rapidiſque volatibus actus
Spargitur in vacuas nebulis obſcurior vmbras.

D Inuectio in Iudam, quòd dux & ſignifer armatorum ſigno tradidit.

Tunc cruente, ferox, audax, inſane, rebellis,
Perfide, crudelis, fallax, venalis, inique,
Traditor immitis, ferè proditor, impie latro,
Prauus horribiles comitaris ſignifer enſes?
Sacrilegamque aciem, gladijs, ſudibúſque minacem
Cùm moueas, ori ora premis, mellique venenum
Inſeris, & blanda Dominum ſub imagine prodis?
E *Quid ſocium ſimulas, & amica fraude ſalutas?*
Nunquid terribiles aut pax conturat in enſes,
Aut truculenta pio lupus oſcula porrigit agno?

Quòd traditus abſciſſam auriculam Dominus tangendo reddiderit ſeruo. Marc. 9. Luc. 22. Ioan. 18.

Traditus ergo viris operator ſanctus iniquis
Conſuetam non linquit opem, pueróque reuulſam
Enſe Petri (ne qua pius à pietate vacaret)
Reddidit auriculam: nec enim vindicta tonanti
Conueniens humana fuit, qui millia patrem
Angelicas ſibimet legiones poſcere poſſet
Plus duodena dari, ſi mallet ſumere pœnas
De meritis, quàm ſponte ſuas ignoſcere plagas.
Tunc parei mucrone iubet, quia venerat ipſe
Ponere pro cunctis animam, non tollere cuiquam.

A De prędictione quòd Petrus ante galli cantum ter eſſet Dominum negaturum.

Iámque Petro clara iamdudum voce fatenti
Cum Domino ſe velle mori, prius aliger, inquit,
Quàm gallus cantet, hac me ter nocte negabis,
Non reprobanda fidem, ſed prædicendo timorem.

De falſis teſtibus, & contra Dominum Caïpha præſidente, concilio. Matt. 22. Marc. 14.

Continuò ad triſtes Caïphæ deducitur ædes.
Ille Sacerdotum fuerat tunc denique princeps,
Et princeps ſcelerum, namque hoc reſidente cathedra
Peſtifera, falſis agitatum teſtibus àrdet
Concilium, iamiámque volant mendacia mille
In Dominum, vanis hominum conflata fauillis,
Quæ pereunt leuitate ſui, velut ignis oberrans
Arentes ſtipulas, vires cùm ſumma cremandi
Materies infirma rapit, victóque furore
Labitur inualidæ deformis gloria flammæ.

De ſacrilegio quo Dominum ſputis, palmis, & colaphis illuſerunt. Matth. 27. Marc. 15. Ioan. 18.

Poſtquàm nulla dolis patuit via, brachia tolli
Armat in inſontem ſæuus furor: heu mihi quantis
Impedior lacrymis rabidum memorare tumultum.
Sacrilegas mouiſſe manus, non denique paſſim
Vel colaphis pulſare caput, vel cædere palmis,
Aut ſpuere in faciem plebs execranda quieuit,
Ille tamen patiens ſubiecto corpore totum
Suſtinuit, noſtræque dedit ſua membra ſaluti.
Namque per hos colaphos, caput eſt ſanabile noſtrũ,
Sputa hac per Dominum noſtram lauere figuram,
His alapis nobis libertas maxima plauſit.

De negatione Petri, & fletu culpa ſoluta.

At ſenior qui cuncta potens prædixerat auctor
Quæ ventura forent (quoniam tranſire nequibat
Infectum quod Chriſtus ait) ſe prorſus adeſſe
Ipſius ex ſocijs, ſemel acbis térque negauit.
Vt gallus cecinit, completa eſt ſanctio Chriſti,
Et ſenſus rediere Petro: memor ille malorum
Immemoris damnauit opus, gemitúque ſequente
Culpa fugit, cedunt lacrymis delicta profuſis,
Et dulcem veniam fletus generaſtis amari.

De relato ſacerdotibus à Iuda pretio, ac ſuſpendio eius. Matthæi 26. Lucæ 22.

Iámque dies aderat nocturna mœſtior vmbra,
Flagitium viſura nouum, tenebriſque remotis
Pandebat populis Iudææ crimina gentis.
Mox igitur Dominum Pilati ad mœnia duci
Nexibus aſtrictum Iudas vt vidit iniquus,
Diriguit, ſceleriſque ſui commercia reddens

Incaſſum facti pretium, non facta reliquit.
Quidnam etenim prodeſt, illic trepidare timore
Nullus vbi timor eſt! aut quæ confeſſio retro
Lucet in inferno, cùm iam demiſſa ſecuris
Arboris infandæ radicibus, exitialem
Quæ peperit fructum, feralia germina vertat
Funditus, & dignis pereant mala robora flammis?
Continuòque trucis correptus mente furoris,
Se quoque morte petit, quanquàm tunc ſanior eſſet
Cum ſcelus vlciſci præcurreret, ipſaque diræ
Guttura vocis iter, cuncti quæ vendere mundi
Auſa redemptorem, nodatis faucibus angens
Infelicem animam laqueo ſuſpendit ab alto.
Lenior ira quidem tanto pro crimine culpæ,
Cunctorum cui nulla foret par pœna malorum.
Exitus hic mortis tamen & ſublime cadauer
Oſtendit populis, quanto de culmine lapſus
Pridem diſcipulus, qui nunc reus, alta relinquens
Sidera, tartareum deſcendet adúſque profundum:
Tunc vir Apoſtolicus, nunc vilis apoſtata factus.

De crimine quòd ſe Dominus regem dixerit eſſe.
Matth. 26. Marc. 19. Luc. 22.

At Dominus patiens cùm præſidis ante tribunal
Staret, vt ad iugulum ductus mitiſſimus agnus,
Nil inimica cohors inſontis ſanguine dignum,
Comperiens, regem quòd ſe rex dixerat eſſe
Obijcit & verum mendax pro crimine ducit.
Nec mirum, ſi iura Dei gens perfida vitet,
Imperiúmque neget, lucos quæ ſemper amauit,
Idola dilexit, ſimili nam more furentes
Tunc coluere Baal, nunc elegere Barabam,
Damnatóque pio, conſeruatóque proteruo
Mutauit per vtrumque viam ſententia iuſtam,
Auctor mortis erat, iuſſus qui ſumere lucem,
Auctor lucis erat, iuſſus qui ſumere mortem.
Credite iam Chriſtum, pro cunctis credite paſſum.
Quid dubitat adhuc, en ſectus terga flagellis,
Subditus opprobrijs, pœnas amplectitur omnes,
Nec dignus ſentire necem ceu latro periret.

De ablutione manuum Pilati.
Matth. 27.

Heu falx torua patrum, ſegetem cæſura nepotum,
Heu facinus Pilate tuum, quot geſſeris vno
Crimina iudicio vigili ſi mente notares,
Non ſolas lauiſſe manus, ſed corpore toto
Debueras ſacrum veniæ ſperare lauacrum
Corripis inſontem ſiſtis ſub præſide regem,
Præponiſque humana Deo, qua morte teneris
O ſi Dominum numeroſa cruci per vulnera figis?

De chlamydis coccineæ, & coronæ ſpineæ, & harundinis myſterio.
Matth. 17. Marc. 15. Luc. 23. Ioan. 19.

Cúmque datus ſæuit ad pœnam ſanctus abiret
Militibus, rubri vilem ſub tegmine cocci
Veſtitur chlamydem, ſpecies vt cuncta cruentæ

A *Mortis imago foret, ſpinis circundedit amplum*
Nexa corona caput, quoniam ſpineta benignus
Omnia noſtrorum ſuſceperat ille malorum,
Implet harundo manum, ſceptrũ quod mobile ſemper
Inualidum, fragile eſt, vacuum, leue: moxque alienos
Deponens habitus, proprium ſuſcepit amictum,
Scilicet humanæ poſiturus tegmina carnis,
Et ſumpturus item, nil iam vt mutabile ferret
Poſt mortem propria cum maieſtate reſurgens,
Humano ponens mortalem tegmine carnem.

B De vino cum felle mixto tacto labiis & remoto.
Matth 27. Ioan. 19.

Nec ſine diuino conſtat moderamine geſtum,
Quòd vinum cum felle datum, triſtémque ſaporem
Suſcipiens tetigit labiis, & ab ore remouit.
Quippe necem paruo deguſtaturus amaram
Tempore, quam reduci contemnere carne pararet.

C De ſalutiferæ crucis quadripartita poſitione.

Protinus in patuli ſuſpenſus culmine ligni
Relligione pia mutans diſcriminis iram.
Pax crucis ipſa fuit, violentáque robora membris
Illuſtrans proprijs pœnam veſtiuit honore,
Suppliciúmque dedit ſignum magis eſſe ſalutis,
Ipſáque ſanctificans in ſe tormenta beauit,
Néve quis ignoret ſpeciem crucis eſſe colendam,
Quæ Dominum portauit ouans ratione potenti,
Quattuor inde plagas quadrati colligit orbis.
D *Splendidus auctoris de vertice fulget Eous,*
Occiduo ſacræ lambuntur ſidera plantæ,
Arcton dextra tenet, medium læua erigit axem,
Cunctáque de membris viuit natura creantis,
Et cruce complexum Chriſtus regit vndique mũdum.

De trilingui titulo ſuper caput regis Iudæorum poſito.

Scribitur & titulus, hic rex eſt Iudæorum,
Quòd nihil à deitate vacet: nam cælicus actum
E *Hoc Hebræa refert, hoc Græce, latináque lingua.*
Hoc docet vna fides vnum ter dicere regem.

De ſortitione veſtis non ſciſſæ, & duobus latronibus.

Huius in exuuiis ſors mittitur, vt ſacra veſtis
Intemerata manens à Chriſto ſchiſma vetaret.
Quinetiam inſontis latere ex vtroque cruentos
E *Conſtituere viros, meritum licet omnibus vnum*
Non faciat ſimilis quamuis ſententia, namque
Inter carnifices ſancto pendente latrones
Par eſt pœna trium, ſed diſpar cauſa duorum.
Hi mundo ſunt quippe rei, pro crimine multo,
Huic reus eſt mundus, ſaluatus ſanguine iuſto.
Suppliciiſque tamen rerum dominator in ipſis
Iura poteſtatis non perdidit: æquus vtrumque
Iudex namque tuens, hunc eligit, hunc reprobauit,

Amborum meritum præcelſo examine penſans.
Vnus enim, quem vita ferox nec morte relinquit,
In Dominum ſceleratis mouens conuitia, dictis
Mordebat propriis, & tanquàm ſetiger hircus
Ore venenoſo vitem lacerabat amœnam:
Alter adorato per verba precantia Chriſto,
Saucius deiectus flectebat lumina, tantùm
Lumina, nam geminas arcebant vincula palmas.
Quem Dominus ceu paſtor ouem deſerta per arua
Colligit errantem, ſecumque adducere gaudet
In campos paradiſe tuos, vbi flore perenni
Gramineus blanditur ager, nemorùmque voluptas
Irriguis nutritur aquis, interque benignè
Conſpicuo pomis non deficientibus hortos
Ingemit antiquum ſerpens habitare colonum.
Ambo igitur varium diuerſo calle latrones
Aggreſſi facinus, violentum grande patrarunt.
Infernas adit ille fores, adit iſte supernas,
Ille profunda petens penetrauit clauſtra gehennæ,
Abſtulit iſte ſuis cœlorum regna rapinis.

De tenebris horarum diei trium.
Matth. 27. Marc. 15.

Interea horrendæ ſubitò venere tenebræ,
Et totum tenuere polum, mœſtiſque nigrantem
Exequijs texere diem, ſol nube coruſcos
Abſcondens radios, tetro velatus amictu
Delituit, triſtémque infecit luctibus orbem.
Hunc elementa ſibi meruerunt cernere vultum
Auxilijs orbata patris, lætæta per ortum,
Mœſta per occaſum. Nam lux vt tempore fulſit
Naſcentis Domini, ſic hoc moriente receſſit.
Non abſens manſura diu, ſed myſtica ſignans
Per ſpatium ſecreta ſuum, quippe vt tribus horis
Cæca tenebroſi latuerunt ſidera cœli,
Sic Dominus clauſi triduo tulit antra ſepulcri.

De terræ motu eiuſdem temporis.
Matth. 27.

Nec tellus ſine clade fuit, quæ talia cernens
Funditus intremuit, dubiòque in fine ſupremum
Expauit natura modum, ne cogeret omnem
Summus apex inferna petens ſuccumbere molem,
Auctoremque ſequens per tartara mundus abiret.
Sed pietas immenſa vagas properabat ad vmbras.
Perdita reſtituens, non conſiſtentia perdens.

De aceto in ſpongia iam Domino in cruce pendenti porrecto.
Matth. 27. Ioan. 19.

Nulla tamen tanti metuerunt ſigna pericli
Qui Dominum fixere cruci, quin inſuper hauſtum
Cum peteret ſitiens, vnus de plebe nefanda
Peniculo infuſum calamo porrexit acetum.
Mangeribus populis in deteriora volutis
Conueniens liquor ille fuit: nam dulcia vina
Sicut in horrendum dum conuertuntur acetum,
A menſis protecta iacent: ſic tempore priſco
Gens accepta Deo, nunc eſt odioſa propago.

A
De morte Domini, in qua petræ ſciſſæ ſunt, & cæteris ſignis tunc peractis. Matth. 27.

Ergo vbi cuncta boni completa eſt paſſio Chriſti,
Ipſe animam proprio dimiſit corpore ſanctam,
Ipſe iterum ſumpturus eam, qui mortuus idem,
Idem viuus erat, membris obeuntibus in ſe
Non obeunte Deo, cuius virtute retrorſum
Infernæ patuere viæ, ruptæque fatiſcunt
B Diuiſa compage petræ, rediuiua iacentum
Corpora ſanctorum, fractis abiere ſepulcris
In cineres animata ſuos, ſubitòque fragore
Illud ouans templum, maioris culmina templi
Procubuiſſe videns, ritu plangentis alumni,
Sancta diſciſſo nudauit pectora velo,
Interiora ſui populis arcana futuris
Iam reſeranda docens, quia lex velamine Moſi
Tecta diu, Chriſto nobis veniente pateſcit.

Inuectio aduerſus mortem. Ozeæ 3.

C
Dic vbi nunc triſtis victoria, dic vbi nunc ſit,
Mors ſtimulus, horrenda, tuus, quæ ſemper opimis
Inſtaurata malis, cunctas inuadere gentes
Pœnali ditione ſoles, eu peſſima non tu
Peruenis ad Chriſtum, ſed Chriſtus peruenit ad te,
Cui licuit ſine morte mori, quique omnia gignens
Omnia conſtituens, te non formauit, vt eſſes
Semine vipereo, culpa genitrice crearis,
Et venia regnante peris.
D
E Chriſti latere ſanguinem cum aqua fluxiſſe.

---Iam ſpiritus artus
Liquerat ad tempus, patulo iam frigida ligno
Viſcera pendebant, & adhuc furor arma miniſtrans
Cuſpide perfoſſum violat latus: ecce patenti
Vulnere purpureus cruor, & ſimul vnda cucurrit.
Hæc ſunt quippe ſacræ pro relligionis honore,
Corpus, ſanguis, aqua, tria vitæ munera noſtræ,
E Fonte renaſcentes, membris, & ſanguine Chriſti
Veſcimur, atque ideò templum Deitatis habemur.
Quod ſeruare Deus nos annuat immaculatum,
Et faciat tenues tanto manſore capaces.

De cuſtodiendo monumento.
Matthæi 27.

Ergo vbi depoſiti theſaurum corporis amplum
Nobilis accepit Domino locus ille iacente,
F Nobilior ſurgente tamen: generatio fallax
Audebat ſub corde nefas, quod nocte ſilenti
Diſcipuli Chriſtum raperent, & abiſſe referrent
Ter redeunte die, ſicut prædixerat ipſe.
Quo ſtimulante metu, vigilum munimina poſcunt
Plura dari, ſæuaque locum obſidione teneri.

Inuectio in Iudæos.

Si nondum poſt vincla crucis, poſt vulnera ferri,
Poſt obitum mortis, numeroſa cæde cruentum,
Carnifices

Carnificet impleſtis opus, nec creditis illum
Qui totiens imis animas produxit ab umbris
Poſſe ſuam reuocare magis, peioribus aptos
Conſiliis armate dolos, ſignate ſepulcrum,
Ponite cuſtodes, monumento aduoluite ſaxum.
Quis poterit ſeruare Deum, cui cardine rerum
Cũcta patent, in aquis habitat, per tartara regnat,
Et cœli de nube tonat? Quid ſæue tumultus
Excubiis deperdis opus? quid niteris illam
Explorare fidem, cui non vis credulus eſſe.

De Reſurrectione Chriſti. Matth. 28. Marc. 16. Luc. 29. Ioan. 20.

Cœperat interea poſt triſtia ſabbata felix
Irradiare dies, culmen qui nominis alti
A Domino dominante trahit, primuſque videre
Promeruit naſci mundum, atque reſurgere Chriſtum.
Septima nam Geneſis cùm dicit ſabbata, claret
Hunc orbis caput eſſe diem, quem gloria regis
Nunc etiam proprij donans fulgore trophæi
Primatum retinere dedit, hoc luminis ortu
Virgo parens, aliæque ſimul cum munere matres
Meſſis aromaticæ, notum venere gementes
Ad tumulum, vacuumque vident iam corpore factũ,
Sed plenum virtute locum. Nam miſſus ab aſtris
Angelus, amoti reſidebat vertice ſaxi,
Flammeus aſpectu, niueo præclarus amictu,
Qui gemina ſpecie terrorem, & gaudia portans,
Cunctaque diſpenſans cuſtodibus igne minaci
Venerat, in forma Chriſtum quærentibus alba.
Illæ igitur Dominum calcata viuere morte,
Angelica didicere fide: perterritus autem
Miles in ancipiti retinet diſcrimine vitam,
Deſerta ſtatione fugax, teſtiſque timoris
Vera refert gratis, ſed poſt data munera fallit.
Diſcipulúmque globum placidi ſub tempore ſomni
Clam ſibi nocturna Chriſtum abſtraxiſſe rapina
Compoſitus ſimulator ait. Fare improbe cuſtos,
Reſponde ſcelerata cohors, ſi Chriſtus (vt audet
Dicere) concluſo furtim productus ab antro
Sopitos latuit, cuius iacet intus amictus,
Cuius ad exuuias ſedet Angelus, anne beati
Corporis ablator, velocius eſſe putauit
Soluere contectum, quam deuectare ligatum?
Cum mora ſit furtis contraria cautius ergo
Cum Domino potuere magis ſua lintea tolli,
Mentita eſt vox vana ſibi, tamen iſta figuram
Res habet egregiam, Iudæis conſtat ademptum,
Quem nos deuoto portamus pectore Chriſtum.

De abiectione Synagogæ, & vocatione Eccleſiæ.

Plange ſacerdotes perituros, plange miniſtros,
Et populum Iudæa tuum pro talibus auſis.
Non tuba, non vnctus, nõ iam tua victima grata eſt.
Quænam bella tibi clanget tuba rege perempto?
Quis tuus vnctus erit, qua verum amiſeris vnctum?
Victima quæ dabitur, cùm victima paſtor habetur?
Diſcedat ſynagoga ſuo fuſcata colore,
Eccleſiam pulcro Chriſtus ſibi iunxit amore,
Hæc eſt conſpicuo radians in honore Mariæ.

A *Quæ cùm clarifico ſemper ſit nomine mater,*
Semper virgo manet, huius ſe viſibus aſtans
Luce palàm Dominus prius obtulit, vt bona mater
Grandia diuulgans miracula, quæ fuit olim
Aduenientis iter, hæc ſit redeuntis & index.

De agnitione Domini in fractione panis.

Mox aliis conuiua potens in fragmine panis
Agnitus enituit, qui verus panis apertis
Semper adeſt oculis, fidei quos gratia claros
B *Efficit, vt Dominum viuentem cernere poſſint.*
Sæpe dehinc proprios diuerſi temporis horis
Diſcipulos manifeſtus adit, veſcentibus illis,
Extemplo nunc ora ferens, nunc piſcis obuſti
Atque fani mandent epulas, quò ritè doceret
Corporeas res eſſe dapes, ſeſeque videri
In membris, quibus ante fuit. Formidine rurſus
Plebis apoſtaticæ, Dominum quæ cæca negaſſet,
Cùm foribus clauſis reſideret turba fidelis
Pace ſalutantis ſeſe intulit, atque foratas
Expandens palmas, nudat latus. Aſt ibi Thomas
C *Cui Dydimus cognomen erat, cum fratribus vnà*
Non fuerat, dubiamque fidem ſub corde gerebat.
Donec rurſus eo pariter reſidente veniret,
Qui nunquam ſubtractus erat. Tunc limine clauſo
Conſtitit in medio, non dedignatus apertum
Diſcipulo monſtrare latus, tactuque probari
Vulneris, & mentem patienter ferre labantis.
Agnitus hinc potius, quod ſit dubitantis amicus.
Quiſquis enim artifices cæca ſub imagine fraudis
Inſtruit, & vanas cupit exercere figuras,
D *Non vult agnoſci, non vult ſua facta requiri.*
Vt lateant ſub nube doli, nebulaque recludens
Omnia ſollicitos odit ſimulator amicos.

Piſcantibus Petro, Thoma & filiis Zebedæi Dominum apparuiſſe. Ioannis 21.

Gnarus item Dominus Petro piſcante per æquor,
Cum ſocijs captum eſſe nihil, demittere lina
In dextras hortatur aquas, mox gurgite clauſo
E *Pendula fluctiuagam traxerunt retia prædam,*
Per typicam noſcenda viam: nam retia dignis
Lucida ſunt præcepta Dei, quibus omnis in illa
Dextra parte manens concluditur, ac ſimul vlnis
Fertur Apoſtolicis, Domini ad veſtigia Chriſti.

De hoc, quòd diſcipuli cognouerunt Chriſtum in comeſtione piſcis aſſi, ac eius myſterio. Lucæ 14.

F *Nec piſcis, prunæque vacant, & panis in vno*
Diſcipulis inuenta loco, quiſnam ambigat vnam
His rebus conſtare fidem, quippe eſt aqua piſcis,
Chriſtus adeſt panis, ſanctus quoque ſpiritus ignis.
Hinc etenim abluimur, hoc paſcimur, inde ſacramur.
Tunc præceptor eis epulis inuitat edendis,
Alloquiis de more piis, menſamque petentes
Vnanimes nota Domini pietate fruuntur,
Et Chriſtum ſenſere ſuum, modicoque paratu

Poſtquàm victa fames, & ſurrexere relictis
Rite toris, an corde Petrus ſe diligat alto
Explorat Dominus: Petrus annuit: ergo nitentes
Paſtor amans augere greges, operario in omni
Parte bono commendat oues, commendat & agnos.
Hoc terno ſermone mouens, vt terna negantis
Culpa recens, paribus numero purgata maneret.

Chriſtus diſcipulis ſuis apparauit, de pace vera præcepta inculcans. Ioannis 14.

Inde ſequenda docens, pacem omnes, inquit, habete,
B Pacem ferte meam, pacem portate quietam,
Pacem per populos monitis diſpergite ſanctis.
Et mundum vacuate malis: gentesque vocari
Finibus è cunctis, latus qua tenditur orbis,
Iuſſis mando meis, omneſque in fonte lauari,

A Aſcendiſſe ad cœlos Chriſtum præſentibus diſcipulis, prædicandi poteſtate data Marci 16.

Hæc vbi dicta pio Dominus ſermone peregit,
Bethaniæ mox arua petit: coramque beatis
Qui tantum meruere viris ſpectare triumphum
Æthereas ſubuectus abit ſublimis in auras.
Ad dextram ſedet ipſe patris, mūdumque gubernat.
Iure ſuo, qui cuncta tenens excelſaque & ima,
Tartara poſt cœlum penetrat, poſt tartara cœlum.
Illi autem lætis cernentes vultibus altas
Ire ſuper nubes Dominum, tractuſque coruſcos
Veſtigiis calcare ſuis, veneranter adorant,
B Sidereaſque vias alacri ſub corde reportant,
Quas cunctos doceant teſtes, nam iure fideles
Diuinæ virtutis erant qui plura videntes,
Innumerabilium ſcripſerunt pauca bonorum.
Nam ſi cuncta ſacris voluiſſent tradere chartis
Facta redemptoris, nec totus cingere mundus
Sufficeret denſos per tanta volumina libros.

EXPLICIT LIB. V. PASCHALIS CARMINIS SEDVLII.

SED. PRES. VETERIS ET NOVI TESTAmenti collatio, in qua carmine reciproco dimidium verſus primi, finem complectitur verſus ſecundi.

CAntemus ſocij, Domino cantemus honorem,
Dulcis amor Chriſti perſonet ore pio.
Primus ad ima ruit magna de luce ſuperbus,
Sic homo cùm tumuit primus ad ima ruit.
Vnius ob meritum cuncti periere minores,
Saluantur cuncti vnius ob meritum.
Sola fuit mulier, patuit qua ianua letho,
Et qua vita redit, ſola fuit mulier.
Frater iniquus erat, iuſtum qui perculit olim,
Damnator Chriſti frater iniquus erat.
Tranſitus ille monet, quid prima amiſit origo,
Quin ventura parent tranſitus ille monet.
Arca leuatur aquis, homines ne perderet æquor,
Ne pereant homines, arca leuatur aquis.
Sume pater populos, pro nati vulnere cunctos,
Cùm Chriſtum tradis, ſume pater populos.
Hoſtia ſumma patris, tacitis ſignata figuris,
Quam referat Chriſtus, hoſtia ſumma patris.
Claudicat ecce vidēs Dominum, dum præualet heros,
Aſpera gens Chriſtum claudicat ecce videns.
Reppulit ille famem, diſtractus crimine fratrum:
Venditus à Iuda, reppulit ille famem.
Perfide corde peris, dum vaſtant omnia plagæ:
Dum ceſſant plagæ, perfide corde peris.

C Agnus ab hoſte ſacer, reuocauit ſanguine patres,
Sanguine noſque refert agnus ab hoſte ſacer.
Obruit vnda nefas populo gradiente per æquor,
Nunc mundi populis obruit vnda nefas.
Murmurat impietas, manna veniente refecta,
Panis adeſt Chriſtus, murmurat impietas.
Plebs ſibi dura caput terræ cultoris adoptat,
Abſtulit heu Chriſtum plebs ſibi dura caput.
Lex dedit indicium veteris de crimine pœnæ,
Quòque ſalus veniat, lex dedit indicium.
D En lapis irriguus, ſatiare incredule fonte,
Qui Chriſtum reprobans, en lapis irriguus.
Carpitur igne ſacro munus votumque piorum,
Seditioſa tribus carpitur igne ſacro.
Regna beata patris legis non contigit hæres,
Chriſtus diſpenſat regna beata patris.
Deſtruit arca Dei muros dum circuit hoſtis,
Sic hoſtem mundi deſtruit arca Dei.
Area vellus habet, madido ſed vellere ſicca eſt,
Siccum tota madens area vellus habet.
E Vincis honore Dei præmiſſo munere gentes,
Affectum natæ vincis honore Dei.
Tu decus omne tuis qui ſternis cæde Goliam,
Qui vincis mundum tu decus omne tuis.
Maxima dona Dei cuncti cecinere Prophetæ,
Impleuit Chriſtus maxima dona Dei.
Pondera dura tulit, mandatum legis & iram,

Gratia mandati pondera dura tulit.
Virgo Maria nitet nullo temerante pudorem,
Poſt partum pueri virgo Maria nitet.
Filius hic hominis ſit maxima quæſtio mundi,
Nobiſcum Deus eſt filius hic hominis.
Gaudia magna Dei mundus percepit, & ambit,
Reſpuit heu mundus gaudia magna Dei.
Signa mouent populos, cernunt magnalia cæci,
Nulla tamen duros ſigna mouent populos.
Aſpera mors populis ligno deducta cucurrit,
Aufertur ligno aſpera mors populis.
Ipſe tulit Dominus pro pœnis munera ſeruis,
Pro ſeruis pœnas ipſe tulit Dominus.
Vita beata necem miſeris auertere venit,
Pertulit à miſeris vita beata necem.
Lumen adeſſe Dei perſenſit tartarus ingens,
Nec cernunt homines lumen adeſſe Dei.
Mortifera per hominem miſerum ſibi ſubdidit orbem,
Subdita contremuit mors fera per hominem.
Suſcitat ecce genus morti pater ille prophanus,
Ad vitam Chriſtus ſuſcitat ecce genus.
Hic populus Dominum dura ceruice negauit,
Suſcepit primus hic populus Dominum.
Sanguine læta redit fuſo gens impia Chriſti,
Guſtato Chriſti ſanguine læta redit.
Crimina cuncta ſuis terrenus contulit auctor,
Diſſoluit Chriſtus crimina cuncta ſuis.
Libera corda ſibi facinus deuinxerat olim,
Nunc reficit Chriſtus libera corda ſibi.
Fortia vincla dedit peccati ſæua poteſtas,
Dulcis amor Chriſti fortia vincla dedit.
Iam ſuper aſtra ſedet, cuncti exultate fideles.
Perfide quid ſæuis, iam ſuper aſtra ſedet.
Mortuus ille tonat, cœlum terramque ſubegit:
Quid facient hoſtes? mortuus ille tonat.
Pellitur vmbra die Chriſto veniente figura,
Chriſtus adit gentes, pellitur vmbra die.
Te properare docent & ſigna & ſæcula prima,
Nos ſacra quæ gerimus, te properare docent.
Vnicus aduenions firmauit vota piorum,
Vota dedit nobis vnicus aduenions.
Paſſio Chriſte tua compleuit munera legis,
Munera noſtra replet paſſio Chriſte tua.
Hic homo qui Deus eſt, ſpes eſt antiqua piorum,
Spes in fine piis hic homo qui Deus eſt.
Munus erat fidei toto credentibus æuo,
Qui dedit vt credat, munus erat fidei.
Te veniente Deus, mundanus concidit error,
Occidet hic mundus, te veniente Deus.
Gratia plena Dei eſt, qui totis gentibus extat,
Abſcedant ſectæ, gratia plena Dei eſt.
Sola columba redit, quæ totum circuit orbem,
Diſcedant corui, ſola columba redit.
Adueniet Dominus dare digna piis, mala prauis,
Credite iam miſeri, adueniet Dominus.
Viſio Chriſte tui tormentum & pœna malorum eſt,
Gloria cuncta bonis viſio Chriſte tui.
Gloria magna patri, compar tibi gloria nate,
Cum ſancto ſpiritu, gloria magna Patri.

A

SEDVLII PRESBYTERI HYMNVS

Iambicus dimeter de Chriſto, ſuccinctè ab Incarnatione vſque ad Aſcenſionem, eius opera complectens.

A Solis ortus cardine
Ad vſque terræ limitem
Chriſtum canamus principem
Natum Maria virgine
Beatus auctor ſæculi
B *Seruile corpus induit,*
Vt carne carnem liberans
Ne perderet quos condidit.
Clauſæ parentis viſcera
Cœleſtis intrat gratia,
Venter puellæ baiulat
Secreta quæ non nouerat.
Domus pudici pectoris
Templum repente fit Dei,
Intacta neſciens virum
Virgo concepit filium.
C *Enixa iam puerpera eſt,*
Quem Gabriel prædixerat,
Quem matris aluo geſtiens
Clauſus Ioannes ſenſerat.
Fœno iacere pertulit,
Præſepe non abhorruit,
Paruoque lacte paſtus eſt,
Per quam nec ales eſurit.
Gaudet chorus cœleſtium,
Et Angeli canunt Deo,
Palamque fit paſtoribus
Paſtor creator omnium.
D *Herodes hoſtis impie*
Chriſtum venire quid times?
Non eripit mortalia,
Qui regnat dat cœleſtia.
Ibant Magi quam viderant
Stellam ſequentes præuiam,
Lumen requirunt lumine,
Deum fatentur munere.
Caterua matrum perſonat
Colliſa deflens pignora,
Quorum tyrannus millia
E *Chriſto ſacrauit victimam.*
Lauacra puri gurgitis
Cœleſtis agnus attigit,
Peccata quæ non detulit,
Nos abluendo ſuſtulit.
Miraculis dedit fidem,
Habere ſe Deum patrem,
Infirma ſanans corpora,
Reſuſcitans cadauera.
Nouum genus potentiæ
F *Aquæ rubeſcunt hydriæ,*
Vinumque iuſſa fundere
Mutauit vnda originem.
Orat ſalutem ſeruulo
Flexus genu centurio,
Credentis ardor plurimus
Extinxit ignes febrium.

ARATORIS SVBDIACONI ROMANÆ ECCLESIÆ CARDINALIS IN APOSTOLORVM ACTA, LIBRI DVO: DOMINO VENERABILI SANCTO, & in Chriſti gratia ſpiritualiter erudito Floriano Abbati Arator Subdiaconus ſalutem.

QVI meriti florem maturis ſenſibus ortum A
Nominis ore tui iam Floriane tenes,
Nam primæuus adhuc ſenſibus documenta dediſti,
E quibus in cælum vita pararet iter,
Ad carmen concurre meum, pedibúſque labanti
Porrige de placido ſæpe fauore manum.
Immundo ſermone quidem, ſed pinguia geſta
Scripſimus, ac pelagi pondere gutta fluit.
Inter grandiloquos per mille volumina libros
Maxima cùm teneas, & breuiora lege:
Naturæque modo, quam rerum condidit auctor,
Concurrant ſtudiis celſa vel ima tuis.
Quæ genuit tigres, quæ nutris terra leones,
Formicis, apibus, præbuit ipſa ſinum.
Et ſi reſpicias diſpenſet vt omnia rector,
Ingenium mites, vim meruere truces.
Ipſaque continuum virtus infracta laborem
Deſerit, & varias quærit habere vices.
Loricam ſolitus membris imponere miles,
Gymnaſij gaudet nudus adire locum.
Et qui ferratas acies atque agmina vincunt,
Imbelles feriunt per ſua tela feras.
Ergo gradum retinẽs, & priſca volumina linquens,
Cede dies operi, quod pia cauſa iuuat.
Senſibus ardor ineſt, horum celebrare labores,
Quorum voce fides obtinet orbis iter.
Verſibus ergo canam, quos Lucas retulit, actus
Hiſtoriamque ſequens, carmina vera loquar.
Alternis reſerabo modis, quod littera pandit,
Et tres ſi qua mihi myſtica corde datur.
Metrica vis ſacris non eſt incognita libris,
Pſalterium lyrici compoſuere pedes.
Hexametris conſtare ſcias, in origine linguæ
Cantica, Ieremiam, Iob quoque dicta ferunt.
B *Hoc tibi magne Pater cum defero munus ameris,*
Reſpice quod meritis debita ſoluo tuis.
Te duce tyro legor, te dogmata diſce magiſtro,
Si quid ab ore placet, laus monitoris erit.

ARATORIS HISTORIÆ APOſtolicæ, Liber Primus.

C
AT ſceleris Iudæa ſui polluta cruore
Auſa nefas, compleuit opus rerûmque creator
Hoc quod ab humanis ſumpſit ſine crimine membris,
Humana pro ſtirpe dedit, dignatus vt ima
Tangeret inferni, non linquens ardua cæli,
Soluit ab æterna damnatus nocte tenebras,
Ad manes ingreſſa dies: fugitiua relinquunt
Aſtra polum, comitata Deum, cruce territa Chriſti,
D *Vult pariter natura pati, mortiſque poteſtas*
Se vincente perit, quæ pondere merſa triumphi
Plus rapiens nil iuris habet, diuináque virtus
Rurſus membra ligans, animata cadauera mouit.
Ad vitam monumenta patent, cineréſque piorum
Natalem poſt buſta nouant, lux tertia ſurgit.
Maieſtas cum carne redit ſpeciémque coruſcam
Vmbrarum de ſede refert, vt ab exule limo
E *Interclusa diu patriæ repetatur origo,*
Omnipotens parat ipſe vias, & corpora ſecum
Poſt tumulos regnare iubet, moriente veneni
Semine florigero ſua germina reddidit horto.
Iamque quater denis dominus manifeſta diebus
Contulerat per ſigna fidem, cernentibus illis,
Vſque ad extremum diffuſo in limite mundum,
Quos teſtes iubet eſſe ſuos: miracula rerum

DOMINO SANCTO BEATISSIMO atque Apoſtolico in toto orbe primo omnium Sacerdotum Papæ Vigilio Arator Subdiaconus ſalutem.

MOtibus vndiſonis bellorum incendia cernens,
Pars ego tunc populi tela pauentis eram.
Publica libertas, Vigili ſanctiſſime Papa,
Aduenis incluſo ſoluere vincla gregi.
De gladiis rapiuntur oues paſtore miniſtro,
Inque humeris ferimur, te reuocante, pius.
Corporeum ſatis eſt ſic euaſiſſe periclum,
At mihi plus animæ naſcitur inde ſalus:
Eccleſiam ſubeo dimiſſa naufragus aula,
Perfida mundani deſero vela freti.
Transferor ad niueas Petri ſine turbine caulas,
Et fruor optati iam ſtatione ſoli.
Littoris ille ſinus ad carbaſa noſtra parauit,
Fluctibus in mediis cui via ſicca fuit.
Eſſe reus potero, grates ſi reddere ceſſem,
Vnius officio diſplicuere nouem:

A *Non poterant celare Deum, documenta reſurgens*
Quæ ſic certa daret, quàm mandere? corpora vitam
Hinc humana probant: cælumque petiturus, oliuæ
Progreditur luſtrare nemus, quia germine ſacro
Luminis & pacis locus eſt, vult inde reuerti,
Vnde creaturam ſignata fronte micantem
Diuinus commendat odor, cùm deſuper vnctos
Abluit interius Chriſti de nomine chriſma.
Tollitur aſtrigerum rediturus victor in axem,
Et ſecum quod ſumpſit habet: noua pompa triumphi
B *Arua Deus petit, homo ſidera: quis datur illi*
Æthereâ de parte fragor, quantumque reſultant
Cæleſtes in laude chori, cùm rector Olympi
Euehit excelſis quicquid ſuſcepit ab imis?
Ingrediénſque polum carnis comitante trophæo,
Exuuias atri raptas de fauce profundi,
Lucis in arce locat, terrenóſque erigit artus,
Quas pietate capit, propter quem venerat, iuit.
Diſcipulos ſtupor altus agit, quibus ore coruſco
Perſpicui dixere viri, quæ cognita nobis
C *Et miranda ſonant, nunc iam ſpeculemur ouantes,*
Imperijque modum per ſubdita iura probemus.
Virgine matre ſatus, calcata morte reſurgens,
Cæli ſceptra petens, his nunciat acta miniſtris:
Ne ceſſent elementa ſuo ſeruire Tonanti,
Stella omnes prægreſſa Magos, venientis honori
Militat, obſequio nubes famulatur euntis.
Angelicis igitur poſtquam eſt affatibus vſa,
Liquit oliuiferi veneranda cacumina montis,
Ad meſſem prælecta manus, qui calle citato
D *Mœnia nota petunt, quo per ſua ſabbata mille*
Paſſibus ire licet, quia tunc ſtatione ſedebat
Porta Mariæ, Dei genitrix intacta creantis,
A nato formata ſuo, mala criminis Euæ
Virgo ſecunda fugat, nulla eſt iniuria ſexus,
Reſtituit quod prima tulit, non voce querelas
Excitat aut gemitus mœrentia corda fatigat
Antiqua pro lege dolor: ſcelera ipſa, nefáſque
Hac potius mercede placent, mundóque redempto
E *Sors melior de clade venit, perſona ruinam,*
Non natura dedit: tunc fœmina fœta periclum,
Nunc timuit paritura Deum, mortalia gignens,
Et diuina ferens, per quam mediator in orbem
Prodiit, & veram portauit ad æthera carnem.
III. *Primus Apoſtolico parua de puppe vocatus*
Agmine Petrus erat, quo piſcatore ſolebat
Squamea turba capi, ſubito de littore viſus
Dum trahit, ipſe trahi meruit: piſcatio Chriſti
Diſcipulum dignata rapit, qui retia laxet
Humanum captura genus, qua geſſerat hamum
F *Ad clauem tranſlata manus, quippe æquoris imi*
Ardebat madidas ad littora vertere prædas,
Et ſpoliis implere ratem melioribus vndis
Nunc alia de parte leuat: nec deſerit artem
Per latices ſua lucra ſequens, cui tradidit agnus
Quas paſſus ſaluauit oues, totúmque per orbem
Hoc auget paſtore gregem, quo munere ſummus
Surgit, & inſinuans diuina negotia, coràm
Sic venerandus ait: noſtis quia proditor amens
Mercedem ſceleris ſoluit ſibi, tædia noxæ
Horruit ipſe ſuæ, ſtringens in gutture vocem
Exemplo ceſſante ream, qui parte necari

Promeruit, qua culpa fuit, criménque retractans
Iudicio tali permiſit membra furori,
Aeris vt medio communi poneret hoſti
Debita pœna locum: cæli terræque peroſus
Inter vtrúmque perit, nullis condenda ſepulcris
Viſcera rupta cadunt, tenuéſque elapſus in auras
Fugit ab orbe cinis, non hæc vacat vltio Iudæ:
Quæ ſuprema negat, vindictáque mercis iniquæ
Sic placitura venit, nam cum modo rura paraſſet
Funeris ex pretio, cum nomine ſanguinis emptus
Ceſpes, in externas componens buſta fauillas
De tumulis fœcundet humum, caret impius agri
Fertilitate ſui, ſolúſque excluditur aruis
Quæ monumenta ferunt, cuius tuba ſæua cruentum
Eſt exorſa nefas, qui ſignifer oſcula fingens
Pacis ab indicio bellum lupus intulit agno.
Nūc opus eſt votis, quod verba prophetica clamāt
Quem liceat ſupplere vices, tunc ſumma precantes
Conſtituere duos, Ioſeph cognomine Iuſtum,
Matthiámque, Dei paruum quod nomen, vt aiunt,
Hebræo ſermone ſonat, humilémque vocando
Comprobat, ô quantum diſtant humana ſupernis
Iudiciis, parui merito tranſcenditur ille,
Laude hominum qui iuſtus erat, duodena refulgent
Signa chori, terriſque iubar iaculatur Olympi.
Hæc quoq; lux operis quid præferat edere pergam.
Quatuor eſt laterum diſcretus partibus orbis,
Trina fides vocat hunc, quo nomine fonte lauatur
Quatuor ergo ſimul repetens ter, computat omnem
Quam duodenarius circuntulit ordo figuram:
Diſcipuliſque piis quibus hoc baptiſma iubetur,
Myſtica cauſa dedit numerum remeare priorem.
Spiritus æthérea deſcendens ſanctas ab aula IV.
Irradiat fulgore locum, quod ſtemma beatum
Eccleſiæ naſcentis erat, quibus igne magiſtro
Imbuit ora calor, dictiſque fluentibus exit
Linguarum populoſa ſeges, non littera geſſit
Officium, non ingenij ſtillauit ab aure
Vena, nec egregias ſignauit cera loquelas.
Sola fuit doctrina fides, opulentáque verbi
Materies, cæleſte datum noua vocis origo
Quæ numeroſa venit, totbque ex orbe diſertis
Sufficit vna loqui, dudum vetus æquoris arca
Cum ſuperaſſet aquas, turrim voluere maligni
In cælum proferre ſuam, quibus impia corda
Sermonum ſecuere modos, fociuſque ſuperbis
Affectus cum voce perit, confuſio linguæ
Conſimili tunc gente fuit, nunc pluribus vna eſt,
Eccleſiæ quoniam venientis imagine gaudet,
Concordes habitura ſonos, & pace modeſtis
Fit fœcunda redux, humiliſque recolligit ordo.
Quod tumidi ſparſere viri, res maxima cogit
Non reticere diu, quid ſit quod ſpiritus almus
His datur in flamma Iordanis ab amne columba.
Quod nunc rite canam promiſſaque debita ſoluam,
Si ſua dona ferat, duo ſunt hæc ſigna figuræ.
Vt ſit ſimplicitas quàm congrua diligit ales:
Quæ ne tarda gerat ſine dogmatis igne tepores,
Sit pariter ſuccenſa fides, ibi deſtinat vndis
Vnanimes, hic ore iubet flagrare docentes.
Mentibus inſtet amor, ſermonibus æſtuet ardor.
Hos etiam muſto typica ratione moueri

Error verus ait, quos ebria fonte recenti
Compleuit doctrina poli: noua vaſa liquorem
Suſcepere nouum, nec corrumpuntur acerbo,
Quò veteres maduere lacus: de vite bibentes,
Quæ Chriſto cultore dedit conuiuia turbis.
Vnde rubent, quas vertit aquas, tenuémq; ſaporem
Legis in Eccleſiæ fecit ferueſcere libris.
Tertia ſidereis inclaruit hora loquelis,
Hunc numerū Deus vnus habet, ſubſtantia ſimplex
Perſonis diſtincta tribus quàm plurima nobis
Inſtrumenta patent, ſimul hæc & tēpora mōſtrant. B
V. *Primus at ille Petrus, cui ſeruit in æquore greſſus,*
Retia iam cupiens hominum vibrare ſaluti,
Vt piſcator ouans leuet has de fonte cateruas,
Rettulit æthereos populo mirante triumphos.
Venit ad occiduas carnaliter editus oras,
Humana ſub lege Deus, qui temporis expers
Principium de matre tulit: nec vile putauit
Maieſtate potens terreni ſumere formam
Corporis: atque opifex hominum pars eſſe, ſuoque
Nos precio reuocare ſibi, poſt dona ſalutis,
Poſtquo tot erectos pulſis languoribus ægros. C
Cum defleta etiam perfunctaque corpora luci
Redderet, & ſuperas iterum concederet auras.
Se quoque permittens fuſus genitricis ab aluo
Carnis iura pati, vitam ne perderet orbis,
Maluit ipſe mori, ſed quod de virgine facta
Naſcitur, illud obit: ligno ſuſpenditur inſons,
Et ligni vacuatur onus: ſic vulnus iniqui
Fit medicina Dei, pauidis reſplenduit vmbris,
Pallida regna petens, propria quem luce coruſcum
Non potuit fuſcare chaos: fugere dolores,
Infernus tunc eſſe timet, nullumque coercens D
In ſe pœna redit, noua tortor ad ocia languet,
Tartara mœſta gemūt, quia vincula cūcta quieſcūt,
Mors ibi quid faceret, quo vitæ portitor ibat?
Hunc Deus omnipotens, cui nunquā terminus inſtat
Poſt ſacra buſta leuat, radiantem in corpore Ieſum
Vidimus, & proprtis reducem conſpeximus aſtris.
Sed fugite ò miſeri funeſta piacula gentis,
Cui, veniente Deo veteres auertere noxas,
Addita ſacrilegæ creuerunt vulnera culpæ.
Cur natos Iudæa tuos per vota cruoris E
Parricida trahis? quid Chriſti ſanguine fuſo,
Hos tecum damnata premis? nec dumque creatos
Feſtinas proferre reos? homicidaque lingua
Naturæ percuſſit iter, cui ſerior ortus
Quam facinus, diſcrimen alit, ſcelerumque propago
De natale perit, quæ ſaucia voce parentum
In lucem punita venit, ſi ſoluere cura eſt
Fœcundi crementa mali, felicibus vndis
Extinctam reparare genus, ſpes vna remitti
Debita ſupplicij, poſt crimina velle renaſci, F
Multiplicat iam paſtor oues, tria millia vulgi
Non minus illa die: in flumine diluit agni.
Hic primam poſt iuſſa Dei baptiſmatis vſus
Exoritur, data iura probans, nam trina poteſtas
Colligit hanc prolem, numerum partita per æquum.
Perfectum eſt quod mille ſonat: ſic denique ſeclis
Ponimus ætates, cum tempora dicimus orbis.
Res perfecta ſemel ter iungitur, & facit agmen
Myſtica vis numeri: gregis eſt pia forma nouelli.

A *Funditur interea per cunctos gratia ſenſus,*
Diuitiaſque metit locuples in amore voluptas.
Vtque pij coëant in fœdera pignore certo,
Res laxant, & corda ligant, ſine limite cenſus.
Affectu conſorte, licet noua iura beatis
Munifica fluxere manu, quibus vbere læto
Diuiſæ geminantur opes, & creſcit in omnes
Quod faciunt commune ſibi, totumque capeſſunt
Qui proprium nil eſſe volunt: quo fonte cucurrit
Hæc probitas, quæ ve illa fuit bonitatis origo,
B *Hinc canere incipiam, ſacris bis ſpiritus almus*
Diſcipulis conceſſus erat; nam ſpirat in illos
A Chriſto ſurgente ſemel: poſt miſſus ab aſtris,
Neſcia verba viris facundus detulit ignis.
Ne quid inexpertum ſtudio meditemur inani,
Spiritus alme veni, ſine te non diceris vnquam,
Munera da linguæ, qui das in munere linguas.
Hæc iterata reor, confirmant præmia iuſtos,
Vt duo iuſſa colant, tabulis conſcripta duabus.
Dilige mente Deum feruenti plenus amore.
Rurſus ait, carus quoque ſit tibi proximus, vt tu
C *Hoc pactum ius omne tenet, quod ſpiritus almus*
Bis veniens per corda creat, ſemel hunc dedit auctor
In terris, vt ametur homo: poſt miſit ab aſtris,
Vt flagrent humana Deum, dilectio prima eſt,
Quæ dominum vehementer amat, cui deinde ſecūda,
Quæ ſociat mortale genus, tamen incipis ante.
Poſterior numero, ſequitur comitata ſecundam
Quæ prior eſt, ſic forma docet: niſi diligis, inquit,
Cernere quem potis es fratrem: quem cernere non eſt,
Neſcis amare Deum, concordia nexa caleſcat.
Ergo pari voto Dominumque in pectora condat
D *Fratris amor, geminæ ſibi ſit ſubſtantia cauſæ.*
Claudus erat, cui prima dies exordia vitæ VII.
Membrorum cum ſtrage dedit, languore coæuo
Octo luſtra gerens, ad quem comitante Ioanne,
Reſpice, Petrus ait, votum ſpes luſit auarum,
Cumque negat meliora parat, quàm ſæpe grauatos
Deſperata iuuant, & ſemine nata ſiniſtro
Proſperitas, cælans mœſtis confinia læta
Principiis ad vota venit, gaudebit egenus
Plus vacua meruiſſe manu, qui munera poſcent
Et datur ipſe tibi, nulla hic mihi vena metalli,
E *Reſpondit, quæ fundat opes: ego ditior ægro*
Pauper ero, progreſſus abi, de voce iubentis
Exilijt medicina potens, atque hoſpite greſſu
Conuixere pedes, cunabula longa relinquens
Calcauit veteranus humum, plantiſque nouellis
Materies ſe priſca mouet, cui præpete curſu
Protulit inceſſus, quicquid non cdidit ortus.
Stat facti manifeſta fides, ſed & altera nobis
Res aperit, quod cauſſa gerit, gens nomen ab illo
F *Iſrael dicta tenet, quæ bella reliquerat æger*
Conatus certare Deo: tulit ipſe figuram
Corporis ante grauem: quam poſt in vulnere mentis
Iſrael claudus habet, qui per ſua crimina labens
Corde magis quàm carne fluit, ſpaciiſque ſub ipſis
Quadraginta annos Ægypti ſine remotus
Claudicat: Ægyptum cupiens, atque idola quærēs.
Ponitur ad portam ſpecioſam debilis, vltra
Non valet ire miſer, nec limina tangere portæ.
Culpa negauit iter: qui ſunt qui pectore claudum

Nolle carere fuit, quid enim ſubſtantia prodeſt.
Quæ ſeruata perit? quam ſideris arce locatam,
Commodius qui cedit habet, pete creditur inde
Vſuræ maioris opem, gazaſque recunde,
Quo nequeant aduerſa pati, non deterit vllus
Perpetuas ibi caſus opes, ſine fine tenebis
Quæ Dominum debere facis, nunc aſpice partes
Lector docte pias, & tecum mente ſagaci
Volue quid eſſe putes, rutili quia pompa metalli
Ponitur ante pedes, non ſacris tradita dextris,
Deſtitui debere probant, quod tangere vitant:
Calcandūque docent, quod ſubdunt greſſibus aurum,
De quo terrenæ veniunt ad pectora curæ,
Conſimili iactatur humo, quo ſiſtat auare
Mens tua diſce loco quod tu cuſtodis anhelus,
Quod ſtatione premis, quod cernere ſæpius ardes,
Cuius in amplexus per ſomnia cuncta recurris:
Horreſcunt tractare pij, nec tunc quoque geſtant,
Cum bona facta parat, quantum ſpeculantur in illo
Stare nefas, & dona gerens contemnitur aurum.
XII. *Occidit infelix Ananias vulnere culpæ,*
Fur cenſus ſub fraude ſuis; cadit impia coniunx
Supplicio percuſſa pari, quia crimine ab vno
Fit commune nefas, quoties ſcelus ante peractum
Conſenſus facit eſſe ſuum, nam mentis auaræ
Vindex illa fuit ſententia, denique quando
Auri ceſſat amor, qui pectora ſemper adurit,
Quo capitur mortale genus, qua pullulat omne
De radice malum, cuius violentior ardet
Ambitio creſcente modo, ſtimulantque rapinis
Addita lucra famem: ſed quod mutata voluntas
Falſi crimen habet, cùmque eſt iam cautio voti,
Stare decet, nec velle prius violare ſequenti
Ius proprium retinere magis, quàm demere, fas eſt,
Omnibus exemplum ſanxit vindicta duorum,
Ne quis dona vocet, quæ ſponſio debita poſcit.
Reſpice vera fides, ac dogmate clara beato
Verba require Petri, quiſnam te fallere ſuaſit,
Concluſitque probans? homines haud talia fando
Deludis mentite Deo: quæ damnat iniquos,
Ædificat doctrina pios, quod ſpiritus almus
Sit Deus ex multis plena eſt inſtructio libris.
Et tamen hinc capit arma fides: quo tendimus vltra?
Quis dubitet quod Petrus ait? qui iure venitis
Ad latices, hoc ſtate loco: ſatis hoſtibus obſtat
Eccleſiæ quod forma ſonat, diuiſor amare
Iudicium de fine time: qui criminis auctor
Erroriſque tui eſt, fuſa ruit Arrius aluo,
Infelix, plus mente cadens, lethumque peremptus
Cum Iuda commune tulit: qui gutture pendens
Viſceribus vacuatus obit, nec pœna ſequeſtrat,
Quos par culpa ligat: qui maieſtatis honori
Vulnus ab ore parant, hic prodidit, ille diremit
Sacrilega de voce rei: Deus arbiter orbis
Perſonis tribus eſt, in quo ſimul vna poteſtas
Abſtulit hic ſpecies operum bonitate creatas,
Qui fabricatoris non inſpexere decorem,
Errantes putant qui fecerit omnia factum.
II. *Fama ciet populos ad myſtica ſigna ſalutis*
E cunctis properare locis, & peſtibus ægros
In lectis deferre ſuis, quos vrbis in illa
Parte locant, quæ ſacra tenet veſtigia Petrus.

A *O mihi ſi curſus facundior ora moueret,*
Centenoſque daret vox ferrea, lingua deſerta
Hac in laude ſonos, quantum ſpecioſior eſſet
Ambitus eloquij, variis aperire figuris
Singula, nec modicis includere grandia verbis,
Quæ fuerit rerum facies, cum tempore paruo
Morborum cecidere greges, & fluxit ad omnes
Improuiſa ſalus, quam corpore fuſa ſereno
Luminis vmbra creat, dubiaque à morte remoti
Erexere caput: ſed non deprendere viſu
Auctorem potuere boni, quibus ardua virtus
B *Occultat quam præſtat opem, reſque ante paratur*
Quàm ſpes vlla foret, furtiuaque præmia vitæ
Dat medicina latens, & anheli corporis æſtum
Ignaro languente rapit, quam neſcit adeſſe
Qui veniſſe probat, creſcitque potentia facti
Agnitione carens, cuius ſplendoris imago
Omnia peruolitans, tactuque nocentia mundans
Stat donis fugitiua oculis: & munere plenos
Linquit vbique toros, hoſteſque à ſenſibus atros
Proiicit, ac nebulis larualibus exuit artus.
C *Incitus, & curis hominum de calle frequentant*
Excute Petre gradus, tecum medicina ſalutis
Ambulat, adde viam: ſpes eſt ad gaudia velox.
In pedibus non eſſe moram: tua ſemita vita eſt.
Si properas, iam nemo iacet: tu motibus vmbræ
Corpora cuncta leuas, atque hac ſimul inſcia voti
Sumit turba iacens: quod cum rogat, accipit vnus.
Omnibus ergo ſalus vno poſcente veniebat.
Quærite quos agitat tanti reuerentia facti,
Quid typicum res iſta ferat, libriſque volutis
Noſcite quod ſoli celſa eſt hæc gloria Petro.
Quæve ſub hac ſpecie lateant documenta, videte,
D *Quæ tentabo loquens, & ſi datur iſta facultas,*
Aridus vt magnas impellat riuulus vndas.
Rurſus ab antiquis veniunt miracula cauſſis,
Firmior in cunctis capitur ſubſtantia rerum
Corpore ſenſa ſuo, ſequitur quæ à corpore certo
Funditur, & ſolidam non terminat vmbra figuram.
Sed tamen ipſa ſibi præcedere corpora ſignat
Eccleſiam terris colimus, quam prodere nullum
Æthercam dubitaſſe licet: ſed verior illa eſt
Quæ ſuper aſtra manens, cæleſtis & alta vocatur:
E *Hæc in tranſcurſu dubij quæ cernitur orbis*
Ad vitæ datur eſſe viam, ſpacioque ſub iſto
Deſtinat æternæ quos colligit, atque probatis
Hinc iter eſt excelſa ſequi, regit agmen vtrumque
Petrus, & hinc ductis ſorti dat ſidera turmis,
Vt patuit per verba Dei: quod ſolueris, inquit,
Quodque ligas terris, ſic vinctum ſiue ſolutum
Æthere perdurat, culta hæc quam cernimus aruis
Ergo figura foret: firma eſt quam nubila geſtant.
Petrus vtramque regens, ibi corpus, & hic parat vmbram:
F *Et quos hic vitiis noxiſque reſoluerit ægros,*
Innocui ducantur ei, quæ permanet aſtris,
Suſceptura pias hac emundante cateruas.
Interea templi zelo mordente priores
Eccleſiam creuiſſe dolent, animæque colonos XIII.
Ne ſpargant, quod corde metant, in ſede relegant
Carceris, vt deſint naſcenti ſarcula meſſi.
Angelus adueniens tenebroſa volumina noctis

Reppulit, & ſubito micuerunt antra ſereno,
Erumpenſque dies alieno tempore ſanctos
Ad templum facit ire viros, ſed cardine fixo
Irrita ſignato cuſtodia permanet antro,
Stanſque ſuis foribus vallante crepidine carcer
Clauſus Apoſtolicis veſtigia pandit aperta
Greſſibus, & vigiles illudit ianua fallax.
O nunquam neglecta fides, cui ſubiacet illud
Quod natura negat, propriis quam legibus vti
Non ſinit omnipotens, quoties iubet ipſe viciſſim
Poſſe, quod inſolitum fieri mirata perurget.
Si quis adhuc fragili meditatur pectore Thomam,
Hinc documenta petat, quia tunc penetrata recepit
Ianua clauſa Deum, mirum eſt ſi corpore portam
Sic adeat quem virgo parit, quem viſcera matris
Integra concipiunt? humanam quæ, rogo, carnem
Sumere cauſſa fuit, niſi ſuſcitet? inde reuerſus
Exhibuit pro teſte latus, noſtrique ſcatullas
Corporis exemplo proprij docet eſſe nouandas
Vulneribus ſua membra probãs, modo Didyme diſcis
Quàm fuerit dubitaſſe nefas, an fecerit auctor
Quod vobis licuiſſe vides, ſi voluere ſenſu
Cura ſubit quod Chriſtus ait, non indiga vocis
Eſt ſpecies, cur has ſancti liquere tenebras?
Dixit, opima parans, hos luminis eſſe miniſtros,
Et candelabri poſitas velut arce lucernas
In tota fulgere domo, nox nulla retentat,
Quos lumen lux ipſa vocat, qui dona ferentem
Et teſtem meruere Deum, qua lege cauernis
Occulerit locus ille ſuis, tot in ordine ſoles.
De quibus, vt tenebras pulſis erroribus orbis
Vinceret, æternam meruit cognoſcere lucem.
XIV. Iura miniſterij, ſacris altaribus apti,
In ſeptem ſtatuere viros, quos vndique lectos
Leuitas vocitare placet: quàm ſplendida cœpit
Eccleſiæ fulgere manus, quæ pocula vitæ
Miſceat, & latices cum ſanguine porrigat agni.
Hoc numero delatus honor, ſublimia ſecum
Sacramenta gerit, per quæ nunc longius ire
Non patitur menſura viæ, ne plura loquutus,
Inueniar dixiſſe minus, ſit cura miniſtris
Officium librare ſuum, quo laudis amictu
Hunc deceat lucere chorum, quem myſticus ordo
Conſecrat in numero, cui dant cœleſtia formam.
Promiſſum ſeruabo modum, venerabilis orbi
Cœcus ait: verbi potius nos conuenit omnes,
Quàm menſæ captare cibos, ô gloria diues!
Oris Apoſtolici nunquam permittere plebem
Virtutum ſentire famem: diſperſa talenti
Creſcere ſumma ſolet, commiſſa pecunia linguæ
Diſplicuit, cùm ſola fuit, locus indicat iſte,
Quod meliora rudi populo ſint fercula mentis,
Quam fuſæ per membra dapes, lautéque peritum
Nutriat ingenium verbi pinguedo superni,
Nam quid corporeæ proſunt alimenta saginæ,
Eſuriente anima? cuius ieiunia paſci
Semper ab ore decet, menſam vt tendamus ad illam
Vberibus verbis, ad quam conuiua recumbit
Qui veſtis candore nitet: ne fulcra beata
Deſerat abſtractus, quiſquis deformis, ad illam
Eloquio ſordente venit, ferat eſca ſalutem
Progrediens de pane poli: gula pectoris ipſum

A Ambiat, atque animi pleno guſtare palato
Interior feſtinet homo, ne vilior eſſet,
Cauſſa relicta tamen, claris tractanda miniſtris
Creditur, & numerum tenuit pretioſa ſupernum.
Emicat hinc Stephanus primus qui in agone coronã, XV.
Nominis huius habet, de quo prænuncia palmæ
Vox cecinit quod cauſa dedit, ferre prælia martyr
Felices habitura neces: vbi gloria pœna,
Et cadere eſt ortus, iugulisque patentibus æuum
Naſcitur, æternæ complectens munera vitæ.
Vitæ principium fuit en ſine fine beatæ,
B Sic meruiſſe mori: lapides Iudæa rebellis
In Stephanum lymphata rapis, quæ crimine duro
Saxea ſemper eris: hunc denique Chriſtus adoptat,
Ad quam miles ouans, per vulnera ſacra vocatus,
Sanguine fecit iter, cupienſque in præmia vitæ
Hac properare via niuei metitus honorem
Callis, ad excelſi pergit faſtigia regis,
Et per tot lapides petræ coniungitur vni.
Quis furor iſte nouus, nulli feritate ſecundus,
Parcere nolle pio? vibrantibus acta lacertis
C Saxa iacis, parat ille preces, ne reſpicit vnde
Grando nefanda cadat, qui tempore mortis amice
Pro populo peccante rogat, licet omnia tecum
Tela feras, ſiliceſque graues, & pondera libres,
Quem perimis, victurus erit: qui ſine colono
Seminat exemplum, quo ſurgat vinea Chriſti,
Et calicem Domini conuiuia feſta coronent.
Lumina cordis habens, cælos conſpexit apertos,
Ne lateat quod Chriſtus agat, pro martyre ſurgit.
Quem tunc ſtare videt, confeſſio noſtra ſedentem
Cum ſoleat celebrare magis, caro iuncta Tonanti
In Stephano fauet ipſa ſibi, dux praſcius armat,
D Quos ad dona vocat, ne quis hic dimicet anceps
Corpus in arce Dei patuit, pro munere teſti
Ad Sauli poſuere pedes velamina ſæui.
Infernum quod Hebræus ait, iam conſtat vtriſque
Hinc meritum ſentire ſuum, cum ſidera martyr,
Carnifices inferna petunt, ſors prima reuelat,
Exemplumque creat, quod talia bella gerenti
Hoc de fonte fluit, ſic occidentibus vt mox
Tartara ſuccedant, morientibus aſtra pateſcant.
Sæpe ſibi ſocium Petrus facit eſſe Ioannem XVI
E Eccleſiæ quia virgo placet: quo denique iuncto
Samariæ vicina petens, baptiſmatis vndis
Ablutas ſignauit oues, quibus aſſuit almus
Spiritus, & varias fecit procedere linguas.
Fonte quidem lotus, ſed non in pectore mundus,
Hic fuerat Simon ille magus, quem prodidit orbi,
Pœnæ ſequens neſciſſe fidem, contractibus auri
Munera vult æquare Dei, nummiſque referre
Quod precio mercator emat, quem talia Petrus
Attentare videns: quiſnam te perdite, dixit,
Mouit ad iſta furor, Domini quod gratia donat,
F Vt venale putes? ſenſu hoc, non ſumitur auro.
Nec licet vt cælum corrupta pecunia quærat,
Quam terræ ſcrutator amat, tibi nulla profecto
Hac supereſt in ſorte quies, nec ad iſta venire
Tu poteris pollute dolis. qui cordis amari
Felle tumens, aliena petis, namque atria mentis
Spiritus illa ſubit, quæ ſimplicitate niteſcunt.
Hac de voce ſacræ lux eſt manifeſta figuræ.

Eccleſiæ ſpeciem præſtabat machina quondam
Temporibus conſtructa Noë, quæ ſola recepit
Omne genus, clauſiſque ferens baptiſmatis inſtar,
Cum vaga lethales pateretur turba procellas,
Ad vitam conuertit aquas, ſimul ipſa columbam
Diluit, & coruum, ſed non concordia mentis
Fecit vtroſque pares, hunc guttura plena rapinæ
Subduxere viæ, capienſque in funere paſci,
Nil potuit vitale ſequi, redit ales amica
Frugibus, & nullis ſuccumbit naufraga lymphis,
Nutrici de morte timens, ſtudioque laboris
Dat documenta pij, quanto teneatur amore
Plus operi deuota fides, roſtrique modeſti
Pignus oliua fuit, dilectio ſemper in ore
Fructum pacis habet, volitant in fluctibus ambo.
Ex vno ſanctóque ſinu ſeruantis in aluo
Purgatis vallante freto, tamen exulat vnus,
Et reditu ceſſante perit, non ergo ſaluti
Sufficit vnda lauans, niſi ſit ſine felle columba.
Qui generatur aquis, Simon hic baptiſmatis vndam
Contigerat: ſed coruus erat, ſua lucra requirens,
Quæ nunquam meruere Deum, quos limine templi
Vendentes arcere ſolet, meliora ſequamur,
Petrus ad iſta vocat, qui filius eſſe columbæ
Dicitur ore Dei, meritóque hac matre creatus,
Eccleſiæ ſublimat opus, de munere prolis
Nomen habet genitrix, quod ſpiritus eligit almus,
Alitis innocuæ dignatus imagine cerni.
Angelus alloquitur plenum virtute Philippum
Auſtralem celerare viam, qua ſpado iugatis
Æthiopum pergebat equis, qui fidus in aula
Reginæ ſeruabat opes, volat axe citato
Gaudia fixa petens, curruque merebitur ipſo
Errorum iactare rotas, ô quanta bonorum
Semina percipies, qui tam precioſa lauacri
Sumere dona venis, ſterilique in corpore condis,
Quod fructu meliore metas, impone Philippum,
Cur oris quod Hebræus ait, qui mentis honorem
Nomine teſte probat: iuuat hunc audire magiſtrum,
Diſcipuli quia iure docet: dabit ipſe, prophetæ
De quo verba ſonant, cum quo omnia fecerit olim,
Qui fuerit nunc parte ſatus, ſi credulus audis
Et tibi naſcetur, túque inde renaſceris illi.
Conſpectis properanter aquis ardeſcere cœpit
Eunuchi fœcunda fides, qui gurgite merſus,
Depoſuit ſerpentis onus, plauſtróque cucurrit
Eliæ meditatus iter, non parua figuræ
Cauſa ſub obſcuræ regionis imagine lucet.
Comprobat eptaticus, tædarum fœdere Moſen
Æthiopam ſociaſſe ſibi, quem dogmata produnt
Poſtea cum Domino vicinius ore loquutum.
Quid mirum, ſi legis amor tunc creſcere cœpit,
Eccleſiæ cum iuncta fuit? quod ſponſa perennis
Hæc veniat de gente magis, nec cantica celant
Quæ fuſcam pulcramque vocãt, hæc pergit ab auſtro
Æthiopum qui torret humum, Salomonis in ore
Pacificum laudare ſuum, quo nomine dudum
Signatum eſt quod Chriſtus habet, iam debita mundo
Cuſtodem præmittit opum, quo pignere gazas
Incipiat proferre ſuas, theſaurus in illa
Quis potior quàm fontis honor? quod ditius aurum,
Quàm locuples ſub corde fides? quàm denique rectè
A *Præmius huic ſpado eſt, qua procedente libido*
Pellitur, & capiunt cæleſtia regna pudici.
Saulus acerba fremens committere bella Damaſci
Iudaica feritate parat, ſed mutabitur agnus,
Quo properat ſæuire lupus, ſors læta ruinæ,
In qua culpa cadit, didicitque è corpore lapſo,
In mentis iam ſtare gradu, cum lumina claudit,
Pectora tunc aperit, cœlique agnoſcitur auctor
Diſcedente die, quantum meruere tenebræ
Poſt oculos maiora videt, mirabile ſeclis
B *Exemplum dedit alma fides, Anania furorem*
Excutit, ô noua palma! lupum domat ille rapacem,
Hebræus quem dixit ouem, clamabitur orbi
Hoc præcone Deus, legiſque exutus ab vmbra
Sub qua cæcus erat, terræ lucebit in omnes
Perpetuo de ſole canens, ne deſine Saule
Hunc celebrare diem, multorum lumine plena
Nox datur iſta tibi, túque hic tua nubila portas,
Vt mundi purgare queas: nunc plena figuris
Interius documenta ſequar, tectúmque latebris,
Aggrediar proferre iubar, quod tempora Saulus
C *In tenebris triduana gerit, facit eſſe fidelem*
Exempli menſura virum, tandemque coactum
Pœna magiſtra docet, Dominum ne reſpuat vltra
Poſt triduum ſuperaſſe chaos, cum cœperit ipſe
Sic viſus reparare ſuos, quod ab orbibus atris
Et ſquamæ cecidere graues: natura quod anguis
Ferre ſolet, ratione viget: Iudæa venenum
Semper ab ore vomit, crudelior aſpide ſurda,
Perfidiæ coluber ſynagogæ ſibilat antro.
Diſcipulis ſaluator ait; calcabitis angues,
D *Purior obſequiis vt ſit cæleſtibus actus.*
Vipereum iacit ante nefas, & prælia doctor
Mox meliora gerit, qui cum ſuperaſſet iniques,
Inſidias meruit clauſis euadere portis.
Sporta ſolens texi iuncis, palmiſque viciſſim
Tegmina dat Saulo, retinens in honore figuram
Eccleſiæ nam iuncus equis, & palma coronis
Semper ineſt, iuuat Eccleſiam baptiſmatis vnda,
Martyriiſque cruor, dudum veſcente caterua
Nutrici ſub dente cibi, diſtendere ſeptem
Sportarum cœpere ſinus, tot in orbe profecto
E *Eccleſias ſcriptura canit, quod ſpiritus illic*
Sic operator adeſt, & ſignat nomina virtus,
Cum tamen Eccleſiam celebremus in omnibus vnam,
Protegit ergo virum ſpecies, cui militat ipſe
Vas in vaſe manens, atque hac duce tutus ab hoſte
Egreditur cunctis dolor cui vincit in armis.
Peruigil excubiis commiſſi Petrus ouilis,
Poſtquam cuncta videns luſtrauit in ordine ſanctos,
Per Lydæ tulit arua gradus, vbi mœnibus aſtans
Reſpicit Æneam defunctis viuere membris,
Atque anima nodis laxata mole ſalutis
Non moriente mori: ſurgens paralytice, dixit,
Vectorem compone tuum, nec reddere tardes
Officium portare diu, quo munere vocis
Stringitur in ſolidum, qui fluxerat antea neruis,
Tunc iterum formatus homo, longique cadauer
Temporis, extinctos ad vitam ſurrigit artus,
Síque leuans vacui linquit monumenta cubilis,
Quod miſero pars mortis erat, plebs cuncta per illam
Cœpit ſtare viam, multiſque ſuperuenit ampla

Vnius languore ſalus, tactóque liquore
Expulit incluſi ſua mex contagia morbi,
Fonte lauans animas alieno robore firmas.
Eloquar hinc ſacræ quæ ſint arcana figuræ:
Si mihi corda monet, cuius vox corpora reddit.
Octo quod annorum languoris proditur ætas,
Iure per hoc tempus membris defecit ademptis,
Antiqua ſub lege iacens, ingulantia quippe
Vulnera ſemper habent, quorum ſit ſaucius infans
Octauo veniente die, ſanauit ab illa
B Parte grauem, lacerúmque diu diſcrimine carnis
In liquidis ſolidauit aquis: octauus vt ægrum
Solueret à plagis extincti corporis annus,
Quo numero veniente die, ſolemne reſurgens
Iam Chriſtus ſacrauit opus, ſtat temporis vſus,
Sed voto meliore redux, hinc vulnera ſerpunt,
Hinc ablata ruunt, vbi ſubdita regula pœnis.
Hic purgat medicina vadis, ſpacióque priore
Dudum laxa neciſtringuntur membra ſaluti.
Signatis etiam numero paralyticus annis
Ille iacebat iners, cui proxima mota Siloa
C Heu nullas præſtabat aquas, piſcina ligata
Porticibus, Iudæu fuit, namque atria quinque
Ad ſua clauſtra tenet, per quinque volumina Moſi
Legis adepta modum, cuius circundata gyro
Debilis æternum vidit ſine munere Ieſum,
In libris ægrota ſuis, hinc eripit vnum,
Cui veniens peccata tulit, quam rite figuram
Mundus vbiq; gerit: quem poſtquam ſabbata ſoluens
Imputit ad fontem, ſuperauit gratia legem.
Petrus ad Eccleſiam reuocat documenta magiſtri,
D Cuius in orbe manu paralyticus exilit vnus,
Et gradiente fide ſua vincula proijcit orbis.
X. Te quoque laude potens, cœleſtibus inclyta ſignis
Carminibus Ioppe canimus, qua ſede Tabitha
Manſurat fundebat opes, & ſemper egenis
Munere mater erat, quæ vita tempore clauſo
Ponitur in medio, lachrymis plus lota feretro,
Poſt funus victura ſuum, ficucia Petrum
Euocat, ille gerens diuini pignus amoris,
Vt nunquam pietate vacet, quod vota requirunt,
E Præſtaturus adeſt, lugentia tecta petenti
Stant inopes viduique greges, & brachia monſtrant,
Exuuiis onerata ſuis, quas Dorcadis ipſis
Texuerant dederantque manus, ô qualia feruens
Implorat fomenta dolor: non murmure triſti
Affectum pietatis agunt, nec ab ore frequentant
Inſtrumenta precum; quidquid benefacta merentur,
Officiis voluère loqui, vociſque repulſam
Elegere ſuæ, lateant ne vulnera cordis,
Quæ lacrymis fecere viam, facunda gementi
F Materia eſt, dixiſſe nihil, nimiúmque ſonora
Cauſſa petit, quod lingua tacet, nec ceſſat ab aure
Clamoſa pulſante fide, qua Petrus aditur
Qui mentes audire ſolet: iubet ocyus omnes
Ire foras, flexóque genu fit pronior auris.
Tunc magis alta petens, oratio fuſa Tonanti
Mox ſuper aſtra volat, propriis quæ à clauibus in- (trat:
Dic vbi ſunt mundana tuæ ſapientia leges,
Qua virtute negas in ſe corrupta reuerti,
Quæ vitam de morte vides? vt munera Petrus
Senſit adeſſe Dei, quibus eſt reddenda ſalutis

A Quæ defleta iacet, fatur conuerſus ad illam,
Surge Tabitha, vocata redit, lucique reducta
Se ſtupuit intereſſe ſibi, quam protinus ipſe
Prendit, & erectam turbis gaudentibus offert.
Illa manus meruit Petri contingere dextram,
Pauperibus quæ larga fuit, qua vita reuertens
Cætera membra leuat, corpuſque itura per omne
Hanc ſubiit quæ cauſa fuit, ſi iure mouentur,
Inſtaurata dies, animæ patet ipſa figuris,
Quam nimis antiqui depreſſerat vmbra pericli.
B Ad vocem conuerſa Petri, caput ante grauatum
Legis in obſcuræ gremio, velut altera ſurgens
Eccleſia præſente leuat, tenebraſque repellit.
Lux operum comitata fidem, quæ legis ab ore
Non fuerat promiſſa ſalus, quia fonte renatis
Gratia perpetuæ cœpit dare munera vitæ.
Cæſarea venerandus erat Cornelius vrbe, X.
Gentili de ſtirpe ſatus, quem dedita cauſſis
Vita piis ſacrauit aquis, cœpitque gerendo
Credere, qui geſſit quicquid baptiſmate lotis
Conſueuit præſtare fides, nam miſſus ab aſtris
C Angelus hunc adiens, ſummi in conſpectibus inquit
Stāt Domini, quas ſpargis opes, quæ verba precaris.
Præmia ne deſint virtutibus, accipe certam
Huc Petro veniente viam, ſic voce coruſcans
Nuncius, æternis fixit mundata lauacris.
Nona fuit tunc hora, magis qua rectius hora
Prodiret iam trina fides, quod tertia ſimplex
Hoc iterum ter trina docet, ſacrámque figuram
Singula ter faciunt, & ter triplicata fatentur.
Hæc eſt nona potens, oculos quæ reddidit orbi
D Poſt tenebras remeante die, cum protulit ortum
De radiis lux nata crucis, cunctoſque repleuit
Hoc fine ſine iubar, nam mundum conſtat onuſtum
Gentibus eſſe locum, quibus in baptiſmate lotis
Plena repurgato fulſerunt lumina mundo.
Hanc ſolet ille ſequi denarius, omnia donans,
Quem præcepta decem ſeruantibus arbiter offert.
Nec ſinit vt tardos præcedant ære priores
Temporis huius opem, quam ſacri fontis adiuit
Prænius, ô vtinam noſtræ petat actio vitæ,
E Mortaliſque ſibi ſtudium proponat origo,
Et credentis amor rerum ſpeculetur honorem,
Et ferat exemplum meritis, qui præbuit vndis.
Iamque capax fidei Cornelius, indice voto
Ad Petrum tres ire iubet: confeſſio trina
Sic veniet generantis aquæ, numerúmque per ipſum
Europæ atque Aſiæ, Libyæque tenebitur orbis.
Ardua progreditur cœnacula Petrus adire, X.
Iam medio torrente die, locus inſtruit altus
Deſpicienſque ſolum, Petrum cœleſtia ſemper,
F Non terrena ſequi, ſextæ quoque circulus horæ
Detegit ætatem, qua Chriſtus venit in orbem
Largiri ſaluantis opem, numeruſque dierum
Prætulit exemplum, quo condidit antea mundum,
Quem vetat hac eadem veniens ætate redemptor
Peccati ditione premi, ſic denique ſexta
Fertur & illa geri, feſſus de calle magiſter
Cum putet ſuper ora ſedens, per vaſa puellæ
Pocula quærit aquæ, requiem facturus vbique
Eccleſiæ de fonte ſuæ, qua Petrus in hora
Eſurit, ille ſitit, pius ad ſua dona magiſter

Addere

Digitized by Google

Addere ſemper amans, cui nominis auxit honorem,
Dat pariter nutrire fidem lætabitur orbis
Hac ſaturante fame, quæ munere pinguior omni
Delicioſa fluit, nullumque relinquit manem,
Perpetuas latura dapes, qui ſoluere noſti,
Excute Petre meæ retinacula tarda loquelæ,
Déque tuis epulis exhauſtæ porrige linguæ.
Clauiger æthereus cælum conſpexit apertum,
Vſus honore ſuo, dimittitur inde figura
Vaſis, vt in terris ſit viſio corpore Petri
Omnia poſſe capi, qui quicquid ſumit edendum.
Eccleſiæ facit eſſe cibum, præfertur imago
Quattuor ordinibus ſe ſubmittentibus vna
Forma eſt eccleſiæ, quæ quattuor eminet orbis
Partibus, & laxat totidem præconibus ora
Omne genus retinens volucrum, pecudumque ferarū,
Reptiliumque ſimul: mortalibus iſta cohærent,
Ex meritis, vitiiſque ſuis, patet ergo quod auctor
Iuſſit in Eccleſiæ transfundi viſcera gentes,
Macta & manduca dū præcipit, abſtrahe quod ſunt
Et cibi fac ſimiles: qui vertitur, alter habetur.
Denique Saulus obit, quia Paulus viuere cœpit.
Abſit, Petrus ait, quanta eſt reuerentia ſancto
Legis, & eſuriens oblatas reſpuit eſcas.
Ter ſonuit Domini vox, quæ dictata ſalutis eſt.
Hoc genitor, natúſque ſimul ſanctuſque peregit
Spiritus, huic fides pugnax cadit Arrius, vnum
Perſonas tres eſſe negans: Sabellius vnum
Sed Patrem confeſſus ait, qui deinde viciſſim
Filius, & ſanctus dicatur ſpiritus idem,
Sed totum ſit vt ipſe pater: quodque ordine trino
Continet vnus apex, hic diuidit, ille relinquit:
Victus vterque iacet, nam iuſſio trina monentis
Perſonis numerum, virtutibus indicat vnum,
Quo vocat imperio gentes, hoc credere fas eſt.
Si volumus complere fidem, facis omnia Chriſte
X. *Sanguine munda tuo lateris qui fluxit ab ictu*
Diſcretæ coniunctus aquæ, maculoſus oberrat
Anguis, & extinctum lymphis gemit eſſe venenum.
Comperit accitus quæ ſit ſua viſio Petrus
De merito qui nomen habet, nam Petrus Hebræo
Agnoſcens ſermone ſonat, pro munere Chriſtus
Sit vocitare dedit, quo cognoſcente pateſcit.
Deſcendit viſurus eos, quos miſerat illuc
Qui laticum quæſitor erat: deſcendere Petrus
Dicitur ad plebem veniens, gentemque nouellam,
Quæ necdū cognorat aquam, pars merſa profecto eſt
Sacro fonte carens, cuius via ducit euntes
Ad patriæ melioris opem: qua pergere ceſſans
Non intrat quo vita vocat, comitantibus uſdem
Cornelij properat cæleſtia regna daturus
Sanctificare domum, genibus quem poplite flexo
Non ſinit aduolui, gratis dare munera ſuetus
Arcet honoris opus. caput hinc nouus erigit orbis,
Qui percuſſus eras antiqui dente parentis,
Natalemque tibi fons reddidit, edite rurſus
Ne preme colla tuis alienis libera culpis.
Vt primum fari ſublimia dogmata Petrus
Cœpit, & æterni myſteria pandere Chriſti,
Magnanimi ſtupuere viri, vocémque ſequentes
Inuenere viam, quid non credentibus offert
Indubitata fides? cui nunquam munera tardant,

A *Nec faciunt diuina moram, mox ſpiritus almus*
Indulgens varias opulento munere linguas,
Compleuit ſine more domum, baptiſma frequentat
Petrus, vt ablutos flammis purgaret in vndis.
Exemplo caret iſte locus, quo ſpiritus almus
Præuenit, quas ſanxit aquas, qui talia ſemper
Addere dona ſolet, ſoliſque ex fonte renatis
Impoſita properare manu, gerit iſta viciſſim
Ne quiſquam putet eſſe ſuum, meritiſque venire,
Quod variat, qui ſponte parat, nam ſpiritus almus
Neſcia menſuræ fert præmia, pluſque miniſtrans
B *Quam ſperantis erat, præcedit gratia votum.*
Peruenit hinc abiens ſublimem Petrus in vrbem,
Quæ retinet vexilla crucis, plebs cuncta requirit
Gentibus vnde ſalus, aperit quibus omnia doctor,
Subiungénſque monet, numquam fas eſſe negari
Quæ veniunt bonitate Dei, ſententia voce
Digna pij monſtrare palàm cuſtodis amorem,
Vt velit ad cunctos cæleſtia regna patere,
Qui tenet has ſine fine fores, quid turba querelis
Gaudia noſtra teris? non ſunt noua munera Petro,
Tot vicibus ſignata prius, cum nominis almi
Huic Chriſtus dat laude frui, quem iura locauit
C *Eccleſiæ portare ſuæ: cum littore naues*
Proſpiciens aſtare duas, præcepta miniſtrans.
In Petri vult puppe vehi, ſynagoga profecto
Sicca remanſit humi, poſtquam doctrina magiſtri
Eccleſiæ dedit alta ſequi, ſtat perfida terris
Iam pelago currente fide, ſua quippe figura
Hæſit vtrique rati, Ioſeph Iudæa vocabat
Hunc natum, cui Petrus ait; tu Chriſte probaris
Filius eſſe Dei, pars hæc deſigitur aruis,
Quæ cecidit terrena ſequens: proceſſit in altum
D *Quæ creuit diuina loquens, cum piſce ſine vllo*
In tenebris captura fuit, iam tempore lucis.
Lux quia Chriſtus adeſt, ſpoliat vada ſalſa draconis
Vt cunctos ad littus agant ſacra retia piſces,
Et de cærulei rapiuntur fauce profundi.
Nam mare mundus erat, cuius de gurgite Petrus
Humida lina trahens, verbo piſcante carinas
Compleuit maiore ſinu, quia turba duobus
E populis ventura fores, gentéſque leuauit
Tunc famulante ſalo, plenáque in puppe fatetur,
E *Eccleſiam cuius placida ſtatione recondit,*
Quod Domini ſermone capit, qui dixerat ante
Eſſe alias quas quærat oues, has nempe parabat,
Quas nunc rite vocat, per quas clementia Petri
Congregat ætheris humana pecculia ſeptis.
Non deerit ſua fama locis: Petrus omnia prudens,
Betſaida procul vrbe fuit, quæ nomine Hebræo
Venatorum eſt dicta domus: quia verus ab illa
Eccleſiæ venator adeſt, qui cuncta peragrans
Cinxit, & ad fidei collegit retia gentes?
F *Clauditur obſcuro, ſed non ſine lumine, Petrus*
Carcere, nec poſſunt tenebræ caligine furua
Eccleſiæ celare diem, commune per omnes
Supplicium timor ille facit, cuſtodia Petri
Publica pœna fuit, proprium ſed paſtor ouile
Seruato cuſtode regit, quem ditat honore
Ter dominum confeſſus amor, de nomine petræ
Nomen Petrus habens, æterna vocabula portat,
Fundamenta gerens nunquam paſſura ruinam:

Expectate tuis, cunctóque in tempore charus
Et nobis iam Petre veni, ſimul omnibus exi,
Quos ſtimulat nunc cura prior: iam nocte profunda
Angelus aſtra ferens ergaſtula candidus intrat,
Se comitante die, cæli veniente miniſtro
Carceris vmbra fugit, pulſæ periere tenebræ:
Lucifero radiante nouo color exulat ater,
Et mutata vident nocturna crepuſcula ſolem,
Cuſtodum vallante manu inter vincula Petro
Corpore ſomnus erat, ſed cum vigilaret in illo
Quæ neſcit dormire fides, hoc Cantica clamant,
Dormio corde vigil, læti documenta figuræ
Diſcite, qui liquido meruiſtis fonte renaſci:
Et quæ forma manet ſacrato in corpore Petri,
Cernite corde pio, docet hanc virtutis apertæ
Angelus ipſe viam; tangens, latus impulit, in qua
Eccleſiæ ſtat parte caput, qua nuncius ortum
Nouerat, inde leuat, lateri ſubnexuit arcæ
Oſtia ſancta Noë, clauſis animalibus hinc eſt
Diluuio vaſtante ſalus, producitur Eua
Dormitante viro, lateris generata propago,
Nomen habens vitæ: ſi nunquam culpa fuiſſet,
Sic manſura magis, Chriſtus poſt myſticus Adam
Dignatus dare membra cruci, atq; in carne perēpta
Morte premi, qua vita redit: noua dona liquoris
Per lateris ſacrauit iter, nunc Angelus illa
Petrum parte vocat, mens credat vt omne in ipſo
Eccleſiæ conſtare decus, renoâtque ſuperno
Aſſertore fidem, quo calceamenta mouente
Hi meruere pedes, tetigit quos dextra magiſtri,
Quæ totum mundauit aquis, gradientibus illis
Concluſæ ceſſere fores. Putat omnia ſomno
Ludificante geri, cui præmia vera parauit
Maieſtas ignara doli, iam ferrea clauſtris
Porta patet, rigidi laxant ſua vincula poſtes.
Gentibus abſcindens duræ feritatis acumen,
Aſpera cuncta domat, ne ianua fixa vetaret
Orbis iter, quo curſus erit, dic gloria rerum,
Ferrea quid mirum ſi cedunt oſtia Petro,
Quem Deus ætheræ cuſtodem deputat aulæ?
Eccleſiæque ſuæ faciens retinere cacumen
Infernum ſuperare iubet? mox liber ab hoſte
Diuinum celebrauit opus, quem prima puella
A tenebris remeare probat, quia gratia Chriſti
Rem dedit eſſe parem, viſus adit ipſe reſurgens
Fœmineos, loquitur redeuntis gloria carnis,
Ad ſexum quem mater habet: patet hinc quoq; vatē
Eccleſiam ſenſiſſe ſuum, quæ gaudia portet
In cunctum diffuſa gregem, quis talia fando
Explicet, aut verbis attollat pondera rerum?
Maximus ille pauor, gelidos qui ſtrinxerat artus,
Lætitiæ menſura fuit, manet omne per æuum
Pignoris huius apex, & ſideris obtinet inſtar,
Corpore quod Petrus ſacrauit, & Angelus ore,
His ſolidata fides, his eſt tibi Roma catenis
Perpetuata ſalus, harum circundata nexu
Libera ſemper eris, quid enim non vincula præſtent,
Quæ tetigit qui cuncta poteſt abſoluere? cuius
Hæc inuicta manu, vel religioſa triumpho
Mœnia, non vllo penitus quatientur ab hoſte,
Claudit iter bellis, qui portam pandit in aſtris.

A

Liber Secundus.

Spiritus accenſam verbo radiante lucernam I.
Sub modio lucere vetans: ſecernite Saulum,
Dixit in oris opus, quem mox ſacrauit euntem
Impoſita Petrus ille manu, cui ſermo magiſtri
Omnia poſſe dedit: Cyprum Salaminaque linquens
Pergit adire Paphum, quæ fertur amoribus olim
Dedita, ſacrilegæ manſiſſe libidinis antrum,
B *Aligeroſque vagos ſtudio coluiſſe procaci.*
Hinc operum procedit apex, quia gratia maior
Ad delicta venit, culpas huic poſſe remitti
Exemplum, iam Paulus erat, quam ſplendida dudū
Materia eſt adiecta viro, primordia caſta
In luxus regione ferit, fructuſque pudicos
Multiplicat laſciuus ager, cui neſcia poſthæc
Difficiliſque foret, cum ſic videatur honeſtas
De turpi cœpiſſe loco, parſ ne qua vacaret
A meritis ieiuna: tamen molitur iniquus
Eloquio certare magus, contraria ſemper
Virtuti fecere viam, iacul ata retorquens
Eccleſiæ bellator ait: Fallacia monſtrat
Quo pereas genitore ſatus, confinia mortis
In tenebris patiere tuis, neque cernere ſolem
Tempus adulſque datur, rerúmque attendere formas
Artificem quibus eſſe negas, tunc nubila vultum
Cæruleis fixere notis, & pectoris atri
Venit in ora color, quærit iam calle negato
Quo duce tutus erat, cuius pede greſſibus inſtet,
Quis tribuat miſeratus opem, vacuaſque per auras
D *Erroris palpauit iter. Proconſule Paulus*
Mox didicit lucere fidem, cui cauſſa videndi
Nox aliena fuit, non ſunt noua Paule ſalutis
Obſequia, & tenebris lucem bene ſurgere noſti.
Omnia ſecretam referant documenta figuram,
Si libeat vigili pulſare latentia ſenſu.
Iure docens Paulus, miracula condere cœpit,
Ex oculis iubar vnde ſui micat altius oris,
Amiſſo creſcente die, ſic nuper iniquum
Subdere dignus erat, tenebriſque fatentibus hoſtem
E *Vincere, qui cæcus meruit ſine fine videre.*
Antiochi dictam de nomine viſitat vrbem II.
Paulus, & extemplo properat dare verba cateruis.
Quas ſynagoga tenet, dextráque ſilentia mandans:
Noſtis, ait, patribus tellus Ægyptia noſtris
Quæ poſuit feritate iugum, crudelibus aruis
Quos rapuit per ſigna Deus, quibus omnia cedens
Mutauit natura vices, cum virga fugauit
Terga maris, fluctuſque ſuis ſtetit exul ab oris,
Puluereo de calle placens, pontique facultas
F *Obſequio eſt ſubiecta pedum, redeunte profundo*
Naufragium factura reis: quæ vertere iuſſa
Per varios ſua iura modos, his ſtrauit arenas,
His cumulauit aquas, iuſtis via, fontibus vnda
Cum percuſſa ſilex venis ſpumauit apertis,
Æquoreos enixa lacus, de vertice ſicco
Flumineum largita vadum, non priſtina morem
Geſſit origo ſuum, veterem nec præbuit vſum,
Dona nouella gerens, quam lex æterna coëgit,
Non innata ſequi, disiunctáque ſemina monſtrant
Poſſe dari de rore dapes, de caute liquores.

Nam ne pauca piis fluerent miracula cauſſis,
Saxa vomunt latices, & mundant nubila panes,
Aëriuſque liquor ſolidis indurnit eſcis.
Quæque diu vacuas tenuerunt agmina fauces,
Frugiferis ſaturantur aquis, nimbiſque coloni
Dant epulas, pluuiamq; vorant, & manditur imber.
Sic inuicta manus, ſic gratia plena creantis
Scit querulos nutrire greges, & ponere ſacros
In patria meliore choros, vt ventris amœni
Fructus ad æternæ floreſcat ſemina vitæ.
Dauidica nam ſtirpe ſatus genitrice Maria
Christus adeſt, quem tota canunt oracula vatum
Venturum ſub carne Deum, ſeſeque creantem
Virgineos intrare ſinus, euoluite quicquid
Sabbata veſtra tegunt, typicæ documenta figuræ
Perſpicitis fulgere ſacri præſepibus agni,
Cuius ab igne ſenes hauſerunt dicta prophetæ:
Et dedit ante loqui, quod cœpit poſtea naſci.
Clamauit virtute potens baptiſta Ioannes:
Non ego ſum, poſt me veniet, cui tangere non ſum
Calceamenta pedum dignus neque ſoluere ſummam,
Qua ligat exceſſis humilis corrigia plantas.
Quàm bene vox Pauli cecinit præcepta lauacri
Permiſcens antiqua nouis, nec epiſtola ceſſat
Hæc iterare docens: patres baptiſmate noſtri
In rubro fulſere freto, ſub nomine Moſis
Per legem, cum petra ſimul ſequeretur euntes,
Nam petra Chriſtus erat, quid adhuc gens ſurda requiris?
In libris ſonat ecce tuis, ne credere tardes.
Conſule ſigna maris, quæ myſtica dona ſuſurrant
Temporibus ventura crucis, cum ſanguine Ieſus
Tinxit aquas, lateriſque vno de vulnere fluxit,
Quod vitæ tria dona daret: rubor æquoris ille
Cauſſa futura fuit, ſic conditor abluit omnes,
Sic emit, hic precij color eſt in gurgite ponti,
Apparéntque ſacro miracula debita ligno.
III. *Sæpius obſcuris radios infundere feruens*
Mentibus, hæc rurſus memorauit in ordine Paulus,
Poſtquam ſigna Dei carnis veſtitus amictu
Chriſtus vbique dedit, faciens manifeſta, quod orbi
Venerit ipſe ſalus, ſtimulis agitata furoris
Impia turba fremens, petit hunc à iure Pilati
Suſpendi, figique cruci terrena propago;
Vota quod optanti non poſſint omnia ferre
Sponte ſalutiferi ceſſerunt munera Chriſti,
Qui libertatis precium tibi venit ab aſtris,
Perdita reſtituens, tumuliſque iacentia tollens.
Reſpice, quàm proprio maneas obnoxia regi.
Ne pereas, vult ipſe mori, poſt triſtia facta
Quin etiam cuſtode dato, ſignare ſepulcrum
Ad geminum voluere nefas, dominóque paratam
Surgenti damnare viam. Proh cæca voluntas,
Quæ putat æternum mortali lege teneri!
Et non poſſe ſibi poſt funera reddere membra,
Quæ toties aliena leuat, meminiſtis ab ore
Dauidicæ reſonare lyræ; corrupta vetabis
Sanctum noſſe tuum, poteratne in puluere lethi
Ferre moras, qui vita manet? quem ſuſcitat auctor
Nil patiens de morte Deus, mors denique victa eſt,
Vincendi tranſgreſſa modum, quæ iudice tacto,
Linquere iuſſa reos, ſpoliis vacuata vetuſtis,

A *Per ſua bella cadit, veniénſque abſoluere vinctos,*
Non retinendus erat, ſors vltima cœpit Auerni
Iam vita præſente mori, quæque omnia ſubdens
Ante fuit, tunc ipſa perit, triduoque peracto
Lucis iter quod fecit adit, quo tota reſurgit
In domino natura ſuo, de lege videtis
Laxari non poſſe necis, hunc quærite cuius
Sanguine mundati, regno ſociamur herili,
In cuius iam parte ſumus, ſub pignore carnis
Quam voluit portare Deus, tunc dogmata quoſdã
Eccleſiæ dant iſta viros, vetuere loquelas
B *Vlterius proferre pias, ô ſemper inanis,*
O ſterilis Iudæa tibi, quæ ſemina vitas,
Ne fructus afferre queas, quibus ore magiſtro
Paulus ait: vos iſta quidem vos noſſe deceret,
Aſt aliis hoc lumen erit, nam ſcripta fatentur:
Lumen in extremis poſui te gentibus eſſe.
Gentiles ſtupuere globi, fontémque ſequuti
Sumere promiſſæ cupiunt nouitatis honorem,
Et lympha genitrice ſati meruere renaſci.
Conuenior ratione loci pro munere tanto,
Hiſtoriæ pulſare fidem, quo prodidit olim
C *Cum populos genteſque duos in ventre Rebecca*
Ferret, & anguſtis includeret agmina muris,
Conſuleretque rogans orauit corde Tonantem,
Reſponſum meruiſſe Dei: prior, inquit, in iſtis
Inferior breuiorque manet, maiorque minori
Seruiet, & iuuenis palmæ potietur honore,
Quicquid in hoc vtero fœcunda puerpera geſſit
Eccleſiæ conceptus habet, formamque ſequentum
Gentilis concurſus agit, qui creſcit in aluo
In qua victor erit: quod iam meminiſſe neceſſe eſt,
Et ſtudiis celebrare bonis: famulemur vt illi,
Cuius ab affectu nos contigit antè vocari,
D *Quam naſci, qui dona prius, quàm tempora præſtet.*
Iamque Lycaonios incedens paſſibus agros, IV.
Lyſtram Paulus adit: fuit hac tunc claudus in vrbe
Supplicio comitante ſatus, veſtigia ferre
Neſcius ex vtero, membris pars cœperat ægri
Se naſcente mori, comperto dogmate Pauli,
Quo monitore piæ tendunt ad ſidera mentes,
Mox voluit diuina ſequi, benè claude iacebas,
Has primum graditure vias: petis æthera mente,
Cum necdum mouearis humo, pedibuſque negatis
E *Longius ire vales. Paulus ſpeculatus in imo*
Pectore quid caperet, elaudique fidelis amorem
In verbo iam ſtare Dei ſic clarius inſit:
Surge citus, rectuſque tuis imponere plantis.
Exequitur præcepta ſalus: & calle nouello
Progreditur perſona vetus, motuque frequenti
Pulſat vbique ſolum, perque omnia currere tentans,
Sæpe timet quod neſcit iter, modo greſſibus ortus
Annoſo languore ſenex, quod vt agmina cernunt
Exclamant, diuúmque vocant, ac ſerta miniſtrant
F *Vt mactanda ferè procedat victima tauri*
Paulus ad hæc tunicam rumpit feſtinus, aperta
Sic prohibens ratione viros: ſolemnia nobis
Cur precor iſta datis, fratris quos corpore conſtat
Terrena ſub lege premi? fuit impius olim
Relligionis honor, cùm numina fuſa metallis
Artifices timuere ſui, cum templa dicarent
Abſciſſis de rupe diis, tunc forte licebat,

Innocuos mactare greges, fibraſque tepentes
Conſulere, & vocem pecudis morientis in extis
Quærere: nunc quæ libet vanis ceſſantibus aris
Æterno parère Deo, qui ſemina vitæ
Præbuit, & variis prouentibus arua locauit,
Cuius ab imperio plenis conſurgit ariſtis
De grano moriente ſeges, palméſque reciſus
Vulnere conceptas fœcundius educat vuas.
Quo moderante polum ſuccedant ſolibus imbres,
Tempora temporibus: quæ cum fugitiua recurrunt
Poſt ſua terga, vagi conſtantia permanet anni.
Diſcite iam verum ſacra de virgine natum,
In terris celebrare Deum: nec vota feratis
Lanigero damnoſa gregi, quos liberat agnus
Vnicus, ablutum qui ſanguine comparat orbem.
His dictis inſtructa fides: ſed corporis vſus
In geminum proceſſit opus, duplicémque figuram
Perſonat vna ſalus, toto quod in æquore mundi
Eccleſiæ duo ſunt populi, per verba duorum,
Cui plenas captura duas facit eſſe carinas.
Namque hæc humano generi collata viciſſim
Claudorum docuere pedes, quibus aſtat imago
Singula quæque gerens, populo communis vtrique.
Quem Petrus antiquis tribuit conſurgere plantis,
Ad portam vicinus erat, gens venit ab illo
Circunciſa loco, pſalmi lex, atque prophetæ,
Cui Chriſti cecinere diem: quem Paulus ab aruis
Erigit, ad templi nunquam conſederat ædes,
Longinqua tellure iacens, quia gentibus orſus
Cœpit ab ore pio ſolidæ veſtigia mentis,
In turbas proferre rudes, populóque mederi,
Quem latuit vox priſca Dei, ſic claudus vterque
Cum properat, genus omne leuat, gentiſque ſalutem
Perſonæ ſignauit iter, quæ gloria rerum
Contulit vt Petro Paulum gerat ordo ſecundum,
Qui fundamentis manet architectus in illis.
Vt tamen auctoris memoremus ad omnia laudet,
Hi duo ſunt cæci, properantibus vndique turmis
Qui Domino dixere ſimul: fili optime Dauid
Da tenebras exire graues, da cernere lucem,
Quam neſcimus adhuc, ſubitum tunc illa medelæ
Semper amica manus iubar intulit, atque reliquit
Nox oculos; exulque dies illuminat orbes,
Expauitque redux inopina crepuſcula viſus.
Hos populos liquet eſſe duos, quo noxia venæ
Cæcauit natura ſuæ, clementia Ieſu
Cum celebrauit iter, cum tempora carnis habere
Se voluit, de luce nouat, purgatque figuram
Quam delicta dabant, moxque integra fulſit imago
Quæ meruit ſentire Deum, pars iuncta cerebro
Maxima ſunt oculi, creat hos in munere Chriſtus,
Qui caput, & ſplendor rerum eſt, pars omnibus ima
Sunt in fine pedis, hos ſanat in aggere cura
Vocis Apoſtolicæ: quomodo ſpecioſa vocantur,
Quæ pacem ſanctis portant veſtigia terris,
Exortum eſt lumen tenebris per dona magiſtri.
Hi ſtatuunt greſſus, quibus eſt ſors tradita verbi,
Vt vigili medicina ſequens bonitate prioris,
Paulatimque ſalus in totum tranſeat orbem.
V. *Iam rabidas hominum Paulus ſuperauerat iras*
Velificante fide, ſubitas vomuere procellas
Iudaica de nube doli, non primitus vlli

A *Poſſe lauacra dari, quàm circunciſio carnis*
Accedat de lege Dei, gens dura quid vltra
Ad lapides ferrumque vocas? hoc vmbra figuræ,
Non ſpecies manſura fuit, ſimulata relinque,
Quæ iam certa vides, Chriſti proceſſit ab ore
Vita manens, omnéſque iubet de fonte renaſci
Qui veniunt, cur membra ſecent, partémq; reſoluāt,
Cum totum ſaluare queant? ne quære vetuſto
More premi nouitatis opem, deflexáque retro
Lumina conſtitui, poſtquàm via rectior omnes
B *Dirigit, & cæſis illuſtrat ſentibus orbem.*
Lite ſub ambigua Paulus loca tendit ad vrbis,
Cui radiant monumenta crucis, ſanctoſque reuiſit
Iuris Apoſtolici proceres, quibus omnia præſens
Quæ ſint geſta refert: Petrus, cui maxima cura eſt,
Commiſſos augere greges, ad paſcua cunctos
Se duce lata vocans, has explicat orbe loquelas:
Cernitis æternum ſeclis memorata vetuſtis,
Quæ populo docili cecinerunt ore prophetæ,
In nobis compleſſe Deum: qui maluit emptor
C *Omnibus eſſe ſalus, nullum diſcernere paſſus*
In precio quo vita redit, mihi iuſſit apertam
Gentibus hanc monſtrare viam, quid vota morari
Tardarique iuuat, quidve hæc ænigmata prodeſt
Miſceri cum luce noua? quos gratia purgat.
Vt veniant lex nulla vetat, cæleſtis amoris
Materia eſt feſtiua fides, hanc Chriſtus adoptat,
Hanc facit eſſe ſuam qua quiſque merebitur vti,
Circunciſus adeſt, & iure renaſcitur vndis.
Paſtorem ſtatuere ſequi, placet ergo miniſtris
Ire ſimul, ſcriptiſque pius abſoluere gentes,
D *Hoc illis non ſtare iugum: tamen eſſe cauendum*
Ne ſimulacra colant, quorum libamina ſemper
Execranda forent, ne ſuffocata cruore
Quæ maculantur edant: ne ſæuior hoſte libido
Hos impura premat, quos lux baptiſmate mundat.
Clarius vt liqueant huius documenta figuræ,
Et progreſſa prius cui iam diſcedat imago,
Principium meminiſſe iuuat. Deus inquit Abrahā,
Vt teſtamentum tibi nunc ſobolique perenne
Conſtituas in carne meum, præputia ferro
Circuncide libens, & fœdera necte ſuperna.
E *Secretam ſcrutemur opem, videamus in iſto*
Vulnere pacta Dei, quæ teſtamenta recondit
Præſcius, vt terris conſortia iungat Olympi,
Quæ didicit iurare puer, qui primus ad vndam
Repperit Eccleſiæ currentem fonte Rebeccam.
Corporis ille locus quo circunciditur Abram,
Luxuriam laſciuus habet, vitiuſque miniſter
Naturæ ſub lege iacet, pater ipſe futurus
Seminis, vnde ſalus ad vitam pullulat orbis,
Euacuat quod culpa grauat, truncata libido
F *Virgineum promittit opus, hæc namque propago*
Diuinum concepit iter: hinc ſacra Maria eſt
Ad partum generata nouum, quæ coniugis expers
Mater ineſt, natuſque Dei de virginis aluo
Emicat, atque hominem mediator in omnia complet,
Hinc terrena leuans, illinc cæleſtia præſtans.
Præterit ergo vetus Chriſto naſcente figura,
Hæc facies ius omne nouat, cultróque fugato,
Spiritus ardeſcens cor circuncidit in vndis:
Qui ſanantur aquis, ne figant vulnera membris.

Neſcius interea curis laxare quietem,
Paulus in orbe docet, verbique ligonibus omnes
Excolit, & fidei cogit flaueſcere meſſem,
Errorum fugiente gelu, quem ſpiritus almus
Hæc Aſiæ proferre vetat: nec Mœſia quiuit
Diues agris huius tunc ſemina ferre ſalutis,
Fæcundo ieiuna ſolo, vir quippe Macedo
Inſomnis hac viſus ait: miſerere precamur,
Illyricos dignare ſinus, ò gratia quantum
Improuiſa parat, ſubito inflammantur amore
Qui poſitum iam tempus habent, ſi nocte fugata
Doctiloquus conuertit iter, fructúque loquelæ
Veſcitur eſuriens Macedonia, pérque ſoporis
Dona ſalutiferam meruit comprendere linguam.
Quæſtio crebra ſonat, quia plenus munere largo
Prædicat omnipotens, non veni perdere mundum
Sed ſaluare magis: faciat quæ cauſſa negari
Hæc aliis, aliiſque dari? cum prodiga Ieſu
In commune velit pietas ſuccurrere cunctis.
Suppetit affatim exemplorum copia, noſque
Lectio multiplicem docet hac in parte figuram.
De qua pauca canam, Luca narrante, relatum:
E populo quidam Chriſto comes ire rogabat,
Quem ſecum prodire vetat, qui deinde tacentem
Sponte vocat, nouit mundans interna magiſter
Quæ verbum iam corda ferant, quos obſtruat intus
Error iniquus adhuc, vt tunc doctrina miniſtret:
Officium, cum tuta venit, ne ſancta quod inquit
Incipiant violare canes, cœnóque grauati
In margaritas vertant contagia porci.
Altera res etiam ſupereſt in carmine dura,
Sed quibus ex veteri patuerunt omnia fonte,
Ore datas tenui facilè eſt aduertere guttas.
Exodus ille liber memorat velamina ſacri
Pontificis, qua nempe queat ſplendeſcere veſte,
Officiique habitum nitido componere cultu,
Qui ſegmentatus mediis altaribus aſtat.
Quas inter ſpecies, pariti numerantur amictu
In femore exuuiæ, quibus indumenta pudoris
Progrediens ad templa locet, ſtudeátque ſacerdos
Renibus obſtrictus myſteria caſtius adire.
Quod ſtatuit lex priſca magis, deuinctáque iuſſit
Tunc hæc membra tegi, quæ poſſidet atra libido,
Cùm properat libare Deo, laxata relinquens
Coniugio poſt ſacra tamen, ne parcior vſus
Ad ſobolis non ſtaret opus, ſterilique marito
Connubij frigeret amor, cùm certa propago
Hoc ſolenne gerens, nullos admitteret vnquam
Externa de ſtirpe viros, vbi nomine priſco
Ex adytis perdurat honor, proleſque per æuum
Sanctificanda redit, vicibus ſupplenda creandi.
Eccleſia nunc alma fides ſine fine pudicos
Pontifices iubet eſſe ſuos, & quærit in omni
Cauta tribu quos rite probet, nec ſanguinis iſte,
Sed meriti ſucceſſus erit: tamen illa figura
Qua ſine nulla vetus ſubſiſtit littera demum
Hæc melius nouitate manet, variatque recurrens
Alterna ratione vices ne fortè ſacerdos
Tunc generare velit, cum necdum mente capaces
Cernit adeſſe greges, cùmque inſtat nobilis ardor
Diſcendique fames, vt apertius ora reſoluat,
Ne quiſquam ieiunus eat: nam ſemine verbi

A *Prolem poſſe dari, Paulus quoque ſæpius inquit:*
Filiolis dicendo mei, iuuat ergo parumper
Eloquium genitale premi, ſtudiumque docentem
Diſpenſare ſuum, laxans pro tempore vires
Ingenij, ſtrictaſque ferens, ne fuſa profani
Conculcata terant, mundatis ſancta reſeruans.
Fas vetat inde queri, culpis hoc imputat Adæ
Venæ pœna ſuæ, quid enim rea fauce parentum
Progenitos ſibi iure petat, ſator ille benignus
Ni donare velit, quicquid temerarius error
Corrupto natale tulit: via ſola ſalutis,
Affectos parcentis erit, miſeratio ſemper
Conditione caret, præſtans indebita Chriſtus
His pius accelerat, iuſtuſque hic munera tardat.
In Macedûm terris cùm mœnia noua Philippi
Doctoris celebraret iter, bacchata puella
Sub ſtimulo Pythonis ait: Paulum eſſe miniſtrum
Æterni ſcitote Dei, profeſſio vera
Mendaci de teſte ſonat vocémque fidelem
Perfidus auctor habet: ſed non defertur honori,
Quod cogit formido loqui, nec mente cohæret,
C *Nudus amore timor. Paulus miſeratus ab atro*
Dæmone corda premi, nolenſque licere profano
Diuinas aperire vias: fuge, dixit, & iſta
Vlterius tentare caue, nil iuſſa moratus
Hoſtis abeſt, vacuámque domum poſſeſſor iniquus
Deſerit, ac profugo mulier ſanata periclo
Conticuit de laude viri, quæ cœpta peregit:
Pluſque tacens hoc eſſe docet, de munere vulgi
Hæc quæſtum faciebat heris, quo turbibus implet
Quo caret illa furor, populique procacis in aure
Seditione fremunt, Romanis obuia ſacris
D *Sacra dari, rituſque nouos exire per orbem,*
Et veteres cecidiſſe deos, tunc agmina raptim
Fuſtibus innumeris eliſo corpore Pauli
Conueniunt, vbi carcer erat, quem ſedibus imis
Includunt comitante Sila veſtigia, quorum
Ligno merſa cauo vinclis tenuere beatis.
O felix de clade locus, cui clara refulgent
Lumina pro tenebris, in quo dedit eſſe perennem
Nox antiqua diem, niueam translatus in aulam
Eccleſiæ, cunctiſque ferens modò dona ſalutis.
Quàm bene carcer erat, tota concurritur vrbe
E *Qui primus noua tecta petat, qui ve oſcula figat*
Poſtibus, & tacta ſacretur parte cylindri.
Iam nocturna quies per corpora ſerpere feſſa
Cœperat, exiluit tellus imitata ruinam
Viſceribus concuſſa ſuis, & clauſtra relaxans
Mota vagatur humus, ſeruitque canentibus hymnis
Tempeſtas famulata ſoli, proh quanta pateſcis
A nullo ſuperanda fides! veniente periclo
Pœna fugit, geminóque metu diſcrimina creſcunt,
F *Vt perdant tormenta locum tremefactus ab alto*
Excutiens ſua membra toro, cùm libera cuſtos
Cerneret antra necis, gladiique mucrone retecto,
In iugulum vult ferre manum, ſed non licet illi
Paulo teſte mori, cuius ſolamine vitam
Repperit, atque ſuo meruit de carcere ſolui,
Deſcendenſque domum, ſacris fomenta miniſtrat
Vulneribus, liquidámque parat ſibi redditus vndam,
Cæleſtem nacturus aquam: nam corda ſalutis
Figere Paulus amans, cunctos ſimul amne fluentis

Diluit, æthereæi patuit cui luminis antè
Gratia, non perimi, creuit pòſt vita renaſci.
Blandiloquis olim capta eſt ſermonibus Eua
Deceptura virum: nunc improbus ora puellæ
Qui tunc dæmou agit, repetens ad crimina ſexum.
De quo prædo fuit, multis ventura canendo
Peccati conceptor erat, ſed Apoſtolus Adam
Iam melior, cæleſte leuans in imagine ſiguum,
Qui fuerat terreuus homo, nec certa recepit.
Nā fallit quod ab hoſte venit, metuamus vt omnes
Hoc audire nefas, nec corrumpamur amari
Melle doli, ſi vera canit, qui falſa miniſtrat.
Iugeniis claras & linguis Paulus Athenas
Ingreditur, tumidamque feris conflictibus vrbem
Eloquio torrente premit, quem turba profari
Doctiſonis mirata modis: quibus, inquit, ab oris
Verborum fluit iſte ſator; plebs neſcia Paulum
Semina ferre vocat, fruiturque errore magiſtro
Vera loquens, namque hic facundus in orbe viator
Ambulat àtque colit, cuius labor omnibus inſtat,
Vt creſcat diuinus ager, purgatàque fructum
Mens humana ferat, lolij ne ſordeat herbis,
Quam ſegetes portare decet, manus æmula cogit
Ad proceres hunc ire ſimul, quibus edidit aſtans:
Cecropidæ, quos fama canit ſermone diſerto
Gymnaſiis vernare ſuis, vbi præſidet altus
Sacrilegæ nouitatis amor, vos cernimus aram
Ignoto poſuiſſe Deò, qui condidit aſtra,
Qui pelagus terraſque dedit, quem vita parentem,
Vt moueamur, habet: cuius ſpiramus ab igne,
Cuius imago ſumus, de quo cecinere poëtæ,
Hinc hominum conſtare genus: quem prædico, cūcta
Sanxit ab ore ſuo, cur hæc diuina vocatis,
Quæ facitis, vacuòque metu cæleſte putatis
Auxilium, quod gignit humus? natura metalli
Viſceribus latet ima ſoli, quibus eruta ſumit
Ingenij fabricantis opem, ſeu numina templis
Hinc veniant, ſeu vaſa focis: ſibi cauſſa timoris
Ars, operata deos, dominum ſuper omnia fuſum
Claudere nemo poteſt, paruiſque arctare figuris.
Quod capitur, minus eſt ſpatio capientis, in auro
Materia eſt: opifex rerum non ſuſtinet vſum,
Quem ſimulant, quos ipſe creat: quam dura luetis
Crimina, quàm ſtultam ſeſe ſapientia veſtra
Iudicij eſt ſenſura die, cum corpora Chriſtus
Surgere cuncta iubet, tormentáque fine carebunt.
Vtque reos cruciet, ſeruat quos deuorat ignis.
Sic caro iuncta Deo carnales expiat actus,
Et commiſſa ſibi coram hæc examinat vltor
Qua voluit moriente pati, quam funeris expers
Viuificare volens, poſt tartara reddidit aſtris.
Hæc multos ad dona vocant, Dionyſius ipſe
Primus in arce loci noua præmia iungit honoris,
Complexuſque fidem, ſic incipit eſſe ſophiſta:
O lupe Paule rapax, dedit hoc benedictio Iacob
Nomen habere tibi quid iam remanebit in orbe
Quod non ore trahas, poſtquam ſolertia Graia
Ceſſit, & inuictas in dogmate vincis Athenas?
Cur Epicuræus, vel Stoicus impia ſoli
Bella cient? reſerare opus eſt, quo nomine multi
Sectarum coiêre greges, vitam ambo beatam
Elegere ſequi, quam corpore diligit alter,

A *Hic animi virtute colit, dat & actio Pauli*
Ad vitam præcepta piam, ſic themate iuncto
Hic magis alternis ſoluerunt vocibus ora,
Corporis atque animæ commiſſus partibus extat
Plenus homo, ſed nunc ſtudiis diuerſa ſequentes
Ambo volunt quod neuter habet, vas lumine plenū
Subdit vtrunque Deo, video clamans caro menti
Quàm ſit iniqua meæ, rurſuſque ſalubriter infit,
Non propria de parte geri quod gratia donat.
Hoc celebremus iter, vita eſt, quia Chriſtus & ipſe
B *Se vocat eſſe viam, per ſe gradiamur vt ad ſē:*
Sanctáque ne pedibus poſſit ceſſare lucerna,
Præco datus fidei veſtigia ſuggerit orbi.
Attica diſcedens iam liquerat agmina Paulus,
Eloquiis ſuperata piis, bimariſque Corinthi
Mœnia iuncta petens, populoſam reperit vrbem:
Quæ licet alterni contingeret æquoris vndas,
Perpetuas ſitiebat aquas: ibi Ponticus ille
Aquila tunc præceptor erat, vir plurima laudis
Inſtrumenta gerens, cuius ſe Paulus amico
Contulit hoſpitio, ſociam dignatus adire
C *Artis amore domum, nam ſcenæ factor vtèrque*
Pollebant operis ſtudiis, & dogmate legis.
Chriſtus ait: nunc Paule doce, non obuiat vllus
Me comitante tibi, quæ ſit mihi mœnibus iſtis
Turba vides, inſiſte loquens, ego pectora firmo,
Iſta monent nullos vnquam de munere tardo
Poſſe queri, gratis quod dat clementia Chriſti.
Tecta ſub ambiguo lateat ne forte figura,
Quæ dabitur ratione canam, de nomine ſæpe
Argumenta trahi, documentáque maxima gigni.
Scripturæ cecinere piæ, iuuat altius ergo
D *Quærere, qui Paulus charus coniungitur hoſpes,*
Factus in arte comes, ſub cuius imagine cauſſæ
Sic vocitatus erat, qualive decorus honore eſt,
Hac quoque parte placens, Aquilæ natura fidelis
Sponte gerie quod forma tenet, nam debilis æuo
Et declinatis ſenior tam viſibus ales,
Flammiuomo ſub ſole iacet, pennaſque grauatas
Eius in igne fouet, nocturnáque lumina pandit.
Atque oculos radiis ardentibus ingerit ægros
Ad veterem reditura diem, ſic dona caloris
Languida ſumit auis, cuius de fomite vires
E *Accipit, & priſci reparat diſpendia ſecli.*
Cui ne ſola forent, quæ feruidus incutit æſtus
Per laticum purganda vadum, ter mergitur vndis,
Et ſenium deponit Aquis, iuuenémque decoris
Effigiem de fonte leuat, quis apertior actus
Religionis erit? cum veri lumine ſolis
Tangimur antiqui contagia ſoluimus æui,
Accedente fide, lympha mox matre renati
Conſpicimur nouitate rudes, infantia rurſus
F *Fit recidiua ſeni, gemino manantibus ortu*
Hic melior natalis adeſt bene conſcius huius
Alitis exempli, quem ſpiritus egit opimam
In cithara verſare manum: renouaberis, inquit?
More aquilæ, qua lege datur ſentire probatis
Laude placere typi, quod firmant cantica iuſti.
Nec vacat ars Pauli ſocio celebrata ſub ipſo
Secreti virtute boni, tentoria quippe
Fortia mobilibus fabricabat in aggere tectis.
Longius hæc abiens peregrinus vbique viator

Erigit, atque hyemes ſoleſque his pellibus arcet:
Nos quoque per culpam prima de ſede repulſi,
Exilio mundi iacimur, via reddita tandem
Qua patriæ repetamus iter, munimina nobis
In caſtris ſunt Paule tuis, ne criminis imbres
Tempeſtas mundana ferat, ſcelerumque vapores
Ignitus tentator agat, ſub tegmine tali
Tuta ſalus, nullum diſcriminis excipit ictum,
Nec proſtrata feri ſuccumbit viribus hoſtis.
Myſtica ſigna duces præmittunt laudibus artis:
Piſces Petrus agens, homines capit, æquoris hoſpes
In ſacris perſiſtit aquis: habitacula Paulus
Dum terrena leuat, docet vt cæleſtia condat:
Factáque ſæpe manu, nunc conſtruit atria verbo.
Vlteriora ſequens luſtratis finibus arua,
X. *Conueniens Epheſum Paulus docet, atq; ibi quoſdã*
Proſpiciens aſtare viros, an ſpiritus almus
Venerit his, quæſitor ait? qui fonte Ioannis
Se dudum maduiſſe ferunt: nam nominis huius
Expertes hucuſque trahi: quos flumine ſacro
Abluit, & ſanctus mox ſpiritus ora repleuit,
Verborumque dedit ſolitis virtutibus imbrem.
Sæpius arma mouent iſta de parte profani,
Et bellare parent, quibus, vt contraria poſſim
Fundere tela loquens, tu nunc mihi largius ora
Spiritus alme riga, ſint vt tibi dogmata digna
Quæ dederis tu vocis iter, tu ſemina linguæ,
Tu dicture veni, qui per tua munera ſemper,
Quæ reddamus agis, donisque reſuſcipis vſum.
Nomine venturi præcurſor in orbe Ioannes
Exhibuit baptiſma ſuum, Dominóque parauit
Ipſe viam, memorans cunctis baptiſma futurum
Poſt aliud, quod iure datur, quod trina poteſtas
Illuſtrare ſolet, ſed quod magis eligit huius
Tangere Chriſtus aquas, formã facit omnibus ad ſe
Currere fonte pio, ſacram ne deſerat vndam
Vlterius mortale genus, quam corpore mundo
Et dominus dignatus erat cum diluit amnem
Per famulum mergente Deo: iam flumine tacto
Diſcipulis hoc ceſſit opus, quos dogmata plures
Baptizaſſe canunt, ſerus ceſſare lauacrum,
Fas fuerat veniente Dei, prænuncius ex quo
Dixerat iſta prius, quo fecit tempore Ieſus
Iam plenum baptiſma geri, velut ante Ioannes
Cum ſolitum propriúmque daret, quæ regula Paulũ
Compulit, vt Chriſti deberent fonte renaſci:
Quem non venturum, ſed iam veniſſe Ioannes
Inſinuans digito cæleſtem prodidit agnum,
Hunc peccata canens à cuncto tollere mundo.
Quid geminum baptiſma cupis ſimulare profane?
Diſſona non iterant, repetitio rem tenet ipſam,
Non aliam, biſque illa foret, quæ primitus eſſe
Cœpit, & ipſa redit, nam cum diſcordet origo
Principij, finiſque ſequens, & ſingula dici,
Et patet eſſe ſemel nullóque errore grauantur,
Quæ collata ſimul poſſunt diuiſa probari.
Cùm tamen hæretica nigredine plenus Auerni
Polluitur quicunque locis, ſi lumen habere
Eccleſiæ vult forte piæ, non cogit ad vndam
Noſtra fides hunc ire iterum, quia nomine trino
Dogmata praua trahunt: nec qui, ſed quid dare poſſint,

A *Explorare ſolet, poſitæ quem vera fateri*
Inſtituere manus, ſoluſque repellitur error
In diuerſa trahens, quod ſpiritus efficit vnum.
Hos etiam his ſex memorat ſcriptura fuiſſe.
O ſacer, ò felix numeri modus, agmine fuſo
Cùm meruere cibi damnorum ſemine naſci,
Iuris Apoſtolici lata eſt tot gloria vaſis.
Iam ſermone potens Epheſi conuerterat vrbem
Paulus, & æthereis fulgebat gloria ſignis,
Cumque per innumeros nutarent ſaucia morbos
B *Corpora, nec miſeros operata refecerit ægros*
Artificum medicina manu, velamina ſacra
Abſentes petiere ſibi, quibus æſtuis ardens
Vt caderet vapor ille fides, finémque calori
Altera flamma daret, ſemicinctia denique Pauli
Atque ablata palàm ſudaria, fuſa per artus
Languorum preſſere focos, membriſque repoſtæ
Ad nihilum fluxere lues, vigor omnia curans
Tactus erat, nullæque domus à munere ceſſant
Quod medica de veſte ferunt, virtute ſub ipſa
Spirituum quoque turba minax velut irrita fumi
C *Pars per inane fugit, ne fabrica pulcra creantis,*
Quæ plaſmata ſolo cæleſtis imaginis inſtar
Traxit, & auctoris ſpeciem pignore geſtat,
Hoſpite ſit polluta ſuo, templumque decoris
Inficiat prædonis odor, quo tempore ſeptem
Iudæa de ſtirpe viri noua prælia tentant,
Sic prius affati: quem Paulus nomine Ieſum
Prædicat hunc tibimet pariter proponimus & nos,
Peruaſum dimitto locum, vox reddita contra.
Chriſtus qui ſit, ait, qui Paulus, ſentio, nam vos
D *Ignotos vitare licet, cognoſce furorem*
Gens inimica tuum, dæmon regnare fatetur,
Quem veniſſe negas, atque hoc conuinceris ipſo
Quo ſtimulante ruis, cui non datur ore placere,
Quod terrore monet, contraria dicere voto
Cauſſa Dei prohibet, quam lex comitatur amoris.
Hæc eſt vera fides, quæ tunc ſpectacula plebi
Quámve triumphalem Domino vincente coronam
Contigit inde geri? rabido cùm murmure frendens
Dæmonis ira ſuis bene noxia rumpit amictus.
E *Diſſecat & facies, fugiuntque pericula victi,*
Nudáque præcipiti conuertunt terga pauore.
Quid Iudæa ferox iam non de clade timebis?
Quæ ſocio ſic hoſte peris, cui criminis auctor
Punitórque idem eſt, ne ſit te iudice pulſus,
Qua ſimul eſt peccante reus, mox fama per vrbem
Sparſit vbique volans, & dæmonis edere vocem,
Quod virtus eſt ſumma Dei, concurrere gaudent
Et laticos intrare pios, maculaſque vetuſtas
Fonte lauare nouo, ſanctiſque niteſcere lymphis.
F *E quibus vna datur ſimul inſons omnibus ætas.*
Aſt alij magicis ponunt incendia libris,
Vt mereantur aquas, & vitent ignibus ignes.
Ardua flamma nimis, cuius ſuper aëra fulgor
Euolat, & cælum tales petiere fauillæ.
Quinquaginta etiam precium poſuere libellis
Millia nummorum, quoniam meruere nocentes
Sic abolere nefas, huius hæc cauſſa figuræ eſt.
Lege ſacer numerus delicta reſoluit, vt olim,
Diluit in toto Dauid ſua crimina pſalmo,
Contractuſque fugae: nam quinquageſimus annus

Cum Iubilæus adeſt, proprij & diſtractio ruris
Antiquo donatur hero: ſeruire coactos
Libertas amiſſa petit: mala debita laxat
Creditor, & limen patriæ vetus aſpicit exul.
Quinquaginta etiam cubitis diſtenditur arca,
Quæ depreſſa vadis, atque æquore tuta ſalutem
Sub numero pietatis agit, ſeruataque creſcit
Per ſpacij parcentis opem, quia Chriſtus vbique
Condidit Eccleſiam venia fabricante capacem,
Quæ ſic cœpta fretis latiſſima funditur aruis.
XII. *Infelix Epheſi Demetrius antè locabat*
Sacrilegis delubra locis argentea, ſuetus
Soluere vota ſuæ precio maiore Dianæ,
Cedere cuncta videns priſci monumenta furoris
Ingemit, & vanas his vocibus excitat iras:
Non pudet ô ſocij noſtram cecidiſſe Dianam,
Quam mundi ſuſpexit honor? mortalibus vltra
Quæ ſperanda ſalus, ſi non per ſæcula poſſunt
Fine carere dij? quæ nunc ſimulacra ſacellis,
Quæ poterunt dare thura focis? quos aduena Paulus
Territat: & quicquid gerimus pro nomine Diuûm,
Muta metalla vocat, quorum diſcedit ab orbe
Religio, pulſique fugam petiere penates.
Hei mihi iam video ſubitis lapſura ruinis
Condita fana diu, templi quoque nobilis ædem
In cineres ſtragémque dari, quam prendimus arcem?
Quámve tenemus opem? quibus intercluſa facultas
Eſt operum, criménque foret feciſſe Dianam.
Pergite tempus adeſt, labor vltimus omnia ſecum,
Si deſperat, habet, ſola eſt via vincere victis,
Formidare nihil, reſtat ſors certa triumphi
Pro ſuperis mouiſſe manus: inſurgite telis,
Et quam vota deam celebrant, hanc arma repoſcãt.
His dictis plebs mota fremit, magnámque Dianam
Communi clamore vocant, ac præpete curſu
Itur in obſcœnum cum ſeditione theatrum,
Non alio docuit meritum cauſſaſque Dianæ,
Laſciuas tractare foro, caput area turpis
Concilij deformis opus, tamen impetus amens
Fluxit, vt in vacuas oculis qui labitur auras,
Nullàque diſperſus retinet veſtigia fumus.
O miſeranda manus, cui tu præſtare laboras,
Perpetuam cur eſſe putas? te teſte ſacellis
Eruitur fugitiua ſuis, quo iure paueſcis,
Qua pereunte doles? cælóque adiungere tentas,
Quæ terris remanere negat? nunc ordo figuræ
Explorandus erit, latebriſque videndus apertis.
Dicitur è ſolo Demetrius atria demens
Argento poſuiſſe deæ, cum plura capaci
Protulerit natura ſinu, quibus iſta metallis
Fingeret, vt fuſis augmentur vultibus æra,
Ingenuique manus promittunt viuere cautet.
Quòd ſi ſanctiloquos voluamus ab ordine libros,
Inueniemus iter, puris quia ſenſibus aurum
Comparat, argentum nitidis ſcriptura loquelis.
Nam pſalmus licet iſta canat, tamen inclyte Moſes
Altius hæc memoras, populo cùm talia dictas:
Aurum atque argentum templorum ferte decori,
Quod tacet interius mens, non dura metallis.
Materies ſub corde latet, ſed apertius illud
Exagitat, quod Chriſtus amat: mens obtulit aurum,
Cui fuerit precioſa fides, pariterque miniſtrat
A *Argentum, cui voce ſonant bona tympana cordis,*
Vt dominum duo iuncta colant, de pectore ſenſus,
De ſermone ſonus: ſic aurum dogmata legis
Argentumque petunt hoc ad pia templa parari.
Nos quia templa ſumus, ſi crimina cuncta recedent,
Plurima verba monent, quod Apoſtolus ipſe reue-
lat.
Corde ſalus credentis erit, confeſſio vôce.
Sacrilego res vna fuit. Demetrius ædes
Condidit argento, cuius facundia mouit
B *Hos animos, vt norma probet ſine iudice ſenſu*
Numina vana coli, nec de virtute venire
Pectoris iſtud opus, cui pars hæc ſola dicatur,
Qui rationis inops nudam ſerit ore loquelam.
Tu quoque ſigna ferens, titulos in carmine noſtro XIII.
Troia repone tuos, & laudibus adde triumphos,
Qui magis ex vero fulgent tibi clarius actu;
Quam quæ pompoſo reboant tua bella cothurno
Lingua colona Dei cùm ſemina fœta ſalutis
Spargeret, in ſeram produxit tempora noctem,
Plus animis factura diem: micuere coruſcæ
C *Lampades, vt verbi lucerent igne fideles.*
Solus ab excubiis viuacibus Eutychus exul,
Merſa ſopore grauis commiſit membra feneſtræ.
O male parta quies, ô ſemper debita ſomno,
Pectora nuda bono: quantis patet ille ruinis,
Quem mox ſola tenet, nunquamque reſuſcitat ægrû
Ad meliora caput, neſcit vigilare pericla,
Qui patitur dormire Deo, quid mane feneſtræ
Quæris adulte chaos? quidve hac in parte quieſcis,
Qua ruiturus eris? res eſt inimica ſaluti
D *Pendula celſa ſequi, furtiuáque ſomnia prono*
Carpere velle toro, poteras meliore cubili
In verbo recubare Dei, Paulóque monente
Eius velle aditum, cui lumine peruia recto
Ianua nomen ineſt, per quam de fonte lauatæ
Ad vitam gradiuntur oues, hanc quærite cuncti
Si rabidas fauces cura eſt, morſuſque cruentos
Euitare lupi, cuius lacerabitur ore
A paſtore fugax, qui ſparſos vocibus agnos
Euocat, atque gregem propria de morte redemptum
E *Non ſinit inſidiis, & amari vulnere dentis*
Rurſus ab hoſte capi. mœſto ſonuere tumultu
Atria concurrit gemitu miſerata frequentis
Turba videre locum, qui funere triſtis acerbo
Lætitiam facturus erat, cui Paulus adhærens,
Pectore, viuit, ait; quam vocem vita ſequuta eſt,
Morſque repulſa fugit, quantum tua Chriſte, po-
teſtas
In famulis operata facit? tu redditus aſtris,
Æqualiſque patri de maieſtate perenni,
F *Iura ſuperna regis: ſed quòd caro corpore matris*
Virginis ora tibi regnum ſpoliauit Auerni,
Viuáque de proprio reuocaſti membra ſepulcro.
Téque probas voluiſſe mori, qua parte reſurgis,
Ex qua natus eras, iam ferrea vincula ſoluis.
Lux aliis alterna redit te auctore, ſimulque
Exemplo donata tuo, qui ſubdita dudum
Cogis, & electis ſuccumbere tartara ſeruis.
Interea felix ſurgit de morte cadauer,
Et meliore via tria per cænacula ſoſpes
Ducitur ad Paulum, cuius conſpectibus inſons

Cœpit adeſſe puer, vita iam dignus honore,
Cùm lethi conuertit iter, quæ gloria facli
Inſtruit ad veterem cauſſas aperire figuram;
Fulta tribus cameris Noë deſcribitur arca,
Eccleſiæ documenta gerens, ſtetit ordine primo
Pars hominū, pecudeſq; gradum tenuere ſecundum,
Tertia ſors addicta feris, quæ cuncta per vndas
Arca quadrata tulit, velut in baptiſmata fontis
Omnibus eſt nunc vna ſalus: ſed moribus vnus
Non valet eſſe locus, nam nidos fertur in illa
Ædificaſſe Noë, quem iuſtum dicit Ebræus,
Et requiem quod Chriſtus ineſt, qui diuidit æquus
Præmia certa ſuis: quiſquis virtutis amator
Iungitur alta petens Noë ſtat proximus infra
Ingenio breuiore minor; ſors debita ſæuis
Tartareum tenet ima ſinum: ſic Eutychus ergo
Prima parte cadens, inferni perditus oris
Hæſit, & humana vacuus ratione ferarum
Cœpit habere locum, cui poſtquam pectore Paulus
Incubuit, verbúmque ſuum ſapientia fudit,
Ore leuans animam carnali lege peremptam
Ad dominum de morte redit, quod epiſtola clamat;
Qui dormis, iam ſurge citus, rurſúſque perurget,
Téque vigil de morte leua ſuper ardua trina
Promeruit iam ſtare puer, quia dogmate trino
Comperit æternæ quæ ſit ſubſtantia vitæ.
XIV. *Iámque peragratis Paulus ſtationibus orbis*
Ad Solymam venturus erat, quò ſpiritus illum
Pergere ſæpe monet, cupiens in littore noto
Perpetuum memorare vale: ſimul vndique ſacros
Euocat, has reddens charo de pectore voces:
O delicta manus, quæ Chriſti militat armis,
O ſummo plebs nata Deo, meminiſtis amoris
Et ſtudij documenta mei: gentilia promptus
Agmina, Iudaicóſque tulit ſine fine furores,
Vt vitæ præcepta darem, nullúmque lateret
In populo narrata fides, à ſanguine veſtro
Mundus ſemper ero, nec debitor oris auari
Clauſa talenta luam, ſterilemque in ſemine verbi
Ieiunus culpabit ager, vos conuenit inde
Vſuram præſtare piam, cum venerit auctor
Qui meriti diſcuſſor erit, ſeruoſque repoſcet
Menſuræ crementa ſuæ mihi germina ferre
Senſibus ardor erat, quæ paſſim credita ſulcis
Sparſimus, at fructus tenues mala terra dolebit:
Vado videre crucis venerandam gentibus vrbem,
Quò me iuſſa vocant, varij luctamen agonis
Hic dabitur certare mihi, nam cuncta ſubibit
Qui curſum complere volet, mitiſſima ſors eſt
Pœnarum, quas vota gerunt, regnique facultas
Perpetuo pro rege pati, ſeruate miniſtri
Eccleſiam, Chriſti pretium, quam ſanguine nobis
Fecit in orbe ſuo, famuli retinere laborent,
Quod dominus de morte dedit, non cernitis vltra
Iam faciem vultúſque meos, vigilantius oro,
Commiſſos luſtrare greges, quia dente rapaci
Conueniunt ad ouile lupi, cuſtodia peccat,
Cum ſpolis ſi raptor eat: paſtoris inertis
Fraude perit, quod prædo capit, ſed & acrior hoſtis
Intus erit, grauiúſque malum diſcordia portat,
Quæ vulnus ſub pace creat, ne cedite duris
Virtuti damnoſa quies, nullúmque coronat

A *In ſtadio ſecurus honor, ſua gloria forti*
Cauſſa laboris erit, rarúſque ad præmia miles,
Cui pax ſola fuit, victoria ſemen ab hoſte
Accipit, hinc oritur, dominus plantaria veſtra
Fœcundare valet, qui per ſua dona venire
Ad ſua dona facit, quodque adiuuat ipſe miniſtrat.
Non ego diuitias luxu fallente ſuperbas
Alterna mercede tuli, nec munera ſumpſi,
Vos potius quàm veſtrā petens, me ſcitis vt iſtæ
Cum ſociis pauper manus, aſſueſcite gazas
B *In lucis proferre vias, operumque locare*
Theſauros in ſede poli, nil proderit aurum
Defoſſis quæſiſſe locis, ſi claudat auarus
Quod cælabat humus, quod non in paupere ſurgit;
In tellure iacet, cæcóque reuoluitur antro,
Obſcura peccante manu, laxate ſupernis
Corda precor monitis, neque reſpuat vllus egeno
Tecta parare gregi, quo ſuſcipit hoſpite Chriſtum.
Sic poſtquàm fatus, dedit oſcula, tum ſimul orans
Flexit in arua genu, ſtrictíque doloribus omnes
Ad lacrymas fluxere pias, longéque per vndas
C *Obtutu comitante ſequi meruere carinam,*
Dúmque per oppoſitas extendunt lumina nubes,
Additur in pelagus oculis via, raptaque flabris
Puppis adhuc nota eſt, & mulcet imagine mentes,
Affectúque animi creſcit menſura videndi.
Sed quòd ait, tribus hæc annis præcepta ſalutis
Nocte diéque dedi: patet hac ratione figura.
Qui canit Eccleſia tria dogmata, ſæpius edit
Hiſtoricum, morale ſonans, typicúmque volumen.
Sic etenim ternas capiunt ſex vaſa metretas,
Quæ veteri de lege nouo rubuere liquore,
D *Forma ſacrificij perfecti priſca caniſtro*
Tres panes offerre iubet, quibus additur illud
Diſcipulis quod Chriſtus ait, iam nocte roganti
Tres panes debere dari, nox iſte profectò eſt
Mundus, vt hic ſi quis verbi deſideret eſcas,
Exhibeas quæſite dapes, doceáſque volentem,
Quòd pater & natus, quòd ſanctus ſpiritus vnus
Sit Deus, & numerum triplicet ſubſtantia ſimplex:
Nec ſemel hoc pia iuſſa canunt: angariat, inquit,
Te quicunque petens, vt pergas præuius vnum,
Cætera vade ſimul duo millia, nonne videntur
E *Hæc mandata loqui? ſi quis te conſulit errans*
Ignarúſque viæ, quid ſit Deus edere malis:
Prode patrem, ſubiunge libens quòd filius, & quòd
Spiritus eſt almus, numero tres, & tamen vnus.
Hinc Iudæa vacans, ſterilis quæ dicitur arbor,
Expectata tribus fructum non attulit annis:
Quod triplici ſpernens tractare volumina ſenſu,
In fidei numeris neſcit dare munera Chriſto.
Nobile iam templum Salomonis Paulus adire XV.
F *Cœperat, & veteris ſolemnia reddere legis,*
Corripit hunc Iudæa manus, rapidóque tumultu
Conclamat necis eſſe reum, ſed in arma tribunus
Euolat, & vinclum geminis iubet eſſe catenis:
Quæ tamen adſtrictis incumbunt dura lacertis,
Non animum tormenta ligant, quod epiſtola Pauli
Lumine plena canit: vinciri poſſe miniſtros,
Vinciri non poſſe fidem, verbumque tenere
Suppliciis non eſſe datum gradibuſque ſub ipſis
Conſtitit, Ebræo plebi ſermone loquutus:

O fratres, patrêſque viri, me noſtis in iſtas
Has veniſſe rudem, doctrinæ debitus omni
Legis amore fui: vobis modo teſtibus vtor
Quorum inſcripta ferens, ardebam cæde Damaſci
Chriſticolas punire greges, & finibus orbis
Hanc prohibere fidem; ſed non mortalia poſſunt
Auctori certare Deo, deſcendit ab aſtris
Lux oculos clauſura meos, & ab igne coruſco
Acta dies latuit, caligantiſque tenebræ
Nubibus incumbunt, quarum mihi tempore creuit
Adueniens cum nocte iubar, diſcernere cauſſas
Euentus poſt facta ſolet, bene vidimus vmbras,
Vſuri iam ſole nouo: ſed & auribus hæſit
Clamor ab ore Dei, repetito nomine Saule
Me Chriſtus terrore quatit, ne ſignifer vltra
Auderem bellare ſibi: quo iure negabo,
Quo feriente cado, cuius de munere pronus
Attollor meliore via, pérque ardua ſurgo,
Sublimíſque ſequor felicis dona ruinæ.
Iam ſatis ô ciues crudelia mouimus arma.
Nil dubium pars illa docet, quæ teſte beata,
Fungitur hoſte ſuo, quid adhuc libet eſſe nocentes?
De tenebris lucete meis, cui fontis ab vndis
Eſt viſum largita fides, & mortis imago
Viuere cœpit aquis, heu nunquam ſaxea tellus
Seminibus fœcunda ſuis, vacuique labores
Qui ſterilem patiuntur humum, poſt denique Ieſus
Hæc mihi viſus ait: procul hoc, procul vrbe relicta
Pergere Saule para: non eſt tibi credula noſtri
Nominis, ad gentes potius cane verba ſalutis.
Protinus hanc vocem querulæ rapuere phalãges,
Proiiciunt veſtes, ac puluere longius acto
Ventoſa leuitate fremunt, varioque fragore
Perſonat in Pauli rabidum diſcrimina vulgus.
O Iudæa nocens, auctorem perdere vitæ
Cùm cuperes, ſic dicta dabas, fuit optio linquis
Quem velles clamoſa tibi, ſed ab ore cruento
Triſte petes maleſuada nefas, & gaudia paſchæ
Electo latrone colis, geminaſque furorem,
Sæua pio, plagiata reo certamine cuncto
Te ſpolias, vacuamque locas, cùm durior ipſis
In Stephanum tormenta iacis deponis amictum,
Et nunc veſte cares, primi quia pœna parentis
Eſt cognata tibi, veteriſque in corpore portas
Tranſgreſſoris onus contraria fontis honori
Ne renoueris aquis. Adam ſub criminis ortu
Cognouit quòd nudus erat, documentáque noxæ
Hinc miſero patuere ſuæ: te mortis origo
Crebra ſubit, cui plena malis interſerit ira
Bis habitum, quem culpa creat, iam bella tribunus
Vocibus his ardere videns, fera vincula Paulo
Addidit, & caſtris torquendum miſit iniquis,
Nota querela locus vt ſit ſuperanda canemus.
Paulus geſta loquens, ſocios ibi lumina dudum
Conſpexiſſe ſuos, vocem tamen auribus illam
Non hauſiſſe refert, at tunc quo tempore cæcus
Decidit, & vocem comites audiſſe leguntur,
Sic variat narrantis opus, ſed vtrumque neceſſe eſt
Conuenit haud dubium, nam tunc audiſſe feruntur,
Accepiſſe ſonum, nunc non audiſſe profectò.
Hæc rationis erit ſimplex via, iure negatur
Vox quomodo confuſa, loqui, neque creditur illud

A A ſermone dari quod non in pectore condit
Accipiens, dubia tantùm ſtimulatus ab aure,
Ambiguúſque fragor ſolas diuerberat auras.
Sic audiſſe ſimul, ſic non audiſſe leguntur:
Altera pars ſonitus, certa eſt pars altera vocis,
Et fert atque refert geminam res vna figuram.
Agmina ſupplicij feruentia corpore Pauli,
Pœnarúmque graues euoluere verſibus iras
Cauſſa monet, ſed lingua pauet: fugiamus ab iſta
Parte dolor, vetitique nefas tam triſte, premamus
B Eloquium, ne forte legens ſua fletibus ora
Compleat, & largis humeſcat pagina guttis.
Nec tamen hæc poterant animos ſatiare cruentos,
Ardet amor ſcelerum, cupiúntque in ſanguine Pauli
Sacrilegas verſare manus, quæ dura malorum
Vota quaterdeni veſanæ ſtirpis alumni
Impoſuere ſibi, non vllum ſumere potum,
Primitus atque cibum, quàm facta cæde daretur
Hinc magis eſſe dapes, ô pallida cordis imago!
Pocula ſunt Iudæa tibi meliora cruoris,
Quam laticis, nulláſque volens contingere menſas
C Eſuris ad facinus, ſaturámque cadauere iuſti
Quæris habere famem, non hæc ieiunia Moſes
Condidit exemplo, tot conſummata diebus,
Vt memoras; quot tela noues, totque inſpicis annis
Secretas patuiſſe vias, vbi diuite nimbo
Fluxerunt de rore cibi, rupéſque viciſſim
Arida fudit aquas, in quo meruere parentes
Diuina bonitate frui, doniſque ſupernis
Enutrire animas, numero crudelis ab ipſo
Tu ſæuire venis, pollutáque fœdera iungis
D Agminis, vt plures faciat mors vna nocentes.
Comperit hæc Lyſias Pauli vulgante propinquo,
Quóve parent aduerſa loco, monet ocyus ergo
Clam ſua iuſſa tegi, noctiſque in tempore cantus
Obſcurum preuenit opus, lectiſque maniplis
Imperat, vt tuto Paulum comitentur honore.
Gloria de meritis à te delator honeſtè
Non aliena foret, quódque eſt ad præmia rarum
Proditione places, nec te conſtantia lædit
Quam ſceleri ſeruare times, in crimine virtus
E Crimen erit, cúmque ad facinus ſociantur iniqui,
Eſt ibi culpa fides, quam tunc in laudibus ornat
Verus honor, cùm cauſſa pia eſt, ſtipantibus armis
Cæſaream mox Paulus adit, quo turba cucurrit
Rhetore fulta ſuo: qui præſidis aure potitus,
Irrita verba dedit, contrà ſic denique Paulus:
Optime præſes, ait, dudum te nouimus omnes
Iuſtitiæ documenta ſequi, comitémque modeſtam
Conſiliis hanc eſſe tuis, quæ gratia ſuadet
Fidere, nec dubium tali ſub iudice fari.
F Non legis templique pium violauimus vſum,
Nec ſermone vago populares mouimus auras
Vrbibus ex Aſiæ venientes ſoluere dona
Cœpimus ad purum ſemper ſpectantia votum.
Quis rogo liber erit, ſi res facit iſta nocentem?
Eloquor haud metuens: neque enim diſcrimina nouit
Formidare fides, audent, quam dicere ſectam
Luminis eſſe viam, nec diſcordare nouellis
Iura vetuſta patrum, fas eſt modò credere cunctos
Corpora de tumulis iam poſſe reſurgere, poſtquam
Detulit inde ſuum qui condidit omnia Chriſtus.

Obſtupuit Felix amiſſo nomine, vincla
Quem faciunt aliena reum, quorum obice Paulus
Stringitur, & Feſti ſeruatur præſidis anno.
Linquimus hic nimium, ne gaudia noſtra morentur.
Ad Latium iam Paule venis, certamina crebro
Quæ fuerint agitata foro, quantique legantur
Iudaici fluxiſſe doli, nam talia Paulus:
Cæſaris ad ſolium vos prouoco, Cæſaris, inquit,
Appello Romanus opem: cui Feſtus: abibis,
Vt cupis, Auguſti citius viſure tribunal.
Non ſimulante metu, fugiens diſcrimina Paulus,
Iudicij vitauit onus, mens anxia ſemper
Pro vita meliore mori: ſed muneris auctor
Præconi teſtique ſuo iam dixerat olim,
Quod Romam venturus erat: clementia Ieſu
Omnibus in terris fidei ſitientibus hauſtum,
Pocula dat de vaſe ſuo, cunctóſque rigari
Multifluo ſermone iubet, meruitque vetuſtas
Nominis occidui de lumine creſcere verbi.
XVII. *Soluerat Eoo claſſem de littore vector,*
Auſtrinactus opem, cuius ſpiramine læta
Crebreſcente via, veliſque patentibus alis,
Æquora findebat puppis: ſed mite quid vnquam
Ventorum tenuere doli? mox fratribus Euri
Rupta quies pelagi, tumidiſque incanduit vndis,
Cærulei pax ficta maris: furit vndique pontus,
Attollenſque ſuas irato gurgite moles,
Deuorat abreptæ veſtigia certa carinæ.
Quæ ſuſpenſa polis, deiectaque iungitur aruis
Terrarum cœlique ſequax, caret artis amicæ
Præſidiis manus apta rati, gelidóque pauore
Deponunt animos, nigróque ſub aëre cæci
Naufragium iam iamq; vident, clauſóque profūdo
Mortis imago patet, vaſtas percurrere Syrtes
Hiſtorica ratione vocor, laceróſque rudentes
Et clauſi tegmenta ſequi: ſed non ego linguam
Tam fragilem committo vadis, rapidiſq; procellis
Aufugiam tentare diu, ne forte canentis
Obruat exiguam violentior vnda loquelam,
Tangere pauca refert, tutas conabor arenas.
Præuia fluctiuagæ latuerunt ſidera puppi,
Nec ſolis radiis ſub nubibus emicat axis.
Cúmque dies multos iam rite peregerit orbis,
In pelago nox vna fuit, quo tempore nullis
Indulſere cibis, quanta eſt heu pœna timoris
Supplicium neſcire famis, dat ſemina cauſſis
Res mala ſæpe bonis: tam clari nautica pubes,
Militiæque cohors hominis tempſiſſet honorem,
Proſperiore freto: cuius cuſtodia tandem
Soluitur, & ſæuo venerantur ab æquore vecti,
Quem portum ſenſere ſuum, gerit illa ruina
Ne lateat quod Paulus erat, ſanctúſque pateſcat
Aſſertore mari, raptiſque elementa laborant
Luminibus monſtrare virum, mediiſque tenebris
Apparet radiata fides. fit laurea iuſtis
Ex pretio quod terror agit, manſuraque virtus
Creſcit in aduerſis, quæ teſtibus vſa periclis
Ad meritum diſcrimen habet, ſtans denique Paulus
Conclamata piis animat ſic pectora verbis:
O vtinam noſtris voluiſſet fida iuuentus
Conſiliis parere prius, nec littora Cretæ
Liqueris, inſani rabiem paſſura profundi,
A *Non pelagi cælique minas, non triſte tuliſſes*
Iacturæ populantis onus, nec turbine tanto
Deſperata ſalus gemeret confinia mortis.
Quæ tamen humanum tranſcendunt gaudia voturæ
Hæc facile eſt præſtare Deo, cui muneris vſus
Hic potior, quàm nemo putat, nam miſſus ab aſtris
Angelus hoc placido venientis denuntiat ore:
Quam turbam vehit iſta ratis, tibi rector Olympi
Contulit, vt nullis figatur naufraga ſaxis.
Credite vera forent, nec ſpe fruſtrabor inani,
Qui merui promiſſa Dei, conceſſique nobis
B *Inſula portus erit, cuius ſtatione licebit*
Arrepta tellure frui, nauiſque ſolutæ
Proſpectare grauem nullo diſcrimine caſum.
His dictis ruit ira maris, ſublataque dudum
Lux reuocata micat, velamine noctis aperto
Pandere viſa ſolum, quod præbuit hoſpita nautis
Sicanio lateri remis vicina Melite.
Ante tamen rabidos quàm vincant æquoris æſtus,
Soluite, proclamat Paulus, ieiunia feſſi,
Et quartodecimo, ſicut nos veſcimur, inquit,
Iam panem guſtate Dei, memoranda figuræ
Sacramenta piæ valeant, qua lege probamus
C *Tempore quo primi fulſerunt lumina menſis,*
Hoc numero currente die, de carnibus agni
Turba iubetur ali, quarum munimine tecto
Libera Niliacas meruit vitare tenebras.
Hinc ſpacio ſimili Paulus de gurgite mundi
Quot auferre cupit, ſecum conuiuere ſuadet,
Et ſacrum libare cibum, veſtigia Moyſi
Obſeruata legens, quorum ſpeculantibus actum
Hæc duo ſunt diuerſa locis, ſed proxima cauſſis,
Et repetita ſalus vno de fonte leuatur.
D *Agnus Chriſtus iniſt, panis quoq; Chriſtus habetur,*
De cælo, quod & ipſe docet: qui corpore Ieſum
Sumpſerit, hoſte caret: nec iam ſua iura Pharao,
Ægyptuſque tenet: mox omnia dæmonis arma
His merguntur aquis, quibus ille renaſcitur infans
Qui captiuus erat, ſalſæ quoque fluctus abyſſi
Linquitur, & tetri ſuperantur ſtagna draconis,
Ereptoque gregi largitur paſcua Chriſtus
Nominibus propriis, paſtor iam verus edenti
Hinc etiam Eccleſiæ gerit aurea luna figuram,
E *Quæ quartodecimo de primo lampadis ortu*
Conſpicitur iam plena die, quia corpore Ieſu
Creuit in orbe ſuo lucem factura perennem.
Pelleret vt Paulus creſcentia frigora nimbis, XVIII
Contulerat ſarmenta focis: cui vipera fixit,
Dæmonis arma ferens, ſurgentibus obuia flammis,
Antiqua feritate manum, gelidique veneni
Vulnus in igne dedit, quid adhuc malè noxia ſerpēs
A Domino reuocare cupis, veteréſque rapinas
In legis nouitate paras? quid mortis amatrix,
F *Cuius es ipſa parens, inſtauras bella redemptis?*
Prædo venis, ſed præda iaces, lethúmque miniſtrās
Arboris alternis conſumeris improba ramis,
Poſtque crucem Chriſti mors eſt tibi portio ligni.
Haud procul hinc aberant agreſtia corda gerētes
Barbarica de gente ſati, qui murmure diro
Inſonuere ſimul: ſatis eſt ex crimine fuſi
Sanguinis iſte reus, nullis iam tutus in oris,
Cui pelagus tellúſque ferunt, mortalia tractant,

Digitized by Google

Et diuina probant: digito nam beſtia pendens
Excutitur proiecta rogis, bene reddita flammæ,
Quam dedit ipſa prius, quæ culpæ protulit ignem:
Vnde gehenna calet, glacies tepefacta veneni
Soluitur in cineres, gelidæque ſuperbia peſtis
Ex adore perit, focus hic rabidique vapores
Non ſolitas vires capiunt, atque arida ſecum
Nutrimenta ferunt, ſed tu modò decoquis anguem
Vſa tuo feruore fides. tibi ſubditur hoſtis
Frigidus, inque vicem faciens incendia flagrat
Vipereo fumante gelu, veniente tumore
Labi poſſe ferunt. Quantum per inania currit
Mens ignara boni, iam tunc de corpore Pauli
Virus abeſt, oculis cùm ſquamens exit horror,
Quem ſerpens antiqua dabat, purgatus in amne
Æthereo, Chriſtique cruci ſua membra relegans,
Neſcit ab angue mori, vorat hoc quoque flamma venenum
Qua ſacris vim ſumit aquis, quibus vſtus anhelat.
Qui dolet ad patriam veteres remeare colonos.
Incolumem ſic ſtare diu mirata iuuentus,
Hunc ait eſſe Deum tandem rudis incola diſce,
Qua regnet virtute polis, qui talia confert,
Vt famulos hoc poſſe putes. nunc cauſa figuræ
Plenius tu clari cernenda eſt munere facti.
Anguis origo necis, nam mors hinc edita nomen
De morſu peccantis habet, contraria iuſtis
Vult retinere manum, quomodo manus apta miniſtrans
Iure vocatur opus. talem qui ſenſerit hoſtem,
Impiger excutiat dominique vaporibus vrat.
Paulus vt admotis cognouit furta pericli
Serpere velle ſibi, cæleſtia tela capeſſens
Preſſit in igne dolos: cuius de fomite creſcens
Eſt accenſa fides, & ſenſibus additus ardor,
Hincque calor populis proceſſit ab vbere fontis.
Menſibus hibernis tribus in regione Miletum
Multiplicem dat Paulus opem, Publique parentem
Finitima de clade leuat, quo munere viſo
Vndique præcipites ſubitam rapuere ſalutem.
Pullulat interea nitidi coma frondea veris,

A *Quo iuueneſcit humus ſenio fugiente pruinæ,*
Suſcipienſque ratem velis credentibus auſter
Præbuit aligeras placidis in fluctibus vndas.
Hunc ſpirare decet, quem perſonat ore propheta,
Qui ſpeciem fidei torrentem cantat in auſtro.
Sic quoque proſtratis ad gaudia noſtra procellis
Plurima quæque legens diſtinctis oppida vicis,
Venit ad excelſæ ſublimia culmina Romæ.
Altius ordo petit duo lumina dicere mundi
Conueniſſe ſimul, tantiſque è partibus vnum
Delegiſſe locum, per quem ſua ſidera iungant,
B *Omnia qui fidei virtutibus arua ſerenant.*
Quæ licet innumeris tendatur cauſſa figuris,
Pauca referre volens, iiſdem præſtantibus edam.
Petrus in Eccleſiæ ſurrexit corpore princeps,
Hæc turrita caput mundi circuntulit oris:
Conueniunt meliora ſibi, ſpeculentur vt omnes
Terrarum dominæ fundata cacumina ſedis.
Gentibus electus Paulus ſine fine magiſter,
Æquius huic præſens oris diffundit habenas,
Quæ gentes prælata monet, quæque intonat iſtic,
Vrbis cogit honor, ſubiectus vt audiat orbis,
C *Dignaque materies Petri Paulique coronæ*
Cæſareas ſuperare minas, & in arce tyranni
Pandere iura poli, ſummúmque in agone tribunal
Vincere, ne titulos paruus contingeret hoſtis,
Ægyptus mundi formam gerit, inde vocari
Quæ meruit, ducibus plebs eſt commiſſa duobus,
In quibus officium fraternus nexuit ortus.
Idola tot Romæ mundo collecta ſubacto
Quæ fuerant, tenebris obnoxia corda premebant:
Liber & hic populus, quem vinxerat ante Pharao
D *Exuit Ægypti totidem ductoribus vmbras,*
Perque lauacra Dei, quæ tunc maris egit imago,
Vitæ nactus iter, cæleſtem repperit eſcam.
His etiam germanus amor, quibus amplius actor
Quàm natura dedit, geminos quos edidit aſtris,
Non eadem, tamen vna dies, annique voluto
Tempore ſacrauit repetitam paſſio lucem,
Et tenet æternam ſocialis gloria palmam.

EXPLICIT LIBER SECVNDVS ARATORIS SV|BDIACONI
Sanctæ Ecclcſiæ Romanæ Hiſtotiæ Apoſtolicæ.

IN NOMINE PATRIS ET FILII |E,T
SPIRITVS SANCTI.

Beato Domino Petro adiuuante oblatus huiuſmodi codex ab Aratore Ml. ex Comite Domeſticorum ex Comite Priuatarum viro religioſo, Subdiacono Sanctæ Eccleſiæ Romanæ ſancto atque Apoſtolico viro Papæ Vigilio, & ſuſceptus ab eo die VIII. Idus Aprilis in presbyterio ante confeſſionem beati domni Petri; cùm ibidem plures Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, & clerus pars maxima pariter intereſſent. Quem cum ibidem legi mox pro aliqua parte feciſſet, Surgentio viro venerabili primicerio ſcholæ notariorum in ſcrinio dedit Eccleſiæ collocandum. Cuius beatitudinem litterati omnes doctiſſimo continuo rogauerunt, & eum iuberet publicè recitari. Quæ cum fieri præcepiſſet in Eccleſia B. Petri, quæ vocatur ad vincula, religioſorum ſimul ac laicorum nobilium, ſed & è populo diuerſorum turba conuenit. Atque eodem Aratore Subdiacono recitante diſtinctis diebus ambo libri quatuor vicibus ſunt auditi. Cùm vnius medietas libri tantummodo legeretur propter repetitiones aſſiduas quas eum fauore multiplici poſtulabant. Eadem hæc recitatio facta eſt his diebus. Prima Idibus April. ſecunda XV. Kal. Mai. tertia idibus Mai. quarta vero die M. Kal. Iunias, tertio Anno poſt Conſulatum Baſilij V. C. Indictione VII.

TVRCII RVFFI ASTERII VIRI CONSVLARIS; VETERIS ET NOVI TESTAMENTI, SEDVLIO HACTENVS adſcripta collatio.

TVRCIVS RVFFVS ASTERIVS, IN COSVLATV, fuit collega Flauij Præſidij, Anaſtaſio imperante. Carmen iſtud, ab eo editum (quanquam inſcriptum Sedulio) annotauit Cn. Spinianus atque Aldus; Panuinius verò, Turcio inſcriptum & miſſum. Sunt etiam manu-ſcripti Codices qui illud Claudiani Mamerti eſſe dicunt.

Cantemus ſocij Domino, cantemus honorem,
Dulcis amor Chriſti perſonet ore pio
Primus ad ima ruit, magna de luce ſuperbus:
Sic homo cum tumuit, primus ad ima ruit.
Vnius ob meritum, cunctis periere minores:
Saluantur cunctis, vnius ob meritum.
Sola fuit mulier, patuit quà ianua letho:
Et qua vita redit, ſola fuit mulier.
Frater iniquus erat, iuſtum qui perculit olim:
Damnator Chriſti, frater iniquus erat.
Tranſitus ille monet, quid prima amiſit origo:
Quid ventura parent, tranſitus ille monet.
Arca leuatur aquis, homines ne perderet æquor:
Ne pereant homines, arca leuatur aquis.
Sume pater populos pro nati vulnere cunctos:
Cùm Chriſtum tradit, ſume pater populos.
Hoſtia ſumma patris tacitis ſignata figuris,
Quam referat Chriſtus, hoſtia ſumma patris.
Claudicat ecce, videns dominũ, dum præualet heros,
Aſpera gens Chriſtum claudicat ecce videns.
Reppulit ille famem diſtractus crimine fratrum,
Venditus eſt Chriſtus, reppulit ille famem.
Perfide corde peris, dum vaſtant omnia plagæ:
Dum ceſſant plagæ, perfide corde peris.
Agnus ab hoſte ſacer reuocauit ſanguine patres,
Sanguine nóſque refert agnus ab hoſte ſacer.
Obruit vnda nefas populo gradiente per æquor,
Nunc mundi populis obruit vnda nefas.
Murmurat impietas, manna veniente refecta,
Panis adeſt Chriſtus, murmurat impietas
Plebs ſibi dura caput terræ cultoris adoptat:
Abſtulit heu Chriſtum plebs ſibi dura caput.
Lex dedit indicium veteris de crimine pœnæ,
Quóque ſalus veniat lex dedit indicium
En lapis irriguus, ſatiare incredule fonte:
Qui Chriſtum reprobas, en lapis irriguus.
Carpitur igne ſacro munus, votúmque piorum,
Seditioſa tribus carpitur igne ſacro.
Regna beata patris legis non contigit hæres,
Chriſtus diſpenſat regna beata Patris.
Deſtruit arca Dei muros, dum circuit hoſtis:
Sic hoſtem mundi deſtruit arca Dei.
Area vellus habet, madido ſed vellere ſicca eſt:

A *Siccum tota madens area vellus habet.*
Vincis honore Dei promiſſo munere gentes,
Affectum natæ vincis amore Dei.
Tu decus omne tuis, qui ſternis cæde Goliam,
Qui vincis mundum, tu decus omne tuis.
Maxima dona Dei cunctis cecinere Prophetæ,
Impleuit Chriſtus maxima dona Dei.
Pondera dura tulit, mandatum legis, & iram,
Gratia mandati pondera dura tulit.
Virgo Maria nitet, nullo temerante pudorem,
Poſt partum pueri, Virgo Maria nitet.
B *Filius hic hominis fit maxima quæſtio mundi,*
Nobiſcum Deus eſt filius hic hominis.
Gaudia magna Dei mundus percepit & ambit,
Reſpuit heu mundus gaudia magna Dei.
Signa mouent populos, cernunt magnalia cæci,
Nulla tamen duros ſigna mouent populos.
Aſpera mors populi ligno deducta cucurrit,
Aufertur ligno aſpera mors populis.
Ipſe tulit Dominus, pro pœnis munera, ſeruis,
Pro ſeruis pœnas ipſe tulit Dominus.
Vita beata necem miſeris auertere vēnit,
Pertulit à miſeris vita beata necem.
C *Lumen adeſſe Dei perſenſit tartarus ingens,*
Nec cernunt homines lumen adeſſe Dei.
Mors fera per hominem miſerum, ſibi ſubdidit orbem,
Subdita contremuit mors fera per hominem.
Suſcitat ecce genus mortis pater ille profanus,
Ad vitam Chriſtus ſuſcitat ecce genus.
Hic populus dominum dura ceruice negauit,
Suſcepit primus hic populus dominum.
Sanguine læta redit fuſo gens impia Chriſti,
Guſtato Chriſti ſanguine læta redit.
D *Crimina cuncta ſuis terrenus conſulit auctor,*
Diſſoluit Chriſtus crimina cuncta ſuis.
Libera corda ſibi facinus deuinxerat olim,
Nunc reficit Chriſtus libera corda ſibi.
Fortia vincla dedit peccati ſæua poteſtas,
Dulcis amor Chriſti fortia vincla dedit.
Iam ſuper aſtra ſedet, cuncti exultate fideles,
Perfide quid ſæuis, iam ſuper aſtra ſedet.
Mortuus ille tonat, cœlum terrámque ſubegit:
Quid facient hoſtes? mortuus ille tonat.
Pellitur vmbra die, Chriſto veniente, figura:

Chriſtus adit gentes, pellitur vmbra die.
Te properare docent, & ſigna, & ſecula prima:
Nos ſacra quæ gerimus, te properare docent.
Vnicus adueniens firmauit vota piorum,
Vota dedit nobis vnicus adueniens.
Paſſio Chriſte tua compleuit munera legis,
Munera noſtra replet, paſſio Chriſte tua.
Hic homo, qui Deus eſt, ſpes eſt antiqua piorum,
Spes in fine dies, hic homo, qui Deus eſt,
Munus erat fidei toto credentibus æuo:
Qui dedit vt credat, munus erat fidei.
Te veniente Deus, mundanus concidit error,
A *Occidet hinc mundus, te veniente Deus.*
Gratia plena Dei eſt, quæ totis genitibus extat:
Abſcedant ſeclæ, gratia plena Dei eſt.
Sola columba redit, quæ totum circuit orbem:
Diſcedant corui, ſola columba redit.
Adueniet dominus dare digna piis; mala prauis:
Credite iam miſeri: adueniet dominus,
Viſio Chriſte tui tormentum & pœna malorum eſt:
Gloria cuncta bonis viſio Chriſte tui.
Gloria magna Patri, ſemper tibi gloria nate
Cum ſancto Spiritu gloria magna Patri.

AMOENI ENCHIRIDION
VETERIS ET NOVI TESTAMENTI.

DE VERTERE TESTAMENTO

Adam & Eua.

EVa columba fuit tum candida, nigra deinde
Facta, per anguinum male ſuada fraude venenum.
Tinxit & innocuum maculis ſordentibus Adam.
Dat nudis ficulnа draco mox tegmina victor.

Abel & Cain.

Fratrum ſacra Deus nutu diſtante duorum
Æſtimat accipiens viua, & terrena refutans:
Ruſticus inuidia paſtorem ſternit in Abel
Forma animæ exprimitur, caro noſtra in munere Cain.

Arca Noë.

Nuncia diluuii iam decreſcentis, ad arcam
Ore columba refert ramum viridantis oliuæ:
Coruus enim ingluuie per fœda cadauera captus
Hæſerat, illa datæ reuehit noua gaudia pacis.

Ilex Membræ.

Hoſpitiũ hoc Domini eſt, ilex vbi frõdea Mãbræ
Armentale ſenis protexit culmen, in iſta
Riſit Sarra caſa, ſobolis ſibi gaudia ſera
Ferri, & decrepitum ſic credere poſſe maritum.

Monumentum Saræ.

Abraham mercatur agrum, quo conderet oſſa
Coniugis, in terris quoniam peregrina moratur
Iuſtitia atque fides: hos illud millibus emptum
Speleum, ſanctæ requies vbi parta fauillæ eſt.

Somnium Pharaonis.

Bis ſeptem ſpicæ, vaccæ totidem, Pharaoni
Per ſomnum viſæ, protendunt diſpare forma
Vberis, atque famis duo per ſeptennia tempus
Inſtare, hoc ſoluit patriarcha, interprete Chriſto.

Ioſeph à fratribus agnitus.

Venditus inſidiis fratrum puer, ipſe viciſſim
Cratera in fratris ſacco clàm præcipit abdi
Vt que reos furti Ioſeph tenet, auctio fallax
A *Proditur, agnoſcunt fratrem, vanique pudeſcunt.*

Ignis in rubro.

Sentibus inuolitans Deus igneus ore coruſco
Compellat iuuenem pecoris tunc forte magiſtrum.
Ille capit iuſſus virgam, fit vipera virga,
Soluit vincla pedum, properat Pharaonis ad arcẽ,

Iter per mare.

Tutus agit vir iuſtus iter, vel per mare magnum,
Ecce Dei famulis ſciſſim freta rubra dehiſcunt,
Cùm peccatores rabidos eadem freta mergant,
B *Obruitur Pharao, patuit via libera Moſi.*

Moſes accipit legem.

Fumat montis apex diuinis ignibus, in quo
Scripta decem verbis ſaxorum pagina, Moſi
Traditur, ille ſuos ſuſcepta lege reuiſit,
Forma ſed his vituli ſolus Deus, & Deus aurum.

Manna & Coturnices.

Panibus angelicis albent tentoria patrum,
Certa fides facti, tenet vrceus aureus exin
Seruatum Manna: ingratis veni altera nubes,
C *Atque auidos carnis ſatura congeſta coturnix.*

Serpens æneus in eremo.

Feruebat via ſicca eremi ſerpentibus atris,
Iamque venenati per liuida vulnera morſus
Carpebant populum, ſed prudens ære politum
Dux cruce ſuſpendit, qui virus temperet anguem.

Lacus deſerti amarus.

Aſpera guſtata populo ſitiente lacuna
D *Triſtificos latices ſtagnantis felle tenebat,*
Moſes ſanctus ait, lignum date gurgitem in iſtum
Conucite, in dulces vertentur amara ſapores.

Fontes duodecim & palmæ ſeptuaginta.

Deuenere viri Moſi duce, ſex vbi fontes,
Et ſex forte alij, vitreo de rore rigabant,
Septenas decies palmas, quæ myſticus Helym
Lucus, Apoſtolicum numerum libris quoque pinxit.

Lapides duodecim In Iordane. A

Infontem reſluo Iordanis gurgite fertur,
Dum calcanda Dei populis vada ſicca relinquit
Teſtes biſſeni lapides, quos flumine in ipſo
Conſtituere patres, ad formam diſcipulorum.

Domus Raab.

Procubuit Hierico, ſola aſtant atria Raab,
Hoſpita ſanctorum meretrix, tanta eſt fidei vis B
Incolumi ſecura domo ſpectabile coccum
Ignibus aduerſis in ſignum ſanguinis offert.

Samſonis Leo.

Inuictum virtute comæ Leo frangere Samſon
Aggreditur, necat ille feram, ſed ab ore Leonis
Mella fluunt, maxilla aſinæ fontem vomit vltro:
Stultitia exundat lymphis, dulcedine virtus.

Samſonis vulpes.

Tercentum vulpes Samſon capit, ignibus armat
Pone faces caudis circumligat, in fata mittit.
Allophylum, ſegetéſque cremat quæ callida vulpes
Nunc hereſis flammas viciorum ſpargit in agros.

Dauid Paſtor.

Dauid paruus erat, fratrũ vltimus, & modo Ieſſe
Cura gregis, citharam formans ad ouile paternũ, D
Inde ad delicias regis, mox horrida bella
Conſerit, & funda ſternit ſtridente Goliam.

Dauid Rex.

Regia mirifici fulgent inſignia Dauid,
Sceptrũ, oleũ, cornu, diadema, & purpura, & ara.
Omnia conueniunt Chriſto, chlamys, atque corona,
Virga poteſtatis, cornu, crucis, altar, oliuum.

Ædificatio Templi. E

Ædificat templum ſapientia per Solomonis
Obſequium, regina Auſtri graue cougerit aurum.
Tẽpus adeſt, quo tẽplũ hominis ſub pectore Chriſtus
Ædificet, quod gaza colentum barbara ditet.

Filij Prophetarum.

Forte prophetarum nati dum ligna recidunt F
Fluminis in ripa, cecidit diſcuſſa bipennis,
Gurgite ſubmerſum eſt ferrum, ſed mox leue lignum
Iniectum ſtagnis, ferrum reuocabile fecit.

Captiuitas Iſraël.

Gens Hebræorum peccamine capta frequenti,
Fleuerat exilium diræ Babylonis ad omnes:
Tum patrios cantare modos præcepta recuſat,
Organáque in ramus ſalicis ſuſpendit amaræ.

Domus Ezechiæ regis.

Hic bonus Ezechias meruit ter quinq; per annos,
Præſcriptum proferre diem, legémque obeundi
Tendere, tot gradibus, quot veſperis texerat vnda
Lumine perfuſis, docuit ſol verſus in ortum.

DE NOVO TESTAMENTO.

Gabriel ad Mariam.

ADuentante Deo deſcendit nuncius alto
Gabriel patris ex ſolio, ſedémque repente
Intrat virgineam, ſanctus te ſpiritus, inquit,
Implebit Maria, Chriſtum paries ſacra virgo.

Ciuitas Bethleem.

Sancta Bethlẽ caput eſt orbis, quæ protulit Ieſum
Orbis principium, caput ipſum principiorum.
C *Vrbs hominẽ Chriſtum genuit, qui Chriſtus agebat*
Ante Deus, quàm ſol fieret, quàm lucifer eſſet.

Magorum munera.

Hic precioſa Magi ſub virginis vbere Chriſto
Dona ferunt puero, myrrhæque & thuris, & auri.
Miratur genitrix, tot caſti ventris honores,
Seque Deum genuiſſe, hominem, regémque ſupremũ.

Angeli ad paſtores.

Peruigiles paſtorum oculos vis luminis implet
Angelici, natum celebrant è virgine Chriſtum
Inueniunt tectum panis, præſepe iacentis
Cuna erat, exultant alacres, & numen adorant.

Infantum in Bethleem cædes.

Impius innumeris infantum cædibus hoſtis
Perfurit Herodes, dum Chriſtum quærit in illis.
Fumant lacteolo paruorum ſanguine cunæ,
Vulneribúſque madent calidis pia pectora matrum.

Chriſtus in Iordane baptizatur.

Perfundit fluuio, paſtus Baptiſta locuſtis,
Siluarúmque fucis, & amictus veſte cameli:
Tinxerat & Chriſtum, ſed ſpiritus æthere miſſus
Teſtatur tinctum, qui tinctis crimina donet.

Pinna templi.

Excidio templi veteris ſtat pinna ſuperſtes,
Structus enim lapide ex illo manet angelus vſque
In ſeclum ſecli, quem ſpernunt ædificantes,
Nunc caput eſt templi, & lapidum compago nouorũ,

Vinum ex aqua factum.

Fœdera coniugij celebrabant auſpice cœtu,
Fortè Galilæis deerant iam vina miniſtris,
Chriſtus vaſa iubet properanter aquaria lymphis

Impleri, inde meri veteris perfunditur vnda.

Piſcina Siloa.

Morborum medicina latex, quem ſpiritus oris
Eructat variis, fuſam ratione latenti,
Siloam vocitant, ſputis vbi collita cæci
Lumina ſaluator iuſſit de fonte lauari.

Cædes Ioannis.

Præmia ſaltatrix poſcit funebria virgo
Ioannis caput, abſciſſum quod lance reportat.
Inceſtæ in gremium matris, fert regia donum
Pſaltria, reſperſis manibus de ſanguine iuſto.

Chriſtus per mare ambulat.

It mare per medium Dominus, fluctúſq; liquẽtes,
Calce terens, iubet inſtabili deſcendere cymba
Diſcipulum, ſed mortalis trepidatio plantas
Mergit, at ille manum regit, & veſtigia firmat.

Dæmon miſſus in porcos.

Vincla ſepulchrali ſub carcere ferrea dæmon
Fregerat, erumpit, pedibúſque aduoluitur Ieſu,
Aſt hominem Dominus ſibi vendicat, & iubet hoſtẽ
Porcorum furiare greges, ac per freta mergi.

Quinque panes & duo piſces.

Quinque Deus panes fregit, piſcéſque gemellos,
His hominum large ſaturauit millia quinque,
Implentur minimo micarum fragmine corbes
Biſſeni, æternæ tanta eſt opulentia menſæ.

Lazarus ſuſcitatus.

Conſcius inſignis facti locus in Bethania,
Vidit ab inferna te Lazare ſede reuerſum.
Apparet fractis ſciſſum foribus monumentum,
Vnde putreſcentis redierunt membra ſepulti.

Ager ſanguinis.

Campus Acheldemacæ ſceleris mercede nefandi
Venditus, exequias recepit tumuloſus humandas.
Sanguinis hoc preciũ eſt Chriſti, Iuda eminus arctat
Infelix collum laqueo, pro crimine tanto.

Domus Caiphæ.

Impia blaſphemi cedidit domus alta Caiphæ.
In qua pulſata eſt alapis facies ſacra Chriſti.
Hic peccatores manet exitus, obruta quorum
Vita ruinoſis tumulis ſine fine iacebit.

Columna ad quam Chriſtus eſt flagellatus.

Vinctus in his Dominus ſtetit ædibus atq; colũnis
Annexus, tergum daret vt ſeruire flagellis.
A *Perſtat adhuc, tẽplúmque gerit veneranda colũnas*
Nóſque docet cunctis immunes viuere flagris.

Paſſio Saluatoris.

Traiectus per vtrúmq; latus, laticẽ atq; cruorem
Chriſtus agit, ſanguis, victoria, lympha, lauacrũ eſt.
Tunc duo diſcordant crucibus hinc inde latrones
Contiguis, negat ille Deum, fert iſte coronam.

B Sepulchrum Chriſti.

Chriſtum nõ tenuit ſaxum, non clauſtra ſepulchri,
Mors illi deuicta iacet, calcauit abyſſum:
Sanctorum populus ſuperas ſimul iuit ad oras,
Séque dedit multis tactúque oculiſque probandum.

Mons Oliueti.

Montis oliuiferi Chriſtus de vertice ſurſum
C *Ad patrem redit, ſignans veſtigia pacis.*
Frondibus æternis præpinguis liquitur humor,
Qui probat infuſum terris de chariſmate donum.

Paſſio Stephani.

Primus iuit Stephanus mercedẽ ſanguinis, imbre
Afflictus lapidum, Chriſtum tamen ille cruentus
Inter vtrúmque nefas mercatus acerba doloris,
Nunc age conſtanter repara virtutis honorem,
Et tibi te reuoca, trepidum ne noxia frangant,
D *Gloria ne pereas, neu proſpera lubrica perdant,*
Vtere more tuo, te deinde rediſce magiſter,
Fortis athleta animo, ſanctos non obruit error.
Acrius inſequitur hoſtem manus iſta dolori,
Plagáque fixa ſolet mentes armare viriles,
Atque pudore recens creſcit de vulnere virtus,
Ac datur armigero victoria vulnere crebro.
Fraterno alloquio ſic angelus explicat ore,
Tanta eſt cura Dei Martinum auellere lapſu.
Vlterius ſynodo neque ſe permiſcuit inſons,
Virtutiſque ſuæ damnis noua lucra parauit.
E

Ægyptius Deum Martini inuocans, tempeſtatis periculum effugit. Ibidem.

Nauita cum quidam Tyrrhenum curreret æquor,
F *Fert iter ad Romam, qui velificante volatis*
Turbinis impatiens, oritur violentia venti,
Exiliunt fluctus, feriunt caua vela rudentes.
Nutat pinus iners, rapiuntur ſigna chiruſcis,
Lenis & antennæ coëuntia cornua frendent,
Artis inops, ſtupidus reſilit de puppe magiſter.
Stant, vnde armatura cadit, fragor æquoris vrget.
Prora bibit, dum nauta vomit, perit ars, iacet vſus,
Spes fugit, ira premit, rapitur lux, morſque minatur
Caſibus in dubiis, certi vergente ſalute,
Dum trepidant omnes, Ægyptius hæc ait vnus,

Quin & dum Chriſti charîſmata ſenſerat exors,
Martini Deus eripe nos: mox dira procella
Corruit, & pelagi tumor altus ad ima reſedit.
Sternitur vnda rati, liquidi ſtetit area campi,
Atque immota loci iacuerunt murmura ponti:
Gurgitis opiati, trabe curritur æquor amicum,
Littoris ora legunt flabris data vela ſecundis,
Atq; petens portam, vada complet nauta celeuſma.
Sic bene pro meritis famulo dat Chriſtus honores,
Cuius euntes fide terras, mare, ſidera ſupplet.

IN LEONTIVM EPISCOPVM redditum Burgalenſi Eccleſiæ, Acroſtichis è libro primo.

AGnoſcat omne ſeculum.
Antiſtitem Leontium,
Burdegalenſe præmium,
Dono ſuperno redditum.
Bilinguis ore callido,
Crimen fouebat inuidum,
Ferens acerbum nuncium,
Hunc iam ſepulcro conditum,
Cælare ſe non pertulit,
Qui triſte funus edidit,
Et ſinocere deſiit,
In ſana vita prodiit.
Deceptus arte noxia
Caſſata deflet crimina,
Dum quæ putabat triſtia,
Conuerſa ſunt in gaudia.
Exempla ſæua protulit,
Calcanda cuncto tempore,
Vt iam ſibi conſcriberet
Decreta viuo antiſtite.
Fucata res hæc contigit
Vitanda caſto pectore,
Superſtite vt præſumeret,
Poſt fata quod vix defuit.
Grauat ſacerdos ordinem.
Qui epiſcopatum ſic petit,
Præcepta qui complectitur,
Fugit honoris ambitum.
Hoc ſi cui ſit debitum
Coactus aſcendat gradum
Non ſe petente callide,
Sed dante Chriſti munere.
Ineptus eſt, quis ipſe ſe
Præferre vult Eccleſiæ:
Nam rem ſacratam ſumere
Electio diuina ſit.
Carus ſacerdos ordinem,
Hilarius non ambiit,
A *Martinus illud effugit.*
Gregorius vix ſuſtulit.
Leges refutant ambitum,
Inuaſor omnis pellitur,
Quod reſpuunt Prætoria,
Vitet nefas Eccleſia.
Maligna erant certamina,
De ſede non tamen ſua,
Quæ nec pati deſiderat,
Non inferat mens improba.
B *Nec longiore tempore*
Verſatur in hoc murmure,
Dum cogitant ſuccedere,
Redit ſacerdos qui fuit.
Orante plebe protinus
Dum nemo credit, redditur,
Quæ confluunt poſt triſtia
Maiora ſunt hæc gaudia.
Plauſu fauebat ciuitas,
Cui reddita eſt felicitas
Orbata quem defleuerat,
C *Partem recepit anxia.*
Quem vix putabat redditum
Præuenta voto proſpero,
Res mira quando cernitur
Solet ſtupere viſio.
Recolligit rector gregem,
Errore captum ſemitæ,
Paſtoris arce cognita
Gauiſa ſunt ouilia.
Sumpſit gradum, quo tempore
D *Regreſſus eſt: eo die,*
Quis non ſuperno munere
Hoc contigiſſe prædicet?
Tantum nec ante præmium
Plebi fuit, cum factus eſt,
Lætata quantum tunc fuit
Quando recepit præſulem.
Venite ciues, plaudite,
Et vota votis addite,
Quo facta ſunt miracula,
E *Seruent eum cæleſtia.*
Chriſtus ſereno lumine
Circumuolet, quem reddidit,
Vt trina creſcat gratia,
Mercede, vita, gloria.
Imum canendo concrepet,
Quiſquis Deo non inuidet;
Laus eius eſt, qui præſulem
De mortis ore retrahit.
Zelante fido pectore,
F *Iam vera dici non pudet,*
Hæc parua nobiliſſimo
Papæ damus Leontio.

RVSTICI HELPIDII V. C. EX INLVSTRIS EXQVÆSTORIS, HISTORIARVM TESTAMENTI VETERIS ET NOVI.

RVSTICVS Helpidius vixit temporibus Symmachi & Boetij, Anaſtaſio imperante, Medicus Theodorici Regis Gothorum, vir ſtirpe nobili, & exqueſtor. Scripſit conſolationem ſui doloris, cuius meminit: Hinc etiam noſtro nugata eſt ſchema dolori, &c. Qui liber non extat. Vixit ad annum à Chriſto quingenteſimum.

Eua à diabolo ſeducta.

EVæ viperea, vetitum decerpere pomum
Inuidus, arte parat, tantæ quæ neſcia fraudis
Credidit infelix ſocio peritura marito.

Angeli ad Mariam aduentus.

Angelus illæſum Mariæ per ſomnia Ioſeph
Connubium ſeruare monet: hic dote repleta
Spiritus hoc quod ſit flagrans, ſaluatur honore.

Adam & Eua de Paradiſo pelluntur.

Pellibus accincti, peccati ſigna ferentes,
Pœnarum famuli linquunt felicia regna,
Semper amica piis peccantes reſpuit aula.

Latro in paradiſum introducitur.

Sacrati nemoris, Domino per amœna vireta
Felix latro duce, hoſpitium vitale meretur,
Fortificata fides vincit tot crimina vitæ.

Noæ area, præcepto Domini, includit omnia.

Hic volucres, armenta, viros, genus omne ferarũ,
Ne quid diluuij perdat violentia, Noë
Colligit, atque vnam, tot condita condit in arcam.

Petro viſio de cælo oſtenditur.

Reptilium pecudúmque genus, cunctáſque volucres
Diſcus habet, quæ cuncta iubet pater edere Petrum,
Nil commune putans; quod mundum fecerat auctor.

Turris confuſionis deſtruitur.

Extruit immenſis opibus væſania turrim,
Sed facit ora Deus ſummus diſcordia rector,
Ne quid ſtulsa manus ſupra ſua iura pararet.

Petrus & Apoſtoli variis loquuntur linguis.

Conſona diuerſas fundit narratio linguas,
Barbara quæque ſuam cognoſcit natio vocem,
Quam ſacer humano præfatur ſpiritus ore.

A Ioſeph à fratribus venditur.

Hic coniurati germanum vendere fratres
Cogit liuor edax, proſunt contraria iuſtis,
Hoc opus eſt diuinum, vt qui modo vendit, adoret.

Chriſtus à Iuda venditur.

Nummi dira fames compellit vendere Iudam
In pœnam regale caput, commercia tanti
Sanguinis, exiguo peragit mens improba lucro.

B Abraham filium ad immolandum ducit.

Cædis in expenſas fert hoſtia propria lignum,
Nam charum genitor pignus mactare paratus
Ducit Abram: fidei meritum eſt, nec parcere nato.

Chriſtus ducitur crucifigendus.

Geſtit honorandum cunctis manus inclyta lignum,
Quo ſe ſancta ſinit ſuſpendi victima mundi:
Tollitur, vt miſeris reddat mors vna ſalutem.

C Coturnices & manna datur Iudæis.

Hic auidos carnis miſſa ortygometra refecit,
Immeritóſque replet cæleſtis copia panis:
Nam dignis, quem quiſque velit, dat manna saporẽ.

Septem panibus Chriſtus quatuor millia hominum paſcit.

Panibus hic ſeptem populorum millia paſcit
Quattuor & pauci ſaturant conuiuia piſces:
Nam bis ſex ſportas panis fragmenta replerunt.

Moſes aſcendit in montem.

D *Veridicæ Moſes pandit penetralia legis,*
Quæ ſummus cunctis vnus ſit rector & idem,
Nec diuiſa regit mundum, ſed ſola poteſtas.

Chriſtus in monte docet.

Montis valle ſedens, graue & immutabile verbũ,
Et pia iuſtitiæ populis præcepta profatur,
Quáque it, qua pergit, ſe ſe ſapientia monſtrat.

Martha & Maria.

Arguit immeritis conſortem Martha querelis,
Quod vacet officio, cui verax arbiter, inquit
Curæ Dei, melior domus, & magis vtilis illi.

Centurio ad Chriſtum.

Heu mihi ſaluator, ſaluari ſeruus anhelat:
Non ego ſum dignus, cuius tu tecta capeſſas,
Sed verbo ſanare potes, nam ſufficis abſens.

Ex aqua Chriſtus vinum facit.

Inſipidi quondam latices elementa, ſaporem
Flagrantis ſumpſere mei, nam prouidus auctor
Munera lætitiæ, virtutum exordia fecit.

Mulier à Chriſto curatur.

XII. *Dat dextram miſeris, miſeranſque attollit amice,*
Quam longinqua ſui curuarant tormina morbi,
Surgit recta fides, credentis mundáque mens eſt.

Mulier à profluuio ſanatur.

Hæc mulier tactu veſtis furata ſalutem eſt,
Siccauitque fides venas, fluuiúmque pudendum:
Pulchra fides, cui vis cogendi magna Tenantem.

Chriſtus reſuſcitat viduæ filium.

Mœrebat genitrix ignara mente cadauer,
Cui mundique hominumque ſalus, in limine portæ
Obuia cum venit, luctus in gaudia vertit.

Zachæum Chriſtus videt in arbore.

Dulcis honor Domini Zachæo fulſit amico,
Maieſtate ſonans: hodie mihi proſicis hoſpes,
Ad maiora dehinc ramus deſcende relictis.

Lazarus à morte reuocatus.

Lazarus hic iterum proiecta morte reſurgit,
Et pariunt animas mutata lege ſepulcra,
Qui vitam functis ſcis verbo reddere, vita eſt.

RVSTICI HELPIDII CARMEN.
De Chriſti Ieſu beneficiis.

Conditor omnipotens rerum, mens vnica ſummi
Et proles æterna Dei: qui gloria patris,
Ac verbi fœcundus honor, quo cærula ponti
Diffundit, ſolidauit humum, ſuſpendit olympum,
Quæ loca iuſſa tenent: etiam diſcordia fidas
XII. *Conſeruant elementa vices, paretque recepto*
Sole dies, lunámque dies patiuntur in ortus
Atque obitus remeare ſuos, nec cedere luci
Aſtra negant, proprioſque ferunt ignoſcere curſus,
Et contenta citæ decreſcere cornua lunæ.

A *Hoc verbo, quo tanta pater ſibi regna parauit,*
Te quoque regnorum ſocium natumque probauit.
Quem pariter connexa tremunt, ſemperque paratam
Ter celebrat laus noſtra fidem, quia temporis expers
Cum genitore ſedes: quid enim tibi defuit vnquam,
Aut patris plus eſſe potes, quibus vnica ſemper
Patria maieſtas dominatur, nomina regnant?
Semper enim ſocio cultu celebrandus habetur
Spiritus, imperiúmque gerens, viget vna poteſtas
Tam cœpto quàm fine carens, idémque per omnes
Et communis honos merito, inter triſtia terræ
B *Geſſiſti cæleſte decus, dignatus vtraſque*
Oſtentare vices: nil matris corpore maior,
Nil patris virtute minor, nunquam ætheris abſens,
Nunquã ſumpta ſemel pro nobis membra relinquens,
Semper vbique potens, adſis precor, & mea ductor
Corda regas, animæque animos & gaudia dones.
Expugnare luem vitiorum & vincere tandem
Si quid prauus amor, ſi quid ferus imperat ardor.
Quidquid turpe loqui, quidquid committere ſæuum,
Quod mihi vel cuiquam noceat, quod moribus obſtet,
Vinctáque perpetuis captiuet pectora pœnis
C *Lapſibus indulgens venia, quos primus in omnem*
Seruandi leges, & vitæ prouidus auctor,
Indicio miſerante leues, ve mitius angar:
Pœniteat peccaſſe tibi, & tibi corrigar obſes.
Parcendi vindicta reos cape munera quæſo,
Oris egena mei, nil dignum laude canentis,
Vota magis quam dona probes, nec vatibus iſta
Annumeres, fandi doctas erroribus artes,
Quas Aganippeæ Permeſſius accola lymphæ,
Hauſto fonte ciens, vana dulcedine captæ
Pabula mentis habet, ſeſeque oblectat inani
Murmure, quo blandi ſit pollens carminis ore.
D *Hinc etiam noſtro nugata eſt ſchema dolori,*
Garrula mendoſis fingens ſatyromata Muſis,
Fallerent vt trepidos cantatrix pagina queſtus:
At tibi mens confeſſa patet, tibi fundit anhelans
Seria lingua preces, & ſobria verba fatigat.
Tu Dominus, tu verus honos ac gloria perpes,
Atque opifex rerum, tu ſpes manifeſta reducta
Exemplúmque capax animæ: tu victor & hæres
Corporis occidui, poſt idem & membra ſuperſtes
Poſt inferna Deus, & poſt mortalia viuus.
E *Tu diuina ſalus, ſtrepitus miſeratus amaros*
Ac morbos furiaſque dolens, & crimina læſi
Sanguinis, in noſtros paſſus deſcendere viſus,
Atque hominem miſcere Deo, mox conſcia veri
Exhibuit documenta fides, prædictáque priſcis
Temporibus, ſtupuit miracula ſubditus orbis.
Et cui terra iacet, pelagus ſilet, atque coruſcis
Obſequiis ſeruire minor vix ſufficit æther,
Calcatiſque celer famulatur nubibus axis:
Hunc grauidante Deo mortalis neſcia fœtus,
Virginitas fœcunda tulit, partuque pudico
F *Expletum eſt pietatis opus, nec enim ederet ortum*
Vulgaris natura nouum, coramque pateret
Maieſtatis apex, ſi nil mirabile terris,
Ignotumque daret, nec tanti pignora fœtus
Euituere ſimul, nam claro ſidere mundus
Irradians rutilæ lucis cognouit honorem
Auctorem periſſe ſuum, qui nobilis æui

Inchoamenta gerens, fragiles proceſſit in artus.
Protinus aſſumptis tolerans data tempora membris,
Quem nil ante fuit, nec enim extat origo creati
Principij, naſci quod poſt Deus omnia poſſet,
Quæ genuit cum patre, & cum ſpiramine magno.
Et triplex in laude viget, ſempérque vigebit,
Excoluit diuinæ piis cunabula ſancta,
Fulgentem ſuper aſtra videns, quem terra leuauit.
Gens Chaldæa Deum cum ſanctæ perdita flammæ
Lumine, monſtratumque polis proſecuta nitorem,
Promeruit te noſſe prior ventura dicatis,
Per ſpeciem documenta ferens, dat munera, regi
Diuitias, dat thura Deo, myrrhamque ſepulcro.
Illic omniparis ſuccreuit gloria verbi,
Lætáque vina thoris, & fercula reddita menſis:
Obſtupuit populus cumulatis lancibus hoſpes,
Pronuba congeſtis dapibus conuiuia ducens,
Tu tenui tactu tenebroſæ frontis inanes
Iuſſiſti lucere ſinus, ruptiſque latebris
Conceptos gaudere dies, ac nocte fugata
Monſtrifici vultus, feciſti lumina cæco.
Per te ſumme pater, vulſis compagibus æger
Vix anima reſidente redit, qui mortua funus
Oſſa trahens verbi ſanum virtute, receptis
Viribus exiluit: nam iam quia lapſa manere.
Non poterat, duro ſubiecit colla grabato.
Tu morbos cohibere potens, pulſiſque ſepulcri
Luctibus, atque animis vitæ reuocare cadauer,
Confractique trucis calcare repagula lethi,
Vnius vt vultu redeunte, capeſſeret orbis,
Quid cunctis conferre ſuis tua dextra pararit.
Nec nobis fundaſſe ſolum, grauidare nouales,
Effudiſſe comas ſiluis, & gramina pratis,
Subieciſſe feras, varios renouare liquores, X.
Alitibus reſerare auras, & piſcibus vndas
Contentus, noſtrumque genus ratione ſagaci
Et forti muniſſe manu, pérque aſtra leuatum
Erexiſſe caput, motus manantibus olim
Subuenis, & primi medicata labe reatus,

A Extinctas animas, & corpora functa reducis
In cælum, legeſque pias: non ſuauibus herbis
Meſſis & emeritæ, nec mollis veſtis honore
Fulgida Sidonij quam polluit vnda veneni,
Pellibus aut Libycis redimens, aut mercibus Indis,
Progeniem ſtirpemque tuam, ſed ſanguine ſacro
Et precio magno donas, qui lubrica mores
Inter membra docens, vt vitam reddere poſſes,
Viciſti culpas meritæ pro crimine carnis,
Laudem carnis agens, per tot contagia purus.
Præque homine exultans, hominis perferre dolores,
Et mortem pro morte pati, perſoluere ſignum
Culminis ætherei, pro noſtri funere ligni.
Ex quo pœna prior naturæ iura momordit,
Rumpentis monitus, & iuſſa verenda parentis,
B Artificiſque ſui, cui iugiter eſſe precandum
Extenſis manibus, mœrenti in funere tenſæ X.
Monſtrauere manus, vt viuax gloria terris
Aſſereret, tormenta crucis nec quiſque recuſet
Pro Domino tolerare libens, conſtantibus vlnis,
Quod Dominus pro plebe tulit: nec dicere fas eſt
Senſibus exiguis, quanto celebratur honore
Gratia, quæ ſacris reſerans penetralia fontis,
Prouocat ad veniam cunctos, meliúſque renaſci
Poſſe dedit, ſuperaſque fores & limina pandit,
Ad mundi potioris iter, regnumque perenne
Cæleſtis patriæ: iam non hic arida febris,
Non ſitis, aut violenta fames, non flamma timoris,
Nec bellum, nec morbus erit, nec iniqua poteſtas
C Sæuiet, aut ferro quiſquam exercebit adempto
Ius ſceleris, raptor ve nocens dominabitur vllus
Sancta ſede, pij portabunt præmia mores,
Et fidus ſplendebit amor, viridiſque iuuentus.
Non reptans tacitos infantia conteret annos,
Curua nec exuſto ſulcabitur ore ſenectus:
Sola quies læta inſtabili lætabitur æuo.
Credimus & placida Domini pietate feremur
Hic quoque iuſtitiæ, & ſperantes munera vitæ.

PROBÆ FALCONIÆ FOEMINÆ
CLARISSIMÆ, EXCERPTVM E VIRGILII CARMINIBVS, AD TESTIMONIVM VETERIS & noui Teſtamenti, Opuſculum.

IAM dudum temeraſſe duces: pia fœdera pacis
Regnandi miſeros tenuit quos dira cupido
Diuerſaſque neces, regum crudelia bella.
Cognataſque acies pollutas cæde parentum
Inſignes clypeos nullóque ex hoſte trophea
Sanguine conſperſos tulerat quos fama triumphos
Innumeris totiens viduatas ciuibus vrbes.
Confiteor ſcripſi, ſatis eſt meminiſſe malorum.
Nunc Deus omnipotens, ſacrum precor accipe carmen

A Æternumque tui ſeptemplicis ora reſolue X.
Spiritus, atque mei reſera penetralia cordis:
Arcana vt poſſim vatis proba cuncta referre.
Non tunc Ambroſium cura eſt mihi quærere nectar
Nec libet Aonio de vertice ducere muſas,
Non mihi ſaxa loqui vanus perſuadeat horror,
Laurigeróſque ſequi tripodas, & inania vota,
Iurganteſque deas procerum, victóſque penates:
Nullus enim labor eſt verbis extendere famam,
Atque hominum ſtudiis paruam diſquirere laudem.
Caſtalio ſed fonte madens imitata beatos,
Quæ ſitiens hauſi ſanctæ libamina pacis
Hinc canere incipiam, præſens Deus erige mentem

Virgilium cecinisse loquar pia munera Chriſti
Rem nullis obſcuram, repetenſque ab origine pandā,
Si qua fides annum, ſi veros fuſa per artus
Æn. 6. *Mens agitat molem, & toto ſe corpore miſcet*
A. 6. *Spiritus, & quantum non noxia corpora tardant,*
A 6. *Terreniq; hebetant artus, moribundaque mebra.*

Deprecatio ad Deum.

Æn.10. *O pater, ò hominum, rerumque æterna poteſtas,*
G 1. Æ 3. *Da facilem curſum, atque animis illabere noſtris,*
G 2. *Tūque ades, inceptúmque vna decurre laborem*
Æ. 6. *Nate patris ſummi, vigor & cæleſtis origo:*
Æ 11 Æ 4. *Quem primi colimus, meritóſque nouamus honores,*
Ec 3 Æ 7. *Iam noua progenies, omnis quam credidit ætas,*
G 1 Ec. 6. *Munera vera cano, ſatis eſt potuiſſe videri.*
A 3. *Iampridem memini veterum monimenta virorum*
Æ. 6. *Muſæum ante omnes totum ceciniſſe per orbem*
G. 4. *Quæ ſint, quæ fuerint, & quæ ventura trahantur.*
E 6. *Omnia vt ipſe tener mundi concreuerit orbis.*
G. 2. *Felix qui potuit rerum cognoſcere cauſas,*
Æ. 6. *Vnde hominum, pecudúmq; genus, vitæq; volantū,*
Æ. 6. *Et quæ marmoreo fert monſtra ſub æquore pontus,*
G. 1. *Et ſi quid ſimul ignis habet vel mobilis humor,*
G. 2. *Haud aliter prima creſcentis origine mundi*
G. 3. *Illuxiſſe dies, alium ve habuiſſe tenorem*
Æ 7. *Crediderim, maior rerum mihi naſcitur ordo,*
Æ. 10. *Si qua fidem tanto eſt operi latura vetuſtas.*
E 1. G 4. *Namque (fatebor enim) leuium ſpectacula rerum*
Æ. 9. *Semper equos, atq; arma virum, pugnaſque canebā,*
G. 1 A 9. *Et ſtudio incaſſum volui exercere laborem,*
G 4 A 4 *Omnia tentanti potior ſententia viſa eſt*
Pandere res altas terra & caligine merſas.
Inque dies, aliquid iamdudum inuadere magnum
Mens agitat, mihi nec placida contenta quiete eſt.
Ore fauete omnes, lætaſque aduertite mentes
Matres, atque viri, pueri, innuptæque puellæ.

De creatione Mundi.

Æ. 6. *Principio cælum, ac terras, campoſque liquentes*
Lucentémque globum Lunæ ſoliſque labores
G. 1. *Ipſe pater ſtatuit: vos ò clariſſima mundi*
Lumina labentem cælo quæ ducitis annum.
Æ. 3. *Nam neque erant aſtrorum ignes, nec lucidus æther,*
Æ. 5. *Sed nox atra polum bigis ſubuecta tenebat,*
Et chaos in præceps tantum tendebat ad vmbras,
Æ. 6. *Quantus ad æthereum cæli ſuſpectus olympum.*

De diuiſione lucis à tenebris.

Æ.10. *Tunc Pater omnipotens, rerū cui ſumma poteſtas,*
Æ. 5. *Aera dimouit tenebroſum, & diſpulit vmbras,*
G. 1. *Et medium luci atque vmbris iam diuidit orbem,*
Æ. 3. *Sydera cuncta notat, tacito labentia cælo,*
Æ. 7. *Intentos voluens oculos, qua parte calores*
G. 2. *Auſtrinos tulerit, quæ terga obuerterit axi,*
G. 1 *Obliquus qua ſe ſignorum verterit ordo.*

De quatuor temporibus anni.

Æ. 3. *Poſtquam cuncta videt cælo conſtare ſereno*
A *Omnipotens, ſtellis numeros & nomina fecit,* G. 1.
Temporibuſque parem diuerſis quatuor annum G. 1.
Æſtuſque, & pluuias, & agentes frigora ventos. G. 1.
Atque hæc vt certis poſſemus diſcere ſignis, G. 1.
Vere tument terræ, & genitalia ſemina poſcunt: G. 2.
Ac medio toſtas æſtu terit area fruges, G. 2.
Et varios ponit fœtus autumnus, & atra G. 2.
Venit hyems, teritur Sicyonia bacca trapetis, G. 2.
Atque in ſe ſua per veſtigia voluitur annus. G. 2.
Tempore iam ex illo fœcundis imbribus æther G. 2.
B *Magnus alit, magno commiſtus corpore fœtus.* G. 2.

Dies Primus.

Et iam prima nouo ſpargebat lumine terras, Æ. 4.
Ducebatque diem ſtellis aurora fugatis. Æ. 3.
Tunc durare ſolum, & diſcludere Nerea ponto E. 6.
Incipit, & rerum paulatim ſumere formas,
Et variæ pelagi facies, immania cete Æ. 5.
Æquora verrebant caudis, æſtumque ſecabant, Æ. 8.
Necnon & vaſti circuibant æquora ponti.
C *Iam ſole infuſo, iam rebus luce retectis* Æ. 9.
Exultans, roremque ſimul diſpargit amarum. G. 4.

Dies Secundus.

Poſtera iamque dies primo ſurgebat Eoo, Æ. 3.
Fudit humus flores, & frondes explicat omnes, E. 9. G 2.
Sanguineiſque inculta rubent auiaria baccis, E. 9. G. 2.
Non raſtris hominum, non vllis obnoxia curæ. G. 2.

D

Dies Tertius.

Tertia lux gelidam cælo dimouerat vmbram, Æn. 11.
Auia tunc reſonant auibus virgulta ſonoris, G. 2.
Et liquidas corui preſſo dant gutture voces, G. 2.
Nec gemere aëria ceſſabit turtur ab vlmo. E. 1.

Dies Quartus.

Quarto terra die variarum monſtra ferarum,
E *Omnigenumque pecus, nullo cuſtode per herbam,* Æ. 3.
Educit ſyluis, ſubito mirabile viſu. Æ. 7.
Tunc demum mouet arma leo, tunc peſſima tigris A. 12.
Squamoſuſque draco, & fulua ceruice leæna G. 4.
Sæuire, ac formæ magnorum vlulare luporum. Æ. 7.
Cætera paſcuntur virides armenta per herbas, G. 3.
Nec gregibus liquidi fontes, nec gramina deſunt. G. 2.

Dies Quintus & Sextus.

F *Iámque dies, altérque dies proceſſit, & omne* A. 3.
Hoc virtutis opus diuinæ mentis & artis A. 10.
Proſpiciens genitor perfectis ordine rebus A. 3.
Expleri mentem nequit, ardeſcitque tuendo Æ. 1.
Terrarum, tractúſque maris, cælumque profundū. E. 4.
Alituum, pecudúmque genus, ſecumque volutat Æ. 8.
Qui mare, qui terras, omni ditione tenerent, Æ. 1.
Neu ſegnes iaceant terræ, iuuat vſque morari. G. 1.

De formatione primi hominis.

Æn.11. *Talia verſanti ſubito ſententia ſedit,*
G. 2. *Felicémque trahit limum, fingitque premendo*
G. 1. *Pingue ſolum primis ex templo à menſibus anni.*
Æ. 10. *Iámque improuiſo tantæ pietatis imago*
G. 2. *Proceſſit noua forma viri pulcherrima rerum,*
Æ. 1. *Os humeróſque Deo ſimilis, cui mentem, animúmque*
A. 10. *Maior agit Deus, atque opera ad maiora remittit.*

De formatione Euæ.

Æ. 5. *Quæritur hinc alius, ne quiſquã ex agmine tanto*
Æ. 7. *Audet adire virum, ſociuſque in regna vocari.*
Æ. 1. *Haud mora, continuo placidam per membra quieté*
Æ. 4. *Dat iuueni, & dulci declinat lumina ſomno.*
Æ. 8. *Atque illi médio in ſpatio iam noctis opacæ*
Æ. 1. *Omnipotens genitor coſtas & viſcera nudat.*
Æ. 1. *Harum vnam iuueni laterum compagibus arctis*
Æ. 1. *Eripuit, ſubitoque oritur mirabile donum,*
Æ. 7. *Argumentum ingens clara cum luce refulſit*
Æ. 3. *Inſignis facies, & pulchro pectore virgo*
Æ. 7. *Iam matura viro, iam plenis nubilis annis,*
Æ. 7. *Olli ſomnum ingens rupit pauor, oſſáque & artus,*
Æ. 4. *Coniugium vocat, & ſtupefactus numine preſſit,*
Æ. 8. *Excepitque manu, dextrámque amplexus adhæſit.*

Deum protoplaſtum & Euam benedixiſſe.

A. 9. *His demum exactis torquet qui ſydera mundi*
A. 10. *Iuſſit eo dicente premi placida æquora pontus,*
A. 10. *Et tremefacta ſolo eſt tellus, ſilet arduus æther.*
A. 3. *Viuite felices interque virentia culta*
A. 6. *Fortunatorum nemorum ſedéſque beatas.*
A. 8. *Hæc domus, hæc patria eſt, requies ea certa laborũ,* D
A. 1. *His ego nec metas rerum, nec tempora pono.*
A. 1. *Imperium ſine fine dedi, multoſque per annos*
E. 4. *Non raſtrum patietur humus, nec vinea falcem.*
G. 4. *At genus immortale manet, nec tarda ſenectus*
A. 9. *Debilitat vires animi, mutatque vigorem.*

Quid prohibitum primis parentibus.

A. 2. *Vos contra quæ dicam animis aduertite veſtris;*
A. 6. *In medio ramos, annoſaque brachia tendens*
A. 2. G. 2. *Eſt in conſpectu ramis felicibus arbor,* E
A. 7. *Quam, neque fas igni cuiquam, nec ſternere ferro,*
A. 2. A. 3 *Religione ſacra, nunquam conceſſa moueri.*
A. 6. *Hac quicunque ſacros decerpſerit arbore fœtus,*
A. 11. A. 1 *Morte luet merita, nec me ſententia vertit:*
G. 2. *Nec tibi iam prudens quiſquam perſuadeat author*
E. 8. A. 3 *Commaculare manus, liceat te voce moueri*
A. 11. *Fœmina, nec te vllus violentia vincat,*
G. 1. *Si te digna manet diuini gloria iuris.*

De delitiis paradiſi.

A. 3. A. 10 *Poſtquam cuncta pater, cæli cui ſydera parent,*
A. 8. A. 6 *Compoſuit, legeſque dedit, campóſque nitentes*
A. 8. A. 4 *Deſuper oſtendit, tantarum gloria rerum,*
A. 6. *Ecce autem primi ſub limine ſolis & ortus*
A. 1. *Deuenere locos, vbi mollis amaracus illos*

A *Floribus, & dulci aſpirans complectitur vmbra.* A. 1.
Hic vel purpureum, atque alienis menſibus æſtas, E. 9. G. 2.
Hic liquidi fontes, hic cæli tempore certo G. 2.
Dulcia mella premunt, hic candida populus antro G. 4.
Imminet, & lentæ texunt vmbracula vites: E. 9.
Inuitant croceis ad laudes floribus horti. G. 4.
Inter odoratum lauri nemus, ipſaque tellus A. 6.
Omnia liberius nullo poſcente ferebat. G. 1.
Fortunati ambo ſi mens non læua fuiſſet A. 9. E. 1
Coniugis infandæ, docuit poſt exitus ingens. A. 11. A. 5

B

Tentatio per Serpentem.

Iámque dies infanda aderat per florea rura, A. 2.
Ecce inimicus atrox immenſis orbibus anguis G. 1. A. 2
Septem ingens gyros, ſeptena volumina verſat, A. 5.
Nec viſu facilis, nec dictu affabilis vlli A. 3.
Obliqua inſidia ramo frondente pependit A. 7.
Vipeream inſpirans animam, cui triſtitia bella A. 7.
Iraque inuidiæque, & noxia crimina cordi. A. 7.
Odit & ipſe pater tot ſeſe vertit in ora, A. 7.
Arrectiſque horret ſquamis, & ne quid inauſum A. 11.
C *Aut intentatum, ſceleriſve, doli ve relinquat,* A. 8.
Sic prior aggreditur dictis, ſeque obtulit vltro: A. 6.
Dic, ait, ò virgo, lucis habitamus opacis, A. 6.
Riparúmque toros, & prata recentia riuis A. 6.
Incolimus, quæ tanta animis ignauia venit? A. 11.
Strata iacent paſſim ſua quæque ſub arbore poma, E. 7.
Pocula ſunt, liquidi fontes, cæleſtia dona A. 3.
Attrectare nefas, id rebus defuit vnum. A. 3. A. 12
Quis prohibet cauſas penitus tentare latentes? A. 3.
Vana ſuperſtitio, rerum pars altera adempta eſt A. 8. A. 5
Conditio, mea ſi non irrita dicta putares A. 12. A. 12
Author ero audendi ſacrata reſoluere iura. A. 12. A. 2
D *Tu coniunx tibi fas animum tentare precando.* A. 4.
Dux ego veſter ero, tua ſit mihi certa voluntas, E. 8. A. 4
Extruimúſque toros, dapibuſque epulamur opimis. A. 3

Eua ſeducta ſeducit virum.

Sic ait, & dicto citius, quod lege tenetur A. 7. A. 12
Subiiciunt epulis oculi, venerabile lignum A. 7. A. 12
Inſtituuntque dapes, contactúque omnia fœdant. A. 3.
Præcipue infiſtit peſti deuota futuræ, A. 1.
E *Miraturque nouas frondes, & non ſua poma.* G. 2.
Cauſa mali tanti ſummo tenus attigit ore A. 6. A. 1.
Maius adorſa nefas, maioremque orſa furorem. A. 7.
Heu miſero coniunx aliena ex arbore germen G. 2.
Obiicit, atque animum ſubita dulcedine mouit. A. 11.

Vident ſe nudos, & faciunt ſibi perizomata.

Continuo noua lux oculis effulſit, At illi A. 9.
Terrentur viſu ſubito, nec plura morati, A. 8.
Corpora ſub ramis obiectu frondis inumbrant A. 11.
F *Conſertum tegmen, nec ſpes opis vlla dabatur.* A. 3. A. 2
At non hæc nullis hominum ſator, atque deorum A. 11
Obſeruans oculis, cædes & facta tyranni A. 8.
Præſenſit, notúmque furens quid fœmina poſſit, A. 5.
Continuo inuadit, procul, ò procul eſte profani A. 6.
Conclamat cælum, ac terras qui numine firmat. A. 12.

Adam abſcondit ſe.

A.10. *Atque illi longe gradientem, & dira frementem*
A.10. *Vt videre metu verſi, retróque ruentes,*
A.5. *Diffugiunt, ſiluaſque & ſicubi concaua furtim*
A.5. *Saxa petunt, piget incœpti, lucémque nec aurat*
A.4. *Reſpiciunt, tædet cæli conuexa tueri.*

Increpat Adam Dominus.

A.9. *Nec longum in medio tẽpus, cum creber ad aures*
A.2. *Viſus adeſſe pedum ſonitus, genitorque per vmbrã* B
A.6. *Talibus affatur dictis, atque increpat vltro:*
A.5. *Infelix quæ tanta animum dementia cepit?*
A.5. *Quis furor iſte nouus, quo nunc: quo tenditis, inquit,*
A.4. A.12. *Regnorum immemores, quæ mentem inſania mutat?*
A.6. *Dicite? quæ lucis miſeris tam dira cupido?*
A.1. A.6 *Maturate fugam, totóque abſiſtite luco,*
A.6. A.9 *Nec reuocare gradum, ſi quando aduerſa vocarint*
A.6. *Eſt licitum, flammis ambit torrentibus amnis*
A.12. A.6. *Per medium ſtridens, torquéntque ſonantia ſaxa,*
A.3. *Attollitque globos flammarum, & ſidera lambit.*

Adam ſe excuſat.

C

A.6. *Ille ſub hæc: Tua me genitor, tua triſtis imago*
A.12. *His poſuere locis, merui, nec deprecor inquit,*
A.3. *Omnipotens, ſonitumque pedum, vocémque tremiſco*
A.10. A.10 *Conſcius audacis facti, monitique ſiniſtri*
G.2. *Fœmina fert triſtes ſuccos, tardúmque ſaporem,*
A.4. *Illa dolos, dirumque nefas ſub pectore verſans*
A.2. G.4 *Inſontem infando indicio, moritura puella*
A.10. *Dum furit incautum crudeli morte peremit.*
G.4. *Suaſit enim, ſcis ipſe, nec eſt te fallere cuiquam,*
E.8. *Vt vidi, vt perij, vt me malus abſtulit error,*
A.6. *Contigimuſque manu quod non ſua ſeminat arbos.*

Maledictum Serpenti.

G.2. A.11 *Tunc pater omnipotens ſolio ſic infit ab alto:*
A.3. *Accipite ergo, animis atque hæc mea figite dicta:*
A.1. *Tuque prior ſcelere ante alios immanior omnes.*
A.5. *Quem nec longa dies, pietas nec mitigat vlla.*
A.6. A.2 *Hortator ſcelerum coluber, mala gramina paſces*
G.4. *Deſidia, latamque trahes inglorius aluum,*
G.2. *Cede locis, nubis hominum cogentibus, ipſe*
G.2. *Tenuis vbi argilla, & dumoſis calculus aruis.*

Maledictum Adam.

A.2. *At tibi pro ſcelere exclamat, pro talibus auſis,*
A.9. *Omne æuum ferro teritur, primuſque per artem*
A.6. G.1 *Heu miſerande puer, terram inſectabere raſtris,*
G.1. G.1. *Et ſonitu terrebis aues, horrebit in aruis*
E.5. *Carduus, & ſpinis ſurget paliurus acutis,*
G.1. E.4. *Lappæque, tribulique, & fallax herba veneni,*
G.1. *At ſi triticeam in meſſem, robuſtáque farra*
G.1. G.1. *Exercebis humum, fruſtra expectabis aceruum,*
G.1. *Concuſſaque famem in ſiluis ſolabere quercu.*
G.3. *Inſuper his ſubeunt morbi, triſtiſque ſenectus,*
G.3. *Et labor, & diræ rapit inclementia mortis.*

A

Maledictam Euam.

Hæc tibi ſemper erunt, tuque ô ſæuiſſima coniunx E.5.
Non ignara mali caput & noua cauſa malorum, A.1. A.11
Magna lues commiſſa tibi: heu perdita neſcis, G.4. A.4
Nec quæ circumſtant te deinde pericula cernis. A.4.
Nunc morere, vt merita es, quod tota mente petiſti. A.4. A.4
Nec mea iam mutata loco ſententia cedit. A.9.

Expulſos Adam & Euam è paradiſo.

B

At iuuenem primum ſæuus circunſtetit horror, A.2.
Diriguere oculi, nec ſe celare tenebris A.7. A.5
Amplius, aut notas audire & reddere voces. A.1.
Haud mora feſtinant, rapidis, iuſſique feruntur A.7.
Paſſibus, & pariter greſſi per opaca viarum A.6.
Corripiunt ſpatium medium limenque relinquunt. A.6. A.5
Flentes, & paribus curis veſtigia figunt. A.6.
Tum victum in ſiluis baccas, lapidoſaque corna A.3.
Dant rami, & vulſis paſcunt radicibus herbæ. A.3.

Euam peperiſſe duos filios.

C

Interea magnum ſol circumuoluitur annum A.3.
Matri longa decem tulerat faſtidia menſes, E.4.
Vnde homines nati, durum genus, inde per artem G.1.
Haud herbæ campo apparent, haud arbore frondes, G.3.
Inque nouos ſoles audent ſe gramina tuto G.2.
Credere, & in lentis vuam demittere ramis G.4.
Inſtituunt, vdoque docent inoleſcere ſucco. G.2.

Abel à fratre occiditur.

D

Tunc gemini fratres adolent dum altaria tædis, A.7. A.7
Alter & alterius prælato inuidit honori, A.5.
Horreſco referens conſanguinitate propinquum A.2. A.2.
Excipit incautum, patriaſque obtruncat ad aras A.3.
Sanguine fœdantem quos ipſe ſacrauerat ignes. A. [illegible]

Poſt occiſum Abel Deus iraſcitur humano generi.

Tunc genitor, virus ſerpentibus abdidit atris, G.1.
E *Melláque decuſſit foliis, ignémque remouit,* G.1.
Prædarique lupos iuſſit, pontumque moueri. G.1.
Et paſſim riuis currentia vina repreſſit, G.1.
Mox & frumentis labor additus, vt mala culmos G.1.
Eſſet rubigo, victum ſeges ægra negaret. G.1.
Tunc laqueis captare feras, & fallere viſco G.1.
Inuentum, & duris vrgens in rebus egeſtas G.1.
Mouit agros, curis acuens mortalia corda. G.1.
Deterior donec paulatim decolor ætas A.8.
Ferrea progenies durum caput extulit aruis, G.2.
Et belli rabies, & amor ſucceſſit habendi. A.8.
F *Iuſtitia excedens terris veſtigia fecit.* G.2.
Nec longum in medio tempus, furor, iraque mentem A.2.
Præcipitant, gaudent perfuſi ſanguine fratrum G.2.
Condit opes alius, defoſſoque incubat auro, G.2.
Nec doluit miſerans inopem, dextramque tetendit. A.10.

De Diluuio.

A. 1. *Tunc pater omnipotens grauiter cõmotus, ab alto* A
A. 12. *Æthere ſe mittit tellurem & fundit in vndas*
A. 12. *Diluuio miſcens, cælumque in tartara ſoluit,*
A. 2. *Sternit agros, ſternit ſata læta, boúmque labores*
G. 1. *Diluit, implentur foſſæ, & caua flumina creſcunt,*
G. 3. *Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum.*

Noë ſeruatur.

A. 1. *Tum pietate grauem, ac meritis, mirabile dictu,*
A. 2. *Qui fuit in terris, & ſeruantiſſimus æqui,*
A. 6. *Eripuit letho, tantis ſurgentibus vndis,* B
G. 4. *Vt, genus vnde nouæ ſtirpis reuocaret, haberet.*

Poſt diluuium Deus legem dat hominibus, Iudæi bello agitantur.

A.7 A.5 *Diluuio ex illo, patribus dat iura vocatis*
G. 4. *Omnipotens, magniſque agitat ſub legibus æuum.*
A. 8. *Quid memorem infandas cædes? quid facta tyrãni?*
G. 4. *Neſciáque humanis precibus manſueſcere corda?*
A. 8. *Ægyptum, vireſque orientis, & vltima bella,*
G. 4. *Magnanimóſque duces, totaſque ex ordine gentes,* C
E. 6. *Quo curſu deſerta petiuerit, & tribus, & gens.*
A. 9. *Magna virum meriti tanti non immemor vnquam,*
A.6 A.4 *Quique ſacerdotes adſint altaria iuxta,*
A 6.A.8 *Quique pij vates pro libertate ruebant.*
A. 7. *Qui bello exciti reges, quæ littore rubro*
A. 7. *Complerint campos acies, quibus arſerit armis*
A. 7. *Rex genus egregium magno inflammante furore*
A. 11. *Agmen agens equitum, & florentes ære cateruas.*
A. 8. *Cætera facta patrum, pugnatáque in ordine bella*
G. 4. *Prætereo, atque alijs poſt me memoranda relinquo.*

DE NOVO TESTAMENTO, ET DE SALVATORIS Natiuitate.

D

A. 11. *NVnc ad te, et tua, magne pater cõſulta reuertor.*
A.7.A.4 *Maius opus moueo, vatum prædicta piorum*
G. 4. *Aggredior, quamuis anguſti terminus æui*
G. 3. *Accipiet, tentanda via eſt, qua me quoque poſſim*
G. 3. *Tollere humo, & nomen fama tot ferre per annos,*
E. 4. *Quod tua progenies cælo deſcendit ab alto,* E
A. 8. *Attulit & nobis aliquando optantibus ætas*
A. 3. *Auxilium, aduentúmque Dei, cum fœmina primum*
A.1.G.2 *Virginis os, habitumque gerens, mirabile dictu,*
E. 8. *Nec generis noſtri puerum, nec ſanguinis edit.*
A. 5. *Sed quia terrifici cecinerunt omina vates*
A.7.A.2 *Aduentare virum populis terriſque ſuperbum*
A. 7. *Semine ab æthereo, qui viribus occupet orbem,*
A. 1. *Imperium oceano, famam qui terminet aſtris.*

De Natiuitate Ieſu Chriſti.

F

A 9 *Iamque aderat promiſſa dies, quo tempore primũ*
A 8.A.9. *Extulit os ſacrum, diuina ſtirpis imago*
A. 5. *Miſſa ſub imperio, venitque in corpore virtus*
A 7.A.2. *Miſta Deo, ſubiit chari genitoris imago.*

De ſtella & Magis.

Haud mora, continuo cæli regione ſerena
Stella facem ducens magna cum luce refulſit. A. 2.
Agnouere Deum proceres, iunctique repente A. 9
Muneribus cumulant, & ſanctum ſydus adorant. A. 1.
Tum vero manifeſta fides, clarumque paternæ A. 2.
Nomen virtutis, Chriſtique agnoſcere vultum A. 3.
Flagrant, & quæ dent diuini ſigna Decoris. A. 5.

Motuiſſe Herodem nato Chriſto.

Protinus ad regem magno clamore furentum A.4 A.11
Fama volat, magnáſque acuit rumoribus iras, A.3.A.9
Incenditque animum, matriſque allabitur aures, A.6.A.9
Illa dolos, dirúmque nefas haud inſcia rerum A.4.A.5
Præſenſit, motuſque excepit prima futuros A. 4.
Præſcia venturi, furtim mandârat alendum A 6 A.3
Dum curæ ambiguæ, dum mens exæſtuat ira. A.8 A.9

Herodes iubet occidi infantes.

At rex ſollicitus ſtirpem, & genus omne futurum A.7 A.4
Præcipitare iubet, ſubiectiſque vrere flammis A. 2.
Multa mouens, mittitque viros qui certa reportent. A.3.A.9
Haud ſecus ac iuſſi faciunt, rapidiſque feruntur A.3 A.7
Paſſibus, & magnis vrbem terroribus implent. A. 11.
Continuò auditæ voces, vagitus & ingens, A. 6.
Infantumque animæ flentes, ante ora parentum A 6 G.4
Corpora natorum ſternuntur, limine primo. A.2 A.11

Fugit Virgo cum filio in Ægyptum.

At mater gemitu non fruſtra exterita tanto G. 4.
Ipſa manu præ ſe portans, turbante tumultu, A 11 A.6
Infantem fugiens plena ad præſepia tendit, A 11 G.3
Hic natum anguſti ſubter faſtigia tecti A. 8.
Nutribat, teneris immulgens vbera labris. A. 11.
Hæc tibi prima puer fundent cunabula flores, E. 4.
Mixtáque ridenti paſſim cum baccare tellus E. 4.
Et Molli paulatim colocaſia fundet acantho. E. A.

Chtiſtus diſputat in templo in medio ſeniorũ.

Et iam finis erat, perfecto temporis orbe, A. 6.
Vt primum ceſſit furor, & rabida ora quierunt A. 6.
Ante annos animum geſtans cæleſtis origo. A. 9.

Mirantur omnes Chtiſtum.

Per medias vrbes graditur, populoſq; propinquos. A. 3.
Illum omnis tectis, agriſque effuſa iuuentus A. 7.
Attonitis inhians animis proſpectat euntem, A 7 A 7
Turbáque miratur matrumque quis ſpiritus illi, A. 7.
Quis vultus, vociſve ſonus, vel greſſus eunti eſt. A. 5.

Teſtimonium Ioannis de Chriſto.

Continuò vates, námque hic certiſſimus author, G. 1.
Vt procul à gelido ſecretum flumine vidit,
Tempus ait Deus ecce Deus, cui maxima rerum, A. 8.
Verborúmque fides, tu non eris alter ab illo A. 9

Fortunate

E.5.A.10 *Fortunate puer, cæli cui ſydera parent.*
A 6. *Sic equidem ducebam animo, rebarque futurum,*
A.2. *Expectate venis, ſpes & ſolatia noſtri.*

Chriſtus baptizatur à Ioanne, & Spiritus Sanctus deſcendit de cælo.

A.2.G.1. *Hæc vbi dicta dedit fluuio merſare ſalubri*
A 9. *Accepit venientem, ac mollibus extulit vndis,*
A. 5. *Exultantque vada, & ſubito commota columba*
A 4. *Deuolat, atque ſuper caput aſtitit, inde repente*
A.5. *Radit iter liquidum, celeres neque commouet alas.*

Multos baptizatos cum Chriſto.

A. 6. *Huc omnis turba ad ripas effuſa ruebat,*
G. 1. *Certatim largos humeris infundere rores.*

Vox de cælo audita eſt, hic eſt &c.

A.2. *Tunc genitor natum dictis compellat amicis.*
A.1. *Nate, meæ vires, mea magna potentia ſolus,*
A.10. *Et prædulce decus magnum, rediture parenti.*
E 8. *A te principium, tibi deſinit, accipe teſtor*
A.7. *O mea progenies: quà ſol vtrumque recurrens*
A. 3. *Aſpicit Oceanum, profecto lætus honore*
A.7. *Omnia ſub pedibus vertique, regique videbis.*
A 6. *Tu regere imperio populos, matreſque viroſque*
A.1. *Iampridem reſides animos, deſuetáque corda,*
G.1. *Ignaróſque viæ mecum miſeratus inertes*
G.1. *Aggredere, & votis iam nunc aſſueſce vocari.*
A 4. *Dixerat, ille patris magni parere parabat*
A 1. *Imperiis, inſtans operi, regniſque futuris.*
A 6.A.11 *Heu pietas, heu priſca fides, quas dicere grates*
G.4. *Incipiam, ſi parua licet componere magnis.*
A.2. *Nec mihi iam patriam antiquam ſpes vlla videndi,*
E.1. *Nec ſpes libertatis erat, nec cura ſalutis.*

Omnia rident, adueniente Domino.

E.1. *Hic mihi reſponſum primus dedit, ille petenti*
A. 6. *Concretam exemit labem, purúmque reliquit*
A.6 A.2. *Æthereum ſenſum, méque in mea regna remiſit.*
A.6.A.5 *Illum ego per flammas, agerem ſi ſyrtibus exul*
A 1. A. 6. *Per varios caſus, per mille ſequentia tela,*
A. 12. *Quo res cunque cadant, vnum pro munere tanto,*
A. 5. *Exequerer, ſtruerémque ſuis altaria donis.*
A.6. A.8. *Huius in aduentu tantarum munera laudum*
E. 5. *Ipſi lætitia voces ad ſidera iactant.*

Tentatur Chriſtus.

E.5. E.10 *Intonſi montes, reſpondent omnia valles,*
G.3.A.4. *Tempore non alto magnum & memorabile nomen*
A.7.A.6. *Serpentis furiale malum meminiſſe neceſſe eſt.*
A.2.A.7. *Auſus quinetiam, fama eſt obſcurior annis*
A.2.A.1. *Compellare virum, & veniendi poſcere cauſas.*
A.6 *Hunc vbi tendentem aduerſum per gramina vidit,*
A.10. *Subſtitit, infremuitque ferox, dictíque potentem*
A.7.A.7. *Saucius ac ſerpens affatur voce ſuperba:*
A.6. *Verane te facies? Verus mihi nuncius affers?*
A.8.A.6 *Qui genus? vnde domo? qui noſtra ad limina tendis.*

A *Fare age quid venias, nam te dare iura loquuntur.* A. 6. A.1
Aut quis te iuuenum, confidentiſſime noſtras G. 4.
Iuſſit adire domos? pacique imponere morem? A.6.
Non equidem inuideo, miror magis, accipe porro E.1.
Quid dubitem, & quæ nunc animo ſententia ſurgat. A.9.
Eſt domus alta, voca Zephyros, & labere pennis A. 4.
Ardua tecta petens auſus te credere cælo, A. 6.
Si modo quem memoras pater eſt, cui ſydera parent. A.4. A 10

Chriſtus diabolum alloquitur.

Olli ſubridens ſedato pectore fatur, A. 9.
Haud vatum ignarus, venturique inſcius æui A. 8.
B *Diſſimulare etiam ſperaſti perfide ſerpens,* A. 4.
Nec dubites, nam vera vides, opta ardua pennis A. 3.
Aſtra ſequi clauſumque caua te condere terra. A.12.
Quò perituro ruis? maioraque viribus audes? A.10.
Cede Deo, toto proiectus corpore terræ. A.11.

Diabolus fugit audito Chriſto.

Nec plura his, ille admirans venerabile donum A. 6.
Fronte premit terram, & ſpumas agit ore cruento G.3.
Contentuſque fuga cæcis ſe condidit vmbris. A. 7.

Dominum elegiſſe diſcipulos, & ſtatim ſecutos populos.

C

Interea magnas volitans it fama per vrbes, A 7.
Conuenere viri, mens omnibus vna ſequendi A 5.
In quaſcunque velis pelago deducere terras. A.2
Multi præterea, quos fama obſcura recondit A. 3.
Concurrunt fremitu denſo, ſtipántque frequentes, A 4.
Exultántque animis, medium nam plurima turba A. 6.
Hunc habet, atque humeris extantem ſuſcipit altis. A. 6.
Quos vbi conſertos audere in prælia vidit, A. 2.
Incipit & dictis diuinum inſpirat amorem, A. 8.
Diſcite iuſtitiam moniti, & ſuccurrite feſſis A. 6.
D *Pro ſe quiſque viri, quæ cuique eſt copia læti,* A.5. A.5.
Communemque vocate Deum, meliora ſequamur, A 8. A.3.
Quoque vocat vertamus iter, via prima ſalutis A.5. A 6.
Intemerata fides, & mens ſibi conſcia recti, A 2. A.1.
Vobis parta quies perfecto temporis orbe. A 3. A.6.
Nam qui diuitiis ſoli incubuêre repertis, A 6.
Nec partem poſuere ſuis, dum vita maneret, A. 6.
Pulſatusve parens, & fraus innexa clienti A 6.
Tunc cum frigida mors anima ſeduxerit artus, A.4.
Incluſi pœnam expectant, quæ maxima turba eſt, A 6.
Inferniſque ciet tenebris, veterumque malorum A. 7.
Supplicia expendunt, aliis ſub gurgite vaſto A 6.
Infectum luitur ſcelus, aut exuritur igni, A 6.
Turbidus hic cœno, vaſtáque voragine gurges A. 6.
Æſtuat, atque omnem cocyto eructat arenam. A 6.
Hinc exaudiri gemitus, & ſæua ſonare A. 6.
Verbera, tum ſtridor ferri, tractæque catenæ A. 6.
Semper, & obtenta denſantur nocte tenebræ. G. 1.

Præcipitur ne colantur idola.

Præterea quæ dicam animis aduertite veſtris. A.2.
Non ego vos poſthac cæſis de more iuuencis E.1. A.3.
Religione patrum, truncis & robore natas, A.2.

A.9. Mortali ve manu effigies, ut templa deorum
A.3. Audire, & repetens iterúmque iterumque monebo:
A.9. Sed periiſſe ſemel ſatis eſt, natúmque patrémque
G.1. G.3 Profuerit meminiſſe magis, ſi credere dignum eſt.
A.3. Sed fugit interea, fugit irreuocabile tempus,
A.12. Flammarumque dies, & vis inimica propinquat.

De iudicio venturo.

A.5.A.12 Attonitis hæſere animis, nec plura moratus,
A.12. Hic aliud maius miſeris mortalibus ægris
A.4. Iudicium canie, & triſtes denuntiat iras,
A.3. Venturum excidium, vaſta conuulſa ruina
G.1. Omnia tunc pariter rutilo miſcerier igni,
A.9 A.1. Palanteſque polo ſtellas, cælique ruinam.
A.2. Tunc vero tremefacta nouus per pectora cunctis
A.2. Inſinuat pauor, & taciti ventura videbant.

Quid ſibi faciendum foret, vt vitam æternam poſſideret, petiit quidam à Domino.

A.3. Hæc ſuper aduentu cum dicta horrenda moneret
A.9. Ora puer prima ſignans intonſa iuuenta
G.4. Diues opum, ſtudiis florens ignobilis ocij.
A.7. Quinque greges illi balantum, & bina redibant
A 3. Armenta, & dapibus menſas onerabat opimis.
A 6. Continuo palmas alacres vtraſque tetendit,
A.10.A.3 Et genua amplectens, ſic ore effatus amico eſt.
G.2. O Deus ô famæ merito pars maxima noſtræ,
A.1. Ad te confugio, & ſupplex tua numina poſco,
A.6. Omnia perfeti atque animo mecum ante peregi.
A.6. Eripe me his inuicte malis, quid denique reſtat,
A.3. Quidve ſequens tantos poſſim ſuperare labores?
A.1. Accipe dáque fidem, mihi iuſſa capeſſere fas eſt.

Reſpondit ei Dominus.

A.6. Atque huic reſponſum paucis ita reddidit heros,
A.12.A.8 O præſtans animi iuuenis, abſiſte precando
E.2. A.6. Nec te pœniteat, nihil ô tibi amice relictum eſt,
A.4. Hoc etiam his addam tua ſi mihi certa voluntas.
A.8. Diſce puer contemnere opes, & te quoque dignum
E.4. Finge Deo, & quæ ſit poteris cognoſcere virtus.
A.6.A 10 Dat dextram miſero, & fratrem ne deſere frater,
A.7.A.5. Si iungi hoſpitio properat, coniunge volentem,
G.2.G.3. Caſta pudicitiam ſeruet domus, en age ſegnes
A.8. Rumpe moras, rebúſque veni non aſper egenis.
A.6. Dixerat hæc, ille in verbo veſtigia torſit
A.1. Triſtior, ora modis attollens pallida miris,
A 4. Multa gemens, ſeſeque oculis auertit, & aufert.

Cum Chriſtus inſedit aſello.

G.1. Tunc etiam tardi coſtis agitatus aſelli
A.2. Inſedit nimbo effulgens, tum plurima circum
G.4.A.6 Matres atque viri, pueri velamina nota
A.2. Subiiciunt, funémque manu contingere gaudent.
A.11. Iámque propinquabat portis, templúmque vetuſtis
A.7.A.7. Antiqua ex cedro centum ſublime columnis
A.5. Ingreditur, magna medius comitante caterua.

A Chriſtum ementes & vendentes flagello è templo expuliſſe.

Horrendum ſiluis, hoc illis curia templum, A.7.A.7.
Hæ ſacræ ſedes, miro quod honore colebant. A.7.A 4
Námque ſub ingenti luſtrat dum ſingula templo, A.1.
Horreſcit viſu ſubito: inſonuitque flagello, A 6.A 5
Significatque manu, & magno ſimul intonat ore: A.12.A.6
Quæ ſcelerum facies, quæve æra inſtantia cerno? A 6.A.2
Cæſaris & nomen, quæ mentem inſania mutat? A. 4.
Hæ nobis propriæ ſedes, hic tempore certo A 3.A.4.
Perpetuis ſoliti patrum conſidere menſis. A.7.
Obſtupuere animis, gelidúſque per ima cucurrit A.2.
B Oſſa tremor, menſaſque metu liquère priores, A.3.

Diſcipuli periclitantur in mari.

Inde vbi prima fides pelago tranquilla per altæ A.2.
Deducunt ſocij naues, atque arte magiſtra A.3.A.8.
Hic altus fundans latum tranſuerberat amnem G.1.
Alta petens, pelagóque alius trahit humida lina. G. 5.
Poſtquam altum tenuere rates, nec amplius vllæ A.3.
Occurrunt terræ, crebris micat ignibus æther, A.1.
Eripiunt ſubito nubes, cælúmque diémque, A.1.
Conſurgunt venti, & fluctus ad ſidera tollunt, A.5.A.1.
At ſociis ſubita gelidus formidine ſanguis A.3.
Diriguit, cecidère animi, cunctique repente A.3.
C Portum aſpectabant flentes, vox omnibus vna A.5.A.5.
Spémque metúmque inter dubij ſeu viuere credant A.1.
Siue extrema pati, lethi diſcrimine paruo, A.1.A.3.
Qualia multa mari nautæ patiuntur in alto. A.7.

Chriſtum ambulaſſe ſuper aquas.

Ecce Deus magno miſceri murmure pontum, A.1.
Emiſſamque hyemem ſenſit, cui ſumma poteſtas A.1.
Par leuibus ventis, & flammis ocyor alis A.2.A.5.
Prona petit maria, & pelago decurrit aperto, A.5.
D Nec longo diſtat curſu præeunte carina. A.3.A.5.
Agnoſcunt longe regem, dextrámque potentem A.10.A.7
Nudati ſocij, & magno clamore ſalutant, A.3. A.3
Poſtquam altos tetigit fluctus, & ad æquora venit. A.3.
Id vero horrendum, ac viſu mirabile, forte A.3.
Subſidunt vndæ, remo vt luctamen abeſſet, A.8.
Collectáſque fugat nubes, graditurque per æquor A.1.
Iam medium, nec dum fluctus latera ardua tingit. A.3.
At media ſocios incedens naue per ipſos, A.5.
Ecce gubernaclo rector ſubit ipſe magiſter, A.5.
Intremuit malus, gemuit ſub pondere cymba. A.5.A.6.
Vela cadunt, puppique Deus conſedit in alta, A.3.A.5.
E Et tandem læti notæ aduertuntur arenæ. A.5.
A.8.

De cœna Domini.

A.1.
G.4.

Deuexo interea propior fit veſper olympo,
Tunc victu reuocant vires, fuſique per herbam,
Et dapibus menſas onerant, & pocula ponunt.

A1.

Docet Sacramentum.

A.2.A.5.

Poſtquam prima quies, epulis, menſæque remotæ,
Ipſe inter primos genitori inſtaurat honores

A 1.A.5. *Suſpiciens cælum, tunc facta ſilentia linguis.*
A.12 A 11 *Dat manibus fruges, dulcéſque à fontibus vndas,*
A.1 A 12 *Impleuitque mero pateram, ritumque ſacrorum*
A 10. *Edocet, immiſcetque preces, ac talia fatur.*
A. 3. *Audite ò proceres, ait, & ſpes diſcite veſtras.*

Prædicit ab vno ſe traditum iri.

A. 5. *Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit,*
A. 5. *Promiſſiſque patris, veſtra, inquit, munera vobis*
A 5. *Certa manent pueri, & palmam mouet ordine nemo.*
A. 8. *Et lux cum primum terris ſe craſtina reddet,*
A 8. *Vnus erit tantum in méque, excidiumque meorum*
A 7. *Dum medium paci ſe offert de corpore noſtro.*
A. 1. *Namque dies (ni fallor) adeſt, ſecludite curas.*
A.4 A.10 *Mecum erit iſte labor, nec me ſententia fallit,*
A. 5. *Vnum pro multis dabitur caput, hæc ita fatus,*
A 8. *Conticuit, ſerámque dedit per membra quietem.*

Apoſtolos fugiſſe.

A 4. *Diffugiunt comites, & nocte teguntur opaca,*
A 6. *Multaque dura ſuo triſti cum corde volutant.*
A. 4. *Quid faciant, hærent infici pectore vultus,*
A. 4. *Verbaque, nec placidam membris dat cura quietē.*

Conqueſtio Petri ad condiſcipulos.

A 5. *Tunc ſenior tales referebat pectore voces:*
A 5. *Multa putans vbi nunc vobis Deus ille magiſter*
A 3. *Quem ſequimur? quòve ire iubes? vbi ponere ſedem?*
A. 4. *O dolor, atque decus tantorum gloria rerum,*
A 2. A. 2. *Iam iam nulla mora eſt, & nos rape in omnia tecum*
A 6. *Oramus, téque aſpectu ne ſubtrahe noſtro.*

Sacerdotes cum populo contra Chriſtum.

A. 4. *Oceanum interea ſurgens, aurora reliquit,*
G 4. *Iamque ſacerdotes latè loca queſtibus implent,*
A 8.A.12. *Cū populo & Patribus, ferturq; per agmina murmur*
A. 1. *Quod genus, hoc hominū, quæve hūc tā barbara morē*
A. 2. *Permittit patria, pœnas cum ſanguine poſcunt.*
A 7.A 10 *Vndique collecti, & magno clamore ſequuntur*
A. 1. *Inſontem, ſæuitque animis ignobile vulgus.*

Chriſtus hora ſexta deducitur, vt crucifigatur.

A. 8. *Sol medium cæli conſcenderat igneus orbem,*
A 9. *Tunc ſubito acciri omnes populuſque Patreſque*
A. 2. *Expoſcunt, farique iubent, quo ſanguine cretus,*
A. 2. *Quidve petat, quidve ipſe ferat, prædamque tuētes* E
G. 4. *Iacta viri, nimius dolor, & ſtupor vrget inertes*
A. 10. A. 2 *Neſcia mens hominum, certans illudere capto.*
A 7 *Tum vero captis concurrunt vndique telis:*
A. 11. A. 1 *Tollitur in cælum clamor, cunctique repente*
A 2. *Corripuere ſacram effigiem, manibuſque cruentis*
A. 11. *Ingentem quercum deciſis vndique ramis*
A. 2. *Conſtituunt, ſpiriſque ligant ingentibus illum,*
A. 6. A. 7 *Tendebatque manum, pedibus per mutua nexis,*
A 5. *Triſte miniſterium ſequitur quos cætera proles*
A 6. *Auſi omnes immane nefas, auſoque potiti.*
A. 10. E. 6 *Ille autem impauidus, quo vincula nectitis inquit.*

Tantane vos generis tenuit fiducia veſtri? A 1.
Poſt mihi non ſimili pœna commiſſa luetis. A. 1.
Talia perſtabat memorans, fixuſque manebat. A. 2.

Fit terræ motus, & ſol obſcuratur.

Interea magno miſceri murmure cælum
Incipit, & rebus nox abſtulit atra colorem, A 1.
Impiaque æternam timuerunt ſecula noctem, A. 6.
Terra tremit, fugere feræ, & mortalia corda G. 1.
Pergentes humiles ſtrauit pauor, inde repente G. 1.
Dat tellus gemitum, & cælum tonat omne fragore. G. 1.
A. 9.

Chriſtum deſcendiſſe ad inferos.

B

Exemplo comites Erebi de ſedibus imis
Vmbræ ibant tenues, tellus quoque & æquora ponti G. 4.
Signa dabant, ſiſtunt amnes, terræque dehiſcunt, G. 4. G. 3
Quin ipſæ ſtupuere domus, atque intima lethi G. 1.
Tartara, & vmbroſæ penitus patuere cauernæ. G 4.
Sol quoque, & exoriens, cunctis ſe ſcire fatentur, A. 8.
Tunc caput obſcura nitidum ferrugine tinxit. G. 1. A. 11
G. 1.

Chriſtum tertia die reſurrexiſſe.

Hoſque inter motus media inter talia verba
Tertia lux gelidam cælo dimouerat vmbram, A. 12.
Iamque pedem referens ſuperas veniebat ad auras, A. 11.
Cum ſubito ante oculos ingenti mole ſepulcrum G. 4. 6. 4
Corpus vbi ex animum poſitum, nec clauſtra, nec ipſi A. 6.
Cuſtodes ſufferre valent, auulſaque ſaxis,
Saxa vident, laxis laterum compagibus arctis A. 2.
Fit ſonus, ingenti concuſſa eſt pondere tellus, A. 1.
Horror vbique animum ſimul ipſa ſilentia terrent. A. 9.

Foribus clauſis apparuiſſe Chriſtū Apoſtolis.

Ecce autem primi volucrum ſub culmine cantus
D *Ingreditur linquens antrum, ſpoliiſque ſuperbus* A. 9.
Ibat ouans, pulſuque pedum tremit excita tellus, A. 11.
Vulneraque ille gerens foribus ſeſe ingerit arctis. A. 7.
Atque hinc ingentem comitum affluxiſſe nouorum A. 2.
Inuenit admirans numerum, cunctiſque repente A. 2.
Improuiſus ait: coram quem quæritis adſum: A. 2.
Vicit iter durum pietas, & viuida virtus A. 1.
Præcipites vigilate viri, timor omnis abeſto. A 9. A. 5.
A. 6. A. 11

Inſtruit Apoſtolos.

Hi noſtri reditus, expectatique triumphi, A. 11.
Hæc mea magna fides, ò terque quaterque beati, A. 1.
Quæ vobis, quæ digna viri pro laudibus iſtis A. 9.
Præmia poſſe reor ſolus? quæ dona parari? A. 9.
Accipite ergo animis, quæ vos à ſtirpe parentum A 3.
Prima tulit tellus, eadem vos vbere læto A. 3.
Accipiet, reuocate animum, mæſtumque timorem A. 1.
Mittite, & voſmet rebus ſeruate ſecundis. A. 1.

Chriſtum Apoſtolis pacem reliquiſſe.

Quod ſupereſt læti bene geſtis ordine rebus, A 8.
Pacem optate manu, pacem laudate ſedentes

A. 11. *Magnanimi, pacis ſolum inuiolabile pignus.*
A. 5. *Et ſimul his dictis faciem oſtendebat & ora,*
A. 6. *Ora manuſque ambas, populataque pectora ferro,*
A. 5. A. 5 *Immiſcentique manus manibus, gaudentque tuentes,*
A. 6. *Nec vidiſſe ſemel ſatis eſt, iuuat vſque morari?*
A. 6. A. 8 *Et conferre gradum, & dextræ coniungere dextrã.*

De Aſcenſione Chriſti.

A. 9. *His demum exactis ſpirantes, dimouet auras*
G. 3. A. 1 *Aera per tenerum, cæloque inuectus aperto*
A. 4. *Mortales viſus medio in ſermone reliquit.*

A *Infert ſe ſeptus nebula, mirabile dictu* A. 1.
Aſt illum ſolio ſtellantis gloria cæli A. 7.
Accipit, æternumque tenet per ſecula nomen. A. 6.
Ex illo celebratus honor, lætique minores, A. 8.
Seruauere diem, tot iam labentibus annis, A. 2.
I decus, i noſtrum, tantarum gloria rerum, A. 6. A. 4
Semper honos nomenque tuum, laudeſque manebũt, A. 1.
Et nos & tua dexter adi pede ſacra ſecundo, A. 8.
Annua quæ differre nefas, celebrate fauentes A. 8.
Hunc ſocij morem ſacrorum, hunc ipſe teneto, A. 3.
O dulcis coniunx, & ſi pietate merentur, A. 2. A. 2
Hac caſti maneant, in religione nepotes. A. 3.

COSMÆ HIEROSOLOMITÆ
IN THEOGONIAM, HYMNVS I.

Ἀκροστιχὶς Græca, Χριστὸς βροτωθεὶς, ἦν ὅπερ Θεὸς μένει.

Chriſtus mortalis factus; quod erat Deus manet.

Acroſtichis Græca, Græcis huius Hymni verſibus reſpõdet. Latina vero non reſpõdet.

CHRISTVS naſcitur, glorificate. Chriſtus de cælis, occurrite Chriſtus in terra exaltate, cantate Domino omnis terra, & in lætitia cãtate populi, quia glorificatus eſt.

Lapſum ob tranſgreſſionem, Dei ad imaginem factum qui totus corruptionis erat, meliore prolapſum diuina vita rurſus reformat ſapiens creator quoniam glorificatus eſt.

Cum vidiſſet conditor perditum hominem, manibus quem fecit inclinatis cælis deſcendit, hunc vero ex virgine diui para totum ſubſtantificat, veritate incarnatus, qooniam glorificatus eſt.

Sapientia verbum, & potentia filios exiſtens patris & ſplendor Chriſtus Deus qui potentias latuit quotcunqoe cæleſtes, quotcunque in terra, & homo factus recondidit nos quoniam glorificatus eſt.

C Aote ſæcula ex patre genito influxibiliter filio, & in vltimis ex virgine incarnato ſine ſemine Chriſto Deo clamemus, qui exaltaſti potentiam noſtram ſanctus es domine.

Inſpitationis participans melioris Adam terrenus, & ad corruptionem delapſus muliebri deceptione, Chriſtum ex muliere clamat videns, propter me, ſecundum me natus, ſanctus es domine.

Conformis luteæ tenuis compoſitionis Chriſte natus, & participatione carnis peioris tradita diuina progenie, mortalis factus, & manens Deus & exaltans potentiam noſtram, ſanctus es domine.

Bethleem lætare ducum Iuda Regina, Iſraël enim tegens, Cherubim qui in humeris ex te profectus Chriſtus manifeſte, & exaltans cornu noſtrum omnibus dominans eſt.

D Virga ex radice Ieſſæ, & flos ex ipſo Chriſto, ex virgine natus es, ex monte laudabilis vmbroſo, denſo, veniſti incarnatus ex experte viri immaterialis, & Deus, gloria potentiæ tuæ domine.

Quem olim prædixit Iacob gentium receptaculum Chriſte ex progenie Iuda ortus, & robur Damaſci, Samariæque ſpolia, veniſti deprædatus deceptionem vertens in fidem Deo delectabilem, gloria potentiæ tuæ domine.

Diuinationis quondam Baleæ ſermonum diſcipulos ſapientes Aſtrologos lætitiæ impleuiſti ſtella ex Iacob orta domine, gentium primitias inducentes, ſuſcepiſti autem palam, gloria potentiæ tuæ domine.

Vt in vellus in ventrem virgineum deſcendiſti, pluuia Chriſte, & vt guttæ in terram ſtillantes Æthiopea, & Tharſes & Arabum inſulæ quæ Sabæ, modorum omni

B terræ dominantes procidetunt tibi ſaluator gloria potentiæ tuæ domine.

Deus ens pacis, pater miſericordiarum magni conſilij tui Angelum pacem tribuentem miſiſti nobis, vnde Dei cognitionis ad lumen via ducti ex nocte de luce vigilantes glorificamus te homane.

Inter ſeruos Cæſaris edicto deſcriptus es, perſuaſus, & ſeruos nos inimici & peccata liberaſti Chriſte: totam noſtram ſubſtantiam paoper factus & terreſtrem ex ipſa vnione & communione deificaſti.

Ecce virgo vt olim dixit, in ventre concipiens peperit Deum hominem factum, & manet virgo propter quam conciliati Dei peccatores deiparam proprie entem in fide cantemus.

Ex viſceribus Ionam fœtum euomit marina fera, qualem accepit, in Virgine vero habitans verbum, & carne accepta tranſiit ſeruata incorrupta, quem enim non ſuſtinuit à lapſu enixam continuit innocuam.

C Venit incarnatus Chriſtus Deus noſter, ex ventre, quem pater ante luciferum gignit, habenas tenens immaculatarum poteſtatum in præſepe irrationalium recubuit: pannis vilibus faſciatur. Soluit autem multiplices catenas delictorum.

Nouus ex Adam puerolus fermenti natus eſt filius & fidelibus datus eſt: futuri autem hic eſt ſeculi pater, & dominus, & vocatur magni conſilij Angelus: hic fortis Deus eſt: & dominans poteſtate creaturæ.

Pueri pietate connutriti, impio iuſſu deſpecto ignis minas non timuerunt, ſed in media flamma ſtantes cantabant, patrum noſtrorum Deus benedictus es.

Paſtores in agro pernoctantes mirabilem lucis apparitionem ſortiti ſunt: gloria enim domini ipſos circumfulſit. & angelos, cantate clamans, quoniam natus eſt Chriſtus, patrum noſtrorum Deus benedictus er.

D Statim cum ſermone Angeli, cælorum exercitus gloria clamabant Deo in excelſis, in terra pax, in hominibos bona voluntas. Chriſtus illuxit: patrum noſtrorum Deus benedictus es.

Verbo hoc dixerunt paſtores, digreſſi videamos qood factum eſt, diuinum Chriſtum. Bethleem profecti autem cum enixa adorabant cantantes: patrum noſtrorum Deus benedictus er.

Miraculi ſupernaturalis rorem fundens, Figurabat fornax figuram, non enim, quos ſuſcepit, vſſit iuuenes, ſicut neque ignis diuinitatis, virginis, qoem ingreſſus eſt, vẽtrem. Ideo laudãtes cantemus, benedicat creatio omnis dominum, & ſuperexaltetur per omnia ſæcula.

Trahit Babylonis filia pueros ſeruos Dauid, ex Sion ad ſe, doniferos mittit autem magos pueros, Dauidis deiciparam filiam precaturos, Ideo laudan-

tes cantemus. Benedicat creatio omnis dominum & exaltate cum omnia ſecula.

Inſtrumenta declinauit luctus cantilenæ. non enim canebant in ſpuriis filij Sion, Babylonis autem ſoluit omnem deceptionem, & muſicorum conſonantiam ex Bethleem natus Chriſtus. Ideo laudantes cantemus, benedicat creatura omnis dominum, & exaltate per omnia ſecula.

Myſterium admirabile video, & inopinabile, cælum ſpeluncam, ſedem cherubicam virginem, præſepe loculum, in quo decubuit incomprehenſibilis Chriſtus Deus quem laudantes magnificamus.

Admirabilem curſum videntes Magi inſolitæ nouæ ſtellæ nouilucæ cæleſtis perilluſtrantis Chriſtum regem coniectati ſunt in terra natum Bethleæ in ſalutem noſtram.

Nuper natum Magis dicentibus puerulum ô Rex, cuius ſtella apparuit, vbi eſt? nam in illius adorationem venimus: furens Herodes turbatus eſt Chriſtum interficere Dei hoſtis fremens.

Diligenter quæſiuit tempus Herodes ſtellæ, cuius ducatu Magi in Bethleem adorant Chriſtum cum donis, à quo in patria ducti, malum puericidam dereliquerunt illuſum.

COSMÆ HIEROSOLYMITANI IN DEI APPARITIONEM,

Hymnus 2.

Ακεροςίχις Græca, *Βάπτισμα ῥῦψις γηγενῶν ἁμαρτάδος.*

Baptiſma, ablutio terrigenarum delicti.

PRofundi aperuit fundum, & per aridam proprios trahit, & in ipſo obruit aduerſarios fortis in bellis Dominus, quoniam glorificatus eſt.

Adam corruptum reformat fluentis Iordanis, & draconum capita nidificantium conterit rex ſeculorum dominus, quoniam glorificatus eſt.

Igne diuinitatis immateriali, carnem materialem indutus, Iordanis circumdatur aqua; incarnatus ex virgine dominus, quoniam glorificatus eſt.

Sordem abſtergens hominum, his purgatus in Iordane, quibus voluit aſsimilatus eſt, quod erat manens, eos qui in tenebris illuſtrans dominus, quoniam glorificatus eſt.

Fortitudinem præbens regibus noſter Dominus, & cornu vnctorem ipſius exaltans à virgine patitur: vadit autem ad baptiſmum: ideo fideles clamemus, non eſt ſanctus, ſicut Deus noſter, & non eſt iuſtus præter te domine.

Sterilis prius infœcunda male, hodie lætare Chriſti Eccleſia ob aquam, & ignem, filij enim tibi facti ſunt in fide clamantes, non eſt ſanctus vt Deus noſter, & non eſt iuſtus præter te Domine.

Magna voce in deſerto clamat præcurſor. Chriſti parate vias, & calles Dei noſtri rectos facite, & fide clamantes non eſt ſanctus vt Deus noſter, & non eſt iuſtus præter te domine.

Audiui domine vocem tuam, quam dixiſti voce clamantis in deſerto, quoniam tonuiſti multis in aquis tuo teſtificatus filio totus factus præſentis ſpiritus clamauit: tu es Chriſtus Dei ſapientia, & potentia.

Sordeſcentem ſolem quis videt, præco clamat, ſplendidum natura? vt & te aquis ô ſplendor gloriæ, patris figura ſempiterni laudem, & fœnum ens ignem tangam tuæ deitatis: tu es Chriſtus Dei ſapientia & potentia.

Suboſtendit diuinam, quam habebat reuerentiam Moſes obuius tibi, vt enim è rubo te locutum ſenſit,

A ſtatim auertit aſpectus: ego autem quomodo videbo te clare, aut quomodo manu ponam te, tu es Chriſtus, Dei ſapientia, & potentia.

Animæ ens prudentis, & verbo honoratus inanimatorum reuereor: ſic enim baptizabo te, accuſator mihi erit igne fumigans mons: fugiens mare in duas partes. & Iordanis hic conuerſus, tu enim Chriſtus Dei ſapientia & potentia.

Ieſus vitæ princeps ſoluere damnationem venit Adæ primi parentis, purgationum autem vt Deus non indigens prolapſi cauſa purgatur in Iordane, in quo inimicitiam interficiens, ſuperantem omnem mentem, pacem gratificatus eſt.

Conuenientibus infinitis populis, vt à Iordane baptizarentur, ipſe in medio ſtetit, acclamabat autem

B præſentibus: quis oſtendit ô imperſuaſi iram vobis declinare futuram? Fructus dignos Chriſto perficite, præſens enim nunc pacem gratificatus eſt.

Agricola, & conditor in medio conſtitutus, vt vnus omnium corda inſpectat, purgatiuam autem palam manu capiens, totius mundi aream ſapienter diuidit ſterilitatem comburens, fructiferis autem ſempiternam vitam gratificans.

Vox verbi, lucerna luminis lucifer, Solis præcurſor, in deſerto agite pœnitentiam omnibus clamat populis. & præpurgamini: ecce enim adeſt Chriſtus ex corruptione mundum liberans.

Natus ſine ſemine ex Deo, & patre, ex virgine ſine ſorde incarnatur Chriſtus, cuius lorum ex nobis verbi connexionem ſolnere impoſsibile docet præcurſor terrigenas ex deceptione liberans.

C In igne baptizat finali Chriſtus imperſuaſos, & non Deum putantes ſe. in ſpiritu autem nouificat per aquam gratiæ cognitores ſuæ diuinitatis, à peccatis liberatis.

Iuuenes pios in camino ignis commoratos exhibilans ſpiritus roris innocuos ſeruauit, & diuini Angeli condeſcenſio: vnde in igne rorati gratificanter canebant ô perlaudabilis, qui patrum Dominus & Deus, benedictus es.

Tanquam in cœlo cum tremore, & admiratione aderant in Iordane poteſtates Angelorum conſiderantes tantam Dei condeſcenſionem, quomodo tenens magnam aquarum ſubſiſtentiam, in aquis corporaliter

D ſtetit, Deus patrum benedictus es.

Nebula, & mare diuini præfigurabat baptiſmatis miraculum, in quibus ante baptizatur tranſeundo à legiſlatore populus, mare autem erat figura aquæ, & nebula ſpiritus, quibus perfecti, benedictus es clamamus Deus patrum noſtrorum.

Omnes fideles in quo perfectionem accepimus de Deo loquentes intacite cum Angelis glorificemus Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum, hoc enim Trinitas perſonis conſubſtantialis, vnus autem Deus, cui & cantamus, ô valde laudabilis patrum Dominus & Deus benedictus es.

Myſterium admirabile Babylonis oſtendit caminus

E ſcatens rorem, quoniam aquis accepturus immaterialem ignem erat Iordanis, & aſſumpturus carnem baptizatum conditorem, quem benedicunt populi, ſuperexaltant per omnia ſecula.

Depone timorem omnem liberator præcurſori inquit, mihi autem obedi, vt Chriſtum me adi: hoc enim natura ſum, meo iuſſui obedi, & baptiza me condeſcendentem: quem benedicunt populi, & ſuperexaltant per omnia ſecula.

Verba vt audiuit Baptiſta Domini trepidus palmam extendit manu tangens verticē cōditoris ſui: baptizato clamabat: ſanctifica me: tu enim es Deus meus, quem benedicunt populi, & ſuperexaltant per omnia ſecula.

Trinitatis apparitio in Iordane facta eſt: ipſa enim per diuina natura pater clamauit: hic baptizatus filius

dilectus meus, ſpiritus ſimul adeſt ſimili, quem benedicunt populi, & ſuperexaltant per omnia ſecula. A

Indiget omnis lingua laudare condigne, caligat autem mens etiam cæleſtis laudare te deipara, tamen bona exiſtens fidem accipe, etenim deſiderium nouiſti diuinum noſtrum. tu enim Chriſtianorum propugnatrix, te magnificamus.

O Dauid acies ſpiritu illuminatis, nunc accede, cane ad Deum fide dicens, illuminamini: hic miſer clamauit. Adam in errore, etenim ipſum audiuit Dominus veniens: fluentis autem Iordanis corruptum innouauit.

Eſaias lauamini, purgamini dicit. malitias coram auferte domino: ſitientes aquam viuam adite, ſpargit enim aquam nouificam Chriſtus accurrentibus ſibi cũ fide, & ad vitam inſeneſcentem baptizat ſpiritu. B

Conſeruemur gratia fideles, & ſigillo, vt enim perniciem fugerunt, limine Hebræi quondam ſanguinolento, ſic & nobis egreſſum diuinum hoc regenerationis lauacrum erit, inde & Trinitatis aſpiciemus lumen inocciduum.

COSMÆ HIEROSOLYMITÆ IN MAGNA SECVNDA, SCILICET FERIA, Hymnus 3.

Ακροστιχὶς Græca, Ευλογητός.

In ſecunda. C

IMperuium inũdans mare diuino ipſius iuſſu exſiccanti, & vt ambularet per ipſum Iſraëlita populus ductanti domino canamus, glorioſe enim glorificatus eſt.

Ineffabilis Dei deſcenſus, qui Chriſtus ipſe eſt Deus & homo, Deus non rapinam eſſe putans dum formaretur, ſeruum oſtendit diſcipulis: glorioſè enim glorificatus eſt.

Adminiſtraturus ipſe veni cuius formam conditor ſpontaneus circumdor mendicanti Adæ, diteſcens diuinitate, vt ponerẽ meam etiam ipſius animam in redemptionem qui impaſsibilis diuinitate. D

Exhorruit puerorum purorum ornatum, putum vt anima corpus & obedit nutritus in infimã materia, indefeſſus ignis, ſemper viua vero ardente flamma, ſempiternus hymnus canebatur. Dominum omnia opera laudate & ſuperexaltate ipſum in ſecula.

Vos meos tunc diſcipulos omnes cognoſcent ſi mea iuſſa ſeruaueritis, dicit ſaluator amicis ad paſsionem veniens, & pacem habete in vobis ipſis, & omnibus, & humilia cogitantes ſuperexaltamini, & dominum cognoſcentes me, laudate & ſuper exaltate in omnia ſecula.

Ordinis contrario modo vobis gentilis eſto poteſtas congenerum non hæreditas enim mea, tyrannis autem opinio ſuæ voluntaris: itaque electus in vobis eſſe volens aliorum fit omnium longe extremus & dominum cognoſcentes me, laudate & ſuperexaltate in omnia ſecula. E

Magnificaſti Chriſte enixam te Deiparam, ex qua conditor noſter compaſsibile induiſti corpus noſtrarum liberationem inſcitiarum quam beantes omnes generationes te magnificamus.

Sorde omni inficiente abiecta, dignam diuino regno mentem accipite prudentem tuis Apoſtolis prædixiſti vere ſapientia in qua glorificabimini ſplendentes ſole ſplendidius.

Aſpicientes in me dixiſti domine tuis ipſius diſcipulis ne ſapite alta, ſed ducimini cum humilibus meum, quem bibito, bibite calicem hunc, quoniam in regno patris conglorificabimini.

EIVSDEM IN MAGNA TERTIA, Hymnus 4.

Ακροστιχὶς Græca, Τρίτην.

In tertiáque.

SEctæ tyrannicæ ſancti tres pueri non credentes, in caminum iacti, Deum confitebantur pſallentes, benedicite omnia opera Domini Dominum.

Pigritiam longè à nobis abiiciamus, & ſplendidis lampadibus immortali ſponſo Chriſto cũ hymnis occurramus: benedicite omnia opera dominum.

B Sufficiat communicabile animæ nobis oleum in vaſis, vt præmiorum certaminis non poſita opportunitate mercaturæ canamus, benedicite omnia opera Domini Dominum.

Talentum quicunque à Deo accepiſtis æquiualentem gratiam auxilio dantis Chriſti augeamus cantantes laudate omnia opera Domini Dominum.

Incaptibili Deo in ventre capto, & lætitia mundo parta, te laudamus Deipara virgo.

Diſcipulis bonus vigilate dixiſti, qua enim hora veniam Dominus ignoratis, vt retribuam vnicuique.

In ſecunda tua tremenda præſentia domine dextris omnibus me connumera, peccatorum meorum deſpiciens meas multitudines.

C

EIVSDEM IN MAGNA QVARTA, Hymnus 5.

Ακροστιχὶς Græca, Τετράδι ψαλῶ.

In quarto die cantabo.

FIdei in Petra me firmato, dilataſti os meum contra inimicos meos, lætatus eſt enim ſpiritus meus canendo, non eſt ſanctus vt Deus noſter. Et non eſt iuſtus præter te Domine.

D In vanis congregatio iniquorum & opinione congregatur malorum meorum, damnatum liberatorem te demonſtrare Chriſtum, cui canimus, tu es Deus noſter, & non eſt iuſtus præter te Domine.

Prauum conſilium iniquorum conſiderat inimicæ Dei animæ exiſtens, vt malum, iuſtum interficere Chriſtum. cui cantamus tu es Deus noſter, & non eſt iuſtus præter te Domine.

Verbum tyranni quoniam inualuit ſeptupliciter fornax exarſit olim, in qua pueri non combuſti ſunt, regis conculcantes edictum, ſed clamabant omnia opera dominum laudare, & ſuperexaltare in omnia ſecula.

Euacuans mulier vnguentum pretioſum in Dominico & diuino tremendo vertice, Chriſte veſtigia tua cæpit pura impuris manibus, & clamabat omnia opera dominum laudate, & ſuperexaltate in omnia ſecula. E

Lachrymis lauat pedes tua peccatis conditoris, & abſtergit capillis Ideo totum quæ in vita, non caruit peccatorum liberatione, ſed clamabat omnia opera dominum laudate, & ſuperexaltare in omnia ſecula.

Celebratur liberatio benignæ ex ſalutaribus, viſceribuſque & lacrymarum fonte, in quo per redemptionem lotam non pudebat, ſed clamabant omnia opera Dominum laudate, & ſuperexaltare ipſum in ſecula.

Animis prius & in ſordidis labris eia magnificemus immaculatam, & perpuram matrem Emanuelis per ipſam ex ipſa afferentes cultum diuinum nato: miſerere animarum noſtrarum Chriſte Deus & ſalua nos.

Impius viſus, & malus Zelotypus donum diuinum

mercatur, à quo debinum ſolutum eſt peccatum cau- A ponans malus Iudas diuinam gratiam miſerere animarum noſtrarum Chriſte Deus, & ſalua nos.

Dicit profectus iniquis principibus, quid mihi date vultis, & ego Chriſtum vobis quæſitum volentibus tradam, familiaritatem Dei Iudas abijciens auro, parce animis noſtris Chriſte Deus.

O execrantem auaritiam perfide à qua obliuionem conſecutus eſt, quod animæ neque ipſe coæqualis mundus, quæ edoctus es, deſperatione enim teipſum allaqueaſti ſuſpendens ô proditor, parce animis noſtris Chriſte Deus.

EIVSDEM MAGNA QVINTA FERIA

Hymnus 5.

Ἀκροστιχὶς Græca, τῇ μακρᾷ πέμπτῃ μακρὸν ὕμνον ἐξᾴδω.

In longa quinta longum hymnum excanto.

Virga ſcinditur mare rubrum, vndoſum vero ſiccatur profundum, ipſum ſimul inermibus factum peruium, & armatis ſepulchrum, cantus vero Deo delectabilis cantabatur, glorioſe glorificatus eſt Chriſtus Deus noſter.

Omnium cauſa, & datrix vitæ, infinita ſapientia Dei, ædificauit domum ſuam pura ex intacta matre, templum autem corporale circundatus, glorioſe glorificatus eſt Chriſtus Deus noſter.

C Sacrorum ducem amicos ſuos, animæ nutricem parat menſam, Ambroſiæ vere ſapientia Dei miſcet cratera fidelibus, accedamus pie, & clamemus glorioſe glorificatus eſt Chriſtus Deus noſter.

Audiamus omnes fideles conuocantem alto præconio inconditam & innatam ſapientiam Dei, elamat enim guſtate, & ſcientes quod Chriſtus ego, elamate, glorioſe glorificatus eſt Chriſtus Deus noſter.

Dominus ens omnium, & conditor Deus fabricatum impaſsibilis mendicans tibi ipſi vniuiſti, & Paſcha quibus debebas mori ipſe ens, te ipſum præpoſuiſti, manducate elamans corpus meum & fide firmabimini.

D Liberatorum omnis mortalis generis proptium ô bone tuos diſcipulos bibere feciſti, lætitiæ calice impleto, ipſe enim te ipſum ſacrificabas, bibite clamans ſanguinem meum & fide firmabimini.

Inſipiens vir qui inter nos proditur propriis diſcipulis prædixiſti clemens, non cognoſcet hæc, & hic ſtultus ens non ſciet, tamen manete in me, & ſide firmabimini.

Præuidens Propheta myſterij tui inductum Chriſte, præclamauit, poſuiſti fortem dilectionem roboris pater miſericors, vnicum filium enim bone pater in mundum miſiſti.

E Ad paſsionem quæ omnibus ex Adam ſcatunens impaſsibilitatem Chriſte veniens amicis tuis dixiſti, vobiſcum paſc ha participare hoc deſideraui, vnitum quia me propitiationem pater in mundum miſit.

Libans craterem, diſcipulis clamabas immortalis, fructus vitis vero bibam, deinceps minime vobiſcum viuens, vnigenitum quoniam me propitiationem paterad mundum miſit.

Ponim nouum ſupra rationem ego dico, in regno meo Chriſte amicis bibam. vt enim dies Deus vobis ſimul eto dixiſti vnigenitum quoniam me propitiationem pater in mundum miſit.

Coniunctione dilectionis coniuncti Apoſtoli, dominanti totius ſe ipſos Chriſto dedicantes pulchros pedes lauabant, nuntiantes omnibus pacem.

Irretennbilem tenens & altam in æthere aquam,

A Abyſſos frenans, & maria retinens Dei ſapientia, aquam in peluim iacit, pedes lauat vero ſeruorum herus.

Diſcipulis demonſtrat humilitatis herus figuram, nubibus autem polum circundans, cingitur linteum, & flectit genu ſeruorum ad lauandam pedes, cuius in manu ſpiritus omnium exiſtentium.

Profunditas extrema peccatorum circundedit me, & fluctum maris minime ferens, vt Ionas hero clamo tibi, ex corruptione me educ.

Dominum clamatis ô diſcipuli, & magiſtrum me, etenim ſum ſaluator clamabas, ideo imitamini figuram, quo modo in me vidiſtis.

Sordem non habens, lauari non indiget pedes: puri ô diſcipuli vos vero, ſed non omnes: momentum enim

B inordinate ex vobis vnus inſanit.

Pueri in Babylonia fornacis flammam non timuerunt, ſed in medio ignis impoſiti irrorati canebant, benedictus es Domine Deus patrum noſtrorum.

Nutans, caput Iudas mala præuidens concuſſit, opportunitatem quærens tradere iudicem in condemnationem qui omnium eſt dominus, & Deus patrum noſtrorum.

Veſtrum Chriſtus amicus clamabat, vnus tradet me: delectationem obliuiſcêtes, certamine & dolore continebantur, quis hic dicentes Deus Patrum noſtrorum?

Qnicunque mecum manum in catino ponet audacia, huic tamen bonum erat ianuas vitæ tranſiſſe nunquam: hunc dices manifeſtabat Deus patrum noſtrorum.

C Legum paternum beati in Babylonia iuuenes præpericlitati, imperantem deſpuerunt iuſſum irrationalem, & coniuncti quo non conflati ſunt igne, imperantis dignam canebant laudem, Dominum laudate opera, & ſupra exaltate ipſum per ſecula.

Conuiuæ beati in Sion ſermone expectantes Apoſtoli ſequebantur paſtorem vt agni, & coniuncti, non diuiſi ſunt Chriſto diuino ſermone nutriti, iocunde clamabant, Dominum laudate opera, & ſupraexaltate ipſum per ſecula.

Legis amicitiæ infamis Iſcariota opinione oblitus, quos lauit præparauit in proditionem pedes, & tuum comedens panem (corpus diuinum) eleuauit ſup-

D plantantium in te Chriſte, & clamare non intellexit hominum laudare opera, & ſuperexaltate ipſum per ſecula.

Capiebat redemptorium peccati corpus ſtultus: & corpus fuſum pro mundo diuinum. ſed non veneratur bibens quod vendebat pretio non malignitate odit, & clamare non intellexit, Dominum laudate opera, & ſupraexaltate ipſum per ſecula.

Hoſpitalem, & immortalem menſam in altum locum altis mentibus fideli, age fruamur aſcendens verbum ex ſermone ſciens, quod magnificemus.

Ad Dominum

Quam horride iudicium tuum Domine Angelis

E aſsiſtentibus hominibus inductis, libris apertis, ôperibus inquiſitis, rationibus reſpondentibus, quale iudicium erit in me conceptum in peccatis, quis meam flammam extinguet, niſi tu Domine miſereare mei vt humanus?

Ad Deiparam.

Inuituperabilem Deipara ſpem tuam habens ſeruabor, defenſionem tuam poſsidens per quam pura, non timebo, perſequar inimicos meos & fugam vertam, ſolam habens vt thoracem protectionem tuam, & omnipotens auxilium tuum, & deprecor clamans tibi Domine, ſalua me interceſsionibus tuis, & eleua me è tenebroſo ſomno ad tuam glorificationem potentia ex te incarnati Dei.

Ad eandem.

Glorioſa, ſemper Virgo Mater Chriſti Dei, adhuc noſtram precationem filio tuo & Deo, vt ſaluet per te animas noſtras.

Ad dominum

Miſerere noſtri Domine Miſerere noſtri, omnis enim defenſionis inopes hanc tibi precationem vt Domino peccatores aſſerimus: miſerere noſtri Domine miſerere noſtri.

Ad eundem.

Domine miſerere noſtri, in te enim confidimus, ne iraſcaris nobis valde, neque memineris delicta noſtra, ſed aſpice & nunc vt miſericors & libera nos ab inimicis noſtris, tu enim es Deus noſter & nos populus tuus, omnes opera manuum tuarum & nomen tuum inuocauimus.

Ad Deiparam.

Miſericordiæ ianuam aperi nobis benedicta Deipara, ſperantes igitur in te ne aberremus, liberemur per te à calamitatibus, tu enim es ſalus generis hominum.

Ad eandem.

Multæ multitudines meorum Deipara peccatorum, ad te confugi ſancta ſalutis indigens, viſita ægrotantem meam animam & pete à filio tuo & Deo modo dari mihi remiſsionem quæ feci malorum, ſola ſancta, ſola benedicta.

Ad eandem.

Omnem ſpem meam in te repono mater luminis, ſerua me ſub protectionem tuam.

Abite diſcipulis verbum dixit paſcha in altum locum, in quo mens firmata eſt, quibus myſterij ductiones parare in fermentato veritatis ſermone, firmum autem gratiæ magnificare.

Conditorem pater ante ſecula ſapientiam generat principium viarum me, in opera condidit nunc myſticè perfecta, verbum. n. inconditum ens natura, voces proprias faciens nunc accepi.

Vt homo ſum ſubſtantia, non imaginatione, ſic Deus modo retributionis, natura vnita mihi. Chriſtum vnum ideo me cognoſcite quorum: in quibus, quæ ſunt ea ſaluantem.

D

COSMÆ HIEROSOLYMITANI IN MAGNA PARASCEVE,

Hymnus 7.

Ακροστίχις Græca, Προσάββατόν τε.

Arte Sabbatúmque.

AD te vigilo, quem propter humanitatem teipſum cadenti euacuantem immobiliter, & vſque ad paſsiones impaſsibiliter ſuccumbentem verbum Dei, pacem præbe mihi humanæ.

Sordentes pedes, & ante purgatos myſterij participatione diuinæ mentis Chriſte tuæ miniſtri ex Sion Oliueti magnum ad montem conuenere laudantes E humane.

Aſpicite dixiſti amici, ne turbemini: nunc enim propinquauit hora capiendi me, interficiendi manibus impiorum: omnes vero diſperſi eritis me relinquentes: quos congregabo annuntiare me humanum.

Columnam malignitatis æquiparantis Deo, Domini pueri vilipendere, contra Chriſtum autem frementes iniquorum concilium conſultat inania, occidere meditatur vitæ dominantem manu, quem omnis creatio benedicit glorificans in ſecula.

A palpebris diſcipuli nunc ſomnum dixiſti Chriſte excutite, in precatione autem vigilate, tentatione quo pacto pereatis, & maxime Simon, forti enim

A maius experientia cognoſce me Petre quem omnis creatio benedicit in ſecula.

Profanum verbum è labris nunquam emitte. Domine tecum moriar vt beniuolus, & ſi omnes negabunt te clamauit Petrus: caro neque ſanguis, pater tuus reuelauit mihi te, quem omnis creatio benedicit glorificans in ſecula.

Profunditatem ſapientiæ diuinæ & notionis non omnem inueſtigaſti, abyſſum autem meorum iudiciorum non deprehendiſti homo Dominus, inquit, caro igitur exiſtens ne iacta te, negabis tertio. n. me, quem omnis creatio benedicit, glorificans in ſecula.

Renuis Simon Petre. quod patiere cito vt dictum eſt, & tibi ancilla ſola celeriter accedens, terrebit te Dominus, inquit, amare lacrymans, tamen habebis B propitiabilem me quem omnis creatio benedicit glorificans per ſecula.

Pretioſiorem Cherubim, & glorioſiorem incomparabiliter Seraphim, incorruptè Deum Verbum procreantem, verè Deiparam te magnificamus.

Pernicioſa collectio Deum exoſorum, malignantium diuicidarum congregatio, inſurrexit Chriſti tibi, vt impium traxit creatorem omnium, quem magnificamus.

Legem ignorantes impij: voces, Prophetarúmque meditantes inaniter, vt ouem traxerunt te omnium Dominum iniuſtè mactare, quem magnificamus.

Gentibus deditam vitam, cum ſcribis occidi ſcelesti ſacerdotes præbuerunt percuſſi per ſe inuiden- C ti malitia, naturæ vitæ datorem, quem magnificamus.

Circundederunt canes quàm multi pulſarunt rex, genam tuam alapa, interrogabant te: contra te autem falſa teſtabantur, & omnia ſuſtinens, omnes ſeruaſti.

COSMÆ HIEROSOLYMITÆ IN EANDEM DIEM.

Hymnus 8.

Ακροστίχις Græca, Σάββατον μέλπω μέγα.

Sabbatum quanto magnum.

COntentus eſt ſed non derelictus pectoribus ceteis Ionas, tuam enim figuram gerens paſsi, & ſepulturæ traditi, veluti è cubiculo, è fera proſiluit, alloquebatur autem cuſtodiam, ſeruantes vana & falſa, miſericordiam ipſam relinquite.

Sublatus es, ſed non diuiſus es verbum à qua participaſti carne ſi. n. & ſolutum eſt tuum templum in tempore paſsionis, ſed & ſic vna erat ſubſiſtentia diuinitatis & carnis tuæ, in, vtraque enim exiſtis filius, Verbum Dei Deus & homo.

Mortalicida ſed non diuicida fuit error Adæ: ſi enim & paſſa eſt tuæ carnis puluerea ſubſtantia, ſed diuinitas impaſsibilis permanſit, corruptibile autem tuum ad in- E corruptionem tranſmutauit & immortalis vitæ oſtendit fontem ex reſurrectione.

Regnat, ſed non perennat infernus generis mortalium, tu enim poſitus in ſepulcro, forti vitæ authore palma mortis clauſtra dilaceraſti & prædicaſti à ſeculo illic dormientibus liberationem immendacem, Saluator factus mortuorum primogenitus.

Indicibile miraculum, qui in fornace liberauit ſanctos pueros ex igne, in ſepulcro mortuus inſpirans deponitur, in ſalutem noſtram canentium, Redemptor Deus, benedictus es

Vulneratus eſt infernus in corde recepto, vulnerato haſta per latus, & luget, igne diuino abſumptus, in ſalutem noſtram continentium, Redemptor Deus, benedictus es.

Beatum ſepulcrum, in ſe enim recipiens vt dormientem artificem, vitæ theſaurus diuinus oſtenſus eſt in ſalutem noſtram concinentium, Redemptot Deus benedictus es.

Lege mortuorum, in ſepulcro depoſitionum vniuerſorum excipit vita, & hoc fontem oſtendit ſuſcitationis in ſalutem noſtram concinentium, Redemptot Deus benedictus es.

Vna extitit in inferno inſeparabilis, & in ſepulcro & in Edem, diuinitas Chriſtum cum patre & Spiritu in ſalutem noſtram concinentium, Redemptot Deus benedictus es.

Obſtupeſce animo horrens cælum & concutiantur fundamenta terræ: ecce enim inter mortuos computatur, qui in excelſis habitat, & ſepulcro paruo hoſpitatur, quem pueri benedicunt ſacerdotes celebrant, & glorificant per omnia ſecula.

Solutum eſt immaculatum templum, procidens autem corrigit tentorium, Adam enim priori ſecundus, qui in excelſis habitat deſcendit vſque ad inferni cellas, quem pueri benedicunt ſacerdotes concelebrant, & glorificant per omnia ſecula.

Ceſſauit audacia diſcipulorum, Arimathæus enim optime ſe gerit Ioſeph, mortuum enim & nudum ſpectans in omnibus Deum, petit, & curat vociferans, pueri benedicite, ſacerdotes concelebrate, populus ſuperexaltate per omnia ſecula.

O miracula admiranda, ô bonitatem, & indicibilem tolerantiam, voluntarius enim ſub terra ſigillatur qui in excelſis habitat, & deceptor, Deus calumniatur, quem pueri benedicunt, ſacerdotes concelebrant, & glorificant per omnia ſecula.

Ne lugeas mea mater intuens in ſepulcro, quem in ventre ſine ſatione concepiſti filium, reſurgam enim, & glorificabor, & exaltabo in gloria cornu, vt Deus, in fide & deſiderio magnificantium te.

In admirabili tuo partu dolores fugiens, ſupernaturaliter beatificatum ſine principio fili, nūc autem te Deus inſpirantem videns mortuum, lancea mœroris laceror grauiter ſed reſurge, vt magnificer.

Terra me oculit volentem, ſed horrent inferni ianitores, indutum videntes ſtolam cruentatam ô mater vindictæ, inimicos enim in cruce calcans vt Deus reſurgam rurſus, & magnifico te.

Exultet creatio, lætentur omnes terrigenæ, inimicus enim ſpoliatus eſt infernus, cum vnguentis mulieres occurrant. Adam cum Eua redemit omnigenam & tertia die reſurget.

COSMÆ HIEROSOLYMITÆ IN PENTECOSTEN.

HYMNVS 9.

Ἀκροστιχὶς Græca, Πεντηκοστὴν ἑορτάζωμεν

Pentecoſten feriemur.

MARI teculit Pharaonem cum curribus: conterens bella in alto brachio: cantamus ipſi, quoniam glorificatus eſt.

Qui olim diſcipulis promiſiſti paracletum ſpiritum, mittens Chriſte illuxiſti mundo lumen humanæ.

Lege olim prædictum & Prophetis, completum eſt diuini ſpiritus hodie: omnibus enim fidelibus gratia effuſa eſt.

Ex alto potentiam diſcipulis Chriſte vſquequo induemini dixiſti confidite in Hieruſalem. Ego verò vt me paracletum alium ſpiritum meúmque & patris mittam in quo ſolidabimini.

Diuini ſpiritus accedens potentia, diuiſam olim vo-
A cem male conſentientium in vnam compagis diuinæ coniunxit cognitionem ſapientificans fideles Trinitatis, in qua ſolidati ſumus.

Intelligens Propheta in vltimis tuam Chriſte profectionem: clamabat tuam exaudiui Domine potentiam, quod omnes ſeruare Chriſtos tuos veniſti.

Qui in Prophetis locutus eſt, & per legem antepronuncians ante: imperfectis Deus verus, paracletus verbi miniſtris & teſtibus cognoſcitur hodie.

Signum diuinitatis fert Apoſtolis, in igne Spiritus diuiſus eſt, & externis linguis oſtendit, quod à patre diuinum robur veniens eſt per ſe iuſſum.

B Quod propter timorem cui captum eſt Domine in ventre Prophetarum: & natus in terra ſpiritus ſalutis, Apoſtolica corda ædificat pura in fidelibus rectum innouatur, lumen enim & pax, quoniam tua mandata.

Adueniens fortitudo hodie ipſa ſpiritus bonus ſpiritus ſapientiæ Dei, ſpiritus ex patre procedens, & per filium fidelibus nobis viſus, traditus, in quibus habitat natura, eius in qua ſpectatur ſanctitatis.

Vomens ob turbam vitæ curarum connauigantibus ſummerſus peccatis, & amicidæ feræ proiectus, vt Ionas Chriſte clamo ad te ex letifero me profundo redux.

C Ex ſpiritu tuo in omnem carnem vt dixiſti affatim effluxiſti & impleta ſunt tua omnia cognitione, quoniam ex patre filius ſine ſemine natus es & ſpiritus indiuiſibiliter procedit.

In fornace ignis iniecti iuſti pueri ignem in rorem tranſmutarunt per cantum, ſic clamantes benedictus es Domine Deus patrum noſtrum noſtrum.

Eloquentibus diuina magnalia Apoſtolis ſpiritus actio putabatur ebrietas infidelibus per quam Trinitas annuntiabatur, Deus Patrum noſtrorum.

Indiuiſam naturam recte ſentientes glorificamus Deum patrem ſine principio atque eiuſdem poteſtatis
D verbum & ſpiritum benedictus es clamantes Deus Patrum noſtrotum.

Incombuſtus igne in Sina alloquens rubus Deum cognitum fecit tardiloquo & difficulter ſonanti Moſe & pueros zelus Dei inconſumptos igne cantores oſtendit, omnia opera laudate Dominum & ſuperexaltate per omnia ſecula.

Vitali ex alto violento delato ſtrepenter Spiritus ſanctiſſimi piſcatoribus flatu ignearum forma linguarum magnalia Dei eloquebantur, omnia opera laudate Dominum & ſuperexaltate per omnia ſecula.

Tanquam ad intactum aſcendentes montem non hor-
E rentes ignem horrificum venite, & ſtemus in monte Sion in ciuitate viuentis Dei ſpiritiferis diſcipulis nunc conſolantes omnia opera Dominum laudate, & ſuperexaltate per omnia ſecula.

O non per corruptionem enixa & omnifactori verbo carnem mutuata mater non experta virum virgo Deipara receptaculum illocabilis, locellum infiniti conditionis tui te magnificamus.

Efferuente olim igneo curru amator atque igniuomus ſperans, gaudens, equitans præſentem lucentem inſpirationem manifeſtabat ex alto Apoſtolis à qua il-
F luſtrati Trinitatem omnibus cognitam fecerunt.

Legem naturarum præter admiranda res audiebatur, diſcipulos enim voce ſonante ſpiritus gratia variè audiebant populi tribus, & linguæ diuina magnalia, Trinitatis cognitionem educti.

Digitized by Google

COSMÆ HIEROSOLYMITÆ IN EANDEM FESTIVITATEM.

Hymnus.

Ἀκροστιχὶς Græca, Χριστὸς ἐν σκοπιῇ σέλας ἄπλετον εἴδεος ἧκε.

Chriſtus in ſpecula ſplendorem immenſum ſpeciei miſit.

CHORI Iſraël immadentibus pedibus mare tubrum & humidum profundum pertranſeuntes cóſcenſores, tertiarios inimicos videntes in ipſo demerſos in exultatione canebant, cantemus Domino, glorioſè. n. glorificatus eſt.

Verba vitæ amicis Chriſtus & de diuino concionans regno dixit in me patrem cognoſcetis lumine tanquam effulgenti inacceſſo, in exultatione canentes, cantemus Domino, glorioſè enim glorificatus eſt.

Robur gentium deuorare chari diſcipuli, admirabimini autem diminiatum ipſatum, quoniam gloria impleti eſtis, quoniam videbor lucidius ſole fulgens, in exultatione canentes canemus Domino, glorioſè enim glorificatus eſt.

Hodie Chriſtus in monte Thabor fulgens, ſublucidos diuini ſplendoris vt pollicitus eſt diſcipulis denudabat characteres. Luciferi autem pleni diuini ſplendoris in exultatione canebant, canemus Domino, glorioſè enim glorificatus eſt.

Arcus potentium ægrotauit, ægrotãtes circũdati ſunt potentia, ideo firmatum eſt Domino cor meum.

Totum Adam indutus Chriſte obſcuratum permutans illuſtrari quodam naturam & alteratione formæ tuæ dificaſti.

Columna ignifotmi, & nebula quondam qui in diſerto Iſraël ducens, hodie in monte Thabor in ineffabili lumine Chriſtus effulſit.

Audiui glorioſam diſpenſationẽ tuam Chriſte Deus, quoniam natus es ex virgine, vt ex errore liberates clamantes tibi: gloria poteſtati tuæ Domine.

Legem in Syna litera perfiguratus Chriſte Deus, in nebula igne & caligine in procella apparuiſti equitans: gloria poteſtati tuæ Domine.

Vt credere facias glorioſam diſpenſationem tuam Chriſte Deus tanquam præexiſtens ſeculis & ipſe in nebulæ fundamentum ponens, in Thabor glorioſè ſplenduiſti.

Colloquentes aſtiterant vt decet ſernos tibi Domino Chriſto, quibus in ignis vapore & tenebroſitate & leuiſſima aura allocutus, gloria poteſtati tuæ Domine.

Annuntiabant egreſſum in cruce tua in Thabor præſentes, in igne te & rubro quondam præuidens Moſes, & ſublimis curru in ignito Elias Chriſte.

Luminis diſcindens primogenitum chaos in igne opera laudant te Chriſte conditorem, in lumine tuo vias noſtras dirige.

Coram te tempora ſuccubuerunt, lumen enim & ante pedes celſiuadum ſplẽdorem ſol miſit, formam mortalem vt mutare bene voluiſti.

Ecce Saluator exclamabant Moyſes & Elias diſcipulis in monte ſancto Thabor audientibus Chriſtus, quem olim prænuntiauimus exiſtentem Deum.

Inalterata natura mortali mixta, ſimilis immaterialis diuinitatis lumen denudans Apoſtolis arcanæ effulſit.

Te æternum lumen in paterna gloria diſcipuli vt viderunt effulgens Chriſte, tibi exclamarunt, in lumine tuo vias noſtras dirige.

Cum tribularer clamaui ad Dominum, & exaudiuit me Deus ſalutis meæ.

A Fulgore longe ſolis lumen clarius in Thabor effulgens Saluator, nos illuminauit.

Aſcendens in mõtem Thabor transfiguratus es Chriſte, & errorem omnem obſcurans lumen effulſiſti.

Te Deum cognouerunt glorioſi Apoſtoli in Thabor, Chriſto autem obtupefacti, genu flexerunt.

Abramienſis olim in Babylone pueri fornacis flammam calcarunt & laudantes, canebant patrum noſtro. Deus benedictus es.

Circunfuſi lumine inacceſſæ gloriæ Thabor in monte Apoſtoli Chriſte exclamauerunt patrum noſtrorum Deus benedictus es.

B Procella diuini ſonitus & rorifica nebula Chriſte & ſplendore tuo delectati Apoſtoli, canebant patri noſtro.

In arcano lumine vt te intuitus eſt Petrus Thabor in monte effulgentem Chriſte adorauit, patrum noſtrorum Deus benedictus es,

Principi vitæ Chriſto vno exiſtentes filij Zebedæi, vt emiſit formæ lumen intonuerunt, patrum noſtrorum Deus benedictus es.

In Babylone pueri diuino igne voluti zelo tyranni & flammæ minas viriliter calcauerunt, & medium ignis iniecti irrorati canebant, benedicite opera Domini Dominum, & ſuperexaltate per omnia ſecula.

Nutu vniuerſum ferens pedibus immaculatis montem C conſcendit Thabor in, quo ſolis magis luce effulgens faciem, legis electos & gratiæ oſtendit canentes, benedicite opera Domini Dominum, & ſuperexaltate per omnia ſecula.

Inacceſſibili gloria in monte apparens arcane Thabor incontentibile & inoccidens lumen, patris ſplẽdor, orbem illuſtrans, homines deificauit canentes, benedicite opera Domini Dominum, & ſuperexaltate per omnia ſecula.

Sacerdotaliter ſtantes, Moſéſque & Elias in monte Thabor, diuinæ impreſſionis clare ſubſiſtentiæ videntes Chriſtum in paterna effulgentem gloria, canebant be- D nedicite omnia opera Domini dominum, & ſuperexaltate per omnia ſecula.

Per quæ in obſcuritate diuinã vocem facie olim glorificatus eſt Moſes. Chriſtus autem vt tunica lumen & gloriam induitur, luminis proprius effector enim exiſtens, illuſtrat canentes, benedicite omnia opera Domini Dominum, & ſuperexaltate per omnia ſecula.

Ex lucigena nebula Chriſtum diſcipuli indutum videntes in Thabor, & proni in terram vergentes, mentem illuſtrari, cum patre hunc laudabant & ſpiritu, benedicite omnia opera Domini Dominum, & ſuperexaltate per omnia ſecula.

E Fœtus tuus incorruptus oſtenſus eſt. Deus exilibus tuis proceſſit carnigerus, qui viſus in terra, & hominibus conuerſatus eſt, te Deipara ideo omnes magnificamus.

Contremiſcentes noua luminis fuſione congregati diſcipuli illuſtrari inuicem videntes, & proni in terram procidentes, te Dominum omnium adorarunt.

Sonitus nebula emittebatur à Deo ſtrepens firmans miraculum, pater enim luminum iſte eſt filius dilectus mens Apoſtolis clamabat, quem audiris.

Noua videntes & admiranda vocem paternam cum F audiueritis in Thabor, verbi, ſigillus archetypi, iſte eſt exclamabant, Saluator noſter.

Imago inuariabilis eius qui eſt immobilis ſigillus, inalterabilis, fili, verbum, ſapientia, & brachium dextræ, excelſi robur, te celebramus cum patréque & Spiritu.

COSMÆ HIEROSOLYMITÆ IN DOMINICA PALMARVM,
Hymnus 9.

VIſt ſunt fontes abyſſi humoris expertes & retecta ſunt maris æſtuantis fundamenta procella, nutu, hanc enim increpaſti, abundantem populum ſaluaſti, canentem victorialem cantum tibi Domine.

Ore ex infantium innocentum & lactẽtium laudem tuorum ſeruorum perfeciſti, deſtruere aduerſarium, & vlciſci paſſione crucis caſum olim Adæ, per lignum eleuare, B hunc autem canentem victorialem cantum tibi Domine.

Laodationem Eccleſia ſanctorum inhabitanti Sion tibi Chriſte adducit: in te autem Iſrael factore ipſius gaudet, & montes, gentes duræ ſaxicordes, ex facie tua exultarunt canentes victorialem cantum tibi Domine.

Scaturientem, abruptam mandato tuo ſolidam lactuit petram Iſraëlita populus. petra autem tu Chriſte exiſti & vita, in qua ſolidata eſt Eccleſia clamans, Oſanna benedictus es qui venis.

Mortuum quatriduanum mandato tuo ex mortuis contremiſcens infernus dimiſit Lazarũ. ſurrectio Chriſti, tu enim es vita, in quo ſolidata eſt Eccleſia clamans, C oſanna benedictus es qui venis.

Canite Deo decenter in Sion, & precationem reddite Chriſto in Hieruſalem, ipſe venit in gloria cum dominatione, in quo ſolidata eſt Eccleſia clamans, oſanna benedictus es qui venis.

Chriſtus veniens manifeſte Deus noſter, veniet & nõ tardabit ex monte vmbroſo, denſo, puella pariente inexperte viri, Propheta olim dicit, ideo omnes clamemus, gloria poteſtati tuæ Domine.

Rumpant lætitiam fortem in miſericordiam mõtes, & omnes colles, & ligna nemoris applaudant, Chriſtũ laudate gentes, & hunc omnes populi laudantes, clamate D gloria potentiæ tuæ domine.

Robur, qui dominatur ſæculis Dominus indutus veniet, huius pulchritudiniſque gloriæ incomparabilis exiſtit decor in Sion, ideo omnes clamamus, gloria potentiæ tuæ domine,

Palmo meritus cælum, palma autem terram, Dominus adeſt, Sion enim elegit, in ipſa autem habitare & regnare irritatus eſt, & populis in fide clamãtibus, gloria potentiæ tuæ domine.

Sion in montem conſcende euangelizans, & Hieruſalem prædicans, in fortitudine tolle vocem, glorificata locuta eſt de te ciuitas Dei, pax in Iſrael, & ſalutare E gentibus.

In excelſis ſedens ſupra Cherubim Deus & reſpiciẽs humilia, ecce venit in gloria cum dominatione, & implebũtur omnia diuinæ laudationis ipſius, pax in Iſrael, & ſalutare gentibus.

Sion Dei mons ſanctus, & Hieruſalem circum circa oculos tuos læua & vide conductos filios tuos in te, ecce enim venerunt longe adorare Regem tuum, pax in Iſrael, & ſalutare gentibus.

Clamarunt in lætitia iuſtorum ſpiritus, nunc mundo teſtamentum nonum conſtitutum & aſperſione nouificatur populus diuini ſanguinis.

F Suſcipit Iſrael Dei regnum, & qui ambulat in tenebris, lumen ſpectet magnum, & aſperſione nouificetur populus diuini ſanguinis.

Diſſolutos tuos vinctos Sion emitte & è lacu ignorãtiæ ſine aqua educ, & aſperſione nouificetur populus diuini ſanguinis.

Qui ſeruant in igne Abramienſes tuos pueros, & qui Chaldæos ſubſtulit, quibus iniuſtè iuſtis inſidiati ſunt ſuperlaudabilis domine Deus patrum benedictus es.

Genu procidentes populi, & cum diſcipulis læti, cum A palmis, oſanna filio Dauid clamabant, ſuperlaudabilis domine Deus patrum benedictus es.

Expers mali multitudo adhuc infanteſcens natura, Deo decenter te Rex Iſrael, & Angelorum concinnit, ſuperlaudabilis domine Deus patrum benedictus es.

Cum palmis tibi Chriſte, ramis applaudebant multitudines, benedictus qui venit Rex ſeculorum, clamabant autem, ſuperlaudabilis domine Deus patrum benedictus es.

Lætare Hieruſalem, celebrate feſtum diligẽtes Sion, qui regnat enim per ſecula dominus poteſtatum venit, reuereatur omnis terra à facie eius, & clamet, benedicite opera dominũ, & ſuperexaltate per omnia ſecula.

B Nouum pullum conſcendens Rex tuus Sion aſſiſtit Chriſtus, nam irrationalem ſimulactorum errorem ſoluere, incontentibilem impetum reprimere omnium gentium aduenit, ad canendum benedicite opera dominum, & ſuperexaltate per omnia ſecula.

Deus tuus gaude Sion valde regnauit in ſecula Chriſtus, vt ſcriptum eſt, mitis & ſaluans, iuſtus Redemptor noſter venit in pulli equo, audaciam perdere inimicorum non clamãtium, benedicite opera dominum & ſuperexaltate in omnia ſecula.

Rareſcit diuinorum mœnium impium concilium inobedientium, precationis Dei quoniam domum ſpecũ effecerunt prædonum, è corde Redemptorem repellentes, cui clamamus, benedicite opera dominum C & ſuperexaltate in omnia ſecula

Deus dominus, & apparuit nobis, cõſtituite feſtum, & exultantes agite, magnificemus Chriſtum, cum palmis & ramis hymnis clamantes benedictus qui venit in nomine domini Saluatoris noſtri.

Gentes quare fremuiſtis ſcripturas, & ſacerdotes quid inania meditati eſtis, quis hic dicentes ô pueri cũ palmis & ramis hymnis clamant, benedictus qui venit in nomine domini Saluatoris noſtri.

Hic Deus cui ſimilis nemo, iuſtam omnem viam inueniens dedit dilecto Iſrael, poſt hæc autem, homini- D bus conuerſatus eſt viſus, benedictus qui venit in nomine Domini Saluatoris noſtri.

Scandala calles qui habentia vos ponitis inobedientes: pedes acuti vobis, ſanguinem fundere Domini, ſed reſurget omnes ſaluare clamantes, benedictus qui venit in nomine Domini Saluatoris noſtri.

COSMÆ HIEROSOLYMITÆ IN EXALTATIONEM SANCTÆ CRVCIS.

HYMNVS 9.

E

Ἀκροστιχὶς Græca, Σταυρῷ πεποιθὼς ὕμνον ἐξερεύγομαι.

Cruci confidens hymnum ructor.

CRucem figurans Moſes, in recto baculo rubrum diſſecuit Iſraeli pedibus eunti, hoc autem conuerſiue Pharaonem curribus pulſans vniuit, latitudine deſcribens inuincibile telum: ideo Chriſto canamus Deo noſtro, quoniam glorificatus eſt.

Figuram olim Moſes immaculatæ paſſionis in ſe ipſo præmonſtrauit, ſacerdotem in medio exiſtens, cruce F autem figurans, extenſis trophæum palmis extulit, robur perdens Amalec perpendi, ideo Chriſto canamus Deo noſtro, quoniam glorificatus eſt.

Impoſuit Moyſes in columna medicamentum, corruptioni ſolutorium, & viroſi morſus, & ligno figura crucis ad terram tractum ſerpentem alligauit obliquum, in hoc triumphans nocumentum, ideo Chriſto canamus Deo noſtro, quoniam glorificatus eſt.

Oſtendit cælum crucis Trophæum pietatis imperatori, & regi diuiſapo, inimicorum in quo reſenſorum delectus eſt fremitus, deceptio euerſa eſt autem, &

Spargant aquam oebulæ: ſol enim in nebula leui equitans ſupra ſterit ſicut puris velis Chriſtus in templo, vt infans: ideo fideles clamamus, canamus domino, glorioſè enim glorificatus eſt.

Fortificamini manus Simeonis ſenectute laſſæ, & crura defatigata ſenis rectè mouemini Chriſti ad occurſum, chorum cum incorporeis firmantes, canamus domino, glorioſe enim glorificatus eſt.

Scientia extenſi cæli lætamini, exulta autem terra, diuinis enim ex ſinibus artifex veniens Chriſtus per matrem virginem Deo patri adducitur infans, qui ante omnia, glorioſe enim glorificatus eſt.

Firmamentum in te ſperantium firma domine eccleſiam, quam ædificaſti pretioſo tuo ſanguine.

Primogenitus ex patre ante ſecula primogenitus infans puellæ incorruptæ Adam manum protendens apparuit.

Stultum factum deceptione primum hominem rurſus correcturus Deus verbum infans apparuit.

Terræ prolem recurrentem hanc diuinitas conformem naturam conditor tanquam inuertibiliter infanteſcens oſtendit.

Texit cælos virtus tua Chriſte, ab arca enim profectus ſanctificationis tuæ incorruptæ matris in templo gloriæ tuæ viſus es vt infans in ſinu latus, & impleta ſunt omnia tuæ laudis.

Lætus ô Simeon ineffabilium antiſtes deipara clamabat quem à Sancto olim vaticinatus es ſpiritu infanteſcentem verbum Chriſtum amplectere clamans ei: impleta ſunt omnia tuæ laudis.

Quam ſperaſti, ô Simeon coætaneum infantium gaudens ſuſcipe Chriſtum, Iſraelis diuini conſolationem, legis factorem & dominum, implentem legis ordinem: clamans ipſi impleta ſunt omnia tuæ laudis.

Spectans Simeon verbum ſine principio cum carne vt in throno Cherubico virgini inſidens, cauſam eſſe omnia, vt infans ſtupefactus clamabat ipſi, impleta ſunt omnia tuæ laudis.

Vt vidit Iſaias coniecturaliter in throno eleuato Deum ab angelis gloriæ deportatum, ô miſer clamabat, ego præuidi enim corporatum Deum lumini inocciduo, & paci dominantem.

Sciens diuinus ſenex præuiſam olim prophetæ gloriam, manibus matris verbum videns contentum ô ſalue clamabat veneranda: ſicut enim thronus, contines Deum lumini inocciduo, & paci Dominantem.

Proflexus ſenex & veſtigia diuinitus tangens inexpertis nuptiarum, & Dei matris ignem dixit portas ô pura, infantem horreo amplecti Deum lumini inocciduo & paci dominantem.

Purgatur Iſaias Seraphim carbonem accipiens ſenex clamabat Dei matri tu tanquam forcipe manibus illuſtrabis me tribuens quem fers lumini inocciduo & paci dominantem.

A Clamauit tibi intuitus ſenex oculis ſalutem, quam populis ſupraſtetit ex Deo, Chriſte tu Deus meus.

Sion tu lapis indepoſitus es imperſuaſis præciſionis, & ſcandali petra infracta fidelium ſalus.

Firmiter ferens characterem eius qui ante ſecula te genuit mortalium ob miſericordiam nunc ægritudinem circumpoſuiſti

Filium altiſſimi, filium virginis, Deum puerulum factum qui adoraui, me nunc dimitte in pace.

Te qui in igne rorificaſti pueros, qui theologizarunt, & qui in virgine incorrupte habitaſti Deum Verbum laudamus piè canentes, benedictus es Deus patrum noſtrorum

(Adæ declaratus abeo ad inferni ſe continentis, & Euæ allaturus bonum nuntium Simeon exclamabat, cum B Prophetis ſaltans, benedictus es Deus patrum noſtrorum.

Genus puluereum liberaturus Deus vſque ad infernum veniet, captiuis autem præbebit omnibus miſſionem, & viſum cæcis, vt adinuicem clament, benedictus es Deus patrum noſtrorum.

Et tuum cor ô incorrupta gladius pertranſibit Simeon deiparæ prædixit, in cruce videntis tuum filium, ad quem clamamus, benedictus es Deus patrum noſtrorum.

Intolerando igni vniti qui diuina pietate ante ſteterunt iuuenes, flammæ autem illæſi diuinum hymnum canebant, benedicite omnia opera domini dominum.

C Populus Iſraelis tuam gloriam Emmanuelem videns puerulum ex virgine ante faciem diuinæ arcæ nunc ſalta, benedicite omnia opera domini Dominum

Ecce Simeon exclamabat contradictorium ſignum, hic erit Deus, ens & puerulus, hunc fide canamus, benedicite omnia opera domini Dominum.

Vita cum ſit hic, erit caſus incredentibus infanteſcens Deus Verbum, vt reſurrectio omnibus in fide canentibus, benedicite omnia opera domini dominum.

In lege, vmbra, & litera, figuram perſpeximus fideles, omne maſculinum vuluam adaperiens, ſanctum Deo, ideo primogenitum verbum patris ſine principio filium, primogenitum matri ſine viro magnificemus.

Iis qui olim nouigenatum turturum par, dualitaſq; D erat pullorum, pro quibus diuus ſenex, & caſta Anna propheriſſa ex virgine partæ, & magnæ proli patris in templum venienti ſacrificant magnificantes.

Retribuiſti mihi clamabat Simeon ſalutis tuæ Chriſte lætitiam, ſuſcipe tuum ſeruum vmbra laſſum ſenem, iuuenem gratia, factum præconem, diſcipulum in laude magnificantem.

Decenter gratias agebat Anna prophetizans, caſta, & ſancta, & veneranda hero in delubro manifeſtè deiparam autem præconizans omnibus præſentibus magnificauit.

MARCI EPISCOPI IDRVNTIS, IN

MAGNO SABBATO. HYMNVS.

Α'κρόστιχις Græce, Καὶ σήμερον δέ.

Et hodie autem. A

VNDA maris contegentem olim perſecutorem tyrannum ſubterra contexerunt ſeruatorum filij, ſed nos veluti iuuenculæ domino canamus, glorioſè enim glorificatus eſt.

Domine Deus meus funebrem hymnum & ſepulcralem cantum tibi canam, ſepultura tua mihi ingreſſus adaperienti & morte mortem, & infernum mortificatori.

Superius te in ſede, & inferius in ſepulcro ſuper mundana & ſubterrena intelligentia ſaluator meus vibrabantur mortificatione tua ſupra mentem, viſus es enim mortuus vitæ author.

Vt tua gloria omnia repleas deſcendiſti in ima terræ, abs te enim non abſconſa eſt ſubſiſtentia mea in Adam, & ſepultus corruptum me nouificas humanæ.

Te qui in aquis ſuſpendiſti omnem terram incontentibiliter creatio conſpicata in caluaria ſuſpenſum, ſtupide cootinebatur, non eſt ſanctus præter te domine elamans.

Signa ſepulturæ tuæ oſtendiſti, viſus multiplicans, nune autem ſecreta tua diuinitus manifeſtaſti & his qui in inſerno ſunt domine, non eſt ſanctus præter te domine clamant.

Explicaſti palmas, & vniſti quæ prios diuiſa erant, correptione autem ſaluator in ſindone & monumento, deuinctos ſoluiſti, non eſt ſanctus præter te domine clamamus.

Monumento & ſigillis non capiendus, contentus es voluntate, etenim vim tuam actionibus notificaſti diuifice cantantibus, non eſt ſanctus præter te domine

In Cruce tuam diuinam euacuationem præuidens Abbacum, ſtupidus clamabat, tu potentum ſcidiſti potentiam bone, verſatus his qui in inſetno ſunt, tanquam omoipotens.

Septimam bodie ſanctificaſti, quam benedixiſti prius caſſatione operum, profers enim vniuerſa & nouificas, ſabbatiſſans ſaluator meus, & recuperans.

Fortitudine præſtantioris deuincente te, à carne anima tua diuerſa eſt, lacerant enim ambo vincula mortis & inferni, verbum fortitudine tua.

Infernus verbum occurrens tibi, amarus factus eſt mortalem videns deificatum, maculoſum vibicibus, & omnipotentificem horribili formæ autem diſcordauit.

Deiparentia tua Chriſte ergo nos compatienter facta, Eſaias lumine viſo ſine veſpere, de nocte vigilans clamauit, reſurgent mortui, & ſuſcitabuntur qui in ſepulcris ſunt, & omnes in terra exultabunt.

Nouificas terrigenas, creator puloereus exiſtens, & ſindon & ſepulcrum ſuboſtendunt coexiſtens tibi verbum myſterium, decorus enim conſultor te gignentis conſilium vaticinatur in te magnifice, nouificantis me.

Per mortem, mortale per ſepulcrum, corruptibile tranſmutas: incorruptibile facis enim diuidecentiſſime: immortalificans aſſumptum, caro enim tua corruptionem non nouit domine, neque anima tua in inferno mirabiliter relicta eſt.

Ex incorrupta profectus, & vulnerans coſtam creator meus, ex ipſa effeciſti reformationem Euæ Adam factus, ſopitus admirabiliter ſomnum viuificante, & vitam ſuſcitans è ſomno & corroptione tanquam omnipotens.

THEOPHANIS IN ANNVNCIATIONEM SANTISSIMÆ DEIPARÆ, HYMNVS.

Ἀκροστιχίς Græca. *Hymni ſequentis eadem eſt quæ ſuperioris.*

CANAT tibi Regina mouens lyram ſpiritus Dauid progenitor tuus, aodi filia lætam vocem ab Angelo: lætitiam enim annunciat tibi ineffabilem.

Clamo ad te gaodens, inclina aurem tuam, & intende mihi Dei, annuncianti eoceptionem ſine ſemine, inueniſti enim gratiam eoràm domino, quam inuenit nunquam alia quæpiam ô puriſſima

Manifeſtetur mihi angele tuorum verborum vis, quonam modo erit, quod dixiſti dic apertiſſimè, quonam modo eoncipiam Virgo exiſtens puella, quonam modo etiam fiam mater eondentis.

Doloſè me loqui arbitraris, vt videtur, & gaudeo videns tuam ſecuritatem: confide Domina, Deo enim volente facile perficiuntur etiam inopinabilia.

Defecit Rex ex Iuda, tempus vero aduenit reliquum, ſecundum quod apparebit gentium ſpes Chriſtus: tu autem, quonam modo hunc pariam virgo exiſtens manifeſta.

Quæris à me ſcire virgo modum conceptionis tuæ, ſed hic inenarrabilis. Spiritus autem Sanctus opifici potentia tibi obumbrans operabitur.

Mea progenitrix ſuſcipiẽs eonſilium ſerpẽtis, à conſilio diuino in exilium miſſa eſt, quare & ego timeo ſalutationem admirandam tuam, verens lapſum

Dei antiſtes miſſus ſum diuinum nunciate tibi conſilium, cor me times puriſſima magis te timentem, cur revereris me Domina te veneranter reuerentem?

Sacram quandam virginem parituram audiui Prophetam olim Emanuelem præuaticinantem. Deſidero autem ſcire quonam modo diuinitatis commixtionem natura mortalium ſuſtinebit.

Annunciaoit rubus incombuſtus manens accipiens flammam: ô gratia plena, valde laudabilis ſecundum te myſterium admirabile poſt partum, permanebis enim immaculata ſemper Virgo.

Illuſtratus lumine Dei omnipotentis, veritatis præco dico Gabriel veriſſima quonam modo inuiolata manente virginitate verbum pariam cum carne incorporeum.

Cum timore tibi vt ſerous principi adſto, cum formidine ô puella, nunc veniſſe veneror te, vt pluuia in vellus deſcendit in te Verbum patris, vt voluit.

Cognoſcere tuorum non poſſum verborum certitudinem, miracula enim facta ſunt ſæpe diuina potentia monſtrificata ſigna, & figuræ legales, peperit autem virgo ſine viro nunquam.

Miraris puriſſima etenim mirandum miraculum tuum, ſola enim omnium Regem accipies in vtero incarnaturum, & te præfigurant Propbetarum dicta, & ænigmata, & legis ſigna.

Omnibus irreceptibilis, & omnibus inuiſibilis, quomodo hie poterit Virginis vterum habitare, quem ipſe formauit? quomodo autem & concipiam Deum Verbum vna ſine priocipio cum patre, & ſpiritu?

Ad tuum primogenitorem Dauid pollicitus poſiturum eſſe ex fructu ventris ſupra ſedem regni ipſius, Iacobi te pulchritudinem ſolam elegit intellectuale habitaculum.

Verborum tuorum voce, ô Gabriel, lætificante accepta, gaudij diuini impleta ſum, lætitiam enim ſignificas, & lætitiam annuncias infinitam.

Tibi data eſt gratia ô Dei genitrix diuina, tibi aue omnis creatura clamat, ô Dei nympha, tu enim ſola mater filij præelecta es pura.

Euæ igitur per me ceſſet eondemnatio, reſtituatur per me debitum bodie, per me debitum antiquum detur pleniſſimum.

Promiſit Deus Abrahæ progenitori benedicere in ſemine ipſius gentes ô pura, per te autem finem promiſſio accipit hodie.

Lumen immateriale annuncians cum materia cor-

poris vniendum per miſericordiam multam. clara annuntiatio diuina præconia clamat mihi benedictus ô piiſſima fructus ventris tui.

Aue Domina Virgo, aue puriſſima, aue receptaculum Dei, aue candelabrum luminis, Adæ reuocatio, Euæ redemptio, mons ſanctum manifeſtum ſanctuarium, & ſponſatium immortalitatis.

Animam purgauit, corpus ſanctificauit, templum

A fecit capax me Dei, habitaculum à Deo iactum animatum templum aduentus ſanctiſſimi ſpiritus, & vitæ puram matrem.

Vt multiculam lampadem, à Deo ſtructum thalamum videbo te, nunc vt aurea atca legis datorem ſuſcipe ô ſponſa Dei qui bene voluit hominum liberare per te corruptibilem ſubſtantiam.

DREPANII FLORI PSALMI ET HYMNI.

DRepanius, natione Gallus fuit, vt ex eius Epiſtolis colligimus: Florius nominatus, vt ex epiſtola ad Modainum 34. Heduorum Epiſcopum, qui, cum vndecimus fuerit à S. Siagrio martyre fratre regiæ Galliarum Brunechildis quæ vixit ætate Gregorij magni PP. ad annum Chriſti 590 Magnus vero ſiue ſenior Theodoſius æui Panegyricum Romæ dixit Latinus Pacatus Drepanius, ad annum Chriſti, 390. & quod excurrit, imperauerit: Videtur plane hic noſter Drepanius Florus Poëta, Latino Pacato Drepanio, ducentis quinquaginta paulo plus minus annis poſterior, ac proinde vixiſſe ad annum Chriſti 650. Scripſiſſe hymnos teſtatur, ad Vulphinum Grammaticum.

Conticuit citharæ (inquit) *quondam vox optima noſtra,* *Et lyra dulcimodos preſſit amica ſonos.*
Quid præterea ſcripſit, non poſſum affirmare.

PSALM. XXII.

ME pater omnipotens clementi iure gubernat,
Nen mihi dira fames, non vlla nocebit egeſtas.
Adſunt graminei colles, & paſcua læta,
Adſunt & liquidi fontes, & flumina larga,
His ego nutritus, his ſemper abunde refectus,
Iuſtitiæ rectos contendam carpere calles,
Quos mihi dux mentis ſecreto lumine pandit,
Ipſius vt nomen celebretur laude perenni.
Illum ego corde ſequens, leti mortiſque tenebras.
Intrepido calcabo pede, mala nulla timebo:
Meme quippe tuæ pie rex correptio virgæ,
Me baculus pater alme tuus firmátque regitque.
Tu mihi delicias, tu menſam epulaſque paraſti,
Qui ſatur mulctas adipiſcar pectore vires,
Aduerſáſque acies pulcro certamine vincam.
Vt mihi poſt validos pugnæ victricis agones,
Lætitiæ largo caput aſpergatur oliuo,
Luciſluúſque calix pleno me proluat hauſtu,
Seruatuſque tua cunctis pietate diebus,
Sidereum Chriſti merear conſcendere templum.
Sub quo perpetuis viuam feliciter annis.

PSALM. XXVI.

LVx mihi pura Deus, Deus eſt mihi viuida virtus:
Nec tenebras igitur, nec mortis iura verebor.
Hoc tutore mea & munitur denique vita,
Ne me dira loco poſſit formido mouere:
Sed ſpernam cunctos robuſtis viribus hoſtes,
Qui properant noſtras malis abſumere carnes.
Ecce meum tanto pulſant qui turbine pectus,
Robore contrito triſti periere ruina:
Siue ergo caſtris ſedeant, ſeu prælia tentent,
Ponam corde metum, ſpem tota mente reſumam.

A *Vnum eſt, quod cæli dominum intenſéque popoſci;*
Quodque ardens nimio voti feruore requiram,
Vt maneam cunctis Chriſti ſub mænibus annis,
Ipſius & ſancto ſemper ſuccenſus amore,
Sæpius æterni viſam ſacra limina templi.
Hic me namque feris cum cingerer vndique bellis,
Sub proprio abſcondit thalamo, veliſque ſacratis
Obtectum grata niuium con[illegible] in vmbra.
Hic me prævalida ſaxi ſublimis in arce
Conſtituit, ſæuóſque ſuper pius extulit hoſtes,
B *Quo ſubiecta meus temnat certamina vertex.*
Ibo igitur ſacri veneranda per atria templi,
Ac munus laudum Chriſti deuotus ad aram
Perſoluam, gaudenſque melos & carmina dicam.
O Deus ætherei cenſor mitiſſime regni,
Pande ſalutiferas mœſtis clamoribus aures,
Quóſque gemens fundo miſeratus reſpice fletus.
Te mea vult facies, te mens, te corda precantur,
Conſpectum faciémque tuam pater alme requiro.
Néve pios oculos ſanctum neu ſubtrahe vultum.
C *Neu famulum dominus bello incumbente relinque.*
Eſto mihi clemens poſtus, fidúſque patronus,
Nec me contemptum truculentis deſere monſtris.
Ne me quippe feri quondam liquere parentes:
At bonus hic Dominus dulci pietate refouit.
Pande mihi rectum perplexa per auia callem,
Legis & eximiam tribuas fulgere lucernam,
Ne ferro accinctos incurram neſcius hoſtes:
Sed duce te gradiar inimica per agmina tutus.
Nam me falſiloqui cinxerunt vndique teſtes:
Nil tamen inſontem mendacia vana nocebunt,
D *Sed mendax proprium portabit lingua reatum.*
Aſt ego confido domini quod gaudia larga
Vitali in patria lætus ſine fine videbo.
Expecta dominum conſtanti corde benignum,
Semper & aduerſis confligé viriliter armis.
Nam bona perpetui patiens feret inclita regni.

PSALM. XXVII.

AD te polorum conditor
Clamore ſupplex intimo,
Votum precémque dirigo.
Aurem benignus commoda.
Nam ſi tuis oraculis
Indigna geſto pectora,
His exto iam ſimillimus,
Imo vorantur qui lacu:
Audi precantis anxia
Pater ſuper me murmura.
Dum templa cæli ad ardua
Elata tollo brachia.
Ne me ſceleſtis obſecro,
Et criminoſis cœtibus,
Mixtum trahas ad infima
Pœnæ voracis tartara.
Qui lingua & ore ſubdolo
Pacem loquuntur proximo:
Dirum ſed altis contegunt
Bellum feri præcordiis.
His ergo iudex optime,
Patrem repende gratiam,
Tormenta verſutis vafra,
Infer malignis callida.
Manus iniquis actibus,
Vitámque fraudi deditam,
Condigna plectat vltio,
Fraus fraude, vita concidat.
Domus doloſis illita
Fucis, perenne corruat:
Quæ facta mens neſcit Dei,
Denſis tenebris horreat.
Grates polorum principi,
Qui vota ſerui ſupplicis,
Vocémque clemens flebilem,
Tanto beauit munere.
Hic dimicantem protegit,
Iuuat, tuetur, erigit:
Huius fauente numine,
Claros triumphos conſequor.
Tunc dura poſt diſcrimina,
Caro dolore libera
Florebit, & decus nouum
Pulcræ ſalutis induet.
Huic ergo prompto ſpiritu
Mei decoris principi
Laudes ſacrabo debitas
Dulces & hymnos concinam.
Hic námque virtus inclita
Plebis beatæ præmia:
Hic ipſe Chriſto profluа
Seruat ſalutis gaudia.
Salua creator optime,
Plebem redemptam ſanguine,
Tuæque dita præmiis
Hæreditatis gloriæ.
Hanc cum potenti dextera
Semper guberna & protege,
Extolle ſummis hanc bonis,
Æui perennis ſeculis.

A

HYMNVS ANANIÆ, AZARIÆ ET MISAEL, SANCTORVM trium puerorum.

OMne quod æternus per verbũ cõdidit auctor,
Auctoris nomen celebret, laudéſque reſultet,
Exultétque ſuum per ſecula cuncta parentem:
Angelicæ veſtro turmæ benedicite regi,
Ingentúmque ſimul reſonet vox celſa polorum,
B *Hunc modulẽtur aquæ, quas ſuſtinet arduus æther,*
Hunc omnis ſancto virtus decantet amore.
Hunc ſol argenti pſallat ſplendore coruſcus,
Hunc gelido fulgens collaudet lumina luna,
Hunc pariter totus ſtellarum concinat ignis.
Te pluuia exundans, te ros leniſſimus edat,
Diſcordéſque auræ concordi voce reſultent:
Artificem proprium pulcherrima flamma loquatur,
Et rapidus Domini nomen ſimul æſtus anhelet.
Hoc glacialis hiems, hoc torrida perſonet æſtas.
Roſcida temperies, & tempora cana pruinis,
C *Horrendúmque gelu, & magni vis frigoris ingens,*
Et glacies cruſtis, vertens immanibus vndas,
Atque niues denſo vallantes vellere terras,
Auctori per ſecla Deo ſua carmina dicant.
Hunc nox ſomniferis inuoluens cuncta tenebris,
Atque dies varios diſtinguens luce colores,
Mortaléſque animos torrentia fulgura laudent,
Et nubes largo ditantes vbere terras.
Te ſator immenſas tellus fundata per vndas,
Te quoque ſublimi gaudentes vertice montes.
D *Et colles humili ſpectantes ſidera collo,*
Aeriæque ſonent iucundo murmure ſiluæ:
Atque omni celebret fœtus telluris opimæ.
Tum fontes gelido moderantes. caumata potu,
Et maria horrendo quatientia littora fluctu,
Flumineuſque canat lapſus clamore ſorono.
Te ceti immanes, & quicquid raptat in vndis,
Te volucrum dulcis laudet concentus in agris.
Te pecorum mitis grex incliſe perſonet, & te
Vis etiam reſonet rabidarum torua ferarum.
Hunc hominum omne genus pollens ratione potenti
E *Innumeris recinat linguis, hunc ipſa reſultet*
Iſraëlitarum nimium plebs chara tonanti.
Vóſque ſacerdotes, quos nobile germen Aaron
Edidit, & ſacro Leuitæ ſanguine creti,
Quos proprij templi voluit Deus eſſe miniſtros,
Perpetuas ſupero laudes perſoluite regi.
Spiritus hunc animæque ciant per ſecla piorum,
Et ſancti atque humiles pura pietate frequentent.
Hunc Anania ſacer ſummo ſuſtollat honore,
Azariáſque ſimul reuerendo prædicet ore,
F *Et Miſaël pulcro ſanctus collaudet amore,*
Qui ſe de medio fornacis turbine tutos
Eruit, & ventis rorantis flamme fouit,
Cum rapidis cincti canerent hæc carmina flammis,
Vimque ſuam oblitus ſanctos non læderet ignis:
Res mira, & nullis abolenda in ſecula ſeclis,
Non caro, non veſtis, non verticis ipſe capillus
Ardorem ſenſit piceum flammæve vaporem:
Quin læti atque alacres, ipſo poſcente tyranno,

Egreſſi in laudes veri domuere profanā
Ora Dei, quo pſallenti mirantia vultu,
Horrore ingenti tremuerunt Barbara corda.
Hunc & nos igitur ſummū ſanctūmq; parentem,
Cum nato immenſi ſtatuit qui culmina cæli,
Cúmque ſacro flatu, virtutum auctore potentum,
Laudibus aſſiduis digno exultemus honore.
Te domine æternus cælorum prædicat axis,
Te laudat cæli ſacroſancto exercitus ore,
Glorificátque ingens cunctarum machina rerum,
Extollit, metuit, clamat, benedicit, adorat.

HYMNVS AD MICHAELEM Archangelum.

CLarent angelici ſublimia feſta diei,
Allatura piæ dona beata animæ.
Hunc etiam Michael, aulæ cæleſtis alumnus,
Conſpicuo nobis conſecrat ore diem,
Dignatus Petri Paulique inuiſere ſedem,
Impériúmque fouens inclita Roma tuum,
Qui proceres inter pia mœnia luce coruſcos,
Egregio vultu ſplenduit orbe nouo:
Cum Deus expulſis lucem depromeret vmbris,
Conderet & ſtabilem nocte ruente diem.
Hic vati eximio, placidi Iordanis ad vndam
Se caſtris domini prodidit eſſe ducem,
Cum ſacro in campo ſtricto conſiſteret enſe
Subrueréſque piis impia ſepta tubis,
Deiiciens ſeptem victrici fulmine gentes,
Sacratiſque Deo myſtica regna ferens:
Hunc Gabriel ſolum auxilium ſibi ferre fatetur,
Ad pia cæleſtis caſtra tuenda Dei,
Admiſſas referens Danielis in atria cæli,
Quas ſancto impaſtus fuderat ore preces.
Nunc oculis mentis, inter myrteta, beatus
Zacharias roſeo ſidere vidit equo,
Tendentem niueas templa ad cæleſtia plantas,
Próque Dei affectu plebe rogare pio.
Quatuor ex gemino ruerent cum monte quadrigæ,
Diſparibus raptæ præcipitantur equis.
Dum ruſi, atque nigri, niuei, variique iugales,
Perluſtrant cuncti iugera vaſta ſoli:
Atque Dei ſummo referunt exacta miniſtro,
Principis & pendent ad pia iuſſa ſui:
Qui ſpem deiectis ſpondens, ſolatia mœſtis
Spiritui vatis ſic reboare iubet:
Hieruſalem dominus larga pietate reuiſet,
Atque illa æterno iam ſit vt aula Deo.
Quā tātus numerus hominúmq; gregúmq; repletā
Nullius vt muri cingier orbe queat:
Sed Deus hanc ignis iugi munimine cinget,
Conſumens hoſtes, lumen & intus agens,
Hic ſub fine etiam cum ſerpens ille vetuſtus
Intulerit Chriſto prælia caſſa Deo,
Cæleſtem cupiens telis exſcindere ſedem,
Et populum ſacrum carpere dente fero,
Conſurget toto cæleſtis turbine pugnæ,
Flammarúmque globis caſtra nefanda premet:
Tum populus Chriſti perfecta pace fruetur,
Semper & angelico concinet ore melos.

A

DREPANII FLORI DE cereo paſchali.

ALme Deus rerum, cæli cuſtodia, cuius
Legibus æternis vertigine concita iugi
Voluitur, immenſi ſocialis machina mundi:
Te cælum, & quicquid cæli tegit aureus vmbo,
Te chorus aſtrorum, te ſol, & menſtrua luna,
B *Te nimbi & nebulæ, verrentéſque æquora venti,*
Te lucis noctiſque vices, te quatuor anni
Tempora, tranſcurſis in ſe redeuntia riuis:
Te terra, & quicquid terras ambitque tegitque.
Te freta, te curuis errantia flumina ripis,
Te properi fontes, te iuſſæ ſtare paludes,
Te pronæ pecudes, ſortitæque alta volucres,
Te muti piſces, te viroſique ſerpentes;
Pro ſe quiſque tremunt: age rerum maxime rector
Sidereas acies oculorum blanda tuentum
Ad famulos demitte tuos, vultúque ſerenus
C *Aſpice conſtructam tanta in myſteria plebem;*
Vnum quæ trino celebrant ſub nomine numen.
Non ſic Idæis ſimulantur Dindyma Gallis,
Attica nec Grattis nuribus vigilatur Eleuſis,
Orgia Thebanus vel agit nocturna Citheron;
Nil habet inſanum ſtrepitu, nil thure vaporum,
Sanguine nil madidum, nil curſibus immoderatum.
Nox ſacris operanda tuis tantum prece pura,
Simplicibus votis, manibúſque ad celſa ſupinis,
Te colimus natúmque tuum, quem cuncta tuentem;
Et tibi conſortem verbo genitore creaſti,
D *Ignea quem celſi linquentem mœnia cæli,*
Viſurúmque ſuas hominis ſub imagine terras,
Intacto prægnans vtero dedit innuba mater,
Hunc vt per totam poſſimus ducere noctem,
Inferimus claros ſanctis altaribus ignes.
Veſtibus innumeris tereti circumflua gyro,
Æquoream cohibet formatrix cera papyrum,
Cera domus mellis: iam cætera turba colentum
Nigrantes tenuat vario ſplendore tenebras,
Vbertat ſtupas, feruet diſcordia concors,
E *Vt dum ſacra pio peraguntur myſtica ritu,*
Æmula ſidereis vigilent funalia flammis.
Hæc tibi nempe tui patris indiſcreta propago,
Multa luce micans, terra nox ſplendet in omni,
Nox claro mage clara die: gens nulla niuali
Vſque adeo ſubiecta polo eſt, quam frigore pigram
Sidus, & æternæ premit inclementia brumæ;
Quæ te Chriſte neget rutilum: quà flammeus orbem
Sol agit, occiduis qua meta ſecunda diei eſt,
Et qua prima patet rediture ianua lucis,
F *Tu coleris, dum finis erit, dum terra manebit,*
Vertetur cælum, vertentur menſibus anni,
Semper honos noménque tuum laudéſque canentur.

DREPANIVS MODVINO
Auguſtodinenſi Epiſcopo
Exhortatio ad legenda ſacra volumina.

SOluo, pater, profluas hilari de pectore grates,
Quod referas Floro labra benigna tuo.
Ex queis prædulcis deſtillat gratia mellis,
Ambroſiúſque liquor pectora noſtra fouet.
Audieras crebro domini pia dicta iubentis,
Oi ego, ſi pandas, ex ſatiabo tuum.
Cæleſtem ſitiens traxiſti in viſcera flatum,
Vnde modo ſuauis efflat & almus odor.
Hauſiſti placidas Ieſu de fontibus vndas,
Vnde meam recreas doctor abunde ſitim.
Sic rogo diuinis flagrent tua pectora flammis,
Quas patribus Chriſtus miſit ab arce poli.
Cùm vehemens ſubito ſonuiſſet ab æthere flatus,
Fulſiſſetque omni vertice lingua rubens:
Queiſque duo valide feruebant corda virorum,
Quos voluit media Chriſtus adire via,
Myſtica ſacrorum reſerans oracula vatum,
Ore vno & cunctos ſe ceciniſſe docens.
Crede pater, multo gaudent mea viſcera motu,
Et lætante anima vix mea lingua ſilet:
Quod me non meritum tanto dignaris amore,
Támque pio affaris carmine, támque ſacro:
Quod non Aſſyrij violatur fluminis vndis,
Nec ſordeſcit aquis turbide Nile tuis:
Sed liquido potius Iordanis manat ab amne,
Quo pulcher Chriſti lætificatur ager.
Iam nunc Caſtalij ſiccetur fontis arena,
Aoniumque nemus fiſtula nulla ſonet:
Laurus Appollineæ mareſcat denique ſiluæ,
Cùmque ſuis baccis alba liguſtra cadant:
Victrices Chriſti vigeant per ſecula palmæ,
Quas olli exultans turba canora dedit,
Paciferos ſcindens oleæ de vertice ramos,
Atque ſacram ſternens veſte nitente viam,
Qua dominum portans manſuetæ pullus aſellæ,
Poneret innocuos molliter ille pedes.
Si placidi fontis vitalem quærimus vndam,
En Siloæ nobis vena ſalubris adeſt,
Quæ naturales potis eſt abolere tenebras,
Atque diem cæcis reddere luminibus
Si montes colléſque iuuant, ſanctique Poëtæ,
Ecce Sionis apex mœnia ſacra feret.
In laudes Chriſti Thabor exultat, & Hermon,
Libanus aërius plaudit & ipſe cedris,
Carmelus ſacer eſt Eliæ fulmine pollens,
Vertice ſublimi fert holocauſta Deo,
Nomine qui duplici Sina vocitatur & Horeb,
Legiferum nobis monſtrat & ipſe ſenem,
Flammea cornuto vibrantem lumina vultu,
Geſtantémque ſacris iura ſuperna tablis.
Iob prius heroo ſua carmine bella retexit,
Diuina Dauid perſonat ipſe lyra.
Qui loquar inſigni tumidum Salomona cothurno.
Qui thalamos Chriſti pſallit & Eccleſiæ?
Hos reuerende pater pleno ſectentur amore,
A *Hinc ſenſus noſtri verbáque cuncta fluant.*
Auctorem pia lingua ſuum canat atque ſaluet,
Auctorem proprium mens pia concelebret:
Chriſticolæ ſermo Chriſtum ciat ore fideli:
Hoc dignum, hoc iuſtum eſt; ſuaue, ſalubre, piũ.

DREPANIVS AMICO: PRO SVSCEPTA SVI DEFENSIONE
gratiarum actio.

B
O Quàm ſuauis odor veſtri de pectoris aula,
Exilit, ô Chriſti frater amore potens.
Mulcentur ſenſus, mulcentur viſcera tota,
Oblectatque omnem cælita vis animum.
Non ita vernali vitis ſub ſidere fragrat
Palmite cum læto gemmeus exit honor:
Nec ſi camporum redolet noua gratia fundens
Candida puniceis lilia mixta roſis:
Hoc & floriferæ vincuntur munera ſiluæ.
Pomorúmque omnis exuperatur odor.
C *Diligis & pariter præſens, & diligis abſens.*
Nec variat caſtum callida fraus animum,
Siue hoſtes, ſeu ſint chari ſine labe ſodales:
Nos tua corda fouent, nos tua lingua canit.
Iſtis grata refers, illos ratione refellis,
Diuerſiſque armis dimicat vnus amor,
Et ſuperat quoniam verax dilectio victrix,
Semper in æternum clara trophæa feret.
Solis atra odiis, votiſque actiſque malignis,
Turbine præcipiti iure ruina venit.
At ſincerus amor, ceu lux æterna coruſcat:
Nec cedit tenebris, ſed tenebroſa fugat.
D *Quid? quod crebro etiam mittis pia verba ſalutis,*
Pluribus & donis hícque domique oneras?
Hic eſt verus amor, hæc eſt affectio munda,
Hoc patris & Chriſti munus vbique pium.
Talia diffundit per mentes dona pudicas,
Sedibus ætheriis ſpiritus ille fluens.
Antiqui nunc orſa ſenis iuuat ore referre,
Lumine qui captus, mente ſerenus, ait,
Sic mea nunc redolet proles velut inclita rura,
Munera diuino quæ benedicta cluunt,
E *Det tibi cuncti potens cæli de rore ſalubri,*
Pinguibus éque aruis munera larga ſatis:
Scilicet egregios æterni farris aceruos,
Exudans oleum, venáque pulcra nimis,
His verbis perſoluo libens tibi chare patrone,
Perpetuas grates, vota benigna ſimul.
Nam decet, & pulcra prorſus ratione recurrit,
Diuinis dictis munera diua cani.
Sis felix cœptum ſeruans per ſecula amorem.
Acceptus celſo ſemper amice Deo.

F

I. VERSVVM NVMERVS XLII.

DREPANIVS VVLFINO GRAMMATICO AVRELIANENSI.
Hortatio ad reſcribendum.

ANnus excurrit reuolutis menſibus orbis.
Quod tua vox noſtris auribus inſonuit,

Tam nitidæ chartis, tam claris tulta figuris,
Vt ſpecimen cordis pagina pulcra daret:
Sic liquidas puteus profundit largifer vndas,
Et rapidus rapido feruor ab igne ſalit.
Sic rutilus ratilum vomit & carbunculus ignem.
Pluráque fert purus vina venuſta calix.
Ex oleæ pulcro pulcher quoque vertice fructus
Carpitur, átque liquor pulcrior inde fluit:
Sed mihi mellifluum rapuit ſors inuida carmen,
Et dulcem pateram fregit iniqua manus.
Frigida ceu ſiquis ſitienti pocula demat,
Vel formido gratas vertat ab ore dapes:
Proque dolore venit miſero quod ſæpe verebar,
Et metus ille meus re manifeſtus adeſt.
Conticuit cytharæ quondam vox optima noſtræ,
Et lyra dulcimodos preſſit amica ſonos.
Quid rogo frater agis tam longa ſilentia ſeruans?
A *Quóve tibi noſtri tam cito pulſus amor?*
Certe tanta tuæ tum florida carmina muſæ,
Haud parua vt pateant indiguere mora.
Vix tamen excurſos excuſſit vis tua verſus,
Dum volucres apices ſic reuolare iubes.
Iuſta igitur cœptis, & ſcribe, & ſcripta repoſce:
Sic etenim dulcis creſcere ſueuit amor.
Sermo ligat mentes, permulcet pectora ſermo,
Abſentes ſociat, ſciſſaque conciliat:
B Sic animæ Dauid Ionathæ mens pulcra cohæſit,
Nec patris horrendis deiicienda minis.
Vox etenim prudens, ceu feruida ſuccina flagrat,
Et radit attactu corda modeſta ſuo.
Prome precor ſolitos melliti gutture cantus,
Et releua noſtram dulcis amice ſitim.

V. N. XXXIV.

PETRI APOLLONII, COLLATII,

PRESBYTERI NOVARIENSIS, EXCIDII IEROSOLYMITANI LIB. III.

Nunc emendatiores editi opera ac ſtudio Adriani Vander-Burchij, cum nonnullis eiuſdem ad marginem notis.

DE VRBIS IERVSALEM EVERSIONE,

LIBER PRIMVS.

EXITIVM Solymæ, & triſtes A à ſtirpe ruinas,
Tótque olim ducibus claram, tot regibus vrbem,
Seruitio turpi & miſeranda forte ſubactam
Dicere fert animus. Nunc ô veneranda canentis
Calliope regina chori, fontiſque ſacrati,
Huc ades, & tecum comites aſſume ſorores.
Tuque mihi cauſas memora, quo crimine genti
Hanc Deus intulerit cladem: ſcis ipſa, nec vnquam B
Obſcuraſſe poteſt mentem tibi longa vetuſtas
Venerat è ſummo demiſſus cardine cæli,
Errores hominum tandem miſeratus, ab alto:
Humanámque Deus ſancta de virgine carnem
Sumpſerat, & caſtæ ſeruato corpore matris,
Non intellecto, mundo comparuit ortu.
Cúmque forent doctæ ſtudiorum lumen Athenæ;
Et late princeps terrarum Romula tellus,
Iudæam toti naſcendo prætulit orbi.
Hic puer, hic vixit iuuenis, hic multa peregit
Luſtra, docens populos æterno ſe patre miſſum,
Iuſtitiam vt ſeruent, melioráque iuſſa capeſſant:
Néve vltrà veteris ſectentur ſomnia legis.
Addebántque fidem dictis miracula paſſim,
forte al Queis ſtupidas vulgi mentes, quis pectora plebis
Alliceret, miróque ſibi inclinaret amore.
...h. 11. Námque aliis victæ ſoluens retinacula linguæ
...h. 9. Promere verba dabat, necnon & lumine captis
Perſpicuum ſpectare diem: ſoloque iubentis — Luc. 19.
Imperio, poterant damnati currere greſſus: — Ioh. 5. Mat.h. 9.
Quin & corporibus (mirum) rediere ſolutæ,
Et rurſum membris animæ fudere calorem. — Luc. 8. Marci 5.
Sic geſtis ac voce trahens, iam flectere turbas
Cœperat, & variis populo* clareſcere ſignis: — *forte inclareſcere.
Inuida paucorum diuinæ obſiſtere laudi
Mens parat, & ſubito regni perculſa timore
Cæca ſacerdotum rabies, Scribæque* doloſi — *forte doloſe.
Conſilium ſolenne vocant. Quid ſtertimus vltra,
B Quid patimur regnare virum, primordia cuius
Ignotúmque genus? quanquam temerarius ille
Se credi vult eſſe Deum, num ſigna videtis
Quæ faciat? nullus prope iam legalia curat
Sacra nouos ritus ſequitur pars maxima gentis,
Ex quo præſertim quarta confectus in vmbra
Iámque fluens, nigro reuocatur Lazarus orco: — Ioh. 12.
Quãtus tũc populi clamor? quis ad æthera plauſus?
Quis fauor? at non ille obſcurus origine vixit.
Nil ſupereſt tandem: veteri niſi lege relicta,
C Crudeles iterum templum violare Quirites,
Atque adytis regnare ſacris: occurrite veſtro,
Si ſapitis, ciues damno? falſúmque Prophetam
Perdite, & vnius voſmet ſeruate cruore.
Talibus accenſi, cauſas, odiique ruinas
Moliri cœpere nouas: hinc ſpargere voces
In vulgum ambiguas: & ſæpius impete facto
Orantem terrere minis, vel pellere ſaxis. — Ioh. 8.
Quos vbi perſenſit motus, nec cedere Ieſus

Inuidiæ ſe poſſe videt: ſuſpiria ab imo
Corde trahens; Præſtabo libēs quod quæritis, inquit
Hoſtiáq; ad flammas vltro ferat: hunc mihi quãdo
Ipſe pater finem ſtatuit, voluitque venire.
Sed quanta miſeri pœna commiſſa luetis;
Dixerat: & greſſu feſtino mœnia linquens
Bethaniam ſeſe ſera ſub nocte recepit,
Nec mora longa fuit: quum pectore rurſus anhelo
Multa animo vertens, atq; hoſpita tecta relinquēs,
Ad Solymos direxit iter, ſpatiòque remotus
Quantum funda poteſt decimo conuincere iactu,
Matth. 21. Diſcipulos iubet ire duos, ac talia fatur.
Luc. 19. Cernitis oppoſitum veſtris conſpectibus alto
Caſtellum: manet hic peregrinos ſemper in vſus,
Cúmque nouo fœtu mitis ſtabulatur aſello:
* lege iuſſis. Haud quiſquam obſtiterit * miſſis: huic ſoluite funē,
Et pariter nobis laſciuum adducite pullum.
Olli dicta citi accipiunt, ac iuſſa faceſſunt.
Ergo ſedens tergo lente gradientis aſellæ,
Fraterna ſtipante manu, portæque propinquans
Subſtitit, & cælum lacrymis ſuſpexit obortis,
Luc 19. Hinc has fatidico demiſit pectore voces.
O vanas hominum mentes, ô cæca futuri
Concilia! ſcires infeliciſſima rerum
Vrbs vtinam, quantas debent tibi proxima clades
Tempora, quos luctus, quos ſis paſſura dolores.
Namque dies aderit, quam non procul auguror eſſe
*Forte pręcinget: ſic Claud fluuium præcingere caſtris. Quum te * percinget foſſa, vallóque ſuperbus
Hoſtis, & inuadet direptos vndique muros,
At ferro, flammiſque ruet: compage ſoluta
Hærebit lapidi nuſquam lapis: omnia vertet
Improbus amota prorſus pietate ſatelles.
Et merito: quoniam ſordent tibi munera noſtra,
Próque tua miſſum inſequeris veſana ſalute.
Hæc vbi dicta dedit, lacrymans procedit, & vrbem
Ingreditur, magno populi excipiente fauore,
Certatim pueri ramis frondentis oliuæ,
Et palmis ornare vias, exutáque veſtes
* melius terra. Calcandas pecudi,* terræ pars ſternere gaudet:
Et funem penſare manu, & deducere recto
Tramite: compoſitis reſonabat vocibus aër,
Quos non ille animos potuit mouiſſe tumultus?
Haud vnquam tanto conſul Capitolia plauſu
Victor init, cui non dominum cognoſcere cæli
Hic libeat? mens vipereo ſuffita veneno
Sacricolis immota fuit: ſimul anxia tandem
Scribarum & ſcelerata cohors grauioribus iris
Arſit: & inſontem confícto crimine mortis
Affixere cruci pendens vbi pauca locutus,
Effugientem animam calido cum ſanguine fudit.
Sed pater hunc longa non paſſus morte teneri
Omnipotens, Stygia primum reuocauit ab vnda,
Inferuis lætum ſpoliis: cúmque agmine pulchro
Traxit ad æthereas ſedes, dextráque locauit
Parte ſui, æterno pariter dignatus honore.
Dum ſceleris Iudæa ſui nil territa culpa
Pergit in inſanam rabiem, cæcóque furore
Sublato paſtore gregem diſcrimine nullo
Inſequitur: ſacrúmque cupit confundere nomen:
Iam quater emenſus denos ſol egerat orbes,
* Fortè atque. Ex quo ſtelliferas Chriſtus ſublimis in auras
Ceſſerat,* & patris ſolium commune tenebat.

A Ergo vbi nequicquam delabi tempora cernit
Omnipotens genitor, nec ferrea corda moueri
Cunctando, ſubitas tanquam collectus in iras
Excutiens, celſumque caput frontemque coruſcam,
Verba mouet: tremuere poli, menteſque per omnes
Exanimis * patrum fluxit timor, ætheris alti * Vel penatibus.
Sic improuiſas hominum quum percutit aures
Icta nube fragor: trepidos metus irruit artus
Attonitoſque quatit ſenſus: quin inſuper ipſe
Pene trucidatus iuxta conteeritus ore eſt.
B Deſine pro ſæua, voſque obmuteſcite, gente
Fundere nate preces: populi iam cura maligni
Nulla futura mihi, fatis expectata ſuperque
Mœnia debentur ferro ſcelerata ſupremo.
Anne parum eſt odiis in te certaſſe, cruentas
Atque armaſſe manus? quòd ſi velit vſque negare
Impia plebs: etiam apparet non falſa cicatrix.
At nuper ſummi detruſus culmine templi
Fratrum vnus, vel materno tibi ſtemmate iunctus Iacobus Apoſtolus Herodis iuſſu capite truncatus non poſt Chriſtum cruciſixũ ſi. Protomartyr Stephanus.
Punicoo duram maculauit ſanguine terram
C Sancta Ioſeph ſoboles: illi vibrata ſecuris
Poſt lapſum ingentem confudit in ore cerebrum
Semianimo: pacémque hoſti veniámque roganti.
Quid memorem ſaxis cæſum crepitantibus antè
Leuitam? (primus fidei certamina puræ
Ille tulit, primuſque aris pia victima noſtris
Concedit & pulchra meruit pro morte coronam)
Extinctoſve alios miſerando funere, qui te
Siue palam, ſeu ſecretis coluere latebris?
Stat genus inuiſum penitus delere: nec vltrà
Summiſſus Moſes, aut quiſquam hac ſtirpe creatus
D Proderit orando, geniuſque effundet manes.
Audierant: animus nec quicquam reddere voces,
Aut placare fuit: tacito ſed pulſa dolore
Corda premunt omnes: pugnant pietaſque pudorq;
Hinc curæ natale ſolum eſt, hinc crimina damnant,
Demum verba refert natus ſuprema poteſtas
Rerum æterne parens, cui prima exordia debet
Quicquid vterque polus vaſto complectitur arcu,
* Poſſe tuum quodcunque velis: ego iuſſa peregi * [illegible] le, poſſe tuum eſt.
Haud leuia: & fragilis veſtitus tegmine carnis
Omnia te mandante tuli, ſi frangere duras
E Aut quocunque modo poſſem * deuertere mentes: Pro diuertere, aut Plautum ſupe[illegible]
Nil actum: merces tanti non æqua laboris.
Horrida crux, clauique truces, & dira flagella,
Per noctem laſſis tortoribus, vltima mortis
Supplicia infandæ: nil te iuſtiſſime rector
Demoror, emeritas proles luat improba pœnas.
Noſtra fides alios populos, atque altera regna
Inueniet, rituque nouo meliora dabuntur
Thura focis: aliis melius celebrabitur aris.
Nec mihi iam pecudumque cruor, placidæue colūbæ,
F Viſcerave inflāmis, quanquā hæc curauimus olim.)
Toſta placent, ſic effatus, mandante reſedit
Patre * prius, totoque fuere ſilentia cælo. * fortè pius
Stabat demiſſam vix auſus tollere frontem,
Corniger Hebræi quondam per deuia princeps Moyſes
Agminis, & caſus populi miſeratus acerbos,
Attonitæ faciem Mariæ paritérque timentis
Inſpicere, & tacito nutu ſuccurrere rebus
Extremis, pronam genibuſque hærere monebat.
Illa Dei pedibus, ſoliòque effuſa tremendo,

Flebilibus ſic orſa modis. Diſcedere cælo,
Vt tua me iubeat pater ô metuenda poteſtas,
Fas mihi pauca loqui. Natum peperiſſe tonantis
*Eſt aliquid: fuit hic nobis * hic ſarcina menſes*
Grata nouem, teneróque humorem pectore ſuxit
Virgineum, quò te genitor ſententia vertit,
Et Dauidi iurata fides, dum perdere ſemen
Illius, atque vna certam eſt delere ruina?
Sic cuncti meruere nec mi ſi perdis iniquos,*
Parce bonis: tanta iuſti de plebe ſuperſunt
Nunc etiam, feriat nulla pietate nocentem
Sæuus: ab innocuo immitis pertranſeat enſis.
Ecquis erit, tunc quum ſuprema coëgerit hora*
Secula tot mundi, quem tu de germine ſaluum
Eſſe velis Iudæ, lacrymanti, ac plura paranti
Dicere, pacato paulùm, Deus intulit ore.
Parce oculis virgo, & conceptum m..te dolorem
Exue: namque tibi ſuper erant, extremaque cernent
*Tempora * relliquias Iudæ: nunquam irrita noſtri*
Polliciti, nec vana fides, ſed nulla fugatis
Certa loco requies, nullúſque erit orbe receſſus
His ſtabilis: duro vitam quocunque ſub axe
Seruitio faxim, aſſiduo ducantque labore,
Obfirmati animo triſti: nec dicere verum
Interea tamen, aut vlla ratione fateri
Curabunt: tanta eſt vecordia mentibus illis,
Quæ te præcipuè neget, & contemnere ſemper
Audeat, & probris, & amara voce laceſſat.
Sed tibi erunt alto merita ſub ſydere laudes,
Æternúmque decus: præ cunctis Itala tellus
Te colet & cæli dominam, mundique vocabit.
Hic tibi marmoreis extabunt templa columnis,*
Solenneſque aræ, nec te præſentius vllum
Chriſticolæ numen, promant cui vota, putabunt.
Vrbem antè, (neu quiſquam obſtet) ſubuertere ab imo
Decretum eſt, partemque hoſtili tradere ferro:
Partem hominum latis profugam diſpergere terris.
Hoc odium nobis, hæc belli ſemina præſtet
Roma potens armis, atque hoſtem proſequar hoſte.
His vbi ſollicita requieuit virgine pectus,
Atque noua laudis cultu contenta receſſit:
Euocat ipſe pater Raphaëlem, ac talibus iuſſit.
I, Stygias penetrato domos, miſſaque nobis
Tartara præpetibus pennis: atque inde petitum
Luciferi comitem, quo non ſolertior alter
Concordes agitare animos, pacémque fugare;
Ad Solymos tranſmitte lares, fœduſque iubeto
Romanaſque iugo abiecto contemnere leges
Præſidibus caſis, libertatémque repoſci
Suadeat: hinc cauſa irarum: reliqua ordine ducam.
Dixerat, ille agiles pennas haud tardus adaptat
Officio, lapſuſque celer tenebroſa ſubintrat
Limina pœnarum fruſtra mortiſque vocatæ.
Aere nil cæco offenſus ceu: fulgida ſeruant
Perſpicuum (licet atrā premat nox) ſydera lumen.
Eſt locus obſcura penitus tellure cauatus,
Luciferi ſedes: quo cum genus omne clientum
Sedibus æthereis pro tam furialibus auſis
Corruit: ad poſtes inflata ſuperbia ſemper
Aſſidet, horrendum clamans: ea regia maior,
Hoc caput eſt Orci: flammas vbi Lucifer atras
Irrequietus agit, ſimul ipſe inuoluitur illis,

A *Pœna aliis, tortorque ſuus: his turba Deorum*
Priſca ætas, falſa quos relligione ſacrauit,
Torretur flammis: his & Babylonia pubes
Turrim aggreſſa poli ſuperantem culmina celſi
Plebs confuſa ſono, regeſque duceſque ſuperbi,
Qui ſibi diuinos inſanæ mentis honores
Turbine quæſierant: quos omnes fumida nubes
Circunfuſa, ſacérque tenens depaſcitur ignis
Æternis alimenta rogis, hic feruida ſæuit
Ira, minæque truces, torno blaſphemia ritu
B *Dentibus incaſſum frendens, dat murmura cælo.*
Hoc vbi delatus veri Iouis ales in antrum,
Per varios Erebi anfractus, mandata repentè
Exequitur (cognòrat enim) ſocióque Tyranni,
Iugerit imperium. & commiſſa faceſſere promit,
Indoluit miſerum vulgus, luciſque relictæ
Tabuit aſpectu, & ſeruato inuidit honori.
Ire tamen triſtes comitem lætantur in vſus,
Nemóque non illud munus velit: omnibus vna
Humani generis concepta eſt liuida tabes,
Vnum odium. Sic cum ſublata cuſpide montem
C *Impulit, atque aliquem è ventis emiſit in æquor*
Æolus: exultant cuncti, & dirumpere flagrant
Clauſtra ſimul: ſed commotas rex temperat iras,
Prouidus, atque haſta cogit reſidere minaci.
Ergo locum nactus dæmon, quo fortè coibat
Concilio Synagoga ſuo; rebuſque gerendis
Arcano ſermone diem collata trahebat;
Sacricolæ vultus Ananiæ, habituſque verendos
Induit, & flammas oculis effundere viſus
Conſtitit in medio, fractaque ita voce locutus.
D *Ecquis erit, miſeri, finis; quæ tempora noſtri*
Seruitij? ſempérne, oro, ſempérne licebunt
Omnia Romanis? ſempérne his præda paramur,
Tygribus vt pauida Hyrcanos armenta per agros,
Infirmæque aquilis volucres? quis cenſus auaras
Iam complere manus, quæ tanta opulentia poſſit
Exſaturare famem, regnique aulæque rapacis,
Diuertat totas illuc Pactolus arenas
Ipſe, Taguſque licet: vel quicquid littore Rubro
Gemmarum diues aufert ſcrutator ab vndis?
E *Qualis erit dominis, ſi præſide tanta maligno* Ex Inuet. Rectius; Quidnon.
Auri dira ſitis? quis non hunc munere palpat?
Cui non ille rapit, legum contemptor & æqui
Perfidus; attriti gurges, barathrúmque popelli?
At quondam Aſſyrij leuior iactura tyranni,
Captiuoſque pati decuit quæcunque iuberet
Exitium: noſtris Laribus furioſior iſto
Sæuit, & in ciues nil non crudeliter audet,
Dum ſpoliet, rapiatque palàm, proh digna fauore
Maiorum virtus: illi inter limina ſacra,
F *Antiochum tenuere ferum, laceratáque membra,*
Conſtanti ad portas dominum miſere cohorti:
Hunc neque præſidiis, nec fido milite cinctum
Formidant tanta prædonem tollere dextra?
Irruite, ô primi patres; populoque timenti* * fortè proceres.
Sufficite ardentes animos: vos turba ſequetur;
Vobis primus honos, non hoc, ego, numine nullo,
Non iniuſſus ago: templi mihi parte remota
Oranti, Moſes, ſimul & Ieſſeia proles
Viſi ambo: monuere loqui, radioſque micantes
Cernitis infuſos oculis è lumine noſtris

* Ieſſ, aſſi, hic ſtula tumulat. pud Ouid. Ve pro quaſi.
* forte per
* in ſuos relliquias.
* fortè per egerit.

Cornigeræ frontis; ne forſan vana locutus
Arguar: ite horum monitu, Romanaque ſigna
** Vertite, & aſtricte rectorem inuadite ferro.*
Pulchra erit illa dies pro libertate tuenda;
Quæ terram aſpiciet funeſto ſanguine tinctam.
Vix ea fatus erat, quum limina clauſa petenti
Sponte ſua patuere fores: ingenſque ſecutus
A tergo fulgor, qualem metuenda cometæ
Cauda trahit, mortem ſecum & portenta ferentis:
Aut quæ nocte polo delabi credita ſtella eſt.
Obſtupuere patres, viſuque & voce loquentis
Continuò accenſa mentes; iuratáque cadis
Omnibus vna fides: quin & fluitantia plebis,
Ipſe etiam dæmon mentito pectora vultu
Incendit dictis. Aquilas ergo agmine facto
Euertunt, & ſigna ſolo perfixa reuellunt.
Ipſeque tam ſubita Præſes tunc neſcius ira
Poſcitur ad pœnam: fruſtra, quem Vulgus inermem
Nunc placidum, duro nunc ore extrema minantem,
Innumeris confoſſum armis ſub Tartara miſit.
Tum bona libertas mixto clamore vocata eſt,
Victimáque in templum cultro ferienda Miniſtri
Certatim ſtetit ante aras: ſed munera damnans
Obuerſa ceruice Deus non reſpicit vſquam.
Vt ſatis eſt viſis primos acuiſſe tumultus,
Et belli certas meſſes habitura dediſſe
Semina, lucifugus ſub Tartara nigra Satelles
Ire piger cunctatur adhuc: quoſque ante furore
Impulerat cæcos animos: poſt triſtia facta,
Arte noua, mœrore quatit: ſceleriſque peracti
Ante oculos odium, & ventura pericula ponit.
Continuò pœnas violati fœderis omnis
Plebs timuit; ſubit ira feri vulgata Neronis.
Pœnitet & cœptis, conſultorémque peroſi
Ignari, ſeſeque ſimul commiſſaque damnant.
Talis ſacrilegas extincto Cæſare mentes
Poſt auſum crudele, timor perculſerat olim.
Nec fruſtra vltorem diuini ſanguinis ipſa
Expauit nimium Bruti temeraria virtus.
Sed tamen hoſtiles libet expectare cateruas,
Quanquã animes metus acer agit. Sic Fata iubebãt,
Atque ita dulce Deo, tum velox teſſera currit,
Conſcribũtque alias vires, nouaque arma capeſsũt.
Ductores lecti primùm, qui mœnia ſeruent,
Qui fines Galilæa tuos; hic agmina certum
Excipere, hic hoſti armatas opponere turmas
Conſilium: nec fida ſatis commercia credunt
Phœnicum; ſempérque magis ſuſpecta Syrorum
Summa tibi rerum, & tanti fortiſſime belli
Ioſipe mãdatur, cuſtos tu credite regnis
Finitimis, tunc facundo ſermone pauentes
Confirmas, nunc incendis, dulceſque Penates
Eſſe mones animos, dilectáque pignora Natûm, &
Coniugia, & patriæ ſacras ante omnia Leges.
Dux hominum, interpréſque Dei, facis omnia, ſed te
Non tamen, inſtantes pridem latuere ruinæ:
Et tibi præſago monitu mens anxia dudum
Euentura monens, curas agitabat inanes.
Diſpoſitis rebus, fuerat ceu quiſque gerendis
Aptior: his muros altis incingere foſſis,
Iniunctus labor eſt; his aſſere mœnia duro
Claudere: cogendi pecoris nec cura receſſit,

A *Et ſeruanda diu totis deducere in vrbem*
Frumenta ex agris, & in horrea publica condi.
Sunt & qui populos vſu Mauortis agreſtes
Inſtituant, moreſque Italos Romanaque monſtrent
Prælia: connexis trabibus diuerſa paratur
Machina, ſollicitus noctes vigil excubat omnes,
Necnon priuatis multi penetralibus arma
Tuta parant, tergent enſes rubigine ſcabros,
Deforméſque ſitu galeas, & puluere longo
Excutiunt, & lora ocreis ſcutiſque reponunt.
Sic vbi latrantes ſyluis Aper audiit altis
B *Suſpectoſve canes habuit, ſeſeque cieri*
Augurat ad pugnam; rabidas excolligit iras
Ore priùs, denteſque acuit, ſetáque rigenti
Horridus in duris explorat vulnera truncis,
Spuma per obliquos diffunditur albida rictus.
Parte alia velox trepido dilapſa Neroni
Fama, metu, belliqque rudem, teneráque iuuenta
Inſuetum curis agitat: qui prælia quanquam
Oderat, & citharæ tantum certamina norat,
Laruatóſque inter geſtu contendere Mimos,
Atque apud Graiam ſaltu meruiſſe coronam:
C *Ne tamen * exemplo totus deſciſceret Orbis,*
Quem radiis Titan propior feruentibus vrit;
Arma parans, bello gentem domitare ſuperbam
Inſtituit, tantiſque ducem præponere rebus
Dum dubitat, tandem ſuccurrit Flauia proles
Veſpaſius, natuſque patri virtute ſecundus.
Ille quidem nuper felici Marte Britannos
Fuderat, & multo turparat ſanguine crines,
Quos Germanus alit per candida colla reflexos.
Hic vbi laudatus dignis à Cæſare verbis,
D *Imperium faſceſque tulit: felicia captat*
Auſpicia, & Superos ſolenni more precatus,
Admonet è terris natum diſcedere Achais:
Diſperſoſque Phari per mollia regna maniplos
In Syriam transferre iubet. Nec dignior alter
Quàm ſua progenies patrio collega triumpho
Viſus adeſſe duci: quocum pia ſæcula quondam
Duceret, & ſceptrum communi laude teneret.
Ipſe viam emenſus comitantibus ordine turmis,
Spumanti deuectus equo, quem frena regebant
E *Aurea, ſpectandúſque ſuper fulgentibus armis;*
Egreditur muris: abeuntem turba ſalutat
Circunfuſa locis: iamque omine læta futuri,
Blanditur plebs tota viro, ſtant littore puppes
Armata, tortoſque expectant rumpere funes
*Fronde coronati nautæ, * data carbaſa ventis.*
Vt placidum cœpit pelagus, longóque locorum
Appulit in Syriam tractu, maria vltima lapſum
Quæ ſoror infauſto ſignauit nomine Phryxi,
Accipit Antiochi tellus, celerique meatu
F *Inſtructam nullis Ptolemaida viribus vrbem*
Occupat, hic paulùm collecto robore belli,
Subſedit: donec Phariis ſe lætus in armis*
Adderet, & patrium augeret quoque filius agmen.
Triſtibus intereà Monſtris, cæloque minaci
Diffidunt Solymi. Nam cladem oſtenta futuram
Haud dubio terrore dabant: pia cura Tonanti
Scilicet in magnis ſemper fuit iſta ruinis,
Humanum monuiſſe genus: nec publica Mundo
Pœna venit, cui non facies prænuncia cæli

*Vel euertite, vt paulo poſt Aquilas euertunt.

* fortè et templo.

Ioſephus lib. 5. De Bello Iud. cap. 1.

* fortè dato.

Helleſpõtus.

* legionis.

Efficiat diuerſa fidem, ſunt maxima cordi
Regna Deo: donatque aliquid plus ille Tyrannis,
Conſilij: quàm priuata ſit mente repoſtum.
Nocte ferè media protentus deſuper vrbi
Igneus emicuit gladius, dubiéque pependit
Sanguineis ſparſus maculis; erinéſque timendi
Syderis arſerunt, toties quot Cynthius, ortus
Occaſúſque dedit, per bis ſex Signa volutus.
Candida nec magicas artes, inimicáque verba
Paſſa; nec à radiis, terræ molimine, fratris
Intercepta ſui biſſenas Delia noctes
Horruit, & fuſca texit caligine vultum.
Præterea ſenior feſta dum luce ſacerdos
Sacra parat, votiſque Deum circumflua turba
Antiquo ſupplex patrum de more vocaret;
* lego odoratum. *Tantus* adoratam fulgor circunſtetit aram*
Luminis ætherei, totam diffuſus in ædem
Protinus; vt nullo Titan ſic manè ſerenus
Fulſerit: applauſit viſis, omnémque probauit
Ignari clamor populi: ſub pectora recti
Conſcia, portentum ſecreto frigore carpſit.
Stabat ad ingreſſum, naſcentis ſpicula Phœbi
Ianua reſpiciens, & templi maxima ſummi
Ære grauis ſolidóque rigens: quæ brachia poſſet
Bis duplicata decem conatu ludere vano,
Furarique hominum nixus, vertenda tenaci
Cardine, ſeu clauſa fuerat ſiue vſus aperta:*
* non minus rectè, ſeu clauſæ fuerat ſiue vſus aperta. *Addita clauſtra oneri veſtes, duræque catenæ,*
Qualia Saturni fama eſt antiqua fuiſſe
Limina, pugnaci malè defenſata Metello.
Ecce autem prima noctis iam parte ſilentis,
Horrendum ſtridens (dictu mirabile) nullo
Auditur tangente fragor; dein ſponte recluſæ
Diſſiluere fores, penitus compage ſoluta
Excuſſi ſomno ciues, ſubitóque pauore
Preſſerunt inter trepidantes vbera natos
Attonitæ matres, ætaſque expalluit omnis.
Mox etiam auditi currus per nubila ferri
Quadriiuges, quùm maiores è montibus vmbræ
Deciderant, Phœbúſque alio ſe mergeret Orbe,
Armatæ veluti miſcerent bella cohortes,
Tinnitus galearum, & mixtos enſibus enſes,
Pulſaque ab alternis & ſcuta ſonantia ſcutis.
Prodigia hæc omnia & præſagia quæ excidium Ieroſ. præceſſerunt vide apud Ioſephum lib. 7. c. 12. Dies Pentecoſtes. *Sed non vlla magis pulſarunt omina mentes,*
Quàm quæ ſacricolis pauidas vox perculit aures.
Namque his; fortè, die quo ſpiritus ille ſuperna
Arce fluens lectæ ſtetit in præcordia turbæ,
Linguarum inſtar habens flāmas; pſallētibus vnà,
Excepti primùm ſtrepitus, dein turbida multo
Vox protracta ſono; Teſtis migremus ab iſtis,
Cedamus ſocij, mecumque relinquite ſedes;
Non hic fida ſatis ſtatio; diſcedite mecum,
Ingeminans, alio requies ſecura petatur.*
* melius alibi. *Vltima ſollicitis præſagia mentibus ingens*
Adiecit ſpectanda metus, nam qualis anhelam
Paſſa ſitim rabioſa canis, vexata furore,
Huc illuc ſine lege ruit, luſtratque gemitque:
Talis plebeius ruitura fertur in vrbis
Diſcurriſſe locos, ſanctum cui nomen Ieſus;
Ananus Ioſeph. *Cuique erat* Ananias genitor, is talibus omnem*
Térque quatérque vrbem miſeris impleſſe querelis:
Quæ mihi tam longo tractu vox vnica primo

A *Mittitur vſque die? quis item mihi Gadibus vſque*
Perſonat Herculeis? quæ vox tranſuerberat aures
Ventorum hinc atque inde meas? vox iſta maritos
Vxoreſque refert, pueris vox iſta minatur:
Væh Solymis, tēploque ſimul! væh, mœnia quiſquis
Incolet iſta diu! ſeu vir ſeu fœmina, væh, væh!
Nec prohibere minæ dicentem, aut verbera poſſunt,
Correptuſque eadem repetit, cæſúſque reclamat.
Vocibus his, magis atque magis trepidantia corda
Torqueri, & prauo querulum ſub murmure vulgus
Multa loqui primò: ſæuit tum cauſa pauoris
B *Erupit, cunctóſque palàm metus irruit amens.*
Nulli cura ſui cultus, non faſcia pectus
Aurea virgineum cinxit, collo ve monile
Emicuit, non aure tremens ſuſpenſa pependit
Gemma, nec in digito felix effulſit Iaſpis:
** Obmiſſus puериſque decor; quæque eſſe ſolebat* * omiſſus
Laſciuis etiam neglecta eſt forma puellis:
Carmina non hymnóſque libet, non cantica doctis
Per gyrum miſcere modis: ſimul organa ceſſant; * fortè iacuere.
Et mutæ fidibus citharæ tacuere remiſſis:*
C *Hoſtia rara cadit, fruſtráque nocentibus ægris*
Perdere thus, viſúmque malis ſperare ſalutem.
Atque aliquis, quid enim iratas incedimus aras?
Thura quid multo damus auerſata Tonanti,
Progeniem cuius (pudet, ah pudet edere!) ligno.
Fiximus? an non hæc ventura canebat Ieſus?
Talia ſed ſecum, paucis vel triſtibus, inter
Fundebat lacrymam, irámque dolore premebat.*
Aſt alius; caſum infandum, de culmine templi * lego lacrymas.
Commemorat nunc exquiri, quùm membra Iacobi
D *Præcipitanda dedit proles veſana ſuperbi*
Pontificis; miſerumque nefas geminauit Ananus.
Sic quæcunque timent, narrant interprete ſenſu
Quiſque ſuo: multis odium, atque audire voluptas.
Nec tamen admiſſi ſceleris mens cæca nocentum
Flectitur à culpa? perſtatque immota timendo.
Vt primùm hyberno torpentia frigore mouit
Cornua Phryxeus vector, ſenſitque colorem,
Conſpexitque ſuis aſſurgere pabula prato
Miles equis, & Vere nouo iuueneſcere terras:
Cæſareis dignus caſtris, Ptolomaïde Conſul
E *Cuncta animo meditata graui priùs, ordine recto*
Digerit, & partes claſſem diſponit in æquas,
Doctoréſque legit bello quos ſæpe probarat.
Nota Duci virtus, iamque expectata parenti
Agmina, Niliacis aderant quæ Titus ab vndis
Ducere viſus erat; primo dignatus honore* * lego iuſſus.
Ipſe pater iuuenem: nec non quos auxerat illi
Euphrates ter mille viri parere iubentur,
Conſilioque iuuans comes huic, & fortibus armis
Hæret Alexander, caſus comitatus in omnes:
Quicquid erat ſupra collecti roboris ipſe
F *Dux agit: hunc circum patria delecta iuuentus;*
Romanæque manus bellis exercita claſſis.
Addunt ſe comites Sophiri validiſſima pubes,
Deſtituuntque ſuos: populo nec fortior illo
Alter erat Galilæa tibi, proh, fata! quid vltrà Galilæam inuadit Veſpaſianus.
Auxilij, deſerta tuis Iudæa repoſcis?
Linqueris hei! primo Martis clamore, feróſque
Incurſus pateris prima impietate tuorum.
Ergo vbi conſertos optata in prælia vidit

Haud vigilant; nullas voces hic percutit aër:
Primus ego accingar rebus, ſuccurrite pauci;
Non eſt apta dolo, multorum turba, latenti.
Dicta probant omnes: ſed enim hic exire vetatur
In dubios Faticaſus; nec quærere longum
Audentes cupiunt vltrò; & ſibi quiſque peroptat
Pro patria nunquam morituras quærere laudes.
Ergò ignem occultum Sedechias lectus, & vnà
Iſmaël, atque animo fidens validiſque lacertis
Lazarus accipiunt, forti comitante Thobia:
Cætera ſe muris quanquam indignata iuuentus
Continuit: quos facundo dux ſtrenuus ore
Solatur mulcens: laudem hanc lux craſtina cunctis
Offeret; hic veſtras iuuenes expromite vires,
Commoda tunc nobis pietas hæc grata futura eſt.
Sic cum frenatos aſtringit meta iugales
Ordinéque emiſſos iuſſit decurrere prætor,
Ire volunt omnes primi: quatit vngula terram
Impatiens, & ſtare loco veſania neſcit.

Iugales pro equis apud Virgil.

Quattuor hiſidos accincti fortiter enſet
Deſcendunt pariter tumulo, qua parte vacabat
Hoſtis & oppoſitæ rupes pro mœnibus extant;
Circuituque vago, vocemque animamque tenentes
Deuenere locum, trabibus quo machina nexis
Plurima ſurgenti pulſabat vertice cælum.
Nec mora, ſcrutatus tenebranti robora ferro
Iſmaël, ad medias circum fundamina partes
Maxima quaque forat, neu vis Vulcania tantum
Feſtinaret opus, connexo puluere primùm
Linea torta locat, atque ignem nutrit in illis:
Fortibus hinc cuneis percuſſa foramina claudit.
Nec piger ipſe etiam Sedechias, arida iuxta
Nutrimenta ferens, liquido perfundit oliuo.
Arte pari nitens ſecretos occulit ignes:
Claudit arundinibuſque alios, tentoria circum
Lazarus; & flammis aptas conterminat horas.
Proh varios Faticaſus; nec tempus ad omne
Somni blanda quies: en quos ingrata premebat
Nox modò, ſic totus preſſos amplectitur vlnis
Aligeri vis magna Dei, ne ſentiat vſquam
Diſpoſitas miles fraudes, tantæque cohortis
Vel triſtis vigilet ſeruus: ſic Fata iubebant,
Non longum miſeris tamen allatura fauorem.
Ardebant animi ſociis, inuadere ferro,
Fortunamque ſequi, & paſſim iugulare iacentis:
Sed prohibet modicéque monet ſucceſſibus vti
7 *Iſmaël; & duplices tendens ad ſidera palmas*
Inflexóque genu, tenui ſic voce precatur:
Summe Deus cæli, terræ, pelagique creator,
Imperium qui ſolus habes; quemque vna per Orbem
Gens ritè colimus; falſis nec odora litamus
Thura deis; hominum quos ferramenta dederunt,
Follibus aut nigri iunctis fudere camini;
Sed tibi ſolennem templo ſacrauimus aram:
Quo ſol nil oriens radios vbi tentat Eoo
Dignius Orbe videt, nec merſus in æquore tergo
Deſerit: O rerum pater atque æterna poteſtas,
Principium finiſque idem, rex magne; labori
Huc ades ô noſtro, felixque incœpta ſecundes:
Si non vana fides; ſancti per verba Prophetæ,
Sacrilegos olim Regis carpſiſſe Tribunos
Te mandante, polo flammas, ſceleriſque nefandi

A *Quinquaginta ſimul famulos: Si vera piorum*
Credidimus monumẽta patrum, poſt multa reductis
Tempora captiuis dira Babylonis ab arce,
Exiliiſſe nouos ignes, ligniſque receptos,
Valle latens quodam craſſus quæ ſparſerat humor,
Cum deuota tibi Nemias iam ſacra paraſſet.
His quoque da robur, noſtris atque ignibus ignes
Adde tuos: dicens, pronus ſummo attigit ore
Tellurem, hinc comitum greſſus ad mœnia vertit.
Plus medio curſu Phœbe confecerat Orbem
B *Algentem, moderata iugum; nec corpora torpens*
Deſerie vlla ſopor, tanquam illis cœna fuiſſet*
Credita Lethæas portare papauera lymphas;
Purpureos donec roſeis aurora quadrigis
Mouit equos, ſtellaſque nouo ſplendore fugauit,
Luciferi tantum non indignata nitorem
Poſt ortus ſpectare ſuos: cum fomite demum
Protinus abſumpto flammæ erupere minaces;
Incenſæque trabes, crepitum ſubitamque ruinam
Horrendo fecere ſono. Sic nubis aquoſæ
Quum tumidũ pulſant Auſtri latus, æthera findũt,
C *Humanaſque mouent inſana tonitrua mentes.*
Soluuntur pariter cannæ; conterrita ſurgit
Neſcia turba doli, properatáque tela capeſſit:
Ilicet ignis edax ſtipulis adiutus inhæſit,
Et raptim tabulas, cerataque lintea carpſit:
Ignem, ignem, exclamant omnes, vndaſque repoſcũt.
Verum aberant longè fontes: dumq; ire propinquãt*
Auxilio ſatagit miles; tentoria lambi
Et ſua ab igne videt trepidus, ſociúmque laborem
Deſerit, ac propriis mauult ſuccurrere rebus;
Ipſe ruens inter cuneos (mirabile viſu)
D *Flauius orat opem; nigra volitante fauilla,*
Vndique & hoſtiles fraudes agnoſcit, & in ſe
Iratus mala probra refert: me (proh pudor!) vnum
Méne etiam (dicens) ita mollis inertia traxit,
Hactenus inſontes ſolitum deducere noctes;
Cui dederit belli ſummam Nero, cuius ab ore
Tot mandata ferant non contemnenda phalanges;
Se miſerum ignauumq; iterumq; iterumq; reclamãt,
Huc illuc præceps rapitur; tandémque repentè
Lignorum iacuiſſe strues ſtupet inſcius artis
Iudææ longi quas erexere labores.
E *Ecce autem hoſtiles alia de parte cateruæ;*
Dum trepidat, flammiſque amens exercitus obſtat,
Vt primum tubicen ſignum dedit ære canoro,
Funduntur portis, & vocibus aëra complent
Innumeris: Quales gelidam cùm Strymonis vndam
Denſa nube grues, ſe primùm vbi ſedula cuſtos
Tollit humo, linquunt Nili ſeptemplicis amnem
Poturæ, ſpreto miles Romanus ad arma
Igne redit, nullaque effuſi lege manipli.
F *At non, compoſitas virtus improuida turmas*
Suſtinuit; minimúmque pedi pes nixus adhæſit:
Sed Latium ceſſit robur. Quis vulnera primo
Impete; barbaricis quis narret funera dextris;
Pars cecidit ferro, numero pars preſſa ruenti;
Omne genus teli ciuis contorſit in hoſtem
Perfidus; hic gladios, lernæas ille ſagittas.
Hi ſudibus certant, alius ſtridentia funda
Saxa iacit, liquidoque incenſas aëre glandes.
Fulmineum rotat anteuolans interritus enſem

Vide hanc historiam Regum li. 4 cap. 1.

Ignis ſacrificij in puteo abſconditus, & tandem repertus ope Nehemiæ, hiſtoria eſt lib. 2. Machab. cap. 1.

*fortè fuiſſent.

* melius propinquans.

Ioſipus hortaturque ſuos; En gloria fruſtra
Heſternæ (ſocij) noctis quæſita per vmbras.
Tunc ſat erant pauci; nunc illas promite vires,
Luce palam; pulcrum laudes hic coique tuliſſe,
Et ſpectaſſe ſuas: ſubeant connubia mentes,
Inque ſinu matrum parui vberibuſque relicti.
At vbi calcari conſpexit corpora Titus,
Magnanimuſque pater riuoſque vndare cruoris;
Clamorem attollunt ambo: Quos viuida fugit,
Romulidæ virtus; ſic ſic obſiſtitur hoſti;
Terga datis; firmate animos; atque agmine bellum
Sumito: non longas furor hic durauerit horas.
State viri. His dictis fidos componit vterque,
Ordineque excipitur bellum: pater ipſe coruſco
Enſe ruens, frontem lecto comitante repellit
Milite: vtrumque latus natus, fortiſque fatigat
Traianus: donec ſparſas terrore cohortes
* fortè recta̅s. *Cogit Alexander, & * rectis inſtruit armis.*
Hoc ſimul inceptum eſt, paulum furor ille reſedit
Prodigus, & fluctu ſimilis deferbuit æſtus:
Non aliter, quàm ſi feruenti accedat aheno
Parte minor calida gelidus liquor; vtque vbi maior
Follis anhelantis flatu ſupereminet vnda,
Deprimit irrorans ſtridentem Mulciber ignem.
Nec multum ceſſere tamen: nunc comminus enſis
Enſe, repercuſſuſque vmbone retunditur vmbo.
Hinc atque hinc crebræ mortes: iaculatus in hoſtem
Hic hoſtis iaculo fixus cadit; inde ſagittæ,
Inde volant haſtæ: peditem pedes irruit acer,
Atque equiti miſcetur eques: clamoribus aër
Aſſonat horrendis, tum demum viribus aucti
Hebræos Itali pellunt, rurſuſque Latinos
Inſurgens Hebræus agit: nunc illa viciſſim,
Nunc hæc terra patet. Veluti qoum littora ſæuus
Adueniens operit ſinuoſo vertice pontus
Sicca, retrocedens in ſe lapſuſque relinquit.
Bis tenuit campi ſpatium, bis vterque receptum
Amiſit. Rabies ac poſtquam tertia iunctos
Conſeruit, legitque virum vir feruidus ira;
Exceſſit mors dira modum: tunc cæde virorum
Permixti ſternuntur equi, fluit vndique tellus
Sanguine ſparſa nouo: vix & perſiſtere plantæ
Iam poterant gemitus nulla non parte cadentum:
Aſpera verba, minæque ſimul, fremituſque ſonabãt.
Pro patria ſtabat mortali corpore maior
Salatiël, quam plebs antiqua ſtirpe gigantum
Dixerat eſſe ſatum, duplex hinc membra tegebat
Lorica, & dextram muniebat claua trinodis;
In læua clypeus nullo penetrabilis ictu.
Hic inſtar montis poſitus; quæcunque ferebant
Obuia ſe, duræ mandabat corpora terræ.
Emiſſa ferus oſſa manu cum ſanguine ſpargens.
* melius, Hinc ** Hunc vbi terribili nodo, tot funera cernit*
* rectius dari. *Titus acerba * dare; quanquam non æqua gerebat*
Membra viro; toto connixus pectore, telum
Dirigit: ille haſtam venientem crate recepit.
Nec mora, dum primas trepidat defendere partes
Armiger egregij iuuenis, lateriquo repoſtus,
Inguina ſublabens ferro confodit acuto:
Protinus exanimem terræ graue vulnus adegit,
Oppreſſitque cadens ingenti mole propinquos:
Tam grauiter ſubitòque ſolent in montibus altis

A *Annoſas Euri inſani demittere pinus*
Auulſa radice ſimul. Non omnia paſſim
Funera, plebeiaſque vacat deſcribere mortes.
Mars vtrinque tenet metas, dubiamque bilancem
Expendit ſors cæca manu; commiſit & vna
Ignaros fortuna duces, cupientibus ipſis.
Ac prior hanc magis contorquens viribus haſtam,
Accipe ſeu miles, ſeu dux es (Flauius, inquit)
Illa volans clypeum media plus parte cauatum
Perforat, & tremebunda loco dein fixa reſedit.
*Impiger * exacto detruncat Ioſipus enſe* * fortè exerto, vt apud Sil. Ital. nam exactus enſis apud Senecam.
B *Hærentem, nec mente carens defertur in hoſtem*
Talia vociferans: Ingratum nempe licebit
Haud tibi me dixiſſe hodie; nec tu quoque nobis
Degener aut humilis tanto cognoſceris auſu.
*Sic ait; & latum rutilanti * caſſide ferrum* * melius, cuſpide.
Impegit: vanos conatus ærea caſſis
Deluſit, conus tantumque inſigne decorum,
* *Executit, fulgentem aquilam plaudentibus alis.* * fortè Excuſſit.
Alter inſurgens heros Romanus; & enſem
Ipſe rotat, crebroſque ictûs patitúrque facitque.
Vt quondam inter ſe demiſſis cornibus ambo
C *Propoſiti armentis infligunt vulnera tauri;*
Seu liuor, ſiue hoc dilecta forma iuuencæ
Suadeat; alterni mugitûs paſcua terrent.
Iam Galilæe tibi quatiebat anhelitus artûs
Æger, & è laſſo manabat corpore ſudor:
Romulei iam fama ducis, iam gloria perpes,
Defecturus eras; plures ſeruabat in annos
Sed Lacheſis pleno nondum tua ſtamina fuſo: Ioſephus belli Iud. captus.
Scilicet vt tantos olim te Rhetore caſûs,
Exitiumque tuæ gentis perdiſceret ætas.
Auxilio ſubeunt alij, pugnamque diremit
Intermixtus eques, media inter talia ſtridens
D *Incertum qua iacta manu delapſa ſagitta eſt.*
Sub Patronia de coxam, quà poplite iuncta eſt. Veſpaſianus vulneratur in planta vel talo. Ioſephus belli Iud. l. 3. c. 8.
Extimuit miles vulnus: nil territus ipſo
Spumanti defertur equo, ſternenſque ruenſque
*Obuia quæque manu. * Quod ni miſeratus ab alto* * Quod, fortè quas.
Tot, ſuperûm Rector, clades; decedere Phœbum
Ocyus, Heſperioque caput demergere ponto
Iuſſiſſet (tantus mentes incenderat ardor)
Non latura fuit numeroſa cadauera tellus.
Exemplo, monitus tubicen reuocare maniplos,
E *Cognita ſigna dedit, tunc deferuère furorem;*
Hi caſtris, illi muris atque vrbe recepti.
Sed longè diſpar facies, habituſque locorum.
Omnia turbarunt flammæ; ſemiuſta ſubibat
Infelix miles & adhuc fumantia caſtra,
Sarcinulas ſparſim relegens: hic vulnere cruris
Tardior, ille humeros quaſſus, caput ille cruentus,
Quos verò illæſo ſeruárat corpore Mauors;
Exhauſtæ penitus vires, vbicunque iacentes,
Deſtituunt; nec in hoſte timor plus eſſe vigoris
F *Iam cuiquam eſt: ſe communi pars vtraque damno*
Metitur, tutamque putat, nullæque timentur
Inſidiæ, aut ſubito caſu quæ pugna laceſſat.
Ceu leporem curſu longo ſectata fugacem
Sæpe canis foſſum iuxta defeſſa recumbit:
Non hunc ferre grauis, non illum ſpiritus vltra
Præualet; igne micant oculi, ſpectantque viciſſim.
Contempſit primum, vulnus; dicamina ſpernens,

Dum caluit ſanguis, princeps: ac frigida ſegnes
Vt mora corripuit neruos: traxere rigorem
Proxima membra ſimul; totòque expalluit ore
Inter ſemianimis retinentum brachia labens.
Continuò ſuccos affert herbaſque potentes,
Chirurgi perdocta manus; blandéque retractans
Hortatur, dum vita redit, quum vertice tandem
Sublato, natum aſpexit; vetuitque timere,
Confuſum lacrymis, & fata indigna querentem.
Triſtior ærumna duplici mox altera laſſis
Romanis, non ducta mero, placidáve quiete
Labitur: amiſſos memorat ſibi quiſque ſodales;
rediit, mais. *Quoſq; gemat numero deptos ſtatio inuenit * omnes.*
Nec gauiſa magis ſucceſſu barbara pubes;
Vrbe etiam raros ſpectant; & funera plangunt
Haud paucæ matres: ſupereſt audacia nulli
Iam conferre palàm vires; ſed clauſa tueri
Mœnia propoſitum; cunctiſque extrema ſubire
Quàm dare captiua collum venale ſub haſta.
Quum gelidam Phœben cælo decedere iuſſit
Oceano Titan flagrantia lora tumenti
Expediens latura diem; vix erigit artus
Miles humo Latius, plantiſque fidelibus extat,
Aſpiciens oculis confuſa cadauera mœſtis
Strata procul, variè paſſimque iacentia caſu.
Quæ pius (hæc illi interior nam cura ſedebat
Vulnere) dux meritis mandauerat ignibus vri
*Fictilibuſque cauis (lenimen * triſtius vmbris)*
l gutti- ſt bus. *Collectos cineres foſſa tellure recondi.*
Cæduntur ſiluæ, plauſtriſque gementibus orni
Fraxineæque trabes, ac pinea robora mixtim
Vectantur, lauriquo oleæque, excelſaque cedrus:
Ingentes creuere pyræ: nec ponere charis
Sepoſito vacat igne rogum; collecta cremantur
Corpora, congeries tulerat quot quæque capaci
Structa ſinu: ſurgens petit alter ſidera fumus
Subiectis facibus, tenui crepitante fauilla
*Soluuntur nerui paulatim, artuſque * tabeſcunt*
Oſſaque, & exiguo grandis ſtat miſſa ſoluta
Vt cõſtet quantitas, mel uliqueſcunt. fortè corrupto. *Puluere, nec quicquã eſt hominũ quod cernere poſſis.*
*Sic Ioue * corrupto, quoties inuaſerit vrbes*
Dira lues; mixtos populos ſeu flamma peruri,
Sed tellus communis habet; ſolennia ceſſant
Munera, nec longo producitur ordine pompæ
Exequialis honor: vetat alti copia lethi
Reddere cuique ſuas vrnas, ſua reddere buſta.
Tum ſuper hæc hoſti tumulorum ceſſa facultas,
Atque impune ſuos patriis deuoluere campis:
Inficeret purum tabes ne liuida cælum.
Hæc inter, gelidas aſtris dimouerat vmbras
Septima lux: virtus quum neſcia ferre quietem,
Ductorem ſtimulat crucis, & vulnere quanquam
Tardus adhuc, reſidere negans; iubet ocyus omne
Conſumptum paucis opus inſtaurarier horis,
Maioreſque trabes & propugnacula tolli.
Arma parunt fabri; ſyluæque immiſſa ſecuris,
Admittit latè radios ſquallentibus vmbris.
Protinus exciſum ferro nemus apta dolauit,
Compoſuitque nemus: properantibus inſtat & vrget
Curator magis atque magis: ſua mœnibus altis
lego manus *Infelix vrbs damna videt, venturaque fata*
Cogitat, & trepidos frigus diſcurrit in artus:

A *Non ſecus æterno facturus veta Tonanti,*
Ante aram accinctus, cultumque grauemq; bipennẽ
Quum putat, & ſalſas fruges, vitamque ſacerdoſ
Hoſtia vincla tremit, mugituque aëra triſti
Percutit, & funem nequicquam rumpere tentat.
Ioſipus hortatur pauidos, celatque timorem;
Spem vultu ſimulans: & fortia mœnia duræ
Præſidio rupis, longa obſidione teneri
Sed vinci non poſſe monet; frumentaque largè
Expletura famem tandem ſupereſſe: benignis
B *Inque aliquid poſitum Fatis, modò prima repellãt.*
Hos portis locat, hos cuſtodes mœnibus addit,
Intentos imis altos aſſiſtere muris,
Arietis impulſum fulturos obice mandat.
Fœmineaſque manus, teneroſque exercet ephebos;
Has coquere immixtam calcem feruentibus vndis,
Illos miſſilibus muros circundare ſaxis.
Ne ve ſitim, quod iam Latius conceperat hoſtis,
Fontibus excluſis liquidis, timuiſſe putentur;
Iam prope ſiccatis puteis, rorantia vallo
Pallia ſuſpendi prudens ſolertia iuſſit,
C *Hac ope, Pelignis ſi credimus omnia chartis,*
Quum furor Alphinus Tarpeiam cingeret arcem,
Veſta Iouis monitu charos tutata Quirites Ouid. l. 6. Faſt. & ſtia agema eſt apud Liuium & Val. Max.
Mittere de celſa Cerealia munera turri
Suaſerat: hæc quanquam teſtarent vltima preſſis.
Talia dum vates intus molitur: & extra
Non ceſſante manu, nec domitante dolabra,
Procedebat opus: iam grandior aggere turris
Lignea conſtiterat; ſubituráque vinea muros
Crebrior, inde Aries magnos qui funderet ictus.
D *Addiderat ſeptem biſſenas Cynthia noctes;*
Solque ſequens toto ſpargebat lumina Mundo:
Colligit extemplò ſparſas caua buccina turmas
Sub ſua ſigna vocans: noto ſtetit agmine ductor
Quiſque, vagoſque oculos coram retroque reflectens
Proſpexit numerum, atque animos in prælia fecit.
Communis prima pecoris ceu luce magiſter,
Ad paſcenda greges ducturus paſcua, cornu
Aduocat è ſtabulis: omni ſuus agmine taurus
Torua fronte præit, tantoque exultat honore,
E *Cornipedis tergo reſidens it Flauius ipſe*
Concitus, & rapido perluſtrans ſingula viſu,
Incendit prædæ cupidos: nec viribus illic,
Verùm opus ingenio, fortes exſcendere muros:
Inſtructi demum clauſtro exiliere ſoluto,
Qui terretes haſtas, qui ſpicula mittere docti
Lucida, vel fundis ſtridentia ſaxa rotare,
Ardentique ſono miſſas per inania glandes
*Tundere, qui * rectas apti conſcendere ſcalas:* fortè erectas,
Mœnibus hæc agilis paulatim turba propinquat;
F *Telaque rara procul nequicquam ſpargit in auras:*
Lignea tum moles nutans ſuccedit aperto
Aëre, conſpectura domos: atque vrbe ſuperbum
*Immiſſura caput: tendat quà celſior * arcus* melius arcu,
Pugnator, iacletque ignes in tecta, facéſque.
Armorum omne genus ſequitur: teſtudo repentè
Incubuit muro, & totum ſtetit aggere bellum.
At ciues (quæ ſola ſalus, extremáque) muros
Circuitu denſo ſtipant, & tela remittunt;
Fumanteſque ſudes, lapidumque inſtanter aceruos
Deuoluunt; alii fumantem calce liquorem,

Quicquid & extrema poterat defendere ſorte.
Hic rapido aſcenſu ſummi faſtigia muri
Dum prenſare manu, ſeſeque immittere credit,
Voluitur in præceps, reſupino corpore duram
Tellurem plangens, atque atro ſanguine fœdans,
Ille petens arcu delectum tardior hoſtem,
Stridentem pœnam ſentit prior; & ſua retrò
Spicula deuertens, vnà conuoluitur ipſe:
Perdebat miſeros ingens ſed machina ciues,
Nec cæli inſidias, & aperta pericula terræ
Euitare datur pariter: velut æquora preſſus
Nauita Tyrrheno, puppim impellentibus vndis?
Inde timet fluctûs inſurgentéſque procellas,
Illinc crebra Iouis veniunt quæ fulgura dextra.
forte, obnixos. *Irrequieta ferit portarum obiecta ſecuris;*
*Cardinéque * obnixi tentant euellere poſtes*
Ferratis Itali ſudibus: nec pectora terret
Telorum imber atrox, duro ſed vertice perſtant
Immemores lethi: multos licet vſque ruentes
Aſpiciant; calidus citra præcordia ſanguis
Ebullit, vanumque expellit corde timorem.
Nec minor eſt intus rabies, duratque ſalutis
Spe deſerta ſalus, idem iuueneſque ſeneſque
Ardor habet patriæ, cunctiſque pericula vires
Vltima ſufficiunt, coniunx noua tela marito
Porrigit; hortatur natum iam marcidus æuo
Stare pater, quaſque ipſe poteſt tremebũdus obit res
Omnia fœmineis vlulant percuſſa querelis,
Infanteſque ſolo proiecti à matribus, edunt
Vagitûs, rerum ignari: illæ poſtibus hærent
Complexæ, & ſummo prohibent è cardine velli.
Interea crebros immanſuetiſſimus ictûs
Fert aries, ſemperque aliquid de parte petita
Diſſipat, inſiſtunt cæca teſtudine tuti,
Nituntúrque aditu latas aperire feneſtras
Infenſi: quanquam occiduas iam merſus in vndas
Phœbus erat, toto radiarêntque æthere ſtellæ.
Suſtulerat nitens immani pondere ſaxum,
Eleazarus Egeſippo, *Quod duo vix laſſa traherent ceruice iuuenci,*
Lazarus, in medium conatus mittere cratem:
Ecce autem elatum dum librat in aëre, muri
Arietis impulſu nimio pars magna ruinam
Terrifico traxit ſonitu, longóque reiecit
Extantem, & multa confectum ſtrage virorum.
Protinus Æneadûm ferit aurea ſydera clamor,
Certatimque ruunt: Qualis cùm ſpumeus amnis
Aggere riparum furibundo flumine rupto,
Arua tenet latè, agricolum perditque labores.
Paucorum, vano conatu, obſiſtere virtus,
Obiectis trabibus conatur, & aſſere multo.
Vincebat maior numerus, totamque repentè
Diffuſus miles compleuit cædibus vrbem.
Quis cladem illius noctis, quis carmine narret
Cæſa Iotapæ circiter triginta millia. *Funera? non ſolas rabies effrena luporum*
Sic inuadit oues, & parcius Indica tigris
Deſertum paſtore pecus laceratque trahitque,
Multiplici iugulo rictus infecta cruentos.
Incenſus nulli parcit furor; effugit ætas,
Iratas non vlla manus; loca nulla ſalutem
Promittunt; ipſis templi rapiuntur ab aris.
Vrbis vbi excidium perfractaque robora vidit
Ioſipus, & totas latè irrupiſſe cateruas:
Inuenit arte fugam, fruſtraque opponere viſum

A *Sed ſolum, & tantis caput obiectare periclis.*
Ingens fortè fuit montis ſpelunca receſſu,
Paulatim ſpatium, propior quo nubila cernit,
Attenuans puteis in morem, vallante corona
Deſuper; intus aquæ nullæ, ſubterque cauatus
Introrſum locus, & pendenti fornice tutus.
Hic ſe biſſenis extrema ſorte receptis
Occuluit, cæcæ noctis caligine fretus,
Sic placidum Fatis meditans, nam ſpiritus illi;
Fatidico ſacram pulſabat numine mentem.
B *Triſtibus interea cælo labentibus vmbris,*
Deſæuit miles iugulis; moribundáque pulſant
Vndique mẽbra ſolum, gemitus miſerandaque vocũ
Lamenta augentur: nulli diſtringere ferrum,
Vltrà, animus: pars in gladios, ceruice parata
Irruit; ipſa ſuis ſe pars vleiſcitur armis.
Poſtera lux aderat, cùm demum feſſa remiſit
Ira truces enſes; pauciſque in vincula miſſis
Donata eſt ingrata dies: ne corpora deeſſet
Qui ſaltem flammis mandare iacentia poſſet.
At Petroniadæ mentem, Doctoris Hebræi Veſpaſianus T. Flauij Petronij filius. Vide Sue.
C *Cura tenet; vilemque putat duxiſſe triumphum,*
Si caput hoc deſit, Currus noua pompa ſuperbi.
*Hunc optat votis, hunc prædæ * conferat omni* fortè compárat.
Inuentum; mandat latebras ſcrutarier imas,
*Verſarique domos, * ſacri locaque abdita templi.* melius, ſacrique loca.
Omnia colluſtrant famuli, præterque reuerſi
Terque quaterque locum inſpiciunt, laſique recedũt.
Ille latet: Qualis vulpes elapſa, ſagaci
Nare canum, trepidos artus collecta ſub antro:
Auribus excipiens latratibus aëre pulſum,
Commotumque nemus: calcatam ſæpius hoſtis
D *Præterit ignarus foueam, nec ſentit odorem;*
Nam cohibet preſſis animam fera callida labris.
Quæritur ergo, iacet muri ſi fortè ruinis
Obrutus, aut inter proſtrata cadauera terræ:
Pallanteſque diu facies ac corpora verſant,
Nocendi ſtudio intenti, ſed viuere Cæſar
Non dubitat, rurſumque placet cuſtode frequenti
Obſeruare vias, ne qua queat arte doloſam
Attentare fugam, cupidaſque euadere dextras.
Heu fruſtra quenquam fatis obſtantibus auſum!
E *Tertia iam ſtellas oriens aurora fugarat,*
Cùm deprenſa dolum mulier longæua retexit,
Victa minis: tunc læta cohors volat ociùs illuc,
*Circunfuſa loco certatim, ac * nomine quærunt,*
Dantque fidem Callicanus, Pauluſque Tribuni, fortè nomina.
Commendantque Ducis mores; nil mitius illo
Pectore: dicta leues rapiebant irrita venti.
Ille nihil contrà, donec ſe tertius addit
Cognitus ante viro facunda voce Nicanor,
*Miſcerent * quàm bella manus, is flectere ſolus* lege cum
F *Hærentem potuit, mutaſque reſoluere fauces.*
Protinus adductis inuadens pectora palmis,
Heu miſeram clamat ſortem: quæ numina tantis
Inuito fauere malis? cur fundere vitam
Hanc ego non potui bello, & felicibus vmbris
Ire comes? quum ſublato mihi Flauius enſe
Inſtitit, ingrati cur me rapuere ſodales?
Tunc non vulneribus potui cecidiſſe pudendis!
At ſubito nunc ſeruiles inglorius haſtas?
Aut ſpirantis adhuc artus, premet horrida tellus!
Lucentes en cerno faces, quæ prima relinquam

Conſilia infelix, aut quænam extrema tenebo?
Te tamen ò ſummi rector iuſtiſſime Mundi
Omnipotens, teſtor; quando omnis lapſa receſſit
Ad Latios fortuna Deos: non proditor hoſti
Victus tendo manus, ducentia Fata ſequutus.
Thobias [illegible] *Talibus incaluit dictis mens ſæua Thobiæ:*
Téque (ait) ò patriis procul infodiende ſepulcris,
Degener ò ſanguis? téne hæc exempla decebat
Nunc dare? Romanas igitur ſectabere Leges?
Atq; infame iugum, melius, vitámque pudendam
Orbe feres alio, patriæ quàm reddere dignam?
Extinctæ quænam lucis tibi dira cupido?
Quòd ſi mens eadem noſtris, ardorque fuiſſet
Ciuibus; haud tanto maduiſſet ſanguine tellus.
Patricios nondum mores inſidáque verba
Expertus, prodire paras? quis dignior enſis
Perpetuus tranſire tuum, quàm qui tibi cingit
Forte latus? timidæ meditaris parcere vitæ
Nequicquam! alter erit qui te iſto munere donet!
Sic prior ille; vno ſocij ſimul ore fremebant.
Infelix quid agat? ſupra caput aſpicit ignem?
Ferrum, infra, blandas iterum conuerſus ad artes
Incipit: Hunc (oro) fratres: arcete furorem:
* fortè, à diuino. *Nam temerè, acceptam * diuino numine, nulli*
Fundere fas animam: metas ſemel omnibus æui
Præſcripſit natura potens: nec Tartara quenquam
Acriùs excipiunt, quàm qui ſibi fata recidit.
An ſi commoto iactetur nauita ponto,
Et certent tumidi puppem diſcerpere venti;
In mare deſcendat præceps, clauumque relinquat?
Quin potiùs, ducat quò ſorſque Deuſque ſequatur.
Ponere non vitam, ſed rectè eradere laus eſt.
Forſitan afflictis rebus meliora dabuntur;
Nec res tota perit, voces minus audiit illas
Turba fremens; quàm Neptunus pia vota precantum,
Vide Ioſephum de bello Iudaico li. 3. cap. 14. & Egeſ. li. 3. cap. 18. *In ſcopulos quoties ceciderunt vela ſonantes.*
Nudarunt gladios. Ergo immutabile pectus
Quandoquidem vobis (ait hic) nil deprecor vltra;
Parcite ſed proprio dextras ſcelerare cruore:
Parcite vos oro, cædiſque immittite ſortes;
Inque vicem ſe quiſque petat. Laudauit ineptus
Verba ducis vafri numerus: ſorteſque recepit
Compoſitas, miſeris equidem ſolertia rebus
Accedit, menteſque acuunt aduerſa ſagaces.
Iam de tot ſociis per mutua vulnera cæſis,
Huic ſuper vnus erat: veniam cùm tu quoq; clamat
Abnuis, an ferro mecum contendere mauis?
Viue libens, nec te fortunæ ſubtrahe magnæ
Imperiis: ſic illa iubet; parère neceſſe eſt.
Ille graui ſimul aſpectu, facieque iacentum
Diriguit, ferrúmque manus tremebunda remiſit,
* fortè mox. *Verbáque * vix habuit: veniam quò iuſſeris vltrò,*
I, ſequar; elatas plaudenti milite palmas
Implicuit: tandem ſunt connexus vterque.
Millia circumſtant hominum: pars ludere capto,
Pars miſeri, habitúque viri commota verendo,
* vel inſtabiles. * *Inſtabilis verſat fortunæ pectore mores.*
Vt ſtetit ante ducem, paulúmque immota ſilendo
Lumina continuit, vocem ſic pectore rupit.
Si me cum patriis voluiſſent maxime ductor,
Fata mori poteram nuper, tibi gloria maior,

A *Oppetere; infeſto (ſcis ipſe) erepsus ab enſe.*
Nec mihi contigerat cædis malè cognitus auctor,
Obſcuruſve feri ſubiiſſem Tartara Ditis.
Verùm Tarpeias arces Deus ipſe videre
Me voluit; caſuſque meæ, te Cæſare, gentis
Dicere; quos olim non dedignabitur ætas,
*Tu quoque ſponte * teget: nec me tibi vana referre* * rectius leges.
Crede metu: calet hic diuino ſpiritus igne,
Inſtinctuque Dei loquitur: Capitolia ſcandes
Victor; & Auguſtum nomen, ſedemque tenebis
B *Poſt varios rerum motus, ter curia regni* Rebellione & exductrum principum, Galbæ nẽpe, Othonis & Vitellij incertũ diu & quaſi vagum imperiũ, ſuſcepit tandem (inquit Sueton) firmauitque gens Flauia, &c.
Mutatura gradum, tandem te Cæſare ſidet,
Pace fruens; natuſque patris ſuccedet habenis.
Quòd ſi ſeruitium non effugiſſe licebat,
Sorte mea lætor: niueos anteire iugales,
Haud me pœniteat depreſſum colla catenis,
Vt currus ſim pompa tui: nec dura recuſo
Vincla pati, dum certa fides mea dicta ſequatur.
Nec verò hic animus mortem ſi iuſſeris, horret:
Id modò Fata velint. Subridens Flauius iſtis,
C *Et tua magna tamen (dixit) cùm Fata reſiſtant;* * fortè licebit.
Quæſiuit virtus latebras: quid fallere numen
Dux bone tentaſti, Romæ nil tactus amore?
Pone metum, nobiſque opta mens præſcia quicquid
Concipit, aut noſtro melior tibi ſpirat Apollo.
Gratus eris, ſi vera canes. Sic pauca loquutus;
Cautius, optanti nato donauit, habendum.

LIBER TERTIVS.

D *Vm ſic læta Ducis primo fortuna labori*
Aſpirat, totaſque domos & mœnia durus
Miles humi ſternit; tenues ventoſa per auras
Fama volans, falſis Solymam rumoribus implet
Hebræum periiſſe ducem, patriæque ſupremum
Pugnando in medios hoſtes fudiſſe cruorem.
Inſequitur tanquàm trepidans pauor, oraq; anhelo
Huc, illuc, paſſu voluens, iubet omnia credi:
Nec procul eſſe refert turmas; iamiamque videri
In portis, denſaque vrbem vallare corona.
Cuncta timent miſeri, creduntque inſtante pauore
Et fingente magis; nulli mens integra, nullum
E *Conſilium tantum feritas innata malignis*
Cordibus, atque odium ſimul implacabile perſtat.
Communes luctûs vrbis citò credulus error
Promeruit, cultuſque atros, & publica paſſim
Funera; nec talis pietas ingrata tuorum
Eſſe tibi potuit, ductor captiue videnti.
Te pueri matreſque vnà teneræque puellæ,
Te tardi fleuere ſenes, hos riſit honores,
Et meliora ſuo fecit Deus omnia vati.
F *At poſtquam Latiis compertum viuere caſtris,*
Victoreſque ſequi: pietas turbata furore
Protinus abſceſſit, nimiuſque efferbuit ardor
Mentibus inſanis: tum iurgia ſæua referri
Cœpta palàm; pars ignauum; pars prodere, facta
Obloquitur virtute, fremit vndique vulgus.
Laxis ira ruit frenis, patiturque furentûm
Rapta domo pœnas coniunx, annoſaque mater,
Infelixque puer, miſeri ſpes vna parentis:
Nexi omnes: æquata ſolo faſtigia tecti.
Sic aliqua ſtipulis ignem quum parte receptum

Adiuuat inſpirans Boreas: omnia latè
Flamma volās, totumque furens depaſcitur agrum.
Cura Dei Vates, ſemperque aſtricte Latinis
Moribus, hinc ingrata cupit tibi patria pœnas:
Illinc Græcorum leuitas. Sed munere dextræ
Tetus Cæſareæ tutum fortuna reſeruat.
At genitor Titi, ne quo languore moretur
Fortunam: quicquid Galilaæ finibus vſquam
Eſſe vide, ſemel immiſſo proſternere ferro
Concipit: & ne qui tantis conatibus obſtet,
Extremum bellis Solymam ſeruare laborem.
*fortè belli. *Ergo Iope, caſus iterum tentare ſiniſtros*
Auſa, ruit: pelagique ſinu malè fiſa iuuentus,
Naufragio falſos noctu bibit obruta fluctus:
Ioppe capta, ſubmerſi 4200. *At quos incolumes tenuerunt littora, ferrum*
Abſtulit incautos, fruſtráque ex æquore lapſos
Excepit leges, Romanáque fœdora, primùm
Tiberias. *Vicinis edocta malis vrbs altera; nomen*
Cui dederat, Tuſcis dederat cui nomen & vndis,
Atque vtinam Taricea tibi veſana fuiſſet
Mens eadem, puras Geneſar nec ſanguine tanto
Infectus mutaſſet aquas, vbi viuida Titi
Emeruit virtus manſuram in ſecula laudem.
Saxeus hac vrbem murus cingebat; at illa
Parte, lacus, ſtabatque manus pro mœnibus omnis
Stagnanti confixa vado: ſe feruidus altus
Immiſit iuuenis, nandóque emerſit ab vndis,
Vlteriore ſolo primus, ſtimulata pudore
Cætera turba ſecat fluctus, enſemque natando
Quiſque trahit fidum lateri; parmamque reiectam:
Quales pacato dicuntur nare profundo
Delphines; glauca gibbus eminet vnda
Horridior, ciues, pelagi fera monſtra putàrunt
Attoniti: dicto citiùs ſic agmina littus
Complerunt enſem rotat acer Titus, agitque
Palantes: idem ſocios agit impetus omnes.
Corpora caſaruunt paſſim, craſſumque cruorem
Terra bibit, ſubitos multi conſcendere lembos
Molirique fugam ſtagno, ſed littora cingi
Veſpaſius, celerique rates iubet arte parari.
Nec mora: conſertæ facies ſtetit horrida belli
Nauibus; ac terra ſæuit Mars crudus & vnda.
Quod fuga cuique dedit telum improuiſa, timorque,
Vtitur: hic ſaxis, hic enſibus, ille ſagittis.
Mittitur & tales remus non factus in vſus.
Stabat adhuc ſtagni candor: ſed ferrea poſtquam
Comminus arreptas tenuerunt vincula puppes,
Aëre conſpicui fulſerunt protinus enſes,
Ingenteſque furor ſtrages dedit; vnda nitorem
Amiſit, tetróque inuoluit ſanguine lymphas.
Iámque manus hærent manibus, puppemq; retūdit
Puppis, & abiectis innectunt brachia telis.
Obnixi tendunt pars vtraque, pondere naues
Mergere, & alterno miſeranda cadauera iactu
* fortè cuncti. *Proiiciunt, iterúmque incendunt prælia * functi.*
Semianimes adnant alij, iaculiſque petiti
Deficiunt, ſubeuntémque exhauſto corpore ſtagnum.
Ingeniis atque arte valens Romana iuuentus,
Puppibus occultos iaciens hoſtilibus ignes,
Omnia corripuit flammis, aptamque carinæ,
Materiam tribuere igni: grauiorque ſagittis
Et iaculis fuit illa lues, quas denique partes

A *Effugiant miſeri? qua prima pericula vitent?*
Sæuit atrox miris Titus, nec mitior vndis
Pugna calet; denſo ſeruantur milite ripæ.
Flamma vorax propior, quam dum vitare laborat
Vno turba loco, trepido congeſta timore,
Preſſa labat, fluctuſque ſubit malè cauta carina.
Hi tabulis hærent, quamuis ardentibus: illi
Extendunt feſſas ægrè naualibus vlnas.
Iam de tot lembis nullum ſupereſſe videres:
Partem ignis, partem gurges abſumpſerat altus.
B *Romanæ plauſit volitans victoria claſſi.*
Parte alia miſeras clades, & funera Titus
Haud numerāda dat. Sic, cùm Iouis armiger albos
Oreſoro ripis Mæandri inuaſit Olores;
Accipiterve alta latitantes turre columbas, Tot clades caſi 6500. *forte petit.
*Vngue truci roſtróque * petens: ad prælia vulgus*
Deficit ignauum, gladiis ſed parcere tandem
Veſpaſius nato mandat, cunctiſque quietem
Imperat ingratam mitis pater, & dare vinclis
*Relliquias, venit plebes numeroſa * ſub haſtam:* * aut, ſub haſta.
C *Captiuique gregis turba par defuit emptor.*
Neſcia ſtare loco virtus infracta, rebellis
*Mœnia confeſtim * Gamalæ contermina monti*
*Aggreditur, * ſuetas igitur Romanus ad artes* * Gamala *forte ſuetaſque iterum
Nititur, & grandes impellit machina muros,
Appoſita quoque crate, aſt ipſi ſaxa fragore
Ingenti ciues fruſta & tela omnia mittunt
Deſuper infenſi, neque enim mora longa labori
Indulſit vano, foſſis inuenta feneſtris
Quum via fecit iter, labefactaque pondera traxit
Haud partem exiguam muri: ruit illicet omnis
D *Turba ſimul victrix, ac primos enſe trucidat,*
Palantes fugiunt alij, montémque propinquum
Aſcenſu ſuperant: atque hinc iaculantur in hoſtes
Tela manu, & ſaxis crepitant decliuia miſſis.
Hic anceps fortuna fuit, numeroque ruentum
Scilicet ingenti, vicorum anguſta nocebant:
Nec iaculum fruſtra, aut ſaxum de monte cadebat.
Vt vidit crebras mortes dux ipſe ſuorum
Romuleus, denſas ſpargit per tecta cateruas,
Securoſque iubet tabulatis eminus altis
E *Excipere aduerſos ictus, hoſtique referre*
Spicula, conſilium ſed enim ſors improba luſit
Euertitque pium: cumulo nam victa virorum
Ceſſerunt oneri, & caſum tabulata dedere:
Corporáque ingenti preſſère atque arma ruina.
Sic fallax fortuna tulit, ſine honore ſub vmbras
Tot fortes animas, infauſto mittere caſu.
At Iudæa manus ſumptis animoſior armis,
Iam non ſaxa rotans, ſed ſtrictos comminus enſes.
Deſerit obſeſſum collem: quantuſque malignis
F *Mentibus ardor erat vindictæ, robore tanto*
Irruit, attonitoſque noua formidine ſternit.
Iámque fugans hoſtem fugit hoſtis, & omnia verſat,
Perpetuum nulli ſeruant fortuna tenorem.
Abſcedunt victi, & retro dare terga coacti
Romulidæ, quoſque ingenti modo robore muros
Impulerat, trepidi repetunt, ac mœnia linquunt,
Deſtituiſſe ducem ignari: circumuenit omnis
Obſeſſum populus, paucis comitantibus illum.
Saltibus vt quondam anguſte ſylueſtribus actum
Concluſere canes aprum: noua vulnera quiſque

Hinc atque hinc inferre cupit, latratibus auræ
Immixtis, reſonant dentes mouet ille cruentos,
Ante retróque cauens morſus, ſemperque recedit
Importuna nimis, necnon & viſcera terræ
Diſſipat: haud aliter turmis ſeſe explicat ipſe
Veſpaſius, clypeóque emiſſas excipit haſtas.
Ante oculos lethi ſpecies horrenda vagatur:
Huic tamen & tanto comitem non eſſe periclo
Gratatur ſuperis natum, tacitúſque precatur,
Vt ſaltem cineres vrna tegat ille paternos.

P. demre- ſ rens, nō prius (inquit Ioſephus) receſſit, quam magis egreſſus eſt.

B *At (pauci quanquam) ſocij pro viribus inſtant*
Paulatimque viam reſerant, portæque propinquāt,
Circunſtant hoſtes magis ac magis agmine denſo,
Et clamore cient alios: vix ſenſit abeſſe
Itala tandem acies Ductorem, animiſque receptis
Auxilium latura redit, ſic denique caſtris
Redditus, effugit Fortunæ vulnus acerbæ,
Inque ſuis paulum requieuit ſpiritus æger.
Circum omnes mœſti ſtabant, tacitique pudore
Et miſeræ ſortis damno: quum triſtia mulcens
Pectora, facundo Ductor ſic incipit ore:
C *Nulla fides rebus ſocij firmanda ſecundis,*
Fallaciſque deo vultu: regit omnia Fatum,
Nec rota conſiſtit Mundi: contraria lætis,
Sed neque perpetue voluit Deus eſſe: vicémque
Permutare dedit: ceu quondam nubilus aër
Et grauis imbre tumet, placida nunc luce niteſcit:
At virtus æterna manet, celſúmque procellis
Exerit vna caput dubiis: laudabile quicquid
Feceris, id viuet ſemper: virtutis ad arcem
Non timor ignauus, non mollis inertia ſcandit,
Sed labor, & toto manans è corpore ſudor:
D *Hac duce firmentur greſſus, laſſaſque reſumant*
Conſtantes animi vires: inſiſtite cœptis,
Vulnere nec primo fortunæ tradite dextras.
Aduerſes caſus qui ſuſtinet, omnia vincit.
Huic etiam reſtant vrbi ſua Fata, nec inter
Hac fines Galilæa tuos felicior armis
Romanas franget vires, quam iſta loquutus,
Ad ſua quemque iubet confeſtim ſigna redire.
Ecce autem magno feruent dum caſtra tumultu,
Redditur è Syriis, patri gratiſſima proles
Titus, agens mundata locis: quo denique viſo
E *Plaudentum innumeræ complerunt æthera voces.*
Ille parum fauſtos caſus, pugnæque cruentæ
Detrimenta videns, accenſa feruidus ira
Incaluit: quantum luſtris Hircana peractis
Dum redit, & raptos Tigris circumſpicit antro
Audaci furie catulos, furibundaque cautum
Inſequitur raptorem, & peruolat ocyus Euro.
Nec mora, compoſitas acies præit, obuia ſternens
Corpora quæque manu valida & mucrone coruſce.
F *At fugitiua cohors iterum ſe culmine montis*
Colligit, anguſtis arcens anfractibus hoſtem
Proſpectu confiſa loci: rurſúmque ſagittis,
* *Emiſſiſque alte telis, ſaxiſque repellit*
Conantes ſuperare gradus accliuia feſſos.
Plurimus in tergum miles cadit, atráque fuſo
Saxa cruore madent, eliſóſque tacta cerebro.
Par fuerat primæ clades, ſed paſſus ab alto
Haud vltra inſidos populos, gentémque ſuperbam,
Fortunam Deus obuertit, Bereámque cauernis

*forte demiſſiſque alte, vel alāto.

A *Explicat Æolius, & mortem turbine ſæuo*
Inſpirare iubet, ſic quod peruincere dextræ
Non poterant ſpacium iaculando, ſpiritus acer
Perficit, inque acies aduerſo flamine cæcas
Pilagerit, faciléſque vias aſcerſibus affert.
Continuo ceſſere loco, nec tela valentes,
Nec ventum perferre diu: ſubit Itala pubes
Acrior, & fuſos paſſim detruncat agitque.
Proh! diri rabies vulgi ſperare ſalutem
*Effera corda * negant, Latium ſed prouocat hoſtem* *forte negat.
B *Crudelémque facit feritas conſpecta Quiritem,*
*Námque ſinu matrum * vulſos miſere parentes* *forte auulſos.
Præcipites multos natos, ſpectacula lethi
Horrida, ſeque ſuper vicina in valle dedere
Coniugibus mixti, quæ nunc clementia, Titus
Exclamat, nobis in fata ruentibus ipſa,
Eſſe potes ſocij? nulli iam parcere fas eſt.
Exemplo ſumus ecce truces, diſtinguite ferrum.
Et ſimul innocuis animas miſcete nocentes.
Non ita ſe vinclis quam ſoluit aquaticus Auſter,
C *Concretaſque niues hyemis, glaciémque rigentem*
Diſſipat, exundant reſoluto frigore campi.
Infelix quantum tellus torrente fluebat
Sanguine cæſorum: tantis nec prodigus enſis
Cædibus abſtinuit: donec qui vulnera ferrent
Iam deeſſent, iugulumque manus non inuenit vllū.
Vix vnquam tam dira lues, aut tabidus aër
Exhauſit plenas vrbes, tellúſve dehiſcens,
Aut ſubitis adoperta vadis non coniugis vxor
Hic ſupereſt, buſto quærens exangue cadauer:
Quive patri natus ſupremum impedat honorem
D *Patronumve cliens, aut fratrem exquirere frater*
Poſſit, & officium ſocio præbere propinquus.
Ipſeque proſtratum poſtquam deferbuit ardor
Aſpiciens vulgus, mœrens tot funera victor
Horruit, & ſera pietas ſe mente recepi.
Quos rogus hos, quæ foſſa ferat? ne temne laborem
Nunc Romane alium, & valli ſuperindue montem:
Confundátque vagas vmbras commune ſepulcrum.
Nam ſi tabeſcant ſub aperto libera cœle,
Et turpes direpta lupi; fœdeque volucres
E *In diuerſi fuerant, nullum hæc tibi membra relinquent*
Aëra, quem tuto dicas pulmonis hiatu.
Exitus huc Gamalam triſtis deduxit: & inter
Iam fines Galilæa tuos felicibus armis
* *Giſcala reſtabat, quo ſe, ductore Ioanne,* *Giſcala.
Contulerat fugitiua manus, conſueta rapinis
Cum duce turba ſuo cæcis latiare cauernis,
Ad prædam & flexos tractus ambire viarum.
Hanc vbi cinxerunt aquilæ, non auſus apertus
F *Prædo nocens timidum bellis opponere frontem,*
Officio fretus tenebrarum nocte feſellit
Limina cuſtodeſque: fuga ſibi tutior vna
Viſus, & ad ſolitæ melior commercia vitæ.
At bona pars vrbis, vafri decepta latronis
Conſilio, totas arces & mœnia pandunt,
Summiſſique rogant veniam, pacémque repoſcunt.
Accipit hos vltro non aſpernatus inermes
Veſpaſius, placidámque iubet ſperare quietem,
Et pactis ſeruare fidem, ſic obſide miſſo

Gamalæ tam [illegible] ... 9000.

Giſcala deſerta in fuga: trucidati 2000. fœminarū ac puerorū captiui 3000.

Azotus. Rhamma. *Azotus ſeſe dedit, ſic Rhamma querelis*
Plena piis, olim plangentum pignora matrum
Herodes infantes [illegible] *Rapta neci quum ſacrilegus iugulare tyrannus*
Mandaret, dirúſque impleret iuſſa ſatelles,
Gadara capta. *Non domini votum tamen expleturus iniquum,*
Ægypto celante Deum, præit agmina velox
Nitrio Ioſepho lib. 1. [illegible] *Gionia, felicem ducibus quacunque triumphum*
Inieclæ factura manu: Gadarámque ſimúlque
20. Antiq. Iud. Agrip. pam regē probat ſpo Caeſaream *Cæſaream ſubigit: priſcum cui nomen ademit*
Herodes, fruſtra Auguſti blanditus honori.
Quæ dum ſic lætas agitat per nubila pennas
Philippi Cæſaream mutato in honorem Neronis nomine [illegible] *Anteuolans, regníque caput ſpe Flauius alta*
Concipit oppreſſis Solymam ſuperaddere membris:
Ecce nouos Latio mouit fortuna tumultus,
Inuiſúmque Orbi rapuerunt fata Neronem,
Criminibus poſitura modum: nec triſtis Erynnis
Maturo voluit ſceleri quæſiſſe miniſtrum,
Plus eius lætata manu quam ſanguine ſparſo
Quomodo Iulius Vindex & Servius Galba a Nerone defecerint, cum Galliis & Hiſpanis Sueton. c. 40. 42. Senecam dicit. *Polluerat totiens feritas innata ſuorum.*
Æterna illa tibi quantum fortiſſime Vindex,
Et ſibi Galba ſenex, pro tantis debuit auſis?
Vos animas ulti circum caua buſta vagantes
Patricias, quas ira ferox impune Tyranni
Tot prius abſtulerat urbi ſeruire coactæ:
Illa dies miſeræ matris ſolatia fato
Contulit: illa tuos morum ſanctiſſime cultor
Placauit Manes, téque ó ſtirps Claudia lautis
* ſectius confiſum *Heu male* confiſum menſis latitante rubeta.*
* Hic vnus atque alter verſus deeſſe videtur, continens quidam pedetentim quo minus Veſpaſ. Galba ſalutem deferre. Nec fortaſſe tale quid, Nec fore ſibi cōmiſſi cura noxia belli *Nuncius hic auidum belli deſiſtere paulum*
Admonuit Flauij mentem, dum ſumma poteſtas
Nutaret, ſceptrumque urbi fortuna pararet.
Vt vero Hiſpanis ſuffectum prodidit armis,
* *Fama volans, Galbam: domino deferre ſalutem,*
Nec vexata ſimul hibernis æquora ventis,
Militis inuicti viritus torpeſcere dextras,
Et fractas hoſti vires, animúmque redire,
Rurſus ad arma vocat ſocios, colléſque virentes
Scandit Idumææ: qua non regio altera palmis*
Notior ad medios axes Arctonque rigentem:
Hinc Syriis, illinc Arabum contermina ſilvis
* In Idumææ vicis [?] cæſ. 10000. *Affaca diripitur, Solymæ quoq; proxima Thebrō:*
Abſumpſit poſthac Capharam Vulcanius ignis,
Quum celeres rumor quatiens in nubibus alas
Cæſaribus raptis miſeranda ſorte duobus,
Sordida de ſpeclis defert affixa Vitelli
Signa foro, totis confeſtim iurgia caſtris
Exciuit miles, tam fædi iura clientis
Per luſum delecta fremens, ſi iura creandi
Cæſaris arma tenent, ſubitique in claſſe tumultus,
Non animum Flaui meritis, non deeſſe fauorem.
Crebreſcunt fremitus dicentum & murmura creſcunt:
Vt nemoris denſi primum quum ſuauior aura
Commouit leuiter frondes, mox viribus aucta
* melius tum. *Concutit & ramos: dubiis* cum robora mutant*
Verticibus, nunc depreſſis, nunc aëre raptis.
Quos ubi perſenſit motus, vocat ocyus ipſe
Concilium ductor, cunctiſque tacentibus infit.
Omnia ſors verſat, ſocij. Quod Roma queratur
* ſed forte & *Infelix* ſed ſemper habet, nunc ſubdita ſæuis*
Imperiis, nunc ciuiles diſcordibus armis
Secum experta manus, en per bis ſena voluto

A *Nondum ſigna poli Phœbo, ter ſubdola faſces*
Auguſtos fortuna nouat: ſine ſanguine nunquam
Hoc melita nefas: trepidi nunc victor Othonis
Neſcio quis, Latia de maieſtate ſuperbit:
Conſule nunc miles tanto diſcrimine rerum
An parere velis Aulo, ſi facta probantur,
Et ſedet hoc animo cuiuis acquirere laudem:
Accedam votis: non hic me, credite, ciues
Tangit honos, nec blanda loquens ſuffragia capto:
Quem ſors cunque dabit, maneam ſub principe ductor,
B *Dum vobis comitatus eam: pars magna laboris*
Hactenus exacta eſt, Solymam quoque vertere dextræ
Hæ poterunt, Iudæ regni columénque decúſque.
Audierant: quinto Cerealis in agmine rector.
Quum ſic orſa refert: Priuato nomine iam non
Appellande mihi, quid iuſtæ munera ſortis
Diſſimulas Cæſar? dominum te maximus orbis
Et tua depoſcit probitas, conſpectáque virtus,
Ac ſummo laudata Ioui: petit ille iugales
In ſua templa tuos, Tarpeiáque limina pandit.
C *Vulſa ſolo frondeſque nouas induta cupreſſus*
Nunc habet illa fidem Matathiadémque locutum
Vera tibi vatem, & Corneli oracula diſces.
Credere te ſuperis vitro poſcentibus aude,
Nec pronos animos populi ſeruire volentis
Aſpernare tibi, plena ſic voce loquentis
Proſequitur laudans caſtris fauor omnibus idem
Tollitur ad cælum clamor, dextráque patenti
Certatim iurata fides, perſoluere grates
Ipſe verecundo conatur Flauius ore.
Iamque ſalutatus, vix nomen credulus audit
Cæſareum, mentémque innata modeſtia pulſat.
D *Sic poſt Phlegrææ tutus diſcrimina pugnæ* Triūphus Gigantum
Imperium cæli, terræque, mariſque profundi
Iuppiter accipiens, cœtu plaudente deorum
Stelliferum preſſit ſolium, Phœbóque canenti
Gratatus primum, reliquis hinc ordine diuis.
Ergo ubi ſe tanto ſubnectum culmine tandem
Credidit, Ægypti regnum munimina prima*
Et Pharon adiungit, Tiberi nec prona voluntas Curam regni Tiberius Alexander Ægypti præfectus (Suet. [illegible]) primus legiones in verba Veſpaſiani adegit.
Defuit, auxilium & vires auctura petenti
Niliacis præfecta vadis: tum more vetuſto
Inſuper Eoi reges miſere coronas,
E *Legatúſque frequens inopinæ gaudia ſortis*
Teſtatus, verbis animum firmauit amicis.
Armáque Pannonios inter ceſſantia fines
Nequicquam partes conſectatura Vitelli
Acceſſere nouis nullo cogente triumphis.
Scilicet hunc populus iuſtæ non immemor iræ:
Prodiga multiplicis ructantem fercula cœnæ,
Inferias miſero confoſſum miſit Othoni:
Calcatumque diu & confuſum ſorde cadauer,
F *Excepit flauas miſſum Tiberinus in undas.*
Sed fugit interea tempus velocibus horis,
Singula dum mortis capti ſectamur amore,
Longius atque operis noſtri producitur ordo,
Hic labor, hoc cœptum eſt, Solymam expugnare potentem,
Antiquámque nouo verſu celebrare ruinam.
Nunc mihi Pierides Heliconis numina nymphæ

Huc facilem præſtate viam ſitibundáque labra
Tingite Caſtalij laticis perfuſa liquore :
Hoc quoque, ſi liuor dentes compeſcet acerbos,
Aeſtons ce uiſu ope s om u. *Viuet opus: noſci poteritque minoribus olim*
Ingentis: quæ grandiloqui tentare Maronis
Nec poterunt vatis reboantia carmina Iberi
Aut Calabri, longe veſtigia ſancta colentis,
Omnia nec priſcis etiam cantata poëtis,
** Et quanquam plenos aſtringens læua maniplos*
Lege, Vt *In ſegetem dextras primorum armauerit altam:*
Rara tamen falcis tractum vitauit ariſta,
Quam legat erranti greſſu paupérque recidat
Meſſor, & ipſe domum paruo ſe faſce recepiet.
Hinc ** Hæc vbi felici cernit procedere curſu*
Omnia, Romuleam Cæſar venturus ad vrbem
Talibus alloquitur natum, procerúmque cohortes:
Maior cura mihi (ſuperis ita cedere viſum)
Romulidæ, tuque ante omnes chariſſime nate
Creditur, & tantæ ſubeam qui pondera molis
forte etiam quam. *Credor ego dignus, veſtro deuumque fauore :*
*Malueram * quanquam priuatus (teſtibus illis)*
Prælia cœpta ſequi, & patriæ donare triumphum.
Quæ mea vota tamen (deſit niſi veſtra voluntas
Sub Tito meruiſſe duce) non irrita diui
*Efficient, nec * nos hunc inuideamus honorem :*
forte vos inuideamus. *Communem ſemper patri natóque laborem*
Experti: magna cecidérunt parte ſuperbæ
Vrbis opes, perſtátque informi robore truncus
Deciſis circum ramis: iam iámque ſecurim
Ipſe timet, breuis eſt veſtris labor additus armis :
Quem ſine me ſi ferre libet ſub præſide Tito ,
Lætus ad auguſtam ſedem, patriamque reuertar.
Sin remeare domos dulcéſque reuiſcere natos
Conſortéſque thori libeat, non gaudia ſolus
vel volentes, *Vlla ego veſtra moror: fidei date ſigna * volentis.*
Sed ſi conſpecto mentem prænoſcere vultu
Sæpe licet, ſummæ cupitis præconia laudis,
Omnibus & Solymæ votis (agnoſco) ruinam
Poſcitis; applauſit dictis exercitus iſtis,
Et Titum innumeræ miſere ad ſidera voces.
Ergo ita compoſitis rebus, quum piſcis aquoſi
Linqueret hoſpitium Titan, fontémque moueret
Arietis inſani, ſecuris credita ventis
Sulcat aquas, pelagóque volans petit Itala puppis
Littora, ſigna mouet ruituram Titus ad vrbem.
Pars Syriæ, ſi vera fides ſcriptoribus ipſis ,
Iudæam longe quondam latéque patentem
Fecerat: hincque ſuis Galilæam finibus ipſa
Excipit: inde Arabes Lageáque regna Paneam
Contingunt: pariter diſperſam montibus aſperis,
Quas inter medius Panea de fonte benignis
Iordanis diſcurrit aquis: nec dulcia mutat
Pocula, ſulphureo donec commiſceat amnem
** Aſphalitæ ſuum, ſimul bis emerſus ab vndis*
Vallibus vt primum liber diſcurrit apertis ,
*Fundit & ipſe lacum: * nomen cui mobilis aura*
Ore dedit patrio forti circum oppida muro
Plurima, quà Phœbus ſpectat, naſcénſque cadénſ-
que ,
Quáque venit pennis Auſter pluuialibus humens,
Celſior at cunctis, Libyæ ſeu montibus Athlas ,
Extabat Solyma: medium telluris aperta

A *Credita habere locum, titulo quoq; Delphica quo ſe*
Inſula iactauit in aquis authoribus olim,
Diues opum variarum & pinguis munere glebæ.
Illic & fontes poſuit natura ſalubres
Balſamáque & cedros , & odoratam Terebinthum
Annoſaſque iugis platanos, atrámque cupreſſum ,
Et paſſim campis ramos canentis oliuæ.
Vrbs autem triplici murorum robore fulta
Turribus in gyrum poſitis, tum ſaxea maior
Sexaginta altum cubitis porrecta cacumen ,
B *Proſpectu & magno pulſabat vertice cælum ,*
Artis opus miræ: vnde omnis Iudæa videri
Poſſet, ni clarum fuſcarent nubila cælum.
Haud procul hac ſteterat virtus , cui barbara no-
men
Lingua dabat Gabaon: quo poſtquam caſtra loca-
uit
Aeream contra turrim firmiſſima ductor,
Optauitque locum, celeri vagus omnia luſtrat
Vectus equo, tacitóque explorat mœnia greſſu,
Quæ pars aſcenſu melior: quam machina pulſet
C *Aptius: occultos vbi vinea proferat ictus ,*
Abdiderat ſe turba pauens, murôſque relictos
Luſtranti nuſquam trepidus comparuit hoſtis
*Sed * fraudis metus ille fuit. Ne crede latenti* Forte fraudis.
Perfidiæ ſimplex virtus committere pugnas :
Nonniſi decepta vulgus probitate malignum
Hoc ſolet, accinctus tantum mucrone redibat,
Cætera nec clypeo nec ſquammis tectus ahenis,
Multa mouens animo: quum circumfuſa repente
Emicuit ſcelerata cohors, ſic concita fumo
D *Linquere vel ceras dum compelluntur inanes ,* Ioſephus cap. 16. de bello Iud.
Improuiſa ruunt vacuis examina cellis :
Atque vna glomerantur apes, circunſonat æther
Murmure, nec tuto quiſquam venit obuius illis.
Protinus audacem Titus calcaribus vrget
Cornipedem, validáque manu mucrone rotato
Qua magis apta fugæ via, peruolat, atque ſequen-
tem
Vulnerat effugiens hoſtem : nec ſegnior vllus
*Conſequitur comitum, ferrum ve * in cæde remittit.*
E *Spicula mille caput præterlabentia nudam* aut cæde;
Nequicquam effugiunt, corpus, nec læſit inerme
Miſſilibus de tot iactis feliciter vnum :
Verbáque cum telis portabant irrita venti.
Hunc hunc, hic ſatis vnus erit clamauerat Eſron ,
En aliquis iaculo certa defigat: at illi
Faucibus exceptus vocem rapit enſis anhelam.
Feruidus inſultat ſonipes, atque ore cruento
Pandit iter, ſtrictôſque minus timet ire per enſes
Quàm per ſepta lupus, rabidam quum ſtrinxerit al-
F *uum*
Sæua fames, hinc inde licet cuſtodia ſeruet
Fida locos, in aperta tamen diſcrimina fertur
Improbus, & prædam fruſtra ſectantibus aufert.
Vix erit vlla fides, galeæ munimine nullo
Tot caput emiſſas vnum euitaſſe ſagittas ,
Nec tergo acceptum, nec forti pectore vulnus :
Sed iuueni tanto caſu Deus affuit : olim
Scilicet vltorem ſibi quem delegerat ipſe
Sacrilegæ gentis tumidas infringere vires.
Iamque propinquabat caſtris, ſocijque ferentes

Auxilium, miſcent acies: bibit arida tellus
Exceptum late confuſa cæde cruorem.
Tum noua turba ruit, qua iutam vix illa tenere
Mœnia poſſe putes, pauórque includere circo.
Cornua dant animos ſummáque auditus ab arce
Funeſtus tubicen: rabies innata furórque
Ingeminat vires, ſurgit Romana iuuentus
Fortior, atque hoſtem pariter cæditque fugatque,
Nunc rapiens, nunc dans ſpacium, crudelia caſus
Funera multa facit. Nam qui vitauerat enſem
Exanimus medio iacuit preſſante tumultu.
Hortatur præſens extrema pericula Titus
Propulſare manu valida, nec cedere retro:
Conſuetum memorans vulgi non poſſe furorem
Stare diu: mox ipſe, velut nihil ante laboris
Perpeſſus, nullóſque foret laſſatus in ictus,
Fortia multa virum demittit corpora letho:
Quáque volat ſonipes, verſat trepida vngula rores
Sanguineos, & humi ſuppreſſa cadauera calcat,
Obuius huic lingua melior quam corpore, ſeque
Oſtentans Gamael, vana inter iurgia fuluum
Gutture ſuſcepit ferrum, ac fugiente cruore
Confudit voces in gurgulione retentas. — forte dubia.
Poſt hunc non * *dubie ſpondentem & acerba minantem*
Vltorem ſeſe cognati ſanguinis addit
Ozias, namque huic fortem male caſſida ſcindens
Fulmineus partes ſecuit caput enſis in æquas.
Iámque ferè aſpectum globus vndique pulueris omnem
Abſtulerat pugnantum oculis, iam cæca ferebant
Vulnera, reddebantque ſimul: plus cedere ſemper
Hebræus tamen, * *amiſſo ſpacióque referri.* — forte admiſſo.
Quod procul vt primum gnarus dare ſigna canoro
Ære, videt, lituo crepuit reuocante magiſter.
Haud ſegnes dant terga illi, poreamque tenere
Feſtinant, & tuta pedes in mœnia ferre
Infeſto quiſquis potuit celer enſe reuelli,
Romanus clangere pari tentoria miles
Iuſſus init, nimiúmque iuuat ſuperaſſe nefandos
Oppoſita virtute dolos. Tum corpora feſſi
Diſponunt, epulæque famem vicere paratæ.

LIBER IV.

Poſtera fulgebat roſeis aurora quadrigis,
Ducebatque diem, quum protinus ipſe quietis
Impatiens ductor, ſocios inſtare labori
Imperat: acceditque operi non vltimus vltro.
Primus humum labor eſt foſſis æquare repletis,
Omniaque obiectis viſus prohibentia circum
Tollere, feſtinus ne quid procurſibus obſtet.
Certatim duros exercet quiſque ligones.
Arbor & ad terram fortis repetita ſecuri
Voluitur, ingentique ſonat concuſſa fragore,
Ceu Tuſcis aut Lucanis ergaſtula terris
Inſtitor exigua victus mercede fatigat
Immitis, requiémque negat, flauentia donec

A *Stirpibus euulſis Cereris det munera campus:*
* *Quod nemus ante fuit habitata mapalia triſtis* — vel Quę
Cogitur ipſe manu propria conſternere paſtor,
Armento prius infelix ſpoliatus & agro:
Poſtquam nil obſtare videt, ſtratúmque per æquor
Liber inoffenſo potuit pede currere miles,
Caſtra loco mutat: tum protinus aggere ſtructo
Ingeritur pendens ruituris machina muris,
Certatim ſub crate latent: tormentaque crebros
Effundunt ictus, flexa ceruice minatur
B *Sæpe aries, cornuque ferit nunquam irrita paſſus*
Brachia: quin aliquid ſemper de parte petita
* *Diſſipet: emiſſis reſpondet nixibus aer.* — forte Diſſipat.
At ciues, nec tela ſuper, quæ tarda ſalutis
* *Hic ſpes eſſe ſolet, ſaxum nec miſſile torquent,*
Nec rapidas putri vitiatas ſulfure flammas
Ignaui: tanquam faciles iactura putetur, — Hic vel hus.
Si collapſa ruant primi munimina muri.
Quid ſtruis inſidias toties plebs perfida vanas?
Quid tantos meditare dolos: tandem exere frontem,
Si quid habes animi. Iam diſſiliebat apertam
C *Murus agens rimam, nutanti iamque ruinæ*
Proximus, & cratem cupiebat linquere tecti:
Ecce improuiſum clauſtris furit agmen apertis,
Et ſubitæ luxere faces, ignique nefando
Lignorum temerare ſtrues, atque vrere flammis
Moliri totum bellique incendere robur:
Feciſſetque ſatis voto recutita iuuentus,
Ni procul ipſe nefas ſpeculatus ab aggere ductor — Iudæi vocat Martis recutitos quos Catulli Verpos, Horat. forte curtos,
Clamaſſet, Seruate quibus ſtat machina curæ,
Ah vigiles ſeruate viri: ſimul ipſe ſubiſſet
Auxilio, trabibus tum quos inferre parabant
D *Attonitis vertere ignes: primaſque cruenti*
Mulciber armato haud veritus concurrere Marti,
Exhibuit belli partes, odia aſpera quondam
Tunc etiam memori forſan ſub pectore ſeruans,
It rurſum cæli clamor, ac fumida nubes,
Et rurſum clanxere tubæ: ſera concitat aſtans
Diſſimiles Bellona manus: pars enſibus iſta,
Illa focis: ſæuit ferrum ſed adultera proles
Accipit auxilio: euſidum potura cruorem
Rurſus hians tellus, os inſatiabile pandit
Ductores Latij ante omnes in prælia dextras
E *Exercent fortes: animoſque minoribus addunt*
Traianus, Titique latus non linquere chari
Suetus Alexander, nec mollior ira Sabini
Perfurit, & Domiti: & Cerealis feruida virtus
* *Hoc ducis exemplum quæcunque per aſpera primi,* — * forte Hunc ducis exemplo.
Attentare viam hortatur, per tela, per ignes
Oppoſitos, cuiquam nec iam mors dira timori.
Ibat per medios fumantem lampada torquens
Horrendus barba Simeon longiſque capillis,
F *Multaque mandabat vulgaria corpora letho,*
Sæuus iter pandens flammis: cui vertice tantum
Caſſis erat breuior, loricáque corpore ſimplex:
Hæſit in hunc, volucrique dedit noua vulnera pilo
Quod faciles aditus diſſutis repperit hamis,
Traianus, cadit ille grauis in terga: cadenti
In crines, mentúmque ſuus delabitur ignis.
Nec mora, conueniunt longis æqualiter haſtis
Bethlæus Ionatas, fidens animique Sabinus,
Tecti ambo clypeis, ac pulcra caſſide, & armis
Conſpicui: primo congreſſos impete luſit

Fraxinus exiliens: miſcentur protinus enſes,
Inque vicem rabidis graſſantur dentibus ipſi
Cornipedes, equitéſque manus in frena viciſſim
Iniectant: pugnántque diu, ceu cominus egit
Ira feros quotiens nemoroſis vallibus vrſos:
Dentibus infrendunt dentes, atque vnguibus vngues
Miſcentur: coëunt oculi, tum denique terra
Sæpius implicitis ſemper ſurgúntque cadúntque.
Horum talis erat facies: quum lancea ſubter
Venit Alexandri, ſcapulis qua nulla tegebant
Arma cauum, nam forte necem medicata Sabino
Extulerat magno nixu ſe dextera in auras,
Corruit infelix Ionatas: & gloria quanta
Dicere vix potuit, ne ſuccubuiſſe duobus,
Fraude tamen victum: morientem verba relinquunt,
Spiritus & triſtes fugit indignatus ad vmbras.
Nuſquam caſſa manus Domiti, ſine funere nullum
Vulnus agit Cerealis atrox, duo fulgura belli:
Nec procul alterno vires conamine miſcent.
Effera mors atro campum percurrit amictu.
Non hic, aut illic clementior, vndat vtrinque
Sanguine nigranti tellus, miſcétque Latinum
Barbarico, feſtinat opus teſtudine tectus
Interea miles, confoſſaque mœnia quaſſat,
Ingentem donec ſonitum concuſſa dedere:
Tum vero Iudæa phalanx exterrita caſu,
Conſuetæ dat lora fugæ, muróſque ſecundos
Occupat, obiectiſque innectit vincula portis.
Excluſi fruſtra timidis conuicia iactant
Romulidæ, totoque aliàs altaſque relicti
Euertunt muri partes. Vt ſtridulus ignis
Roboribus mediis primas immittere vires
Si potuit, mox congeriem depaſcitur omnem.
Succeſſu tanto lætus ceſſare maniplos
Imperat, & caſtris feſſos requieſcere Titus:
Ac ſimul ipſe atrum ſudorem corpore tergit.
Sedula quem circum famulantum turba reſultat,
Certatimque ducis virtutem ad ſidera tollit.
Septimus humentes Titan dimouerat vmbras,
Dum feſſis requies ſociis, dum buſta parantur
forte Eremita. ** Emeritis iam morte viris: quum ſigna reuelli*
Multa duces prius hortatus, tum deinde minores
Titus, & excidio iubet inſudare ſecundo.
Maxima pars belli ſtetit ipſo in limine portæ,
Hincque viam tentat miles: nec vt ante ſolebat,
Iudæus latet inſidiis; ſed mœnia velox
Scandit, & armata vallum induit ipſe corona
Dura vtrinque minæ, loris excuſſa volarunt
forte tetigere. *Spicula, & emiſſa cælum* texere ſagittæ.*
Altera ſcrutatur muri teſtudo latebras:
Obſidet æratos impellitque altera poſtes.
Intus maior ibi labor eſt, hos agmine denſo
Obſeruant, molémque addunt, atque obiice firmant,
Romulidæ contra tecti, nec ſaxa timentes,
Nec, pice qui mixtus veniebat deſuper, ignem.
Fortius inſiſtunt ſudibus, validáque bipenni
Vulnera dant foribus: vno nunc cardine tentant
Vellere: nunc aditum ſubter tellure cauata
Exquirunt, alij iaculis, & glande ſoluta
forte Defenſante. ** Defenſare locum ſtantes pro mœnibus arcent.*

A *Immittunt alij ſcalas, mediiſque repulſi*
Conſcendunt gradibus rurſum ac faſtigia prenſant
Summa manu: rurſum valli rediguntur ad ima.
Vt quondam ſumma quum ſtruxerit arbore nidum
Pica loquax ſociúſque thori, ſi pellere capta
Pars aliud ſtatione velit: circumuolat alis
Sæpius, irrumpitque loco, fruſtráque recedit
Inuida pars, acuit noſtrum prior hoſpes & vngues,
Tutatúrque larem, natis pia cura futuris.
Nunc contorta virum defert è mœnibus haſta,
B *Nunc demiſſa ferit: ſtridet balliſta per auras,*
Atque ictum metus anteuenit: cumulatáque ſaxa
Machina ſublimi conatu in mœnia fundit,
Nec leue Veſta rotis moles æquatáque muris
Lignea præſidium eſt, illinc & tela remittit
Pugnator, ſaxiſque & crebro turbine turres
Appetit oppoſitas, rarus tamen vſque cruentam
Pulſat humum moriens, & adhuc ſpectabile bellum
Non videt vndantem nigranti ſanguine campum.
At poſtquam ſeu caſſa dolo ſeu victa, relabi
Ianua, & emoto procumbere cardine iuſſa eſt:* melius viſa.
C *Exceſſere modum Parcæ, citúſque cruorem*
Sicca bibit fuſum tellus, quàm concipit imbres,
Præcipitem ſubitus quum vertit Aquarius vrnam
Grandinis in morem, denſum coit vndique vulgus,
Ac duplici clauſos muro anfractúque viarum,
Palantes cædunt Italos, ignémque facéſque
Enſibus immiſcent: voces clangore tubarum
Confuſæ penetrant nubes, atque æthera pulſant.
Ille dies potuit omnem fulcire ruinam,
Vlciſcique tuos manes, ac buſta piare
D *Plebs Hebræa ſemel, prorſus ni fata tenaci*
In te iuraſſent animo, iuſtique Tonantis
Extremas ſcelerum pœnas vindicta tuorum
Poſceret. Eoi quicquid ſubſidere regni
Eſt hominum, licet huc vires properatáque mittat*
Auxilia, ſtabiles fatorum vertere leges
Non potes, inſtantémque vrbi vitare ruinam.
Vidit vt aduerſa fortunam tendere fronte
Titus, & innumeras cædes, ſtragémque ſuorum:
Colligit extemplo robur, celerique ſagitta
E *Armatum ſe quemque iubet conſiſtere circum:*
Ipſéque dum monitus non fauſto limine miles
Exeat, oppoſitis paucis in prælia dextris.
Suſtinet ingentes æſtus, bellique furorem:
Paulatim inde refert greſſus, ſic denique tanto
Ereptum caſu melior fortuna recepit:
Liberiore polo, tutis ac reddidit armis,* rectius arcis.
Hoſtili ceſſante manu, viréſque timentis
Vrbe procul conferre ſuas, tum protinus alas
Diſperſas cogit tubicen, dextráſque calentes
F *Non patitur languere mora, ſed parcius vti*
Libertate monet poſthac, nec clauſtra ſubire
Arcta quibus tantum pateat via: mœnia pulſent
Et latos aditus non imo limite quærant:
Maxima cunctando fieri, ſic pauca locutus,
Alterno muris acies incumbere mandat
Subſidio, totas belli nec laxat habenas,
Acceſſúque nouo ſemper pars ægra leuatur.
At Iudæa rudis nulla non parte laborat
Omnis, & extremis ſatagit ſuccurrere rebus,
Omnibus éque locis hortatur voluere ſaxa

Accenſaſque faces, & acuta cuſpide contos.
Excipit impauido perſiſtens vinea dorſo
Quicquid demittat telorum, excuſſaque iactat
Cuncta procul. Ceu cùm guttis aquilone gelatis
Tecta crepant, reſilit grando, colliſaque longe
Frangitur, aut vano terræ delabitur ictu.
Rurſus agunt ſcalas agiles, ſcandantque Latini
Ferratis tecti clypeis, atque aëre pendent
Corpore plus medio, ac trepidos ſtatione repellunt
Pugnantes, coguntque loco diſcedere victos.
Perſonat, immitiſque aries properata reducit
Brachia: puluereo crebreſcit machina fumo:
Et muri partem cum defenſoribus aufert,
Summa petens: ſubeunt alij, cratémque recentes
Alternant: paries infra ſupraque minaci
Nunc cornu impulſus, teretis nunc pondere ſaxi
Nutat, & inſtantis dat proxima ſigna ruinæ,
Addit onus defenſor & in ſua damna, corona
Accumulant ſeſe ciues, atque omnia mittunt
Nequicquam piceos ignes, tormenta, molares:
Treis adeo ſoleis, totidémque inſtantia noctes
Bella premunt miſeros, nec ſpes datur vlla quietis,
Accedente nouo muris, ſempérque parato
Milite: iam feſſos quatiebat anhelitus artus:
Brachia iam deerant operi, laſſaque fluebat fortè interdum.
** Incertum ceruice caput: quum murmure cælum*
Obſtrepuit, tardéque fugam tentare parantes
Opprimit horrifico moles euerſa fragore:
Haud aliter quàm cum penetrauit viſcera terræ
Ventus, & ad crepitum Siculis habitator in oris
Tecta piger linquit: caſu præuentus iniquo
Obruitur, ſubitóque domus ſepelitur hiatu,
Vincentum pariter clamor gemituſque cadentum
Aſtra ferit, denſo glomerataque puluere nubes
Eripit ex oculis lucem: procedere Titus
Attonitoſque ſequi, quos non preſſere ruinæ,
Ipſe vetat, clauſoſque extremo carcere donat.
Hæc Deus interea rerumque hominumque creator
Preſpiciens alto patrum cingente ſenatu,
Stellifero nixus ſolio, ſic ora reſoluit,
Innati conuerſa, latus: Nunc denique noſtras
Agnoſcit Iudæa minas: nunc noſtra merentur
Verba fidem, nunquam veſanæ credita menti,
Cœpta placent, bene habet, ſéque ò Romane, probaui
Hactenus: ipſa ſui partem nunc ſanguinis hoſti,
Dum requies non longa datur, diſcordibus vltro
Hauriat vrbs animis: populos domitare ſuperbos
Nulla magis vindicta poteſt, ciuilia ſecum
Quam ſi bella gerant: notam ſquallentis Auerni
Carpe viam, claroque iterum delabere cælo
Nunc Raphaël, rurſumque iube, cui prima dediſti
Munera tollendæ pacis, fœduſque Latinum
Soluendi, dæmon ſuperas ſe tollat ad auras,
Inteſtina ferens odia, ac contraria miſcens
Arma armis, rubeat cognato ſanguine tellus;
Hoc duce ſæua fames alias poſt hanc mihi cladem
Præſtabit mortes, & ab æthere tracta nocenti
Dira lues, totas libet hic dimittere habenas
Queis viſum ſæuire mihi eſt, totumque flagellum
*Excutere, inuiſæ ſtirpis * ne nos modo patres* Lege ne vos.
Cura dolorque premat, iuſtæ quo accedite cauſæ,
Gaudia veſtra manent, fuluas celer explicat alas

A *Angelus, & dicto citius ſub tartara labens*
Mox redit inferno poſt terga ſatellite ducto.
Fulminea piſcem veluti ſpeculatus in vnda
Scindit aquas præceps mergus, prodigitque repente,
Præda illi roſtro ſaliens dependet acuto:
Segnius, haud ſtygiam ſubiit Raphaëlque paludem
Deſeruit, iuſſoque nefas properare miniſtro,
Quo deductus erat, puri conuexa reuiſit
Ætheris, ipſe ſuas dæmon conuerſus ad artes
Tecta petit Solymæ, viſos paulo ante penates.
B *Ergo vbi conſuetum ſparſit per pectora virus,*
Et comes huic virga ſignauit quouſque cruenta
Seditio, tremuit toto diſcordia vulgo,
Motaque diuerſis ſonuerunt partibus arma.
Necdum cauſa ſatis væſani nota furoris
Ad ſcelus accendit multos: munimine templi
Zelotæ inſultant, ſæuaque tyrannide regnant.
Nec ſpoliare palàm pudet, aut occidere, ſi quis
Effera iura pati, & iuſſis parere recuſet.
Surgit Idumæus contrà, iamque agmine facto Dea b[illegible] Sia [illegible] Tu M[illegible] teſte [illegible] mo.
C *In foribus ſiſtit bellum mortalis* Enyo.*
O furor, ô rabies: ipſis ſub mœnibus hoſtem
Eſſe fugit miſeros, optantque domeſtica tantum
Prælia, vicino gaudet plus ſanguine Mauors.
Porticus extabat templi decus, alta, patenſque
Spectatæ artis opus, candenti marmore fultus
Cui paries, varióque ſolum de marmore ſtratum,
Auratæque trabes, Libani de colle reciſæ,
Munibant ſummi fulgentia culmina tecti.
Quo ſe turba loco donis ad ſacra paratis
Purgandam veteri ritu conferre ſolebat.
D *Hanc, vt ſacrilegi ſpacioſior area belli*
Eſſet, Idumæus flammis ferróque petitam
Diruit, æquauitque ſolo: ſed nulla tyrannos
Arma mouent: obſtatque alta ſublimis ab æde
Zelotes velut arce, acceptáque tela remittit,
Æratasque fores, conantem euertere turbam
Submouet igne pari: facibuſque per aëra miſſis,
Nunc cedit flammis, nunc irritata furore
Illa ſubit rurſus, fatóque potentior ira eſt.
Tandem victa cadunt, proſtratáque limina terræ
Calcat Idumæus: tantæ ſed ſeptus in orbem
E *Mari habuit primum, compreſſaque corpora plures*
Exiguum turbæ, ſpatium vix arma mouendi
Quàm percuſſa dabant mortes, at ſtringere ferrum
Vt potuere manus, atque hoſtem comperit hoſtis,
Omne pauimentum texit cruor agmine ſtructo,
Mox tamen eiicitur victor, contráque reſiſtit
Zelotes iterum, & capta ſemel æde potitur.
Sic alterna mouent inſanæ prælia partes:
Nec minus inter ſe vulgus quoque diſſidet ipſum,
Pars veniam hortatur, pacémque ex hoſte petendã
F *Pars negat: hanc firmat dæmon, mediuſque recurrit*
Dira ferens odia, atque ignem flagrantibus addit.
Quis numerum cæſæ plebis, quis funera verſu
Explicet? ira minor, veris cum tempora poſcunt
Aſſuetam Venerem, & tepidus calor incitat artus,
Vexat apros, rabidoſque lupos, Libycoſque leones:
Tanta nec Ionios fluctus violentia tollit,
Littora quum tenuere duo contraria venti.
Cladibus acceſſit tantis præcordia torquens
Dira fames, & in omne nefas, pietate relicta,

ieiu nuit. *Plebs ieiuna* ruens Dominum qui ſola timere*
Negligit, excuſſaque iugum ceruice repellit.
Nam quo forte die, non expectatus ad vrbem
Venerat, & Latius obſedit mœnia ductor,
Annua pontifici priſco de more redibant,
Azyma quæ dixere patres, celeberrima genti
Ex quo iura Phari Moſos & regis acerbas
Exod. 11. 13. & 14. *Effugit leges, populúmque per auia duxit,*
Sæpe recuſantem balbo parere magiſtro.
Concurſu magno in templum, matróſque viróſque
Traxerat ille dies pagos atque oppida circum,
Vltima futuros irato ſacra Tonanti.
Iámque abſumpta Ceres ad triſtia pabula vulgus
Cogere, poſt omnes vulſis radicibus herbas,
Poſt armenta, nihil fœdum ſibi venter inanis
Cenſuit, immundóſque canes, & viſcera equorum
Eſurit: cúmque hoſte ſuo feruentibus vndis
Educti cæci mures bullire latebris.
Ah facies miſeranda loci! fluitantia colla
Paruulus infelix miſeræ inter brachia ponens
Orat opem matris, fruſtráque arentia ſugit
Vbera: poſcit opem coniunx defecta maritum
Viribus: orat hians pauper, vicóſque per vrbis,
Nequicquam laſſis tundit vagus oſtia palmis:
Tunc cadit, irrumpit crudelis in oſtia latro,
Nec dubitat luſtrare palam, ſeruetur operti,
Si quid forte cibi, preſſoque è gutture fruſtum,
Semeſum detraxit atrox violentia multis.
Audetiſne loqui: an melius tacuiſſe putatis,
Aonides Muſæ facinus, quod ſecula damnent
Omnia, quodque legens contracto turbidus ore
Horreat? humanis auſos producere vitam
Quoſdam etiam, vacuā ſaturaſſeq; carnibus aluū.
Te tamen Hyrcanas vincis quæ ſola furore,
Tigrides agnoſcent, nunquámque merebere diri
Inuidiam facti mulier, non digna parentis
Nomine: quam plumas etiam nunc ſanguine tincta,
Progne Ityn filium patri tereo expoſuit manducandum, vide Ouid. li. 6. Metamorphoſ. *Præferat ipſa ſuo ſceleri cum Colchide Progne?*
Nulla ſuos euicta fame breuis ira nocentes
Efficit, ingratis non conceſſura maritis.
Denique Threicio natum prandere Tyranno,
Vna dedit, cocto non ipſa cadauere paſta eſt.
Quid lacrymas fundis paruos crudelis in artus?
Quid fortem excuſas, laniandis oſcula membris
Imprimis? hæc pietas ſimulati pectoris: vſquam
Maria Eleazaris filia, Ioſeph. l. 7. de bello Iud. cap. 8. *Non latura fidem Maria eſt: ne deſere quicquam*
Spectandum ſaltem, atque vna conſumito menſa
Quicquid habes nati: ſeruata parte parumper
Securam vis eſſe famem, & tua crimina celas?
Nil agis: hoc ſenſit raptor, naréſque ſecutus,
Intrat tecta ferox, epuláſque, ô fœmina, clamat,
Detege: quid ſupereſt etiam nunc paupere menſa?
Nudarant enſes, laceras perculſa timore
Relliquias profert genitrix: ac talia fatur;
Sumite quæ reſtant ſceleratæ viſcera matri,
Cætera qui peperit venter tenet: hos ego fudi,
Hos regeram artus infelix: mihi demito partem
Criminis, atque auidos hos hic quoque figite dentes,
Diriguit viſu prædo, ferrumque remittens
Exceſſit tectis, facinuſque exhorruit ingens,
Fortunæ pariter matrique nefanda precatus,
At magis atq; magis miſerum per compita vulgus

A *Deficere: hic alios dura conſiſtere terra*
Exanimes, alios ægre ſuprema mouentes
Lumina, & extremis ſingultibus exhalantes
Aſpiceres vitam: ſuperabat copia lethi
Tanta rogos, nec iam congeſta cadauera foſſas* forte foſſæ.
Accipiunt: pars magna iacens neglecta ſub ipſo
Æthere deſeritur, curuáque recondita valle.
Hinc noua cauſa necis: putres attraxit odores,
Feruidus & tractis ſubito contabuit aër.
Ergo, & qui victus fuerat, pulmone grauato
B *Peſtiferis longum tamen hic non obſtitit auris:*
Quique ſolet vitam dare ſpiritus ille premebat:
Quis ſupereſſe animos cuiquam poſt funera tanta
Crediderit? ſpirant iræ atque odia aſpera mentes
Exagitant iterum, ſuetaſque innectere fraudes
Auſa manes Ceſti flammis tormenta cremare
Concipit, & magnis lumen non defuit auſis.* forte numen.
Addiderat Megaſer ſeſeque Abienus eunti,
Haud pedibus ſegnes ambo: celerique ſagitta
Ocyus effuſi muris, in caſtra volarunt.
C *Et prius accenſo ſtridentes robore flammas*
Aſpexit Latius miles, quàm ſenſerit hoſtem
In ſua iam volucri conuerſum mœnia curſu:
Tanta breui moles ſpacio (mirabile dictu)
Corruit auxilio vndarum: ſuccurrere miles
Nec potuit minimam ſaltem ſubducere partem.
Tam cito de ſummi percuſſa cacumine montis
Carpitur igne Iouis, quercúſque è ſulphure ſacro
Soluitur in cineres: paſtor ſtupet inſcius ipſe
Abdiderit fulgur qua ſe tellure coruſcum.
Tum verò exarſit Tito dolor oſſibus ingens,
D *Commotòque omnis pietas è pectore ceſſit.*
Nec mora, demenſus ſpacium, non aggere valli
Contentus tantum fragili, noua mœnia circum
Conſtruit, & lata clauſos indagine cingit,
Longa dies nec traxit opus: ſpectauit Eoo
Orbe procul naſcens Titan fundamina prima:
Tertius Heſperias crinem merſurus in vndas,
Iam conſummati reſpexit ſumma laboris. Vide Lucanum lib. 6. Herodotus ſcribit Xerxem in Helleſponto m... ſtruxiſſe 1206. nautum põtem, Seſtũque Abydo, hoc eſt Europam Aſiæ iunxiſſe.
Abroget his quicunque fidem, potiúſque receſſu
Complexum magno colles, incultáque longe
Te loca, dum generum nequicquam claudere Cæſar
E *Poſſe putas, credat: vno quos fulmine belli*
Conatus luſere duces, pia caſtra ſecuti:
Audiat & potius ingentem Seſton Abydo
Extructum Medo pontem mandante tyranno:
Hæc non ficta: Dei ſancta nos prole canente
Aſſerimus Iudæa tibi ſub mœnibus ipſis,
Tu lacrymas, tu fatidico de pectore vocem
Audiſti: mitis Chriſtum quum ferret aſella. Lucæ 19.
Vidit vt incluſos alio munimine muros,
Nec ſupereſſe fugam tantis Iudæa periclis:
F *Continuo cecidere animi, ſpéſque omnis acerbu*
Pulſa metu liquit mentes: tum denique victam
Se confeſſa, manus fatis permiſit iniquis.
Vt quinauta diu pelago luctatus & vnda,
In fauces tandem rapitur, vada cæca, charybdis:
Remorum diffidit ope, ſempérque barathri* forte baratheo.
Expectat trepidans inhiantia viſcera condi.
Hic timidus, patrio careat ne morte ſepulcro,* aut forte.
Intrat adhuc ſpirans tumulum: ſtruit ille ſupremos
Conſcenditque rogos: vrnaque recondere ſeruos

Oſſa cremata iubet: laqueo premit alter ab alta
Colla trabes, triſtes vltro bibit ille cicutas.
At ſi quis miſeræ fugiendo parcere vitæ
Tentaret ſtimulante fame, Romanáque ſigna
Fallere: deprenſus ſub mœnia prima redire
Naribus exectis, & lumine captus vtróque
Cogitur, vnde vlli lucis tam dira cupido?
Et tamen hæc multis inerat: ſors improba maius
Sæuitiæ dedit exemplum: Nam forte relapſus
Caſtrorum inſidiis, aurum quod transfuga ventri
Condiderat, dum purgata clam quæreret aluo,
Proditur aucta Syri quæ vox vt militis aures
Contigit atq; Arabis, (gens hæc auidiſſima cęſus)
Protinus obſedere vias, & viſcera ſæuus
Scrutari cœpit gladius: proh turpia quæ non
Auri ſuadet amor? quæ non mortalia cogit
Pectora? Semianimi pulſabat corpore terram
Captiuus, dum cruda manus vitalibus hærens
Quærit opes, latebraſque alui percurrit in omnes.
H rruit auditu, quanquam hunc accenderat ira,
Dux Latius, gentique feræ metuenda minatus,
Gratatur ſuperis ſcelus hoc non eſſe Quiritum.
Sed nunc ſumma vocant fatalis cornua belli
Iamdudum puras hoſtili ſanguine dextras:
Marſque fremens in caſtra negat torpeſcere ſegnis.* * forte ſegnes.
Nunc ades extremo, maiórque accede labori
Calliope: tuque ô vatum pater optime, ſeu te
Phœbe tenet Delos, ſeu te ventura canentem
Expectat dubius Cyrrhæ conſultor ad antrum:
Quicquid agas, cœptis paulum diuertere curis,
Et ſacrum mihi tende chelin: videt vltima metæ
Noſter equus, iamiámque capit ſpes ardua palmam.
Vt primum infandi reparauit prouidus ignis
Damna faber: iubet ære cauo diſperſa vocari
Agmina magnanimus ductor, mediiſque recedit
Altior ipſo choro. tum facta ſilentia cunctis:
Atque has facundo deprompſit pectore voces;
Nunc opus eſt animis ſocij maioribus vti,
Nunc vires efferre nouas, victoria finem
Reſpicit, & rerum probat exitus omnia fœlix,
Difficiles ſed habent ſemper poſtrema meatus:
Et nihil eſt miſeris violentius, hic mihi fas eſt
Romanos ſpectare viros: hunc ipſe fatebor
Eſſe meum, primo mihi qui vexilla ſequenti
Hæreat, & fati caſus comitetur in omnes.
Hæc eſt illa dies fuſi quæ ſanguinis vſque
Perſoluet pretium: cuius ſpoliatis in armis:
Hebræas quæ pendet opes, incumbite fortes,
Vltima déque tribus proſternite mœnia ferro.
Dixerat, & voces toto ſonuere theatro,
Colliſæque manus: Aquilas tum ſignifer alte
Extulit, & denſæ muros cinxere coronæ.
Inſiſtunt pariter ciues, ſolitiſque reſiſtunt
Auxiliis: illinc mittuntur ſpecula mille:
Inde volant totidem: iactantur ſaxa trabéſque
Omne genus teli, ſolido ſed vinea tergo
Nil metuens perſtat, ferrataque cornua duri
Arietis irritant: magno procul inde fragore
Adiuuat exiguam, nec defert machina partem.
Aptantur ſcalæ rurſum, clypeiſque ſiniſtris
Conſcendunt agiles tecti de more Latini,
Eque loco pellunt timidos, at mœnia prenſant:

A *At neque par primo robur, conuenerat illis*
Templum ingens, ſed enim durata mente tyranni
Muniterant, arcémque: illas defendere partes
Vrbe etiam euerſa, leuitas furioſa putauit.
Protinus impulſu crebro diſcedere muros
Aſpiciens Titus, præſens cui pectore virtus,
Clamat Io, ſocij, primas calcate ruinas:
En animos, en collectas expromite vires
Romulei iuuenes tonitum ruitura dedere* * lege ſonitum.
Mœnia: quid dubitatis adhuc? mihi credite, palmã
Ille feret primus qui mox veſtigia terra
B *Fixerit hoſtili; non vltimus ipſe ſubibo.*
Talibus exarſit dictis, ac voce Sabini
Mens incenſa Syri, maior cui ſpiritus artus
Implebat paruos, gracilique in corpore ſanguis
Feruidior, ſtetit ante ducem, & tibi maxime Cæſar
Deuoueo hanc animam, dixit, ſi reddere morti
Me mea fata velint: ſin hic quoque mitia ſient
Numina, dum placeam, merces erit vna periclo
Ampla meo, ſic effatus ſuper ardua muri
Enſe minans, clypeóque obiectus ſcandit hiam.
Deſeruere locum Solymi, atque obuerſa dedere
C *Terga viri primum: præceps ſic impetus illum*
Extulerat, ſæuum pariter verbiſque manúque,
Et ſocios timuere pares: ſuccedere nullos
Mox vbi conſpiciunt, vnu que hic regna tenere:
Circum omnes collectis armis, hinc inde fatigant
Vertentem ſeſe, atque agili mucrone tuentem,
Ingenti donec artes dedit ore feneſtram.
Tum ſe præcipiti ſaltu deiecit in vrbem
Subſidio comitum fidens, ac corpora mandat
Multa neci, ſed tarda manus Romana ſubintrat
Auxilio: tamque hic ſaxorum oppreſſus aceruo
Reddiderat luctantem animam per vulnera multa.
D *Poſtquam alios aliósque aditus violentia ferri*
Edidit, & tuto patuit via libera curſu:
Mittit Æolio demiſſi carcere venti,
Qua data porta ruunt: nec tam cito ſpumeus amnis
Aggeribus raptis in campos exit apertos,
Quam loca Rom n e tenuerant prima phalanges.
Nec tenuere modum Parcæ, quantumque perire
Tunc proſtratorum poterat, vix perdere tantum
Eualuere manus: medium peruenit in vrbem.
Aſt vbi pugna ferox, deſperatamque ſalutem
Extremæ populus fortunæ credidit omnis:
E *Hic hæſit belli rabies, mixtúſque coiuit*
Sanguis, & alternæ ſenſerunt vulnera partes:
Ante tamen Titus prudens inuaſerat arcem,
* *Profugium belli, ſi ſors incerta labaret.* * lege Perfugium, & prodita, & La- [illegible] tio habet
Nec præſaga viro mens defuit: actáque retro
Cedebat ſpacium victoribus Itala pubes,
Vulneribus confecta nouis, tergóque pudendis,
Quò procul, ô iuuenes, quo vos timor (inquit) abegit?
State precor, quid terga datis certamine primo?
F *Heu vbi nunc fortes animi. Romanáque virtus!*
State viri, mouit preſſum vox illa pudorem,
Detinuitque fugam: ſtricto tum feruidus ipſe
Enſe ruens, ſiſtit pauidos, ac pectora firmat.
Chaoniæ quales aquila veniente columbæ
Turbantur, ruptóque grege pernicibus alis
In diuerſa metu volitant, curſúſque priores
Attonitæ linquunt: tales Veſpaſius heros

Lucanus. Lucam' b-ge gente e diu vi-rum. Fin. lib.14.cap. 1 ſubfine: Centuro-num in ma nu viri, o-p.mo præ-maturd in ordines ad ſentis per-du, itaqui-lis, a que eius in de-h.iſperaũ honorat, * forte pręſiſtere, vel pteiiſſe.

Reppulit, & trepidos hoſtes dare terga coegit,
Nec minus inſultans Romano cum duce agebat
Iulianus lateri cuſtos qui aſtare ſolebat
Aſſiduus, Lætitiæ vitis præſignis honore:
Strenuus ab, nimiúmque auſus procedere, centum
Nec fultus de more viris, templo ille fugaces
Vſque premens ſequitur, paſſimq; cadauera linquit
Dum manſere pedes: leui ſed ſanguine lapſus
Concidit infelix, preſſúſque vndante tumultu
Indignantem animam fatis conceſſit iniquis,
Ocyus inſtimulat fuſos Bellona flabello,
Hortatúrque referre pedem, & * præſciſcere cōtrà,
Ergo inſtaurato vires rediere furori,
Miſcentúrque manus rurſum, ſpaciúmque viciſſim
Tollitur in medio, numeroſaque corpora victor
Proterit, & craſſo calcat reuoluta cruore.
Non dixiſſe licet mortes, & ſingula fata
Quærere, confuſum nullo Mars ordine bellum
Miſcuit extremum, velocis vulnere teli
Ille cadit: ſæuum hic excepit faucibus enſem,
Ille facem vultu, moritur labentibus alter
Viſceribus: trunco ceruicem depulit alter:
Perfoſſum multis traiecit lancea pectus:
Huic caput emiſſi contritum pondere ſaxi,
Calceatis tantum iacuit pars integra membris.

ſupra: mortalis Enyo. * fortè eiecit.

Mille modos habuit lethi feralis Enyo:
Plus tamen * eiacuit Iudeæ plebis, & intra
Turba fugax iterum templi ſe tuta recepit.
Interea ſparſis circum dum limina turmis
Seruat, & incluſos prohibet diſcedere ductor
Tecta iubet priuata rapi, prædáſque requiri.
Nec piger hic miles, campi fluentis ariſtas
Horrida non citius gelidis Aquilonibus acta,
Grando quatit vertitque agrum radicibus imis.
Quem ſors cúmque dedit, primo miſeranda furori,
Abſtulit adductum nullo diſcrimine ferrum.
Poſt auidus dum quærit opes, atque omnia verſat
Scrutator, multis neglecta cæde pepercit.
Truditur argentum latebris, precioſaque veſtis,
Tentatúmque abdi fruſtra vitalibus aurum.
Ornatus dat ſponte ſuos, pacémque precatur
Virgo tremens, laceróſque humeris effuſa capillos,
Dat teretes gemmas, dat rupta monilia colli
Quondam chara ſui: gemitu centúmque querelis,
Clamantum ac pariter rapientum perſonat aër,
Talis erat Troiæ facies, quum vincula falſi
Rupit equi, victórque Sinon incendia miſcens
Diripienda dedit per noctem Pergama Graiis,
Congeſtas ſpoliis cumulos cuſtodia ſeruat,
Fida ducum, curſu raptor quæ portat anhelo.
Vndique tum dominis rerum, poſt terga ſequuntur
Euincti palmas oculoſque ad ſidera tendunt,
Ne quicquam lacrymis in mœſta fluentibus ora.
At non hæc ſpectans delubri culmina ſummi
Seditioſa cohors, odium implacabile ponit,
Corde truci, ſed ferratis velut abdita clauſtris
Bellua fulua iubas, metuendáque pectore vaſto,
Aut preſſus Sicula ventus regione cauernis,
Affectat per cuncta viam, teliſque laceſſit
Romulidas, nec verba mouent, quæ plurima Titus
Mitior ipſe dabat turri ſpectandus ab alta,
Spem veniæ, paciſque bonæ. Nam parcere ſacro

A Ille loco, ſaltémque vrbis monumenta manere,
Vna cupit tandem dignas exarſit in iras,
Vexataſque iubet bellum inſtaurare cohortes,
Teſtatus ſuperos, & quod Iudæa colebat
Gentibus ignotum numen, nullique videndum.
Nec mora, deducto miles accingitur armis,
Aggere, quum ſubitos oſtendit porticus ignes
Altera, iamque breui ſpatio correpta furente
Vulcano tabulata ruunt. Hoc perfidus hoſtis
Scilicet efferatus curauerat vtile templo,
Pugnando ne quas poſſent timuiſſe latebras.
B Tum Cæſar, Si tanta, inquit, fiducia flammis,
Et nobis proſint flammæ: parteſque relictas
Exteriore ſitu (nam ſe in penetralibus ipſis
Condiderant hoſtes) inceptis ignibus addit,
Inuitus: ſed enim monſtrata exempla ſecutus.
O patriæ decus, ò quondam domus omnipotentis
Chara Deo, toto nullique opus orbe ſecundum,
Muneraq; quo reges tulerant, cupidúſque videndi
Hoſpes thuriferis properauit abuſque Sabæis,
Quò te paucorum præceps audacia vexit?
Nunc, velut amiſſis lato ratis æquore velis,
C Remigióque carens, trunco quam corpore fluctus,
Oppugnant tumidi, certantque euertere Cori,
Extremos caſus, extremáque fata moraris.
Noluit hoc Titus, clementia victa * benigne eſt, *vel benigni.
Principis, & nocuit tibi veſana tuorum.
Libera frons belli iam nil obſtare videbat,
Nudaque erant templi faſtigia, firmat vtrinque
Ira truces animos · ferratum vinea poſtem
Occupat, atque aditus pulſato limine tentat:
Oppoſitæ vires intus fruſtráque laborat
Feſſa manus, ſcalas alij ad faſtigia ponunt:
De ſuper at demiſſa vetant aſcendere tela,
D Saxáque, ſtridentéſque faces, liquefactáque plumbi
Fragmina, ſulphureique ignes, pix inſuper atra,
In ventos vis omnis abit fruſtrata Latini,
Militis inuicti: dum circum robora muri
Anxius ingratam fundit, perditque laborem:
Plurimus intereáque cadit, labentia tandem
Vota ducis (ſiue hic caſus, ſeu numinis illa
Mens fuit) erexit: facti non cognitus auctor:
Sed leuis accenſo penetrauit lancea ferro
Secum alimenta trahens, pauláque excepta feneſtra;
Interiore loco ſic (ſic ſors dabat) arida carpſit,
E Fomentis adiuta ſuis: volat illicet ignis
Altior, & partes (dictu mirabile) totas
Vndique materiam nactus rapit: atra feneſtris
Exundat fumi nubes, atque æthera fuſcat.
Clamorem ingeminant turmæ: conterrita limen
Deſerit obſeſſum, ſatagitque extinguere turba
Intus, * & auxilio ſubeuntia corpora ſurgens, * fortè ac,
Flamma vorat; rupto patuerunt cardine valuæ:
Protinus irrumpúntque hoſtes, loca tutáque, cōplent,
F Hic ſe præcipitem ſpecula demittit ab alta:
Inſcius hoſtiles alter decurrit in enſes;
Dum fugit: ille focis inimicum vitet vt enſem,
Mente fera ſe ſponte iacit, donátque cremandum.
Rurſus cura Deo ſed non accepta, fatigat
Mite ducis pectus, adytis ſuccurrere ſacris
Numinis æterni, & ſanctos ſeruare receſſus:
Clamantem ſed enim maiores æthere voces?

Armorúmque ſonus prohibent accedere ad aures
Militis intenti iugulis: acrique rapinæ.
Ergo vbi cuncta videt dilato carpier igni,
Nec tutas ſatis eſſe moras, iubet ocyus ære
Signa cauo monitúſque dari, quibus atria linquant
Iam lapſura ſolo, ſeſeque in tuta recipiant:
Mox data libertas gladiis punire nocentes.
Ecce autem è latebris demum prodire coacta
Dedita turba ſacris, genibúſque occumbere, vittas
Squalentes, legémque inſanis frontibus offert
Extantem: lacrymis veniámque expoſcit inanem.
Non mihi, centeno ſi vox emiſſa ſonaret
Gutture, tot cædes hominum, tot funera plena

(margin: ...ti habé la h ſtoriæ fides, pe-)

A *Expediam, quos aut gladius gentilis ademit,*
Quive ſua periere manu, quos liuida ventris
Eſuries triſtes animas efflare coëgit:
Nec numerum plebis poſitæ vænalis ad haſtam,
Hic finis Solymæ: huc fati tulit exitus illam,
Tot quondam populis regnantem opibuſque ſuperbā
In putres lapſam cineres, hic vos quoque diuæ,
B *Aonides firmate pedem: fumantia colla*
Soluere tempus equûm, iámque indulgere quieti.*
Venimus ad metam, ſperataque præmia laudis,
Si modo liuor edax dentes compeſcet acerbos.
Accipe ſancte chelyn vatum pater: hactenus vſos
Muneribus nos eſſe tuis, non gratia parua eſt.

(margin: ierunt in ipſa vrbe I ruſalem per omnem mons obſidionis, tamen pelle & hoſti li manu decem centena millia, capti nonaginta ſeptem millia * forte equi.)

D. VENANTII HONORII
CLEMENTIANI FORTVNATI, PICTAVIENSIS EPISCOPI, OPVSCVLA.

1 *De vita, S. Martini; carminum, libri 4.* 2 *Poëmatum & aliorum Opuſculorum, Libri 11.*

EPISTOLA FORTVNATI MISSA GREGORIO PAPÆ.

Domino Sancto & dote meritorum ſacris altaribus adſcito pariter & educto Gregorio Papæ, Fortunatus.

ACuminum ſuorum luculenta veteris ætatis ingenia, qui natura feruidi, cura tuta fulgidi, vſu triti, auſu ſecuri, ore freti, more feſtiui, præclaris operibus celebraturi, poſteris ſtupore laudanda reliquere veſtigia. Certe illi inuentione prouidi, partitione ſerij, distributione librati, epilogorum calce iocundi, veritatis fonte profluì, commate ſucciſo venuſti: tropis, paradigmatibus, periodis, epicherematibus coronati pariter & ornati; Tale ſui canentes dederunt ſpecimē, vt adhuc noſtro tempore quaſi ſibi poſtumi viuere credantur, & ſi non carne, vel carmine. Quos licet ſors fine tulerit, tamen eorum dicta permanent, viuaci memoriæ de mortuis aliquid mors reliquit, nec totum vſquequaque ſepeliuit in tumulo. Cui reſtat liberum vt vel lingua viuat in mundum, hoc neſciens aut a mors auferre cum funere, quod per ora viuentium defunctus videtur currere, Si non pede, poëmate. Io hoc tamen melius ſuperata eſt mors inuida, ſi ſe ſermone ſcoſerit & mercede bis victam: Sed ſicut hos quos claræ linguæ iactitat lux illuſtres, quorum fuerat aperte damnum pati dictæ clari, qui pompoſæ facundiæ florulenta germina niſi miſiſſent in publicum, abditum fecerant peculium. Quorum merita famæ radij per quæque traxerunt, vt peragrantes omnia quicquid magis carmina locis innoteſcerent laus augeret. Ita eis fit conſultius ſi occulantur taciti, qui faſtiditi poterant reuelati. Nec tantum fit exprobabile neſciri quod horreat, quàm patoſci quod vrat, minoriſque diſpendij celata videatur inſcitia quam prolata, quia illic obſtat pudor ne prodatur notitia, hic audacia proditur vt ingerat notam. Vnde, vir Apoſtolice prædicande Papa Gregori, quia viciſſim flagitas vt quædam ex opuſculis iuſtitiæ meæ tibi transferenda proferam, nugarum mearum amitor te amore ſeduci, quæ cum prolatæ fuerint nec mirari poterunt, nec amari: præſertim quod ego impios de Rauenna progrediens Padum, Ateſim, Britam, Plauem liquentiam, Teliamentúmque tranſiens per Alpem Iuliam pendulus montanis anfractibus Draunum nurico: Oenum breuionis, Liccam Bauariam, Danubium Alamannia, Rhenum Germania tranſiens, ac poſt Muſellam, Moſam, Axonam & Sequanam, Ligerim & Garonam Aquitaniæ maxima fluenta tranſmittens, Pyreneis occurrens montibus Iulio niuoſis pene, aut equitando aut dormitando conſcripſerim. Vbi inter Barbaros longo tracto gradiens, aut via feſſus, aut crapula brumali ſub frigore muſa hortante neſcio gelida magis an ebria nouus Orpheus lyricas ſyluæ voces dabant, ſylicáque per Echo reddebat. Quid inter hæc extenſa viatica conſulrè dici potuerit cenſor ipſo menſuta: vbi me non vrgebat vel metus ex iudice, vel probabat vſus ex lege: nec mutabat fauor ex comite, nec emendabat lector ex arte, vbi mihi tantumdem valebat raucum gemere, quàm cantare, apud quos nihil diſpatat aut ſtridor anſeris, aut canor oloris; ſed ſola ſæpe bombicans barbaros ludos harpa relidens: vt inter illos egomet non muſicus poëta, ſed muſicum de roſeo flore carminis poëma non canerem, ſed garriscam; Quò reſidentes auditores inter acerna pocula ſalute bibentes inſana Baccho iudice

(margin notes: al. ta. — al. defunctos videt. — al. peculatum. — al. vintum. — al. admiror. — al. tranans. — al. breonis. — al. Draunum. — al. Norico. — al. diſpat — al. mimicus.)

debacchatent. Quid ibi fabre dictum ſit; vbi quis ſanus vix creditur, niſi ſecum pariter inſanitur? Quo gratulari magis eſt ſi viuere licet poſt bibere: De quo conuiuam Tyrſinum non faſtiditum licet exire, ſed fatuum cum quantum ad mei ſenſus intelligentiam pertinet, quia ſe pi- *al.* Tyrſicum.
gra non explicat. Brutæ animæ ipſa ieiunia ſunt ebria. Hinc eſt quod latens opuſculum & ſi mi- *al.* fatidicum.
nus videtur eſſe formoſum plus liberum; quia de examinatione non habet quod tam trepidet priuatum quàm publicum. Vnde neceſſarie anguſti ſenſus ingenium ſe menſuret cenſore, quod eſt mittendum ſub iudice. Sed quoniam humilem impulſum alacriter Arius renitentem ſub teſtificatione diuini myſterij & ſplendore virtutum Beatiſſimi Martini coniurans hortaris ſedulò, *al.* deducar.
vt citra pudorem meum deduceam me in publicum, me mei friuoli arbitrum, ſcabroſi operis igno- *al.* meis friuolis.
rantiam confitentem. Quod aliis poſcentibus patefacere diſtuli, obediendo cedo virtuti. Hanc ſaltem obtemperanti viciſſitudinem rependas, vt quia hæc fauore magis delectantur quàm iudice; aut tibi tantummodo innoteſcentia telegas; aut intimotum auribus tecum amabiliter quæſo conſolatura committas.

INCIPIT OPVS FORTVNATI
EPISCOPI DE VITA SANCTI MARTINI.

Procemium.

NAuta rudis tumido cum vult dare vela profundo,
Atque procelloſas neſcius intrat aquas
Raucisono latrante ſalo cum perſtrepit æquor
Et vaga terrifico murmurat vnda freto
Exiliens pelagus colles vbi voluit aquoſos,
Planaque dorſa maris mobile rupe tument,
Naufragij tumulos rapiens per confraga pontus
Qua crepitat rabidus monte natante liquor,
Certatim implicitam quatiunt vada cærula cymbã
Cum liquidi campi penſile tranſit iter;
Si fera creſcat hyems vt ſpumis verberet auras,
Et mare cæruleum tollat ad aſtra caput:
Fluctibus excuſſus per nubila nauita currit,
Intrat & aërias pendula prora vias.
Pars ſubit vna ratis, pars altera vergit arenis,
Nutat & in dubio lubrica libra freto.
Nunc ſurſum inſpicitur pelagi furibunda ruina,
Pontus & iratas deſuper armat aquas.
Nunc quoque proſiliens Zephiri pelagique repulſu
Fluctibus ex imis euolat acta ratis.
Afficitur tremulis temerarius arbiter vndis,
Et ſtupet implicitas quas petat arte vias.
Attonitus, trepidus, hebetans, vagus, anxius, anceps,
Confuſo ingenio mox ope nauta caret.
Iámque gubernaclum amittens ratione gerendi
Pondere victus aquæ neſcius arte iacet.
Sic ego de modicis minimus, venerabilis Agnes,
Cum Radegunde ſacra quas colo ſorte pia:
Tendere pollicitum quia cogor ad ardua greſſum,
Imperiis tantis viribus impar agor.
Fluctuat ingenium cui non natat vnda camœnæ,
Senſus arenoſus non rigat ore lacus.
Nam celſum meritis Martinum ad ſydera notum,
Cum ſint vota mihi, non valet arca loqui.
Poſcendum eſt vobis ne naufraga prora laboret,
Flatibus ille ſuis vt mea vela iuuet.
A *Credere tunc potero ad portum mea carbaſa ferri,*
Aſpirante fide ſi ſua flabra fauent.
Ferte precanter opem & de Verbo poſcite verba;
Si fons ille rigat, riuulus iſte manat.
Vos date quod vobis cum fœnore reddat alumnus,
Addam & theſauris parua talenta ſuis.

INCIPIT LIBER PRIMVS.

ALtithronus poſtquam repedauit ad æthera Chriſtus,
Carne triumphali victricia ſigna reportans.
Inclytus inferni ſpoliato carcere diues,
Tartarei reprimens ferialia iura tyranni,
B *Et Stygis omnipotens adamantina clauſtra reuellit*
Sede fera populi longa caligine tecti
Captiuum retrahens foribus bipatentibus agmen
Millibus ereptis ergo eſt vt redditus aſtris,
Et patris in ſolio ſedit ſua dextera dexter,
Quæ conuerſatus dederat miracula terris
Multa Euangelici reſerante volumine libri
Hebraicus cecinit ſtylus, Atticus atque latinus
Proſaico digeſta ſitu commune rotatu:
Primus enim docili diſtinguens ordine carmen
Maieſtatis opus metri canit arte Iuuencus.
Hinc quoque conſpicui radiauit lingua Seduli,
Paucaque perſtrinxit florente Orientius ore,
Martyribuſque piis ſacra hæc donaria mittens
C *Prudens prudenter Prudentius immolat actus*
Stemmate, corde, fide pollens Paulinus & arte
Verſibus explicuit Martini dogma magiſtri,
Sortis Apoſtolicæ quæ geſta vocantur & actus
Facundo eloquio ſulcauit vatis arator
Quod ſacra explicuit ſerie genealogus olim
Alcimus egregio digeſſit acumine præſul.
Aſt ego ſenſus iners Italæ quota portio linguæ,
Fæce grauis, ſermone leuis, ratione pigreſcens,
Mente hebes, arte carens, vſu rudis, ore nec expers,
Paruula Grammaticæ lambens refluamina guttæ,
Rhetorici exiguum prælibans gurgitis hauſtum
Cote ex viridica, cui vix rubigo receſſit,
Qua prius addidici dediſcens, & cui tantum

Artibus ex illis odor eſt in naribus iſtis:
Non prætexta mihi rutilat toga, penula nulla
Fame nuda fames ſupereſt de paupere lingua.
Scilicet inter tot Sanctorum culmina Vatum
Fulmina Doctorum & gemmantia prata loquentū
Nullo flore virens ego tendam texere ſertum,
* miſcens *Mellis & irrigui hæc auſtera abſynthia * miſcam:*
Quod tamen vt facerem fieri res illa coëgit
Quo minus ipſe reus pro crimine redderer amplo:
Conuenienter enim ratio quia plena popoſcit
Huius Pontificis ſolui præconia verbis
Cuius cauſa fuit hac me regione venire.

Vbi veſtiuit pauperem chlamide.

Cap. I. *Ergóne dignus ero Martini geſta beati*
Pannonia geniti, quæ clara Sabaria vernat,
Attrectare manu trepida, vel pangere lingua?
Non eget ille meis tenebris quia luce coruſcans
Gallica celſa Pharus fulgorem extendit ad Indos:
Qua puer in teneris vix pubeſcentibus annis
Frigore ſub gelido terrae criſpante pruina
Cum vndas triſtis hyems fræno glaciale ligaſſet,
Et vaga libertas fluuiorum incluſa lateret
Aſperiore gelu de ſe ſibi vincula nectens,
Plus aqua frigidior tunica veſtita rigoris.
Occurrente igitur portæ Ambianenſis egeno
Qui ſibi reſtiterat chlamidis partitur amictum,
Et feruente fide membris algentibus offert,
Frigoris iſte capit, partem capit ille teporis;
Inter vtroſque inopes partitur feruor & algor,
Et noua mercandi fit nundina frigus & æſtus,
Vnaque paupertas ſatis eſt diuiſa duobus.
Hoc ſe veſte tamen tectum obtulit ipſe Creator,
Martinique chlamys texit velamine Chriſtum:
Nulla Auguſtorum meruit hunc veſtis honorem;
Militis albæ chlamys plus eſt quàm purpura Regis,
Prima hæc virtutum fuit arra & pignus amoris.

De Baptiſmo & hoſtibus ſuperatis.

Cap. II. *Poſt fera barbaries peteret cum Gallica clauſtra*
Ac prope Vangionum premeret loca feruidus hoſtis,
Militiæ Sanctus cuncta emolumenta recuſat.
Hinc ſibi cæſareas fremuit Iulianus in iras;
Imperat vt clauſum teneat cuſtodia iuſtum,
Ac veniente die primus properaret in agmen,
Quo tamen ante aciem ſacer ire fatetur inermis,
Venerat ergo dies belli, pacem expetit hoſtis,
Atque orante vno cecidit furor omnibus armis,
Innumeraſque acies ſolus ſine ſanguine vicit.

Vbi latronem ad fidem Chriſti conuertit.

Cap. III. *Hinc loca latronum incedens ratus ire per Alpes*
Vinctis poſt tergum manibus deductus ab vno
Tempore ſub mortis hoſtis compendia tractus
Credit latro Deum, dum prædicat iſte, colendum:
Et dare qui voluit mortem capit ore ſalutem.
Ducitur ille ferox à religione ligatus,
Atque ſuus prædo Martini præda fit vltro,
Quàm bonus ille iſti, ſed plus pius hic fuit illi:
A *Seruantur ſimul; ille fide, ac hic corpore viuens:*
Ambo valent dum nemo cadit, ſic vicit vterque.

Vbi Dæmonem à ſe repulit.

Hinc loca præteriens pulcherrima Mediolani Cap. IV.
Florea rura terens per amœna vireta viator
Obuius occurrit vetus & temerarius hoſtis,
Mentitus ſpeciem humanæ ſub imagine formæ;
Falſiloquax pereunte fide malè doctus in arte
Quod peteretur iter quærit: Cui cominus illo
B *Huc properare refert quà ſe Deus ire vocaret:*
Cui ferus hoſtis ait: Quacunque accedere tendens
Tecum pergo nocens, vota in contraria currens:
Voce prophetali Sanctus cui protinus inſit;
Eſt meus adiutor Dominus, mala nulla verebor
Ne timeam timidum timor eſt Deus arma timentū;
Tutus in aduerſis gradior rectore ſuperno:
Inſidiis via nulla patet ſub tegmine diuo.
Hæc ait & validi transfixus cuſpide verbi
Dæmō abeſt. Sic vmbra fugit quā Chriſtus obūbrat.

C
Vbi matrem ſuam baptizauit.

Interea matrem gentili errore reſoluens, Cap. V.
Illa iſtum mundo, hic illam generauit Olympo;
Decrepitamque ſenem ſancto facit amne renaſci;
Et meliore ſinu generant ſua viſcera matrem.

De Arriana hæreſi.

Dogmaque ſacrilego quod fuderat Arrius ore Cap. VI.
Tempeſtate graui totum populauerat orbem
Per magis Illyricū malè naufraga lingua natabat.
D *Hinc quoque cœperunt naſci noua prælia iuſto,*
Fortior vt fieret reparatis belliger armis,
Ad virtutis opus per multa pericula creſcens.
Vir pius ergo ſagax, fideique athleta fidelis
Sparſa venena hereſis reprimendo dimicat hoſti,
Suppliciis lacerus, flagris datus, vrbe repulſus.
Rem patris ac Geniti æqualem vel Spiritus almi
Vim, genus & ſpecimen, virtutem, lumen, honorem,
Vnum velle trium ſua per tormenta fatetur:
Dulcia membra viri per amara flagella cauantur,
Et Chriſti iuuenem veterata piacula torquent:
E *Sed grauior ſit pœna leuis per nomen amantis.*

De exilio S. Hilarij & cella conſtructa.

* *Et quia ſummus apex fidei, virtutis, honoris* Cap. VII.
Hilarius famæ radios iactabat in orbem
Rite Sacerdotij penetralia iura gubernans,
Buccina terribilis, tuba legis, præco tonantis,
Pulchrior electro, ter cocto ardentior auro
Largior Eridano, Rhodano torrentior amplo,
F *Vberior Nilo, generoſo ſparſior Hyſtro*
Cordis inundantis doctis ructare fluenta
Fontibus ingenij ſitientia pectora rorans.
Mens Euangelicis bis bini plena libelli
Quatuor ore ſuo manans noua flumina mundo
Ornatum Eccleſiæ pollens diadema coruſcum
In membris Chriſti capitis velut infula fulgens

Pectore belligerans adamantinus arte topazos
Ad virtutis opus mens inconcuſſa palæſtris,
Gemmifer eloquiis radiantior ore lapillis,
Doctor Apoſtolicus vacuans ratione Sophiſtas,
Dogmate, luce, fide informans virtute ſequaces.
Hoſtibus hic quoniam grauis inſuperabilis eſſet
Ducitur exilio qua longa Seleucia tendit
Regis & auxilio petit hinc ſua præmia miles
Cuius in abſceſſum errori vaga Gallia cedit,
Et regio titubat tanta ſe turre mouente.
Hoc vbi perpropere Martinus comperit, inde
Conſtituit cellam ſub vertice Mediolani,
Expulit vnde virum tum Auxentius auctor iniquus.

Vbi Gallinariam inſulam expetiit.

Cap. VIII. *Hinc pius exul adit qua Gallinaria turget*
Inſula, frugis inops viuens radicibus herbæ:
Ergo venenatum elleborum mox ſumpſit ab ore.
Incipit inde mori qua viuere credidit eſcis;
Sed graue virus agens oratio ſola fugauit,
Et viuente viro intra ſe ſua mortua mors eſt.

De reditu S. Hilarij, & mortuo reſuſcitato.

Cap. IX. *Rurſus vt Hilario redeundi eſt ceſſa facultas,*
Excurrit properus ſua poſt veſtigia iuſſus;
Excipit hic cupidum cupiens, & amator amantem,
Fitque monaſterium Pictaua comminus vrbe.
Iungitur inde ſacro catechumenus ore docendus,
Atque abſente viro rapuit graue funus amicum.
En ſubitò Martinus adeſt qui defuit abſens:
Ecce redit pietas, redit & ſimul arra ſalutis.
Ergo vbi conſpexit gelidum de febre cadauer
Flet, gemit, accurrit, dolet, eiulat, vritur, angit,
Concipienſque fidem cella omnes iuſſit abire,
Excluſiſque foris foribus, ſine teſte relictus:
Tunc ſuper algentis corpus proſternitur ardens
Iudicis exactor reuomant vt Tartara functum.
Interea geminis ſpatio remorante ſub horis,
Ecce redit facies, ſaliunt per membra vapores:
Stat rubor inde genis, oculos pupilla repingit;
Rurſus & inſertus renouat ſpecularia viſus:
Vena tumet riuit animato fonte cruoris,
Paulatim aſſurgit fabrica titubante columna,
Frigiturque iacens pariter domus & ſuus hoſpes;
Ipſe iterum poſt ſe viuens idem auctor & hæres:
Qui rediuiuus ait ſe iudicis ante tribunal,
Ductum damnandum Martino orante reductum.

De ſeruo Lupicini ſuſcitato.

Cap. X. *Lupicini demum celerans dum præterit agrum,*
Comperit heu famulum crudeli funere raptum
Elidendo ſuum fera per ſuſpendia collum:
Acceſſitque vbi ſic malè pendula præda iacebat;
Expulit hinc cunctos, ſolus ſolita arma requirens.
Incubuit ſuper exanimis pallentia membra,
Et premit arca ſacri, hunc ne deprimat arca ſepulcri:
Mox tamen ore precem vt defuncti miſit in aurem,
Mors pede verſa retro prædam fugitiua reliquit,
Euomuitque vorax auida de fauce rapinam.

A *Protinus exiluit lento conamine functi*
Iam leuior ſe terra mouens, animata calore,
Languida colla leuans oculoſque ex morte ſoporos,
Vix reſerans grauido vigilantia lumina viſu;
Mortis odoreque adhuc remanente in naribus illis:
Sed ſolam ante manum totos ſimul erigit artus,
Et ſtetit intrepidis membrorum machina plantis:
Viuificatus enim greſſum meditando rediſcens
Reddidit obſequium vitæ pro munere ſancto,
Vſque ad veſtibulum domus illum ducere tendens;
Defunctum eripuit ſubito qui ex limine mortis;
B *Pro mercede manens hæc compenſatio iuſto,*
Gloria Chriſte tibi, facit hæc qui mira per orbem.

De ordinatione Epiſcopatus.

Accidit vt Turonum præſul peteretur ad vrbem, Cap. XI.
Nec tamen educi poſſit de limine cellæ:
Ruricius quidam, ſimulata febre ingalit,
Obtinet egreſſum ſancta ad veſtigia ſupplex:
Vrbibus ex reliquis noua conciliabula currunt,
Lætificata ſimul ſanctam ſe ferre rapinam.
Nec tamen effugiat, iuſtum cuſtodia vallat.
C *Interea, paucis eunc obſiſtentibus, inſons*
Eligitur, trahitur, ſacratur, & arce locatur.
Æmulus vnus erat Defenſor Epiſcopus, obſtans
Ne Martinus oues paſtor curaret alendas.
Nec mora, iudicio Domini, lectore canente
Verſiculo pſalmi Defenſor ſponte notatur.

Ex ore infantum & lactentum perfice laudem.

Nunc Defenſorem qui ſic bene deſtruis, inquit,
D *Mox fragor aſtra petit, clamor vagus atria cōplet,*
Et docet illeſa nor de Defenſore reatum,
Additusque vir eſt ſe iudice teſte Propheta.

De monaſterio ſub alta rupe conſtructo.

Inde monaſterium ſibi condit rupe ſub alta Cap. XII.
Vir monachus præſtans in pontificatus honore,
Plurima conueniunt vbi ſancta examina fratrum.
Ergo aderat propius locus & celeberrimus olim,
E *Ampla vetuſtatis cum tempora tranſiluiſſent,*
Martyris eſſe pium ſpargebat opinio cultum:
Qua ſacer exorans tumulo ſalit vmbra ſepulcri
Læua ex parte loquens meritis, res ipſa ſiniſtra:
Imperat vt nomen fateatur imago, vel actum:
Nil cum Martyribus ſibi participare beatis,
His quia palma manet, cum ſe malè pœna teneret.
Omnibus auditur, Martino cernitur vni.
Illa ſuperſtitio tali ſub ſorte vetatur.
Sic altare ſimul remouetur, larua fugatur.

F

De gentilibus in vno loco fixis.

Poſt iter arripiens comitatu religioſum Cap. XIII.
Exequiis ſubito gentilibus obuius exit
Dum putat inde vehi cultu ſimulacra profano
Pingit in aduerſos ſignum Crucis: Illa cucurrit
Ante virum ſua bella gerens pietatis amica.
Obuia turba riget greſſuſque extorpuit ægro.

Ante immota gradu vertigine rapta retatur.
Additur illud onus, deponunt colla cadauer,
Nec iam ferre valent, & mors in pondere creſcit.
Tunc ſacer inſpiciens .opus hoc eſſe exequiarum,
Iuſſit abire procul, digitis crucis arma repingens;
Vnde ligauit iter, miſeratus & inde reſoluit,
Vna eademque manu mandata per aëra mittens
Hoc mirum faciens de ſuſpicione Sacerdos.

De pinu ſigno crucis à ſe repulſa.

Cap. xiv. Protinus antiquum cupiens exurere fanum
Iuſſit, & accliuem propius ſuccidere pinum;
Obuia congreditur cui ruſtica concio pugnax
Ne ſuccidatur res nata & debita flammis.
Proinde paciſcuntur hac lege excidere pinum,
Si Martinus eam valeat retinere ruentem.
Annuit hoc populus, hoc ſpondet ſponte Sacerdos:
Mollia ſubduntur rigido ſub ſtipite membra,
Et ſuſpectatur pini peritura ruina.
Interea rapidis ſonat icta bipennibus arbor,
Atque ſub increpitans caſura cacumine nutat:
Paulatim inclinans iam victa ſecure ruebat:
Turbati monachi ſpectant extrema magiſtri,
Credentes ramis transfigere viſcera iuſti:
Vir tamen intrepidus perſtat, pinóque cadenti
Obtulit arma crucis, cumulans ſua bella triumphis
Extimuit fugitiua virum repedabilis arbor,
Et ruitura procul ſuſpendit in aëra lapſum.
Excutiens retro verſa comas ſine morte caducum
Continuit ſaltum ſeſe per inania librans
Contra naturam ſucciſa & curua repugnans,
Mox petit illud iter, qua non ſua pondera torquent.
Hinc ad ruricolas vertigo infeſta retatur,
In montem exiliens vindex vt puniat hoſtes;
Reſque parata neci fuit vltio facta ſalutis.
Fit fragor in partes: monachi per gaudia deflent:
Gentiles ſtupidi noua per miracula pallent.
Iudicio ligni eſt hominum molliſa voluntas:
Expetit arma crucis conuerſa errore repulſo;
Et timor hic pini Martinum fecit amari:
Maiorem generans fructum cum decidit arbor.

Vbi fano incenſo ignem à domo repulit.

Cap. xv. Hinc iubet alterius ſuccendere culmina Fani:
Vicinamque domum cum flammea lingua voraret
Viribus ardor agens totis, laxatus habenis,
Obuius ipſe volat quantum globus igneus ibat
Scādens tecta domus: Hinc verba precantia mittit:
Mox tota in ventos reuoluta incendia feruent,
Et contra Boream Vulcanius ardor anhelat,
Seditione mouent elementa domeſtica rixas.
Aduerſis zephyris videas pugnare fauillas.
Hinc furor Auſtralis premit, hinc velocibus alis
Flamma volans Borinas mordebat in aëre pennas
Oblactata diu, tandemque excta per auras,
Quas amare ſolens fugiebant flamina flammas,
Conditione noua fatis eſt res mira per orbem:
Flabra timent ignem, timet ignis ligna vorare,
Atque auidæ flammæ ſua nutrimenta paueſcunt,
Paulatimque focis elanguida lingua reſorbet:

A Vrere qui ſolet à ſeipſo conſumitur ignis;
Martinique fides ſine nubibus intulit imbres.

De Angelorum auxilio.

Rurſus vt hinc aliud cuperet ſubuertere templū, Cap. xvi.
Ruſtica turba vetat diuelli Fana profana
Vnde repulſus adit loca proxima: Sed biduano
Contectus cinere & ſetis ieiunia ducens,
Numinis auxilium ad templa imminueda precatur.
B Militiæ Angelicæ coram duo protinus adſunt
Syderici proceres, haſtas & ſcuta tenentes:
Comminus hi Sanctum compellunt vocibus vltro:
Præſidus Martine tuis delabimur aſtris,
Squalidus ipſe ſedens, ſed ſit tua cura Tonanti
Suffragiiſque tuis cæli fremit arduus axis,
Belliger, & totus conſpirat Olympus in armis,
Vt cœpta efficias, per nos tibi militat æther;
Mittimur à Domino gemini tua caſtra regentes,
Hac pro parte duces melior qua cauſa laborat.
C Nunc age rumpe moras, neu ruſtica turba rebellet
Arma miniſtra vides, noſtrum eſt ſuperare ſuperbo
Irrue; ne trepides, ope noſtra ad templa ruenda,
Nec titubare decet, fauor eſt vbi numinis almi.
Tum ſacer aggrediens propius diſſoluere templum
Idola comminuit, Fana eruit, obruit aras,
Totaque ſublimis iacuit ſub puluere moles,
Ruſticitas inimica prius fauet ipſa ruinæ:
Inſtat & excidio quæ defendebat iniquum
Idola proiiciens, numen confeſſa Tonantis,
Vno eodemque ictu hoc reſpuit, eligit illud.
D

De percuſſore, oratione ſuperato.

Poſt Eduorum dum templum diuellere tentat Cap. xvii.
Obſtant inculti cultores ruricolares
Ne colerent melius, ſua ſi cultura periret:
Ex quibus audaci niſu malè fortior vnus,
Dum cuperet gladio caput obtruncare ſacratum
Cui nuda ceruice pater ſeſe obtulit vltro:
Aſt vbi mente ferox totas collegerat iras
E Exacuens rabiem, ſed cordis acumine tonſus
Acrius inſiliens totos ſuſpenderat artus,
Bis furor armatus iuguli ruiturus in ictum,
Tam grauius feriens quantum altè educitur enſis
Aſtrictis capulo digitis dum temperat vngues
Noxius horrifica meditatus vulnera dextra;
Mortis amicus, amans facinus, crudeliter auſus:
Iam ferro incumbens capiti mucrone reducto
Sternitur ipſe ſolo, qui ſic pendebat in ictum,
At reſupinat humo qui pronior ibat in auſum;
F Mittit & ore precem, cum membra ſuperba iaceret,
Iuſto ſtante cadens, quo credit ſtare cadente;
Dum vice diuerſa ſtat inops, ruit ille ſuperbus.

Vbi gladius percuſſoris excuſſus non comparuit.

Rurſus opus peragens dum verteret Idola pernix,
Vir quidam tractans Martini de nece, cultrum
Dum rapit, eripitur rapienda rapina rapaci,
Excuſſumque fugit ſine more volat. le ferrum
Iam leuiore via, neque poſt comparuit vſquam.

Sic cultro ablato manibus, latro extitit inſons,
Redditur & mitis, poſtquam ſit nudus ab armis,
Nec furor ante animi periens ni tela periſſent:
Inuita hæc pietas quæ perdidit vnde noceret.

Vbi cõtradicentibus Paganis fana deſtruebat.

Cap. XVIII. Sæpe Beatus idem contradicentibus ipſis
Agricolis, præſtante fide, ſe orante iubebat,
Vt malè culta ſuis caderent fera Fata miniſtris:
Sic quoque Pontificem ſoliti impugnare rebelles,
Dum templa euertunt, ipſi ſunt arma Beato,
Hoſtilique manu Martini bella geruntur,
Partibus atque ſuis alieno milite vincit.

De paralytica, quam curauit Treueris.

Cap. XIX. Quinetiam fuerit curatio quanta patrono,
Quanta metallifero manauit gratia tactu
Laudibus in tantis muta eſt facundia Mundi,
Quam cunctis vidiſſe, fuit meruiſſe ſalutem.
Eſt ſatis ipſe ſuus teſtis generoſus & auctor
Qui quondam ingrediens Treuerorum mœnia mitis
Quæ reſoluta diu per viſcera fluxa rigebat
Tabida paralyſis gelido languore puella
Flatibus extremis quaſi iam de funere viuens,
Cuius erant oculi vigiles cuſtodia Mortis
Funeris exequias reddentia lumina membris,
Soluere feſtinant animatæ vincula carnis;
Spiritus arcano vix mobilis ibat anhelo,
Fine trahens dubio perituram naribus auram:
Pes, manus, ora, genæ recubabat imago ſepultæ,
Nec tumulata quidem, ſed portio tota ſepulcri.
Cuius amore pio patris examinata ſenectus
Dilacerata genis, niueis malè compta capillis
Cum impatiens ageret, nec adeſſet cura medelæ,
Comperit vt Sanctum aduectum dignanter ad vrbē
Aduolat inde ſenex vetulis iuueniliter annis
Impiger exiliens, curſu ſua tempora vincens
Pontificum vallante choro, populoque fremente
Irruit in medios clamoribus inuerecundis:
Nam dolor inſignis non reſpicit arma pudoris.
Corruit ergo ſenex Sancti ad veſtigia pronus
Genua, manus plantaſque per oſcula mollia lambēt:
Vix gemitu laxante, loqui ſic incipit æger.
Vix Martine Dei, populi patrone ſalutis,
Vir cunctis bonitate parens, tibi ſuggero luctus
Ne miſeri pereant lacrymæ pietatis amicæ,
Quem mea cauſa trahit loca tam longinqua venire,
Vt labor iſte viæ tribuat compendia vitæ:
Eſt mihi nata domi decumbens vulnere morbi
Exequiis vicina ſuis, ſint forte medelæ,
Quæ quondam incolumis ſtabat mea ſola voluptas
Obſequiis intenta piis, placabilis, in qua
Vita mihi; hæc quæ dulcis erat ſolando ſenectam,
Ecce perit ſecumque trahit mea viſcera letho,
Canitiemque patris miſerandi in tartara ducit:
Ire ſed ipſe prior cuperem ſi forte liceret.
Quænam vita ſeni, vel quo mihi vita parenti
Ore pereunte patris cum nomine prolis ademptæ?
Qua nubente viro; per doña futura nepotum
Aridus in ramis poteram reuireſcere prolis.

A Cum magis hæc reputem præſentis damna ſalutis
Me ſpectante rapinatam mea lumina luci:
Ordine diſpoſito melius cui cauſa placeret,
Vt ſenis illa patris oculorum clauderet orbes:
Vnde Sacer dignare auidam ſuſpendere mortem,
Atque miniſter opis rapiendæ occurre puellæ:
Si mora fit mea cauſa perit, ſuccurre duobus:
Nam me cura necat ſi illi curatio ceſſat.
Quæ Sacer erubuit confuſus voce Sacerdot,
Indignum ſeſe tali virtute miniſtrum.
B Sed pater inſtabat compellans vocibus iiſdem
Debitus in ſanis medicus venis exere curas
Sentiat aduentum medici purgatio morbi.
His impulſus adit qua laſſa puella iacebat
Turba aſtante foris faceret quid paſtor ouili:
Hinc ſua bella gerens orator ad arma recurrit,
Sternens membra ſolo, ſenſu ſuper aſtra reducto:
Hinc vbi conſurgens faciem conſpexit alumnæ
Illico vox rediit peregrinis ſedibus hoſpes,
Et rediuiua ſuæ cecinerunt organa linguæ,
C Paulatimque artus liquor vt penetrauit oliui
Viuificata pedum geminis ſtetit arta columnis,
Et fundata ſuo viguerunt culmina greſſu.

De ſeruo Tetradij à Dæmone liberato, & ipſo liberato. XXI.

Poſt quoque Tetradij famulus Proconſulis exſpes
Mancipium alterius ſub hoſpite Dæmone factus
Dentibus vt rabiens alienis frenderet armis,
Nec ſua ſed fieret hoſtis ſe milite pugna:
D Quem dominus famulum ſupplex purgare precatur;
Sed duci ad Sanctum vetuit ferus hoſpes & hoſtis,
Tetradius rurſus iuſti veſtigia lambens,
Supplicat vt pergat vbi ſæuus latro latebat.
Sed Sacer ipſe domum gentilis adire recuſat.
Spondet Tetradius humilis cum faſcibus altis;
Hoſti ſi famulum eripiat ſe credere Chriſtum:
Impoſita ergo manu puero fera larua recedit,
Et mala iocundum paſtorem beſtia fugit.
Tetradius pariter catecumenus eſſe meretur,
Atque ſalutiferi baptiſmatis vnda nouatur.
E Sic puer & dominus maculis purgantur ademptis:
Iſte hoſtis laqueis; erroribus ille ſolutus:
Ille carens animæ pœnis, hic carnis erumnis;
Liber vterque manens gemino micuere triumpho.
Conditio famuli libertas facta patroni,
Excipit iſte fidem, cum de illo perfidus exit.

Vbi Dæmoniaco furenti digitos in os intulit.

Nec longo ſpatio ſub eodem tempore Sanctus
F Forte domum ingrediens in limine ſubſtitit ipſo
Terribilem referens ſe cernere Dæmonis vmbram,
Arreptoque coco vexat fera bellua prædam
Dentibus armatis lacerans ſeſe ſiue ſodales.
Terga dabant ſocij, nec quiſquam ire obuius audet,
Vix loca tuta fugæ capientes præpete ſaltu.
Hoc ſatis eſſe ſuum vel ſe ſubducere morſu.
Martius ergo chalybs, Martinus belliger armis
Nec pede diffugit, nec ſiuit abire fugacem,
Peſtem ſtare iubens; acuit qui fauce molares:

Cui digitos vir Sanctus in os dum mitteret, inſitæ
Si potes ecce vora oblatam lupe noxie prædam,
Quam peteres alibi datur vltro dentibus eſca.
Quo dicto, fauces geminæ reuocantur vtrimque
Non mordet digitos, ſuſpendit Bellua rictus
Et manibus tangi timuit, qui eſt dente voraci.
Qui dum intra obſeſſum pœnis agitur acerbis:
Nec tamen ob dignos exire per ora liceret
Fœda miniſterij fœdus veſtigia linquens,
Sordibus egreditur qua ſordibus eſt via fluxu.
Tale iter arreptum, Sic te decet ire viator.

Vbi ciuitatem de metu Barbarorum liberauit.

Hinc cum barbariem ſparſiſſet fama per vrbem,
Prouentumque trucem crudelia ſemina ferrent
Paſtor adeſſe iubet quendam ex grege dæmonis, illi
Imperat vt prodat ſi nuncia vera vagarent.
Ore reus tortus veluti ſub iudice miſſus
Greſſibus humanis aduectus larua fatetur
Hanc famam populo bis quino Dæmone fuſam,
Vt cogente metu Martinus abiret ab vrbe.
Barbara tempeſtas tranquilla lege quieſcit,
Formidanda tibi nulla eſt irruptio Gentis,
Nec cauſam armorum verearis pacis amator.
Martino præſente aditum fallacia perdit
Mendax vera refert, & certum nunciat error.
Inſatiata malis quæ ſic fremit ore cruento
Beſtia bella mouens reuocauit munera pacis.

Vbi leproſum oſculo ſuo purgauit.

Inde Pariſiacam Sacer intrans concite portam
Obuiat in faciem leproſum verſus euntem
Qui ſibi diſpar erat; nec iam à ſe cognitus ibat.
Vir maculis varius, cute nudus, vulnere tectus,
Tabe fluens, greſſu æger, inops viſu, aſper amictu
Mente hebes, ore putens, lacerus pede, voce refri-
ctus
Induerat miſerum peregrino tegmine pallor,
Improuiſus enim hunc ſanctus ad oſcula traxit,
Aſtringenſque virum fuſum medicamine laxat.
Nam ſimul vt tetigit benedictas ore ſaliuas,
Effugit vnguiferum languoris ſarcina tactum;
Merſa figura redit, faciem cutis aduena vertit
Ad ſpeculum remeat peregrina fronte caracter,
Et delata diu reſcribitur oris imago
Virtutum quam celſa fides vbi concite ſancti
Pacu ab officio perierunt prælia morbi.
Complexu res dira fugit languoris iniqui
Peſte cadente nouam geſſerunt oſcula pugnam.
Inclita relligio Martini, cuius honore,
Fœdere, ficta fides formoſat fœda, fidelis.
O felix regio, Sancti pede, lumine tacta;
Illuſtris luſtrante viro loca, luſtra, liguſtra
Vrbes, rura, domos, templa, oppida, mœnia, villas
Quaque viri in ſignis tam inſignia ſigna mereris
Cuius ab ore ſacro magnalia cætera vincens,
Leproſi ad curam Iordanis in oſcula fluxit
Et frontem fluidæ maculæ leuat vnda ſaliuæ.

A

INCIPIT LIB. II.

PEndula iamdudum laxaui carbaſa pinu,
Dum pelagus componit Iter, dū nauta reſumit
Et reſtricta ſemel leuius ſe ſarcina ducit
Me quoque iam premiſſa finita parte libelli
Ad curſum leuis aura vocat, paro lintea ventis.
Spiritus altiuolans imple mea vela ſecundus, Sulp. c. 11
Ne trepidam claſſem contraria flabra flagellent.
B *Martinum mea prora vehat ſancta emptica nautæ*
Dulcis apex, ſpes fida ratis, leue pondus amantis,
Mercis onus ſuaue eſt, & ſi veheretur in vlnis,
Quo tetigit quodcunque manu vel tactus ab vllo eſt
A digitis ſalit alta ſalus, fluit vnguis ab vngue.
Fimbria quinetiam quod nobis attigit vnquam
Sparſit abundantem modica de veſte ſalutem,
Fontis & huius aquis reſtricta eſt vnda cruoris,
Siccauitque ſuo refluamina fluxa fluento,
Sumens æger opem per furta ſalubria ſilt,
Dum neſcit medicus, finit diſcrimina morbus.
C *Arbiter Arborius, vir præfectorius idem,*
Quartano genitam grauiter cruciante camino,
Plurima dum faceret, neque cura mederet alumnæ,
Miſſa beata viri reſtrinxit epiſtola febrem,
Quæ ſuper impoſita charta recubante puella,
Mox ſudoris aquas, vbi littera ſicca rigauit
Febris ab internis reſtincta eſt arida membris,
Axe ſerenato madidans ſine vellere nimbi,
Rore atramenti reſtincta eſt flamma camini,
Iſraëlitarum veluti Moyſiticus alter,
Ne vapor excruciet, protendit pagina nubem.
D *Curmirum, artificem dantem per ſcripta ſalutem,*
Sic operatur, præſens vbi non erat ipſe,
Quæ patre ab Arborio Martino offertur opimo
Conſecranda manu qua ſalua facta ſit ipſa.
Quam bene bis ſanam cum virginitate puellam
Reddidit iſte patri proprio, pater ille ſuperno:
Sic meruit geminam ſolo curante medelam,
Dum charam ſobolem morti ſubduxit vtrique,
Paulinique oculum tetra caligine merſum,
Impoſitis manibus radius penetrauit acutus,
E *Atque ſerena dies deterſa nube refulſit,*
Lumen & emicuit, facies non luſca gemellum
Martini digitis oleo manante lucernæ
Cuncta ſalutiferu ſuperas collyria tactu.
Ipſe etiam caſu ſcalarum vertice lapſus,
Dinumeranſque cadendo gradus, capite ore reliſus,
Attritus membris deſcendens ſaltibus altis,
Multorum medicus tam plurima vulnera portans,
Dum cellæ recubat grauiter ſub nocte ſopora
Peruigilis domini venit Angelus aëre fulſus,
F *Vlcera quæque viri tractans dum ſingula palpat,*
Tangens membra manu ſolidat veſtigia greſſu,
Excutiturque lues fugitiuo tabida ſaltu,
Et ſudibus laceros redit cutis vna per artus,
Craſtinus incolumi proceſſit corpore comptus,
Angelicaque fidem teſtis præſentia fecit.
Nec perferre piam longinqua flagella decebat,
Quando flagellari grauiter non pertulit vllum.
Prætereunda nunc quæ ſunt hæc maxima rerum,
Maximus Auguſtus nece regis maximus armis

Imperium indeptus tinili clade ſuperbus
Dum regit inſolitas frenorum infreuus habenas
Pontificum, cui tunc adulatio laxa fauebat
Principis, & nutu cleri tum circulus ibat.
Martino veniente tamen rex ipſe precatus,
Vt ſanctum ad menſam habeat, qui ſæpè repulſus
Tandem promeruit fieri conuiua beati,
Imperio plaudente ſimul ſedet vrbe fauente
Conuiuam cæli quod terrena excipit aula.
Conueniunt proceres, præfectus, conſul honores,
Certatim adſunt regalia feſta colentes,
Principe poſtpoſito miraturi acta ſacrati
Auguſti obſequiis fremit vndique concitus orbis,
Diuitias pariter producens delitiaſque,
Quas habet Indus, Arabs, Geta, trux Perſa, Afer,
Hiberus
Quod fert meridies, Arctos, occaſus & ortus,
Quod Boreas, Aquilo, Libs, Circi⁹, Auſter & Eur⁹,
Quod Geon, & Phiſon, Tigris, Eufrateſque redundant,
Ren⁹, Atax, Rodan⁹, Tibris, Padus, Hiſter, Orôtes,
Quod mare, terra, polus, piſce, alite, fruge miniſtrat
Emblema, gemma, lapis, toreumata, thura, falerna,
Gazaque Cretas amos Cipus, coloſona, Seraptis
Lucida perſpicuis certantia vina lapillis,
Vix diſcernendus cryſtallina pocula potus,
Inde calix niueus variat per vina colores,
Hinc mentita bibunt patera fucante falerna,
Hic abacum picto bombicina flore decorant,
Arte laborata & vel qualia penſat Arachne,
Serica purpureis ſternuntur vellera velis,
Iulita blatta toris aurumque inter & oſtrum,
Totaque permixtis radiant velamina gemmis.
Inde pari pariter rutilant ætate miniſtri,
In cunctis varius habitus nitor omnibus vnus,
Quod valet ore loqui potuit ſub principe ferri.
Ordine cæſaræo Martino hæc pompa paratur,
Qui modicis contentus erat ſatiandus in vno,
Accubat interea, princeps ſimul ordo ſenatus,
Presbyter inde thoro veneranda acclinat in vlna.
At iuxta regem ſella ſacer adſidet arta,
Porriget hinc regi mox pocula prima miniſter,
Qui ſancto iubet ante dari quo poſſit ab ipſo,
Auguſtus calicem excipere & portare ſecundus.
Martinus patera oblata vt bibit ore parumper.
Diuino ſitiens potius ſe fonte rigari
Principe poſtpoſito partem libaminis imam,
Presbytero tribuit noſcens quod dignior eſſet.
Miratur princeps, proceres conuiua miniſtri,
Iudicioque ſuo ſe penſauere minores.
Illico percurrit res geſta palatia complens
Hoc quod apud ſanctum fuit ordine presbyterali,
Auguſtus conuiua minor vox vna per vrbem,
Martinum feciſſe canit ſub principis ora,
Iudicis in minimis menſa quod nemo valeret,
Erubuitque aliud hinc dicere turba ſatellis,
Si quid enim voluit pro ſupplice forte precari,
Induperatori Martinus & imperat ipſi,
Qui tamen Auguſto prædixit forte futura,
Proſpera quæ meteret, quæ mox contraria ferret,
Motibus Italiæ pugnante Valentiniano,
Maximus vt cecidit poſt bella ſecunda tyrannus;

A *Qui graue ſuccubuit Aquileia protinus vrbe,*
Martinus dictis & verbo libra pependit.
Cœtibus angelicis viſus ſæpè atque locutus,
Miſcuit humanas turmis cæleſtibus aures,
Voce ſalutatus vel nutibus ipſe ſalutans
Aligeros proceres tenuem per & aëra lapſos
Mutibus alloquiis ageret, quid ſæpè monerent,
Qui cælo expeterent terrena ſede parentum,
Et conſanguineum quaſi longa in ſæcula ciuem,
Voce requirentes & amore perenne vocantes
Quid faceret terris, anima hæc tam libera culpis
B *Vt ſubeat cælis peregrinus & hoſpes ab aruis,*
Dæmonicas etiam ſpecies, falſiſque figuras
Quaslibet in formas ſe verteret, inſtituit.
Perſpicuas habuit penetralis acumine viſus,
Martinique oculos neque falſa fefellit imago.
Nam quamuis varia tegeretur larua figura,
Sancto nuda fuit, cum non ſe abſconderet vmbra.
Et quia perfectis illuſio nulla valebat,
Prenſus marte ferox iaculabat probra beato,
Et cum fraus ceſſat, hoſtis conuicia iactat:
Tempore nam quodam cornu bouis ecce cruento,
Ipſe cruentus habens inferi ad tecta ſacrati,
C *Irruit ad cellam, cauſamque exponit iniquam:*
Quo virtus Martine tua eſt? hoc aſpicis, inquit,
Vnum namque tuum nuper hæc in cæde peremi,
Et mihi præda iacet pecualis capta miniſtro,
Iniunctumque nefas ſceleris hoc armiger implet,
Damno creſco tuo congaudens vbere fletu.
Protinus his dictis fratres ſacer aduocat omnes,
Et pater ore refert quicquid ſerus indicat hoſtis,
Sollicitus ne quid lupus abripuiſſet ouili
Perquirunt ſocios monachi numerumque recenſent,
D *Sed grege de niueo modicus neque defuit agnus,*
Conductus mercede tamen deeſt ruſticus vnus
Ligna trahenda focis nemorum vectore bubulco,
Quò propero iubet ire gradu, cauſamque requiri
Semianimem inueniunt, miſſi ſupremaque gementem
Indicat atque necem, dum adhuc ſuper altus iret,
Quod ſua laxato taurus foret inguina cornu,
Explicitaque fide vitam cum voce reliquit,
Nec ſanctum hoc errare facit quod fecerat error.
Additur huic etiam rerum mirabilis ordo,
E *Mille nocendi artes dum perfidus exerit hoſtis:*
Nunc Iouis in faciem, nunc ſe mentitus Anubim,
Sæpè habitu Veneris, ſæpiſſime fronte Mineruæ
Sedulus inſidiis ſancto ſua ſeria rumpens,
Diuerſis formis, vt terror creſceret, offert,
Et vacuus generet ſpecie variante timorem,
Qui virtute nequit ſuperatus vt arte rebellet,
Sed tamen intrepidus perſiſtit inania temnens
Semper in aduerſis iaculans crucis arma beatus,
Belliger hoc clypeo hoſtilia tela retundens,
F *Qua penetrante acie ſe machina falſa reſoluit.*
Sæpè etiam in ſanctum vacuos acuère tumultus
Inſtitatores falſo minitante flagello,
Sed fremitus fragilis per inania cymbala ſinit,
Oppoſitiſque minis interritus ipſe reſiſtit,
Nec fundata decet contra tenacia ſtat moueri.
Hinc quoque lethiferi ſuffuſus felle veneni
Perfidus, horribilis, trux, lubricus, inuidus anguis,
Ore cruentatis Martinum prouocat armis;

Digitized by Google

Cur habeat monachos oneroſo crimine preſſos,
Cur maculoſa choros habitet pia ſepta magiſtri,
Nerea turba malis violet conſortia iuſti,
Morbida neu reliquos vicij contagia fugent,
Qui malè polluerent lauacri venerabilis vndam
Ac ſua perdiderint baptiſmata crimine merſi,
Nec redeat miſeris vltra indulgentia Chriſti,
Nec via ſit veniæ, perijt quibus orbita lapſis
Cum ſemel in foueam vix eſt reuocare ruentem,
Ac neque reſtitui vaſtato in corpore florem.
Tunc Martinus ait: hæc contra dæmonis iram
Perfide deſipiens, quia non tua commoda cernis
Hoſtis iniquè tibi, tibi noxie te pereunte,
Si nunc pœniteas, ſi nunc reſipiſcere velles,
Præcipitare animas vt impar crimina nolles,
Nec tua ſæuirent alienæ tela ruinæ,
Erroreſque tuos damnares vltime iudex,
De pietate Dei fidens promitere poſſim
Vt tibi tam miſero miſereri Chriſtus haberet,
Et citò donaret ſcelerata piacula culpæ.
Ob hoc arce polis deſcendit ad arua redemptor
Perdita vt eriperet, peritura nec ipſa perirent.
Immaculatus enim maculas detergere venit,
Vulneribuſque ſuis curaret vt vlcera mundi,
Funeris ordo ſui noſtræ fuit arra ſalutis
Sputa, flagella, chlamys, fel, acetum, lancea, clauis,
Crux, pia mors, tumulꝰ, lapis, inferꝰ, vmbra, tyrãnꝰ,
Victa ſimul triduo premit & redit auctor ad aſtra,
Deſcenſuſque ſuus meus eſt aſcenſus in altum,
Nec peccatoris mortem magis eligit audire
Quando ſuis pœnis nobis dedit arma ſalutis,
Sic pius indomitam peſtem manſueſcere tentat,
Promiſitque lupo bona paſtor ouilia reddi.
Quantò magis homini reſerari præmia Chriſti
Propter quem ipſe Deus homo fit, iacet atq; reſurgit.
Et pietas excelſa fides præſumptio dulcis,
Quæ promittit opem deceptori & perituro.
Explicuit votum, ſi non valet ire, iuuandum,
Cui minus in poſſe eſt, ſatis eſt oſtendere velle,
Nam totum impendet qui non abſcondit amorem.
Hinc clarus placidis adoleſcens moribus expers
Martinũ amplectens, patrẽ & ſua cuncta relinquẽs
Tempore quique breui micuit virtute fideque,
Cum prope pontificem habitacula conſtituiſſet,
Ac ſua complures peterent conſortia fratres,
Huic ſe tunc monachus ſocians Anatholius addit:
In commune prius humilis cenſura ſodalis,
Qui rudis ingenij verſuto illuſus ab hoſte
Poſt ait, ad ſeſe quod cælitus angelus iret,
Ac reſerare ſibi myſteria clauſa tonantis,
Et cito ſiderea volitent ſua nuncia penna,
Atque remiſſa viri reſponſio nubila tangat
Inter ſe & dominum memorans iter eſſe propinquum
Ac ſibi contigui iactat confinia cæli
Se ſecreta Dei ſciendo iam eſſe prophetam,
Sed clarum vt credat nec opinio falſa monebat;
Tunc ſine more furens Anatholius aſſerit audax
Quod ſibi de cælo dominus tranſmittat amictum,
Induat ac veſtem delatam nocte ſilenti,
Vt ſigna ſtupeant cuius modo verba cauillant;
Eleuat hic varium monachorum turba tumultum,
Et ſuſpenſa tenet ſpectatio vana ſodales.

A *Interea medias quaſi non tranſcurreret horas,*
Et rota flexa æquo gyrabat cardine metam.
Fit ſubitò ſtrepitus, quatitur locus, arua mouentur,
Et concuſſa ſimul vario fremit aula ſuſurro,
Murmure raucisono frangente lepore loquelas
Credas pugnaces volitare per aſtra phalanges,
Et videas rapidas diſcurrere turbine turmas.
Hic vbi concuſſis redierunt otia turbis,
Motáque tempeſtas tranquilla ſilentia ſumpſit,
Aduocat ex monachis confeſtim Anatholius vnum,
B *Cominus & tunicam oſtentat iactantior albam,*
Qui vacuo timidus falſo obumbrabatur honore,
Candidus exuuiis ſed nigri dæmonis arte,
Inde ciet reliquos, occurrit Clarus & ipſe,
Palpat molliciem veſtis candore niualis,
Serica confingunt tenuato ſtamina filo,
Nec contacta manu diſcerni vellera poſſunt.
Ducitur interea monachis nox peruigil hymnis,
Et compacta choris Dauidica canna reſultat,
Vt coram altithronus velamina viſa reuellet.
Iam ſpumabat equis auroræ auriga rubores,
C *Sol quoque luciſluas curru flectebat habenas,*
Atque renata dies reuocabat in arua labores:
Mox Clarus monachum Martino oſtendere tendit
Noſcens pontificem fantaſmata nulla latere,
Cum ſanctis ante oculos vario fuit vna figura,
Decipulamque ſuam deceptor perdit in illum.
Ceperat his demens Anatholius ergo reniti
Interdicta ſibi ne Martini occurrerat ouili,
Dum tamen inuitus traheretur paſſibus hærens
Tegmina falſiloqui vaneſcunt alba nigellis,
Et male deſtituunt monachum vaga pallia nudum,
D *Nec ſtat imagineis ſimulatus vmbra figuris,*
Tertia Martini ſic nomine larua refugit.
Hoſtis iners maiora ſuis dehinc viribus audens
Perfidus, & totiens eliſus nec ſibi credens,
Debilis arma mouens, & degener ardua tentans,
Vt ſua laus fieret, vel ſollicitaſſe potentem
Creſceret, & titulis fortem pulſaſſe ſagittis.
Denique cum ſanctus recubaret in aggere fuſus,
Inſinuando preces domino pro plebe ſacerdos,
Conſtitit ante oculos deformis forma rebellis,
Sulphurea ſub luce micans radiatilis vmbra,
E *Lumine mentito tenebroſus & atra vorago*
Fulgidus exuuiis, regali veſte ſatelles,
Tectus bracteolis, vacuo diademate pulcher,
Ordine gemmarum numeroſa luce coruſcus,
Falſa veſte potens, cui calceus illitus auro,
Lætior & tumido iactans ſe pompa triumpho,
Cuius ad aſpectum ſanctus habet ore repreſſo
Mutuaque ambo diu tenuere ſilentia faſtu.
Mirans ille virum, dum deſpicit iſte ſuperbum
F *Quem prior alloquitur reus & temerarius hoſtis:*
Quæ dudum Martine cupis penetrante precatu,
Iam pia vota tenes, ego ſum tua gloria Chriſtus,
Exigis vt veniam varios recreare labores,
Et ſudata tuis vt Solers bella triumphis,
Debita militiæ dare oportet munera regem:
Deſcenſurus enim ad terras huc dirigo greſſum,
Vt tua ſollicitis requieſcant pectora curis,
His ſacer intrepidus nolens reſponſa referre.
Diſpicit & reticet, tractat neque verba relaxat;

Mens

Mens ſolidata manens, rimans alta atque profunda
Cardine nec tremulo, vento neque flante rotatur,
Lubricus hinc repetit mordacia ſibila ſerpens.
Credere quid dubitas proprio quod lumine cernas:
En ego ſum Chriſtus tecum qui conſero voces,
Et loquor hæc ſecreta palam dignando futura,
Neu de me trepides teſtis mihi fulgida lux eſt,
Spiritus, vt verax Martini igniuit acumen,
Ac patefecit iter ne clauſa venena laterent,
Hoſtis & anguini poſſit diſcernere fraudem,
Libertate potens ſanctus ſermonibus inquit:
Non ita ſe dominus venturum dixit in orbem,
Se neque purpureum, nec ſic diademate fultum
Pandit apoſtolicis voce inſinuante columnis,
Cum ſua carnalis raperetur ad aſtra figura,
Atque piis plantis ſtrauerunt flamina pennas,
Cum pede preſſa ſacro ſeruirent aëra regi.
Angelicis vectus manibus celer æthera calcans,
Ingrediens teneras neque frangens greſſibus auras
Pendula planta volans, cum nubila finderet intrans,
Remige pinnigero qua non facit aula ſigillum:
Cum Galilæis tunc ſpectantibus angelus aſtans,
Sic ait, alti thronum rediturum qualiter iret,
Vnde probanda probo, reprobo reprobrãtia probrã.
Non ſunt ſigna mei regis, ſed caſtra tyranni.
Aſt ego transfixas clauis niſi videro palmas,
Atque beata crucis tum ſtigmata carne gerentem,
Ac latus & foſſas traiecto miſſile coſtas,
Vnde cruentati pariunt baptiſmata riui,
Et ſacra purpureo maculas lauat vnda fluento,
Quæ dedit in precio generoſa talenta redemptor;
Inque crucis trutina precij numiſmata penſans,
Tantum auctor redimens theſauro corporis orbem,
Cum gemma vna fuit qua cuncta in vaſa valeret.
Hac niſi veſte tegi videam qua pertulit auctor,
Iudicio ſine hoc Chriſtum veniſſe negabo:
Nam decet vt victor doceat per ſigna triumphum,
Plagáque fixa poteſt laudem accumulare trophæi.
Mox inimicus iners vibratus verbere verbi,
Peſtifer aërius tenuata per æthera lapſus,
In propriam ſpeciem rediens ad inane ſolutus
Effugit ex oculis liquidas quaſi fumus in auras,
Et leuis vmbriferam volitauit imago figuram
Viſibus excluſis cellam pædore cruminans
Agnitus indiciis ſua per veſtigia ſordens,
Et fætore ſibi comitante ſatellite fugit,
Martinique fidem nec fulgida forma fefellit,
Nec radium mentis deluſit ſplendor inanis,
Luce ſuperfuſa qua ſe nox tetra tegebat.
Nunquid non poterat humilis ſuperare ſoperbum,
Aut non deiiceret tam mente benignus iniquum
Pacificis armis doctus domitare rebelles,
Cuius dulcis erat fauor, & honor altus amoris
Non ſolum abluere alterius, ſed lambere plantas,
Hoſpitis atque noui veſtigia tergere lingua,
Semper aquam manibus tribuens venientibus ipſe
Cæleſti cupiens homini ſeruire miniſter,
Et manus alma pedes de peccatore luebat
Cum ſua porrigeret vel fimbria tacta ſalutem;
Qui illecebras mundi ſugiendas inſtituebat,
Et ſcelo ſua lucra dari nil quærere certus
Vt cenſum fugeret, qui aſcendere vellet olympum

A *Vt graue pondus quæ vel nummi nullus haberet],*
Nec retineret opes, qui cælo occurreret hæres:
Namq; onus aſcenſum vetat & deſcendere præſtat.
Imum verſa trahunt, nec in altum pondera ducunt;
In montem gradiens titubãt ſub face columna,
Deficit & fragilis valido ſub pondere planta,
Mergit in vndoſum cumulatam ſarcina proram,
Vt petat ad portum rerum facit emptica iactum.
Qui pater illuſtris Paulini geſta beabat,
Floruit Italiæ quo poſt antiſtite Nola
B *Quæ regio campana ſedit rectore ſupremo,*
Diues agris, opulens famulis, locupletus aceruis;
Vir cenſu vaſtus, lare celſus & ore rotundus,
Ditior ipſe fide pro Chriſto fit ſibi pauper,
Et dedit innumeros redimentes crimina nummos;
Cuius ſparſa ſolo migrauit ad aſtra facultas.
Fecit & in cælum pigras aſcendere terras
Vno ſtando loco, & dant bruta ad ſidera ſaltum.
Ergo Euangelicum Paulino implente relatum,
Martinus monita e cunctis talem eſſe ſequendum;
Tramite difficili potuit quia pergere diues,
C *Depoſitoque onere aſcendit qui liber in arcem,*
Exemploque monens vocat altius ire ſequaces:
Iam quoque Martini quæ fabula fluxerat ore,
Qua grauitas fuerit, quam acer de lege diſertus
Quæſtio, nec latuit cæleſti iure peritum
Vir reſerare valens quodcumque ænigma negaret;
Ingenij dulcis, prudentia larga redundans,
Fonte perenne bibens, quod riuulus ille rigaret
Sermo pius, prõptus, placidus, catus, aptus, amãdus
Intentis animis cæli poſſeſſor in aris,
D *Peruigil orator mandando negotia Chriſto,*
Indicis in vultus inopum querimonia pandens,
Doctus in arte ſacra miſerorum exponere cauſas
Aſſertor validus, ſuperans fora iura togatus;
Nobilis aſtructor, facundus concionator;
Qui prece profuſa domini vadimonia placans
Quantum voce valens viduis atq; orphanotrophis,
Cuius & ipſa polum taciturna ſilentia pulſant,
Mens fundata Deo ſine fuco proxima cælo,
Ocia nulla terens & nulla negocia carnis,
E *Quicquid agendum eſſet totum velociter implens,*
Sed mora Chriſtus erat, famulans ſibi nocte diéque;
Nam cibus & ſomnus niſi quod natura neceſſat
Tardus, edax, velox, vigilans ſopor eſca ſub ictu,
Nec faceret niſi quod ſine iis caro viuere neſcit,
Tempus vtrumque dicans cauſis repetendo duabus,
Lectio nunc reſonans ſibi, nunc oratio currens
Cuius erat requies tantum mutare labores.
Si foris iſſet erat homo iugiter intimus orans;
Cælo non carnis ſed tendens lumina cordis,
F *Nec dolus incluſus latuit nec ab ore refluxit.*
Vir ſine mundanis, dominis poſſeſſio munda,
Nullum iudicio damnans, mala nulla repenſans,
Hæc ſua forte fuit ſi facta iniuria fratri eſt:
A minimis læſo nonnunquam erat vltio dulcis,
Deque gradu proprio neque reppulit officialem,
Carus & aduerſis, pius æquis, blandus iniquis,
Ira tumor, riſus, mæror ſtetit exul ab illo,
Non in fronte tenens nubem, nec in ore cachinnum:
Idem ſemper erat facie, cute, corde, colore,
Nec variabat opus vir adhuc in corpore conſtans;]

Immortale aliquid mortali ab imagine promens,
Ora Deus, ſenſum pietas, pax corda tenebat,
Pro te parua gerens aliena misertus agebat
Naturæ & ſeriem poſtponens Angelus eſſet,
Alta ſupergrediens mente vltra nubila tendens
Liber ab humanis intrabat ſidera ciuis,
Inclyta ſigna gerens, & multa futura prophetans
Stabat adhuc terris cæleſtibus intimus hæres,
Noſcens clauſa Dei, quaſi conciliator amici
Cum ſua participat caro ſecreta clienti.
Vir cui Chriſtus amor, Chriſtus honor, omnia Chriſtus,
Huius in affectu inſertus ſolidatus adultus,
Ac velut arbor agri ſecus eſt vbi curſus aquarum
Flore, comis, foliis & fluctu præpete gaudens,
Ornata æternæ fert poma perennia vitæ,
Inter Apoſtolicas acies ſacroſque prophetas,
Martyriique choros atque agmina fulgida cæli
Rege ſub inuicto qua exercitus ille coruſcat
Per turmas, proceres, legiones atque cohortes,
Milite ſeu comite, & gradibus duce conſule creſcēs,
Lacteus iſte toga, rutilus micat ille corona:
Hunc prætexta nitens, illum diadema facetum,
Hos chlamys, aſt illos armillа topaza decorat.
Balteus hinc radiat, hinc infula crine coruſcat,
Alter palmatæ trabeæ nitet alter honore,
Pingit, & ornatum gemma, aurum, purpura, byſſus,
Nec videt hoc oculus, quod habet ſuper aſtra ſenatus.
His frueris Martine boni ſub principe cæli,
Cœtibus Angelicis ſocialibus, & Patriarchis
Compar Apoſtolicis meritis, æquande prophetis,
Addite martyribus rubricat quibus vnda cruoris,
Fulgide confeſſor candentia lilia vincens,
Lumine purpureo redimite decore coruſce,
Liberius gradiens per celſa palatia regis,
Vir tranſcripte potens æterna in ſecula ciuis,
Signifer arma crucis fers nobilitata triumphis,
Dulcis, adorande, & mihi pectore, voce colende,
Cuius proſaicus cecinit prius acta Seuerus.
Verſibus intonuit Paulinus deinde beatus
Æquiparare valens illuſtris vterque relator,
Materia victi, ſed & ipſi carmine cedunt,
Luminibus tantis ego nubilus inſeror audax,
Et minimis minimus de magno maxima tentans,
Qui pede ſub titubo balbutio faucis anhelo,
Et rudico eloquio carpo quod condere certo.
Da veniam quia te cecinit rea lingua relatu,
Fer pietatis opem miſero miſerando miſertor,
Rector vt altithronus cum venerit arbiter orbis
Tum memor obtineas delicti que obuia noſtri,
Inter me ac dominum mediator adeſto benigne,
Quem ſua culpa ligat tua vt interuentio ſoluat,
Spes Fortunati ſit fida ſalutis egeni,
Suppliciter humilem tibi ſe ſtrauiſſe patrone
Qui lepræ maculas medicata per oſcula purgas,
Mortis & extremæ reuocas in origine finem,
Carnis adhuc fragilis quōdam ſub imagine conſtās,
Nunc opus vt mitis pietas tua commodet aures:
Nam prece poſſe vales apud illum cuius haberis
Quod peto tu poteris, quia totum præſtat amicis,
Sic tibi quæque petis tribuat præſentia regis.

A

INCIPIT LIB. III.

HActenus in bibulis fixa ſtetit anchora terris
Ocia lente trahens, & inerti dente quieſcens,
Leuiter alludens dum ſibilat aura ſoporem,
Et nos vmbra tegit viridante crepidine ripæ,
Ecce ſerena dies rutilata crepuſcula profert,
Et pelagus rate nauta petit, iam ſoluo rudentes,
Littus arundineum linquens leuo carbaſa ventis,
Ante per Hadriacas ſpumas dare vela vid bar
B *Turbine raptus aquæ per murmura rauca fragoris*
Cum duce Sulpitio, bene cuius ab ore venuſto
Martini ſacros dulcis ſtilus edidit actus,
Quos ego ſub geminis claudo pede curro libellis,
Infimus egregij contexens geſta patroni
Rurſus in oceano videor mihi tendere fluctus,
Maius iter gradiens vbi ſe vada glauca relidunt,
Et creſcit terrore timor rate nube profundo:
Dum tamen alta peto reſonet mihi gallus in aure
Geſta beata viri qua mitiget vnda tumorem,
Et ſermone viam releuet ſale fabula dulcis:
C *Deferor ecce freto, fugiunt & littora viſum,*
Remiger hic Gallus Martinus vela gubernet,
Flamina Chriſtus agat portū quibus vnda reducat,
Nunc quoq; geſta ſacri dum nauigo nauta loquatur.

Incipit liber tertivs eivsdem.
Quia intra amphibolum ſibi tunicam latenter induxit & pauperem veſtiuit.

MEnſibus hybernis dū boſphorus alligat vndas,
Et liquidos cāpos vetat imber arare carinis,
Oceanuſque negat commercia ferre Britannis
D *Cum ſata ſub rigido ſua germina frigore celant,*
Ac penetrante gelu riget vuda, & herba liqueſcit
Aſtitit ante fores orans veſtem æger egenus,
Lingua ligata gelu nec ſolueret ore loquelas,
Vt tegeretur inops, ſacer imperat ergo miniſtro,
Ipſe remota petens, populi caret arte tumultu
Comperit vt ſanctus nihil accepiſſe trementem,
Exuitur tunica algentemque obtexit amictu,
Quam ſine teſte dedit latitans, & abire coēgit,
Ecce miniſter adeſt rogitans procedere ſanctum,
E *Sed ſacer ante monet veſtiri tegmine nudum,*
Hoc memorante pio ſtupidus hebes archidiacon,
Quid faceret nudum dum non ibi cerneret vllum,
Noſcere nec poterat reſidente antiſtite nudum,
Qui tunicæ interius non inſpiciebat amictum,
Amphibali exterius dum membra obtecta laterent,
Angit in ancipiti, quid hoc ænigma beati
Quæſtio tanta ligat neque problema, ſoluat egenti,
Tunc ait ipſe ſacer mihi tegmen defer abollæ,
Nec pauper deſit qui veſtibus indiget illis,
F *Succenſus grauiter tegmen fert vile miniſter,*
Ante pedes iactans ait, en ſine paupere veſtem,
Induitur ſancto hirſuta bigerrica palla,
Vix cui digna foret ſtola lacte, & aurea fulua,
Proceſſit tum ſummus honor, ſed pauper amictu
Deſpectus tunica cæleſti in ſede ſenator:
Interea populis cerimonia ſancta retractans,
Cum holocauſta ſacræ manibus benediceret aræ,

Protinus à capite emicuit globus ignis amici
Lambens colla comas & flamma benigna volabat
Tactu mollis, honore potens, ſplendore coruſcans,
Crimen ornans, meritum prodens, pro tegmine fulgẽs
Præbuit obſequium minus impendente miniſtro
Geſta occulta index in lucem lumine mittens:
O diues pauper tunica contente, nec vna
Qui nec habes aliam neque vis retinere, vel ipſam
Dum ſupereſſe putas veſtitum ſimplicis vſus
Cui grauis eſt vel palla leuis dum clamat egenus
Tegmine pro nudi cupiens procedere nudus,
Nec partiris opem ſed totum cedis egenti,
Hæc tua ſola putans petitus ſi nulla negaſſes,
Vt magis eſſes inops inopi dum cuncta dediſſes,
Nec puduit verecunde pater ſine veſte ſedentem,
Sed nihil erubuit pietas impenſa fidelis,
Nec minimam retinens fuerit quo maior honore
Eſt mihi velle loqui ſpecioſa negocia nudi,
Sed rapiunt auidum reliquarum inſignia rerum
Dum recubaret humo ſtitans Euantius, æger
Feſſus & extremus cum iam ſuper altus iret
Pontificem precibus celer euocat vt properaret
Et via cœpta ſacri fieret ſibi vita reducti.
Nec cunctatus iter Martinus adire viator
Vix medio ſpacio emenſus gradiente ſenecta
Ante ſalutis opem miſit quam viſus adeſſet
Atque medela ægro data nunciat ire beatum
Significans etiam curſor medecina ſequentem
Dum pede tardat heros præceſſit cura volans,
Aduentuſque pijſ fert aura ſalubris odorem
Vt cito ſuccurrant vaguenta per aëra fumant,
Sol veluti radiis dat longius ore calores,
Sic Martinus opem & quo non exhibet arte
Admiranda nimis res eſt vbi peſte fugata
Antea quam medicus pulſum tenet exilis æger
Obuius occurrens ſancto obſequiumque rependit,
Duxit & ipſe domo qui ſe ſibi luce reduxit
Nunc alacer ſaltu recubans paulo ante grabato.
Interea miris Euantius actibus expers
Supplicat incolumis domui vt mora craſtina tardet,
Hoſpitis & tanti tenet vna diecula vultum,
Sed mora tum fuit hæc occaſio danda ſalutis:
Illico percutitur puer atro dente chelidri,
Membráque percuſſi diſtenderat ira veneni
Cum ſpatium vitæ mors importuna negaret
Flebile, & in toto regnaret corpore virus,
Expoſuit puerum ante pedes Euancius almi
Omnia confiſus Martinum poſſe mereri,
Sanctus eum tactu mox ſingula membra pererrat,
Atque manu medica morientia viſcera palpat,
Inde ſuper vulnus qua beſtia fixerat ictum
Vt poſuit digitum fluit vndique vena veneni,
Et repudans iter dederat qua vipera virus.
Hinc ſacer inſpitiens collecta tabe tumorem
Pollice ſubducto quam fuderat vlcere ſerpens
Cuncta veneni vis per hiatum vulneris exit
Sanguine concreto ſtillans velut vbere capræ
Turgida plaga necem vomuit de vulnere ſilans
Concretam ſaniem venia ſaliente relaxans,
Effert virus iners refluentem carne liquorem,
Et data letiferum reuocat retro fiſtula riuum
Expugnante fide morſus vim perdidit anguis,

A *Et quia non perimunt perierunt arma veneni,*
Stat puer incolumis, remanet neque pallor in ore,
Miratur famulum, dominus ſtupet & domus omnis
Currere ſeruitio quem crederet ire ſepulcro.
Hinc pius antiſtes loca ſingula more requirens
Hiſpidus occurrit rhedæ fiſcalis amictu
Qui iumenta ſacri dum pallia pendula cernunt
Feruida ſubductum rapuere per inuia currum
Dimiſſis auriga rotis & miles habenis
Martinum flagris & fuſtibus vrget iniquis,
Sed de cæde viri pecudi datur vltio triſtis,
B *Ipſe tamen patiens iaculorum grandine preſſus*
Atque flagellantum dum debacchatur Erynnis
Vulnera nulla refert manibus nec ab ore ſuſurros;
Hinc grauius cruciat cedentem ignobilis ira,
Hic quia dum tolerat, ſe rideri dum putat alter
Et magis ille furit dum ſuſtinet iſte libenter.
Interea ad rhedam redeunt graſſante querela
Dum ſaciat vindicta famem lymphatilis iræ
Multas ire mouent qua publicus aducit agger,
Voce premunt & fuſte dolant lacerantque flagello,
Sed neque compulſæ rapiunt iuga lora quadrigæ,
C *Fixa manent nec feſſa mouent velut ærea ſigna*
Ceu liquefacta nouo ſe glutine terra ligaſſet,
A putre vt credas animalia puluere nexa
Agnouere viri ſe numinis arte teneri
Accurrunt celeres, inquirunt nomine euntis,
Martinum inueniunt à ſe crudeliter actum,
Confuſi flentes rubricante pudore reclini
Ante pedes ſancti ſternuntur & ore precantur,
Vt veniam errori tribuat, ſinat ire ligatos,
Quos tamen ante ſacer prædixerat eſſe retentos,
D *Rem probat, vlcus amat, veniam dat, abire perorat,*
Quos virtus vinxit pietas mollita reſoluit,
Ore pependit iter, verba arctant, verba relaxant,
Et iugera frena rotas mulas auriga recepit,
Carnotis hinc etiam dum prætereundo veniret,
Ethnica per campos paſſim obuia turba fluebat,
Excita amore ſacri licet, & nõ crederet ipſa
Ad ſpeculare nouum concurrens undique viſu,
Cum necdum his Chriſti radiaret honore caracter;
Nec ſacra verbigeni flueret, ſuper vnda tonantis.
At Martinus ouans domino reſerante profunda,
E *Senſit adeſſe locum quo fertile ſurgeret aruum,*
Incipit alloquiis, fera pectora cultor arare,
Ore ſacer nitido dumoſa noualia purgans
Proſcindens, iterans bis terque quaterque reſultans,
Paulatim ad fructus ſtupidos animauerat agros.
Hinc rudibus populis Chriſti noua ſemina iactat,
Senſibus humanis lactantia germina ſurgunt
Leniter, & rigidis coaleſcunt gramina ſulcis.
Quod faceret ſanctus terris coeũtibus amplis
Meſſe in tam multa veniens operarius vnus?
F *Excolit, includit, ſerit, inſerit, alligat, ambit.*
Interea mulier defuncto pendula nato
Brachia diſtendens offert & ad ora cadauer
Funeris increpitans miſero fera cantica planctu,
Dum dolor ad lacrymas trahit hæc vix explicat ore.
Fortis amice Dei toto venerabilis orbe,
Quem ſemper lamenta mouent pietate propinqua;
Ardens quid cupiam corpus tibi nunciet algens
Ecce obiit miſeræ mihi filius vbere raptus,

In quo mater eram nec ſpes neque reſtitit hæres,
Occubuit genitus, recidit domus & mihi fructus,
Nulla remanſerunt vteri ſolatia duri,
Nec ſupereſt quod dulce vocem quo feſſa reclinem
Vbere quod recreem, totus perit ordo parentis.
Qui reſtas, precor affer opem medicamine verbi,
Redde genus ne ſit matris mihi nomen inane
Ni ſoboles redeat ſecum mea funera ducat.
Adiuuat hanc populus clamans, ſacer annue votis,
In cunctis vox vna ſonat miſerere precanti,
Tunc pius antiſtes genibus profuſus in arvis
Sternitur ante oculos domini pro plebe ſatagens
Vt mereretur ouem per quam grex plurimus eſſet,
Annuit omnipotens famulo dans culmen honorum,
Mox bonus ore preces orator miſit in aures
Ordine diſpoſito poſtquam ſe oratio complet
Erigitur ſenior, ſimul infans viuificatur
Porrigiturque ſuæ populi ſub teſte mamillæ.
Fit fragor & populi noua pectore vota volutant
Mirantes hominem celeri mutaſſe vigorem,
Et qui in morte manet mortis ſua iura tuliſſe
Inde cateruatim Chriſtum dominumque Deumque
Confeſſi exorant fieri ſe lege beati.
Fit ſubito in campo populus catechumenus omnis
Non templa exſpectant nec clauſtra dicata ſacelli,
Eccleſiæque typum campus generoſior explet
Quodque ſolet tectis, pratis adhibetur apertis.
Vnica mors pueri ſic vitæ parturit agmen,
Dumque vnus terræ redit plebs aſtra recepit
Sub duce Martino felix exercitus, hic eſt
Dum regeret principi data iura Valentinianus
Romuleis opibus mundo famulante ſuperbus,
Tum pia cauſa ſacrum comitatum compulit ire,
Quem quia præſenſit ſe poſci talia Cæſar
Quæ nollet præſtare viro iubet arce repelli
Et vetat à foribus penetrare palatia iuſtum.
Inſtat adhæc vxor cui tunc erat Arrius auctor
Sed ſacer vt vidit tali ſe fraude repelli
Hinc aula excluſus redit arma domeſtica ſumens.
Contegitur ſetis, reſpergitur atque fauillis,
Ordine miles agens remouet potumque cibúmque
Nocte diéque vacans orandi iugiter vſu.
Septimus ergo dies aderat quo ſanctus amore
Fortia caſtra mouens his deſudabat in armis,
Quo Angelus aſſiſtens iubet ire palatia iuſtum
Fretus in auxilio Martinus pergit ad arcem.
Limine nullus obeſt, ad principis ora penetrat,
Qui ſanctam inſpiciens quod adeſſet frenduit ore,
Atque aſtante pio ſolio neque ſurgit ab alto
Regalem ſellam mox ignibus ardor oberrat,
Et vaga flamma natat, quia molle ſedile coruſcat
Vndique fuſa furens, ſed culpæ Cæſaris vltrix
Ceruicis duræ ſoluens ardore rigorem,
Inde flagella coquunt, hinc regem incendia cadunt,
Vapulat & rapidis flammis anguſta poteſtas.
Hinc celer exiluit rapiens ſe Cæſar & ardens
Martini genua amplectens, pedibuſque volutans,
Sicque ſuperbum hominem ſe agnoſcere pœna coëgit,
Vilia regna probans & celſa cacumina curuans,
Imperiale caput ſancti ad veſtigia ſubdens,
Nec ſpectare preces patitur reuerentia iuſti,
Præſtitit ante tumens quam ſupplex danda rogaſſet

A Regia rite parans conuiuia ſæpe beato.
Obtulit inde fauens abeunti munera princeps
Paupertate potens, ſed reppulit omnia ſanctus
Donaque deſpiciens meruit plus principe ab ipſo,
Tantũ maius habens, quantũ minus ambit auarus:
Omnia ſunt ſoli qui nulla requirit habendi.
Hinc quoq; Romuleam regeret cum maximus arcẽ
Vir capiens apicem per publica geſta triumphus
Sæpius hic ſanctum per celſa palatia duxit,
Hoc toto ſermone loquens de luce futura:
B Quis ſit honor iuſtis, laus, gloria, palma, corona.
Nec regina pedes ceſſat lacrymoſa rigare,
Sternens membra ſolo, ſuſpendens gaudia voto,
Inde precatur ouans conuiuia vt ipſa pararet.
Obtinet hoc bonitas quod non valet alta poteſtas,
Ipſa manu ſellam poſuit menſamque parauit
Dans manibus lymphas, rurſus regina miniſtrat
Læta modeſta ſuis palmis quas coxerat eſcas,
Quo reſidente ſacro ſtetit illa immobile planta
Fercula ſubducens, & pocula porrigit ipſa.
Vna miniſtra viro ſuffecit ad omnia ſoli.
C Cœnula finiuit, ſed adhuc regina ſatagit
Fragmina, relliquias, cruſtas & fruſta recondens,
Omnia præponens hæc imperialibus eſcis.
Hoc Martinus agit quo clauſos carcere laxet
Exilio ductos laribuſque reduxit auitis.
Sed tibi ſãcte pater minus eſt Auguſta quod explet,
Hoc magis obſequio creuit regina peracto.
Eſt locus in Turonum fine & confine Biturgum
Incola quem virum vocitauit Claudiopagum
Manſio forte fuit Martino prætereunti,
D Eccleſiæ domini qua ſecretaria pollent,
Virgineique chori ſancto abſcedente requirunt,
Quo ſtetit, aut ſedit, acuit genua atque reflexit,
Lambunt cuncta ſimul vel ad oſcula ſingula ducũt.
Diuiſere ſui veneranda ſtramina lecti,
Atque leues paleas virtutis pondere penſant,
Quam tetigit ſtipulam ſanctus non ibat inanis:
Denique poſt fragilis confregit fortia culmus,
Nam grauiter quendã vt rabians inuaſerat hoſtis,
Et truculentus agens erroris ſpiritus iret,
E Dum rapiendo rotat veſano cardine prædam,
Hunc ſuſpenſa viri collo feſtuca fugauit,
Immanémque hoſtem palearis ariſta remouit
Tibia fruge ferax laruam iaculata ſagittat,
Et ſtipula exilis quaſi dura falarica fixit:
Nec ſic vllius ferri expauiſſet acumen,
Spicula nec tantum timuiſſet miſſa per arcum
Lubrica pennigero venientia tela volatu,
Parthica ſeu timidum ſi transfodiſſet arundo
Plaga & vicino grauius laceraſſet ab ictu,
F Stramina ſic metuit trepidans adamantinus hoſtis,
Ac velut ex ſtipulis coqueret ſe flamma camini
Vir ſtetit incolumis fugiente volucriter vmbra,
Deſerit & prædam lupus ingens & leo frendens.
Inde reuertenti Treuerorum ex vrbe beato
Obuia forte datur media fera bucula campo,
Quam dæmon dorſo incumbens agitabat anhelo
Pendulus aëreo quatiens auriga flagello,
Peſtifer arte noua curſu boue nempe veredo
Corrigeri pecudis propulſor mulio triſtis,
Exagitator iners reſidens per terga bubulcus;

Google

Hic vbi milliſmodas animalis adegerat iras
Ibat vbique fero furibunda iuuenca miniſtro
Sub tortore graui per curua, per inuia curſans,
Acceſſit propius ſancto furiatile cornu,
Elatáque manu pecudem conſiſtere mandat
Quæ ſtetit affixo minus improba buccula greſſu,
Quem ſacer inſtantem mox vidit comminus inquit:
Perge ferox, fuge ſæue, redi, male cede cruento,
Innocuam pecudem deſiſtite agitare nociue.
Tunc animalis enim linquet fera bellua tergum,
Et recipit proprium mitiſſima buccula ſenſum,
Sternitur ante pedes ſancti veneranter adorans,
Flexit & ipſa genu quæ non habet intellectum,
Contra naturam diſcernens geſta beati,
Obſequiumque dedit meriti quæ neſcit honorem:
Inde magis humilis quia libera colla gerebat
Ante ligata tumens à peſte ſoluta reclinis.
Quæ ſtetit ore fremens cecidit poſt vincula ſupplex,
Et ſine voce fauet armo iactata priore.
Tum ſacer antiſtes pecudem præcipit abire,
Móxque gregem repetit paſtoris voce reuincta.
Id geſtum eſt illo ſub tempore quando beati
Per medias flammas nec fimbria ſenſerat ignis.
De minimis etiam referantur maxima rerum,
Tempore nam quodam dum vicos circuit almus
Obuia venandi ſtudio volat agmen equorum.
Nare ſagace canum ſit præda reperta frutetis,
Tranſiliunt campos equites & voce ſequuntur.
Intendunt leporem fugitiuum agitare moloſſi
Saltibus excuſſi, latratu & dente minaci:
Diffuſi excurrunt celeres in amore rapinæ.
Alter in alterius miſcent veſtigia ſaltus,
Iſte ſequax tacitus petit, hic clamoribus auras,
Hic frutice in vacuo deluſus odore rotatur
Motibus arboreis, ſaltu ſuſpenditur alter,
Capturæ vnius cunctorum frendet hiatus.
Sæpe ſuper leporem morſu deceptus inani
Vnguibus inietis dum præda volubilis exit,
Ac ſe turba premit, ſic lubrica beſtula fugit.
Non erat interea quo calle lepuſculus iret
Mons, vallis, petra, ſilua, frutex defecerat omnis
Per patulos campos fugienti tegmine nudo
Poplite defecto, pede laſſo, nare reclina,
Totus ab ore canis per ſingula murmura pendens?
Senſit adeſſe tamen Martini ſigna beati,
Flexit iter trepidus hirſutas fraude per herbas
Auribus accliuis, vagus, exagitatus, anhelus
Corruit ante pedes titubans lepus aduena ſupplex.
Si non voce poteſt fletu pro voce precatur,
Sic fera parua iacet Martini tegmine tuta,
Et recubas dulci defenſa ſub arboris vmbra.
Tunc ſacer ex ſolito miſeratus more ſalubri
Imperat, vt catuli ceſſent abeunte fugace.
At ſacer ille canum mox ſermo cucurrit in aures,
Torpeſcunt agiles, verbo figente liciſcæ
Greſſibus inſtabiles pendentibus ſaltibus ipſis,
Et redire canes quaſi per veſtigia cancri,
Effugit incolumis per aperta lepuſculus arua,
Et cane ſepoſito tutus terit alta viator,
Hic fugit, ille redit, nullus perit, ecce ſalutem:
Sic quoque beſtiolis pacem ſacer intulit ipſis,
Deliciaſque canum facta eſt pietatis imago,

A *Qui potius vetito didicerunt parcere morſu,*
Et quia defuerant homines vbi mera faceſſit
Nil de laude perit miracula beſtia ſenſit.
Quanta etiam ſancti ſermonis gratia fulſit,
Qui cum nuper ouem vidiſſet vellere tonſam,
Nec Euangelij dicens mandata peregit:
Námque duas tunicas geſtans vnam obtulit inſons,
Et nudata ſuo de tegmine texit egentem.
Inſpiciens itidem ſanctus per rura ſubulcum
Nudum pellicea tantum ſub veſte trementem,
Ecce Adam quondam paradiſi ſede repulſus,
B *Exul ab eliſeo paſcit gregis ora ſuilli,*
Depoſito veteris Adam carnalis amictu:
Adam nempe noui nes induere inſtar oportet.
Hinc iterum cernens vernantia prata beatus
Pars paſtus, pars foſſus erat, pars floreus agris,
Sed ſue confoſſus, boue paſtus, flore comatus.
Comparat ergo tribus ſanctus tria nomina rebus:
Turpis adulterij species eſt foſſa carectis,
Herbáque coniugij detinet detonſa figuram.
Eſt par virginibus violis quæ vernat imago,
Herbis luxurians, fœno apto & flore decora,
C *Digna Deo, gemmis gratior, radiantior aſtro.*
Miles item monachum profeſſus cingula linquens
Coniuge cum propria cuperet quia degere vitam,
Mutauit meliore via tranſcurrere metam,
Iure ſacerdotum monitor hoc ordine dicens
Belligeratori valeat ne fœmina iungi
Sola aciem melius componit maſcula virtus,
Debilior teneat murorum clauſtra caterua,
Et ſexus fragilis, ſeſe intra ſepta recondat.
Hoc ſatis vt mulier timeat res ipſa timori,
Miles ad arma potens pergat galeatus in agmen
Loricæ triplicis ſquama radiante coruſcus
D *Toraca ex humeris indutus niſus in haſta,*
Aſſuetus clypeo tranſmittens vulnus ab arcu.
Hinc capulum vibrans, hinc torquens miſſile telum,
Ferratæ tunicæ riuos ſub pondere ſudans.
His dictis mulcens iuuenem reſipiſcere cogit
Coniuge poſt poſita, & repetit eremita coronam.
Iugiter interea quia ſalſa, & ſancta canebat
Nec ſerie recipi, neque poſſunt ſcripta teneri,
Quænam vita ſacri fuerit, quis ſingula curtat,
Quanta fides animi, quàm celſa & pura voluntas,
E *Ad quem non homines ſolum longo orbe venirent,*
Verum etiam cæleſtis honor viſebat amanter,
Angelicuſque chorus properabat ad ora frequenter,
Colloquiis placidis vt feſſum animaret amicum,
Et quaſi complexum recreet per verba parentem
Res probro iſta potens quæ geſta priora renarrat
Concilium allectum fuerat ſynodale Nemauſo
Quo ſacer antiſtes mediator adeſſe recuſat:
Ergo ratem ſcandens celerem parat ire per amnem
Gentibus in mediis habitans eremita remotus
F *Ipſo in puppe ſedens cunctos ſua prora ſequeſtrat,*
Angelus ecce tamen domini venit aliger alno,
Ipſa nempe die qua ſe conuentus abegit
Quicquid pontifices celebrabant ordine narrans,
Pro vice Martini peragens ſynodalia præſens,
Atque ſui cura longinqua per æthera tranat
Quem pendente via net in aëra penna fatigat,
Sed natat ala celer donec noua nuncia portet

Quæ mandat dominus, nihil abſconſurus amico.
Retulit vt prius hæc ſacer & poſt cuncta probauit,
Nec frangunt prædicta fidem, neque prodita fallũt.
Accidit hinc demum foribus ſequente Seuero
Compare cum Gallo doctis & amore miniſtris,
Murmure multiuago completur cella beati.
Oſtia clauſa tenens dici geminante ſub hora
Audiuere loqui, ſed quid, neſcire fatentur.
Senſerunt ſtrepitum, neque verba loquacia norunt:
Pars fuit hæc meriti vel ſic ſenſiſſe ſuperna,
Agnita ſi non ſunt ſatis eſt audita mereri.
Poſt ſacer egrediens cellam maiore Seuero
Sulpitio poſcente diu quæ geſta fuiſſent,
Vix motus precibus, tandem rem ex ordine pandit.
Indicat hic Agnem, Teclam Mariamque locutam,
Sanctarum exponens vultus habitumque beatum.
Quæ facies, oculi, gena, pes, manus, arca, figura
Lumine tam puro vidit ſæpe ora ſororum.
Qui color atque decus, quæ forma, & gratia quãta,
Et ſermone pari placidam dixiſſe ſalutem
Hic petit ad fratres, illæ petiere ſorores.
Sed redit iſte gradu, illæ nam redicre volatu
Culmen Apoſtolicum celſas & honore columnas,
Sæpe Petrum meruit Paulumque videre licenter
Dæmonicas etiam tolerans ſæpiſſime pugnas
Nomine quémque ſuo increpitans cogebat abiri,
Maxime Mercurium infeſtum referebat adeſſe:
Brutum namq; Iouẽ & hebetẽ memorabat haberi,
O ſinceri oculi, nulla caligine preſſi!
Mens radiata ſopho retinens ſine nube ſerenum,
Inſpicis aëriam carnali lumine Teclam,
Atque vides Agnem redimita fronte corona;
Cernis & egregiam precioſa luce Mariam.
Vidiſti templum domini diademate fultum,
Vidiſti thalamum ſponſi ſuper omnia pulcri,
Compoſitum gemmis, auróque oſtróque decorum,
Qualis iaſpis erat pedibus laterique topazus,
Qui digitis annuli viridi fulgore venuſti:
Quales armillæ dextræ ardeſcente iacinto,
Quanto zona die lapidum radiabat honore,
Cicladis, aut qualis cataclyſis eſſora raſis,
Quæ palla ex humeris mixto criſophara berillis,
Quodve monile decens collo rutilabat in illo.
Forſan erat niueis Ametiſtina vitta capillis,
Sculptilis impreſſis & inauribus alba ſigillis
Luminis ac varios ſpargens diadema virores.
Quæ frons, os, facies, collum gena, pes, manus: vlna
Inde repercuſſis florebant gramina gemmis?
Dic bone paſtor oui quæ fabula veſtra cucurrit?
Quid rogo quãdo Petrũ & Paulum tã ſæpe videbat
Prima miniſterij radiantia vaſa ſuperni,
Aurea pulchra nimis gemina venuſta coruſca,
Illa putas quanta rutilabant ore ſereno
Dogmate, quæ Chriſti totum ſparſere per orbem,
Quæ dixere prius: tu es Chriſtus filius almi,
Altithronique Dei dominantis & omnipotentis,
Ac ſuper hac petra fundata Eccleſia regnat,
Quam nec flabra mouent, neq; vertit turbo procellæ,
Nec trahit vndiuagam pluuiatilis imber arenam,
Hæc quia viua tenet petra fundamenta ſalutis
Contra quam portæ inferni nunquam arma valebũt
Quid ſacer ille ſimul Paulus tuba gentibus ampla
A *Per mare, per terras Chriſti præconia fundens,*
Europam atque Aſiã, Libiam ſale dogmate cõplẽs,
Et qua ſol radiis tendit ſtilus ille cucurrit,
Arctos, meridies, hinc plenus veſper & ortus,
Tranſit & oceanum, vel qua facit inſula portum
Quæ Britannus habet terras atque vltima Thyle.
Buccina concrepuit, regiones vna per omnes
Dogmate tantorum Chriſti data munera pangit
Hebræus, Græcus, Romanus, Barbarus, Indus,
Iſraëlita canit, ſimul Atticus, atque Quiritis,
B *Principibus geminis fidei ſub principe Romæ*
Carnis Apoſtolicæ quo ſunt duo celſa ſepulcra.
Prima tenent terris, & vtrique priora ſupernis
Dogmatis ore pares, & ſedis honore curules,
Ambo triumphantes ſpargunt noua dona per orbẽ:
Vna nempe die quos paſſio ſancta beauit,
Et ſacra ſic geminos ſignauit tempora conſul,
Quis ſplendor paribus rutilabat ab ore coruſcus
Lucifer, vt radiis premeretur vultibus illis,
Quippe nec ipſa micat tantum roſa fulgida ſolis.
C *O dulces oculi, facies cernende beatas*
Vidiſtis Syon ſpecioſas ordine portas,
Vidiſtis Syon ternas quater ordine portas,
Quas amat omnipotens vltra omnia culmen Iacob,
Gemmarum vario redimitas lumine valuas,
Sculptas bracteolis, inſcriptas arte ſmaragdis,
Criſolitis rutilas, niueas ſtillantibus albis.
Quicquid amor potuit quo totum gratia fudit,
Omnicolora decens & omnibus vna topazus
Per quas huic populi genus illud nobile regni,
Intrant ſideream meritorum greſſibus vrbem,
D *Et ſine fine manent conſcripti in ſecula ciues.*
Inter quos proceres & culmina celſa potentum
Patricius mixtus generoſis, Conſulibuſque,
Proximus & regi reſidet Martine ſenator,
Cui dedit arma fides, & cui fiducia rex eſt,
Miles amore cliens, & factus honore cohæres.
Qui potes, oro, mei veniam depoſce reatus,
Et vitiata tibi quod lingua remurmurat audi,
Vt de fonte profluat indulgentia læſo,
Ac te orante ſacer redeat medicata cicatrix.

E

INCIPIT LIB. IV.

PROLOGVS.

POſt mare fluctiuagum repetens ad littora portũ
Floribus albicomis, dum ilia pollice carpo,
Vngue recido roſas, & per violaria curro
Ruris amœniferi varios ſitus inter odores.
Obripit inde ſopor, feſſus quoque colla reclino,
Fultáque gramineo iacuerunt membra grabato.
Sed redit ecce dies & iam luceſcit, eundum eſt
F *Dum matutino nos ore ſalutat Hirundo,*
Ac ſe nocte breui celerata crepuſcula rumpunt,
Quo torpere natent quamuis mea lumina ſurgam,
Euigilanſque oculis detergam pollice ſomnum,
Et quod iter repetet Gallus vocat, ibo ſodales
Fluctibus in trifidis ignarus nauta libellis.
Ac velut ambiguas interſim Flegadis vndas
Ionij, Ægei, Maleique ſequace procella,
Me tamen in bibulis ne mergeret auctor arenis,
Summa gubernauit Martini vita patroni,

Quam nitor ſcabris indignus ſcalpere verbis,
Ruſticus arte rudis tentans formare monile,
Quod nec lima polit, neque malleus addit acumen,
Non incudo terit fornax quæ examinat igne,
Nec mordax gemino forceps trutinauit obunco.
Sed magis incomptus profert mea lingua metallum,
Res tamen illa iuuat ſine qualibet vllius arte;
Quod per ſe pulcram præfert ſua gratia gemmam.
Attamen officij quæ reſtant debita ſoluam,
Et cui magna nimis modo debeo parua rependo.
Carnotus interea genitam pater anxius ægram
Ex vtero mutam profert ſacro ore medendam,
Sex geminos grauiter hebetem ſine voce per annos,
Nec differt Martinus opem pietatis amicam.
Sternitur ergo ſolo tacitus prece ſidera pulſans,
Corpore fuſus humi, volitans ſuper æthera ſenſu,
Senſit vt effectum fidei meruiſſe precatu,
Sanctificaturum ferri ſibi poſcit oliuum,
Infuditque ori benedictum fruge liquorem
Atque tenens digito linguam miſerando puellæ
Ipſe patris nomen geniale requirit alumnæ.
Mox reſoluta mouet faucis lira tinnula plectrum,
Atque inſueta canit camerati cona palati,
Dente reliſa cauo producens verba fritillo,
Reſponditque patris nomen pia filia dulce.
Ventre prius genita hic viſa eſt quaſi voce renata,
Reddit adulta vetus lactantes ore ſuſurros
Incipiens tenere proſcindere verba rotatu,
Motu pigra rudi decurrens lingua gradatim
Implicito ſonitu rauca nouitate cicuta,
Donec plena plena ſuo cecinit ſimphonia flatu.
Tunc genitor genua amplectens veneranda beati.
Vociferans & voce data ſua gaudia plorans
Lætitia voto reboat præconia Chriſto.
Iudicis inde feri coniunx ægra Auitiani,
Dirigit ad ſanctum morbi ſperando medelam.
Vas olei vitreum lance æqua dimidiatum,
Vnde ſalutifero depelleret vnguine morbum.
Mox ſuper ampullam fecit crucis ipſe ſigillum,
Surgit ædora liquor, ſpumánſque exæſtuat vnguẽ,
Vbertate noua vitrea ſub cortice obortum,
Et vaſe in ſicco generoſus naſcitur humor,
Currit in aſcenſum qui vergere nouit ad imum,
Fluxibus & liquidis olei petit alueus altum.
Sed quem non genuit radix oleagina ſuccum,
Nec ſirabaca dedit merito virtutis adultum,
Creſcit & ad ſummum patulo qua clauditur ore.
Nec contentus agit liquor, vt vax expleat illud:
Nam cumulata olei mox defluit vnda ſuperne,
Nec ſeſe vrna capit, tanta eſt benedictio dextræ,
Exundánſque omnes pueri madefecit oliuum,
Et digiti de fonte rigans manauit oliuum,
Ac poſtquam irriguæ fluuiali more cucurrit
Vas plenum fidei, merito matrona recepit.
Nec minus inde ſubit rerum admiratio facti,
Idem vas vitreum benedictum nobile reddens,
Cum puer incautus poſuiſſet in ore feneſtræ,
Vtpote carbaſeo venerans velamine tectum,
Lintea dum retrahis fluitantia neſcius alter
Lapſa pauimento ampulla ſtat marmore tenſo.
Sed nec ſaxæ vitrum perdunt, nec vaſa liquorem,
Integra ſeruatur volitans quaſi penſile pluma,

A *Aut ſubuecta leuis geminos deſcenderet alis,*
Nullaque rima patet, nec ſacta in vaſe cicatrix.
Sic liquor interior facit exteriora tueri,
Et quem tutari decuit ſua tegmina texit.
Ne vitra depereant olei cuſtodia ſeruat,
Incluſuſque humor proprium defendit amictum;
Ac fragmen fragile ſtatuit benedictio forte,
Cuius diſcipuli pariter dum comminus irent,
Et canis horrificus latratu inſiſteret amplo,
Vnus amore pio Martini in nomine dixit:
Præcipio taceas, neque nos clamore fatiges.
B *Mox præciſa canis rabidi vox ore pependit,*
Clamoremque vagum media de fauce reſorbet,
Et frater ille ferox auido ſub gutture obhæſit,
Stans rictu ſtupido frenata voce moloſſus,
Cum furor vrgeret quia ſe nec hiare liceret.
Sic redit incluſo tremula ſine voce ſuſurro,
Profuit & nomen ſancti quo defuit ore,
Ergo iter inceptum lento pede pergere tendant,
Dum licet ire viam, dum me vocat aura ſalubris;
Et trahit ora dies veſtigia tarda mouentem,
Moribus vt tumidus comes Auitianus agebat;
C *Terribili officio Turonas ſuffultus adiuit:*
Agmina conueniunt, & longa catena reorum
Accreſcente coma, quorum caro tota fluebat,
Et conſumpta artum laxabant brachia ferrum
Confectam macie vix declarante figuram,
Pœnarum genus omne iubet plus more parari.
Deflentem videas populum ſpaciare per vrbem,
Indixitque nefas proceſſu ad triſte tribunal,
Vnde truces oculi ſpectarent membra cremari.
Comperit vt ſanctus feralia iuſſa ſatagi,
Tempore ſubnoctis ſæua ad prætoria tendit;
Et pietatis iter ſolus parat ire viator.
D *Peruenit vt ſenior greſſu miſeranter anhelo;*
Sternitur ante fores per limina dira benignus
Qua recubat iudex torpente ſopore ſepultus.
Angelus interea penetrat mox aliger aulam,
Intonat & comiti dormitanti ore minaci:
Te ſopor hic retinet, Martinus ſtat foris, inquit,
Tu requie frueris & ſuſtinet ille labores,
Molliter ipſe thoro iaces, ille in marmore duro.
Excutitur trepidus mox ex ſomno Auitianus,
Martinum exclamans, foribus recubare ſacratum;
Imperat & famulis reſerent vt clauſtra beato,
E *Ne ſeruum Chriſti venerandum iniuria vexet.*
Hinc famuli illudunt domino crepitante cachinno,
Dicentes ſtupidi ſe ſomnia vana videre,
Præ foribus nullum reſidere vel eſſe virorum.
Rurſus præcipiti premitur ſomno Auitianus,
Angelus inde virum violentior excitat vrgens,
Concutit & grauiter ne cederet ipſe ſopori.
Territus hinc iudex, vltra neque credulus vlli
Poſtpoſitis famulis, celer ad ſua limina pergit,
F *Atque ibi Martinum reperit, ceu ſenſerat olim.*
Tunc ferus alloquitur ſanctum his vocibus vltro:
Quid Martine mihi facis hoc venerande ſacerdos?
Non mecum æquali fateor certamine pugnas,
Abſoluendo reos venis & me verbere torquens.
An me pro cunctis pœnas abſoluere mauis,
Eligis aut facinus mea per tormenta paciſci?
Sub tertore nouo mutantur tempora cædis,

Digitized by Google

Pœna diurna reos cruciat, me nocte fatigas.
Serue Dei patuit quam ſit tibi celſa poteſtas,
Quando flagellatur grauiter te iudice iudex.
Hinc tamen ipſe probas mecum ſit qualiter actum
Cum per me venio, nec amicum, nec rogo ſeruum:
Non patitur differre moras quem pœna coercet.
Nil opus eſt verbis tacito te noſco quod optas
Cede precor, diſcede loco, concede quod oro,
Ne turmæ grauiter cito puniat vltio vindex.
Hæc ait, & propero pede diſcedente patrono,
Auitianus inops animi vocat officiales,
Et reſerare iubet tormenta, ergaſtula, clauſtra.
Cumque relaxaſſet procul ipſe diſcedit ab vrbe,
Et grauis ira fugit, ſibi ſit timor ipſe timori
Ordine peruerſo, & pacem fuga iudicis auget,
Ac ſine cæde lupum ſaluo grege paſtor abegit,
Quique monaſterio quotiens properaret ad vrbem,
Siue pedem cellæ foris adueniendo tuliſſet,
Agmina laruarum trepidabunt ore rotatu,
Et cum neſcirent populi aduentare patronum,
Deſignabatur gemitu quoque dæmoniorum.
Adpropiante ſacro pendentia membra videret
In ſublime procul ſublata per aëra duci.
Aſt alios pedibus ſuperactis rurſus in altum,
Et caput inferius veluti de nube ruentes,
Nec tamen his veſtes fluerent verecunda tegentes
Crimina vel merita edentes ſub iudice miſſi,
Et ſua præcipites examine facta fatentes,
Ille Iouem ſtolidum, hic ſe fatetur Anubim
Vaſa miniſterij ſe dæmonis eſſe nefandi,
Sed tortore pio feritas cruciata fugatur,
Quin etiam Senonum pago quid geſſerit, edam.
Cum compacta gelu premeret ſata grando quotannis,
Cultorúmque ſeges defraudaretur inanis,
Nec meſſoris opus flaueſcens ſpica rogaret,
Agricolæque manum eritura vetaret adempta.
Incola maturis totiens deceptus ariſtis,
Cum ieiuna ſuo torperent iugera ſulco,
Ac lapidata cibum populis ſeges ægra negaret,
Mittitur ad ſanctum legatio fida precatu,
Vt remoueret humo furibunda procella flagellum,
Celſa viri quæ mox oratio ſola peregit.
Nam ſtatim atque preces fudit bonus ore ſacerdos,
Tempeſtate graues ſiccarunt nubila nimbos,
Et vlnæ ſegetes ſe fertilitate maritant,
Quæque quater quinos per quos ſuper extitit annos
Intemerata ſacri viguerunt dona patroni.
Vir tamen ipſe Dei, vt ſublatus ad aſtra receſſit,
Oblitæ incubuit rediuiua procella rapinæ,
Præſule ſubducto vaſtat fera clades agellum,
Ac male captiuas imber populatur ariſtas,
Defenſorque obit, & mox prædam grando requirit.
Martini abſceſſu repetunt elementa flagellum.
Vir quoque iuſtus item cum occurreret Auitiano,
Aſpicit inſtantem hinc ſæui dæmonis vmbram,
Honorificam faciem, truculentam corpore peſtem,
Quam procul intendens ſanctus flatu oris abegit.
Iudex dum ſeipſum putat exſufflaſſe beatum:
Cur bone paſtor ait, tua nos iniuria vexas,
Indignóſque facit deſpectio ſtatilis auræ?
Quem pater egregius reſponſo affatur amico:

A Hæc tibi non facimus probroſi ſorte reatus,
Sed male quæ incubuit ceruici flamimus vmbræ.
Mox tamen illa fugit ſubſellia larua ſatelles,
Et ceruice ſedens inuaſa ſedilia liquit.
Libertate noua ſurgunt colla Auitiani
Exoneratus enim iudex reuocatur honori,
Mitior atque fuit grauis implacabilis olim.
Mirum aliud vico quod contigit Ambacienſe,
Idola turrito fuerant educta metallo,
Eximiæ ſaxis moles onerata politis
B In ſublime thronum procedens æde ſuperba,
Falſa ſuperſtitio, deceptio vera precantum
Grande opus ad facinus faciens nihil eſſe colentes.
Quod cum ſanctus ouans mandaſſet rite tuendum
Humanis opibus, neque hoc auelleret vllus,
Tunc ſacer antiſtes aſſueta per arma recurrens,
Peruigil inſiſtens nocturnis excubat horis,
Alloquiis domini taciturna ſilentia rumpens,
Sed cum mane recens auroram ſpargeret orbi,
Tenderet & croceum per nubila Phœbus amictum.
C Ecce repens oritur variante fragore procella
Seridula ſidereo volitatu, & multa tumultu
Auxiliis fremebunda tuis Martine ſatagens,
Et tua caſtra mouens armata ferocibus auſtris,
Quæ fanum vt tetigit rapidæ vertiginis ictu,
Impulit ac fabricam furibundo impacta rotatu,
Idola comminuit, molémque in puluere ſoluit,
Altaque turrigero ceciderunt mœnia faſtu.
O ſacer antiſtes dulce & memorabile nomen,
Quis ſe non ſubdat tibi pro quo & nubila pugnant?
Hæc quoque mira loquar parili virtute peracta:
D Stabat celſa rigens, informis, forma columnæ,
Immanis habitu, tractu inſuperabilis amplo,
Quæ ſuperimpoſitum ſimulacrum hoſtile gerebat,
Quam pius vt voluit, valuit neque ſoluere molem,
Rurſus adorandi victricia ſigna cucurrit,
Belliger eliciens ad ſe arma potentia cælis,
Stratus humo recubãs, precibus ſuper aſtra relatus.
Quo exorante diu multóque in puluere fuſo,
Cælitus eſt oculis deſcendere viſa columna,
Molliter aërio diſſulcans nubila lapſu,
E Quæ molem oppoſitam, vt vibrato perculit ictu,
Fragmine diſſoluit, compago ſoluta columna,
Lapſaque diſperſo pereunt ſimulacra metallo,
Et mentita nouo feriuntur numina telo,
Falſa quidem veram ſumentia numinis iram,
Quæ ſubuerſa ſuis gemuerunt lucra ruinis,
Ac reſoluta feris creuerunt templa fauillis.
Pandere quin etiam decet illud honore beati:
Pallida cum mulier ſtillante rubore cruoris,
Cuius ſe irriguo ſiccarunt viſcera fluxu,
F Naufraga membra trahens, ſecum vaga ſanguinis vnda
Tempeſtate ſuæ pluuiæ defeſſa laborans:
Ipſa ſibi generans ſecreti turbinis imbres
Fletibus & propriis iam ſubmerſura ruebat,
Nec ſuper vllus erat portus ſibi norma ſalutis,
Cui ſemel vt tacta eſt benedicti fimbria fili,
Nobilis ac ſummi palpantur ſtamina panni.
Exilit inde ſalus, digitos prius unguine complens,
Tranſit in arcanum fiducia tanta medelæ.
Protinus irriguis vocatur origo fluenti,

Prona etiam patulos damnauit ſiſtula curſus,
Et reſtricta fluens redit inſonti unda cruoris,
Aſſiduiſ fluxus fugiens caua vena meatus,
Veſte ſacra medici ſolidantur glutine riui,
Et virtute viri ſenſerunt frena liquores,
Incolumiſque redit de furto femina felix,
Atque ſalutis opem medico ignorante reſumpſit.
O Martine ſacer neſcis, & munera donas,
Inde procul greſſum celerans antiſtes abibat,
Obuius ecce venit ſerpens adnando per amnem,
Pectoris impulſu ſulcans vaga remige cauda,
Squamea terga mouens, ſpiris vaga cærula fundẽs.
Quem ſacer inſpiciens ait hæc: in nomine Chriſti
Impero dira tibi, pete curſum beſtia retro,
Quæ procul in fluuium ſinuamina lenta reflexit,
Atque retorſit iter mox ſarcina tanta veneni:
Inde petit bibulas ripæ interioris habenas,
Gurgite lapſa natans, totáſque renauigat vndas,
Obſequiis famulans, & vipera perdidit iras
Imperiis iuſti, nec iniqua venena repugnant.
Forte dies aderant paſchalia feſta gerentes,
In quibus antiſtes partim quoque piſcis edebat,
Addebatque bonus tum fercula reptile guſtu,
Sollicitat monachos ſi copia piſcis adeſſet:
Reſpondit cui cura foret commiſſa, miniſter,
Se toto piſcante die captura negaſſe,
Nil valuiſſe hamum, ſeu ſub arundine iactum,
Nec potuiſſe aliquam vel retia ducere prædam.
Cui conſtanter ait placido moderamine paſto:
Perge modo ad fluuium tibi nec captura negatur.
Artificem ſpes certa mouet, petit impiger amnem,
Implentur pariter monachorum examine ripæ,
Vt ſacra Martini ſperarent dicta prophetæ.
Quem ſcirent non caſſa loqui neque verba refelli,
Proiicit vt fluuio caſſam de puppe magiſter,
Molliter ac vitreo Ligeri trahit humida lina.
Mox ingentem ad crocem modico ſub rete coërcet,
Et trahitur cognatus aquis ad littera piſcis,
Non rete artificis ſed Martini ore ligatus,
Vſibus & ſancti ſe præda natatilis offert,
Tali morte magis vitæ pro munere currens.
Nobile quinetiam ex præfecto Arborius effert,
Signum, quod vidit ſe teſte fidelis in vrbe,
Immaculata Deo cum dona imponeret aræ,
Et pater attonitus ceremonia diua ſacraret,
Munera vel Chriſti benediceret ore ſacerdos,
Impoſita altari rata corporis atque cruoris,
Emicuit ſubito manus alma decore ſuperbo,
Nobilium vario lapidum ſplendore coruſcans,
Vndique viſa rotæ ſpargens radiatile lumen,
Brachia purpureis vibrantia fulgura gemmis,
Lumen & ad ſolis radians lux fulua metallis,
Credula quo potius fierent miracula rerum.
Vir ſimul ipſe potens ſe tunc Arborius inquit,
Gemmarum grauium crepitantem audiſſe fragorem.
Sic geminante fide iuſti pia dextera fulſit,
Inque loco manicæ micuit tranſlata ſmaragdus.
O Martine decens lapidum velamine compte,
Cur noua palla tibi cui vix textura coruſcans
Trama topazius erat rutilans, & ſtamen iaſpis,
Et tunicæ inſignis currunt pro vellere gemmæ?
Quæ manus artificis cataclyzica fila rotanis?
A *Quis fuit hic opifex vbi lana iacintina currit?*
Quis potuit rigidas torquere ad licia gemmas?
Hæc venerando magis poterũt quam fando referri.
Quid ſecreta petis nec in abdita luminis intras!
Eſt homo quod ſtupeas vbi nectet gratia telas.
Hiſtoriæ nobis oritur hic longior ordo,
Sed breuiore via data per compendia curram.
Maximus imperij moderans quaſi rector habenas
Præcepit Itachium cum armorum iure tueri,
Ne quis eum peteret damnandum lege forenſi,
Accuſatorem veterati Priſciliani,
B *Mittit ad Hiſpanos armata forte tribunos,*
Relliquias hereſis qui quærunt & bona tollunt,
Inuentóſque pares capitali crimine damnent,
Sic tamen, vt cunctos occaſio ſæua feriret.
Pluribus ergo malis bonitas impulſa beati
Leocadio pariter pro præſide prompta precatur,
Occurrit Treueros, aliis quoque mota querelis.
Pontifices adeunt prædicti principis aures,
Ne Martinus eat, ſynodi niſi pace recepta,
Sed ſacer aſſeruit Chriſti que in pace manere.
Quo prius abſtinuit ſanctus ſic cœtibus illis,
C *Pontifices iterum occurrunt ad Cæſaris aulam,*
Cogat, vt innocuum ſo participare nociuis,
Prouocat alloquio quem molliter induperator,
Vt ſociaretur reliquis communio iuſti:
His Theoniſtum & enim ſolum diſceſſe querelam;
Cui non complacuit communio noxia fratrum.
Hinc quia non valuit flecti vehementia ſancti,
Abripit ex oculis ſe principis alta poteſtas.
Mox percuſſores gladio minitante relaxat,
Qui ſemel offenſos iaculo figente trucident.
D *Comperit vt ſanctus reſeratæ fraudis amictum,*
Pollicitus regi ſe participare ſiniſtris;
Et pietate calens deponit amore rigorem,
Mens rea cuius abeſt par ſit communio culpæ,
Hinc ſe proripiens propere Martinus abegit.
Æſtuat interea gradiens grauis, anxius, augens,
Quo vel ad horale ſpacium conſenſit iniquis.
Inde iter emenſum per vaſta ſilentia ducens,
Progreſſis ſociis, ibi ſe Andethanne propinquat.
Ecce viro inſigni ſacer obuius angelus adſtat,
Præſenti alloquio confeſſus publice vultus
E *Atque reuelata facie, ſic comminus infit.*
Cur merito Martine loco compungeris iſto,
Nec patrias exire aliter niſi iuſſa faceſſis,
Inter vtrúmque nefas mercatus acerba doloris.
Nunc age conſtanter, repara virtutis honorem,
Et tibi te reuoca trepidum ne noxia frangant,
Gloria nè pereat, neu proſpera lubrica perdant.
Vtere more tuo, te deinde rediſce magiſter,
Fortis Athletæ animos caſus non obruit vnus.
Acrius inſequitur hoſtem manus icta dolore,
F *Plagáque fixa ſolet mentes armare viriles,*
Atque pudore recens creſcit diro vlcere virtus,
Ac datur armigero victoria vulnere crebro.
Fraterno alloquio ſic Angelus explicat ore,
Et vice germani monitis animauit amantem,
Tanta eſt cura Dei Martinum auellere lapſu,
Vlterius ſynodi neque ſe promiſcuit inſons,
Virtutiſque ſuæ damnis noua lucra parauit.
Res probat ipſa tamen ſacro venerabilis actu;

Digitized by Google

Nāmq; ad Pſeudoforum cellæ dum accederet æger,
Quem male vexabat nimium fera dæmonis ira,
Ingeniòque graui torquebat iniquior vmbra,
Ante monaſterij quam limina tangeret almi,
Martini faciem refugit ferus hoſpitis hoſtis,
Et benedicta uiri terror fuit ora videri,
Non ſufferre valens res obſcuriſſima lumen,
Nec vaga conſtantem, fugit infida corde fidelem,
Sæua bonum, furioſa, truculenta benignum,
Sic quoque nigranti retinetur ianua lucis.
En medicina ſacri ſatis vnica cuius opimum
Hoſpitium vidiſſe fuit meruiſſe ſalutem.
Sanctus in æde latet, foris exit origo medelæ,
Et cura ante datur medici quam forma videtur.
Hæc ſatis eſt mirum dederit quid corpore præſens,
Nomine ſub cuius ſparguntur dona per orbem:
Denique cum quidam Thyrrenum curreret æquor,
Fert iter ad Romam, quod veliſicante volatu
Turbinis impatiens oritur violentia venti,
Exilium fluctus, feriunt caua vela rudentes,
Nutat pinus iners, rapiuntur ſigna chiruſcis,
Lenis & antennæ coeuntia cornua frendent,
Artis inops, ſtupidus reſilit de puppe magiſter.
Stant vndæ, armatura cadit, fragor æquoris vrget,
Prora bibit dum nauta vomit, perit ars, iacet vſus,
Spes fugit, ira premit, rapitur lux, móxque minatur
Caſibus in dubiis certi vergente ſalute.
Dum trepidant omnes Ægyptius hæc ait vnus,
Qui necdum Chriſti chariſmata ſenſerat exſors,
Martini Deus eripe nos, mox dira procella
Corruit, & pelagi tumor altus ad ima reſedit.
Sternitur vnda rati, liquidi ſtetit area campi,
Atque immota loci iacuerunt murmura ponti,
Gurgitis optati trabe curritur æquor amicum,
Littoris ora legunt flabris data vela ſecundis,
Atque petens portum vada complet nauta celeūma.
Sic bene pro meritis famulo dat Chriſtus honores,
Cuius enuto fide terras, mare, ſidera ſupplet.
Pangere geſta libet reliquo veneranda relatu,
Indoles à patribus generoſa Lycontius olim
Clarus honore, fide locuples, ab origine currens.
Cúmque domum propriam lues exitialis adiſſet,
Cunctáque tabifluus penetraſſet acumine morbus,
Quo miſerabilium famulorum ſiue clientum
Vna ſtrages erat, diuiſa per vlcera languens,
Dicere quo poſſes proſtrata cadauera telis:
Rex extrema etenim nil nobilitatis honorat,
Præſidij ſpes ſola manet Martinus in orbem,
Mittitur ad ſanctum venerantor epiſtola curſu,
Auxilium rogitans, hoc corde, hoc flagitat ore:
Ni cito ſubueniat rapit omnia peſtis acerba,
Per ſpacium ferale trahens in tartara cunctos,
Et graſſata diu quid agant contagia perdunt.
Qui potes affer opem pendentis in morte cateruis,
Deſperata ſalus ſolatia fide requirit.
Quæ pius vt ſenſit diuino illaſa flagello,
Sed nec poſſe timet facili exorare precatu,
Attamen excipiens notum miſerantis amici,
Septem nempe dies, totidem ſubſidere noctes
Peruigil incubuit, ieiunia nulla relaxans,
Continuata trahens per tempora mille precatus,
Nec prius abſiſtit niſi ſupplicis illa Liconti,

A *Vota recepta daret, domuique medela rediret,*
Et rediuiua ſalus fugitiuum expelleret vlcus.
Qui tamen vt didicit ſancti obtinuiſſe laborem,
Aduolat, & grates deuoto corde rependit,
Ereptáque domo ſua gaudia munere penſat,
Pro merito fidei dono voto centurionis,
Iſraëls dominus quem prætulit ore potenti,
Et prius hauſit opem genitæ quam intraret in ædem.
Denique ſancto offert argenti pondera magna,
Ter tricena decem ſupperaddita merce patroni,
Addit & has voces recreato pectore ſupplex:
B *Quid tibi celſe pater vitæ pro munere ſoluam,*
Cum precio non poſſit emi hæc lux, neque vendi,
Vnius aut animæ mercari vita valebit.
Cum vero illa meæ domui lues vna noceret,
Nec ſuper eſſet opis reliquum quod redderet vllum,
Præſidio ecce tuo mihi nempe tot agmina viuunt,
Sexus & ætatis numeroſa caterua meorum
Cum ſtupeam ſolidæ reuocata cadauera vitæ,
Et quibus obſequeror morientibus, ecce miniſtrant.
Nam ſtatim vt tua vox penetralis ad aſtra volauit,
Et viſa eſt meritis curuare cacumina cæli,
C *Quo vicina tibi fierent oracula Chriſti,*
Expoſitæque preces ante ora fuere tonantis,
Ac recitata fuit pia vox dominantis in aurem,
Mox bonitas incluſit opem præſente medela,
Corpora deſeruit membratim tabes acerba.
Qui potuere mori ſubitæ redire ſalutis,
Et viguerunt ſpe, pede, viſcere, lumine, voce,
Ac languor moritur viuentis in carne ſepultus,
Vnde pater modicum pro viuis ſume tributum,
Fœnore vel minimo tolerans, dum debita ſoluo.
Sed neque ſuſcepit, neque reppulit ille quod offert.
Ante monaſterij ſed quam bene limen adiret,
D *Captiuis tribus redimendis pondera iuſſit.*
Sic vno ex caſu fert dona gemella beatus:
His libertatem dedit, illis Vnde ſalute
Vt modo captiui duris laxantia pœnis,
Ac concordi animo cecinerunt gaudia plauſum.
Hoc idem eſt mirum, niteant ſi verba relatu,
Occurrit cellæ cum quidam è fratribus algens,
Carbone ingeſta ardebat fornacula ſancti.
Conſidit ergo celer rapiens quaſi lucra vaporis,
Inguine nudato, pede iacto, poplite panſo,
Vir ſacer incluſus de cella protinus, inquit:
E *Quis foris inceſtat nudus habitacula noſtra*
Corpore detecto, puro genu & inguine nudo.
Quid fuit hoc, docti vos dicite, quæſo, ſophiſtæ.
Martini ante oculos paries quaſi lintea lucet,
Aut quaſi filo agiles contexit aranea telas
Retia, vel nexis per rara foramina filis.
Vnde hic tam tenuis ſtructura pateſcit hiulca?
An ſe ſaxa leuant aut reddunt ſciſſa feneſtram:
Seu duri lapides lento ſe glutine ſoluunt?
F *An caſa materiæ vitreo ſe margine tendit,*
Aut ſpeculare dedit quo ſanctus lumine tranſit?
An leuior paries reuoluto ceſſit in arcu,
Et ſtetit incolumis rapido ſuſpenſus in ictu,
Nobilis acies oculorum & marmora tranſit,
Clarior ac viſus per cuncta obſtinacula pergit?
Pennigeram clauſi volitauit ad ora miniſter,
Ac per opertum aperit & inuia nuncius intrat.

An quia lumen erat totum foris, intus habebat,
Carne ſedenſe loco, velox an ſpiritus ibat?
Pandite doctiloqui, comprendite clauſa diſerti.
Quid numeris atomis ratione poteſtis & ort,
Hic fugit ars oculos niſi Chriſtum nulla videtis.
Quanta Dei virtus, Martini aſt gratia quanta,
Hac ope mirificus homo complet, quod homo neſcit,
Explicat ac fidei merito quod obſtat origo.
Qui ſupereſt etiam memoretur honore patroni,
Conſumenda ſuo properat quia pagina textu,
Forte ſacer reſidens per dura ſedilia ligni
Proſpicit hinc laruas pendenti rupe gemellas,
Tegmine pullatas, triſti terrore ſonoras,
Fraude laborantes, iaculantes ſpicula fellis
Nequitiæ artifices rebus grauia arma ſiniſtris,
Voce venenata verba hæc anguina rotabant.
Quid valet ira tumens, ei ate Brictio monſtres,
Hoc iterum repetunt donec male Brictio motus
Irruptis foribus ſancto conuicia vergit,
Iurgia multa mouens turbata mente ſatelles,
Se meriti melioris ouans quam ſanctus haberet.
Sic geſtu rabidus neque ſe agnoſcebat amarus
Vitæ geſta ſuæ temerarius arbiter inſtans,
Intolerabiles per inania bombica iactans,
Vento motus iners ſimulans foliatilis vmbræ,
Excuſſa ceruice rigens, leuitate rebellis,
Exagitans animum pede iacto, pectore tenſo,
Irrationalis, tumido gliſcente coturno,
Nec ſe mente capax ſenſu ſpicante vacillans,
Inque ſacerdotem truculenter acerba redundans.
Sed quid in abiectum Martinū hæc turbida voluit?
Quid humili placido tam dira ſuperba minatur?
Cur animæ nimium dulci tot amara miniſtrat?
Non decet hæc audire pium neque ferre benignum,
Durus erat grauiter qui melli abſinthia miſcet,
Ille tamen pietate calens nihil intulit hoſti.
Excipit iratum placatus amanter amarum,
Oblectans rabidum, & per mollia famina mulcens,
Et neſcit non eſſe pater ſine felle vel hoſti,
Qui tamen exorante viro laruiſque fugatis
Dum redit ad mentem furioſus Brictio pridem,
Pontifici occurrit, toto prece corpore ſupplex,
Sed bonitate pij celer indulgentia fluxit,
Non apud hunc opus eſſe diu lacrymando rogari,
Aut prece multiplici veniam ſperare nocenti,
Qui magis expetiit culpas donare reatus.
Credidit, & damnum quicquid non præſtitit vltro
Hæc ſua lucra putans dimittere debita noxæ,
Obuius occurrens quærenti munera pacis,
Iraſci nulli cupiens, ignoſcere cunctis,
Fœdera ſola ligans celer, & delicta relaxans,
Effugiens nequando ſibi daret vltio damnum,
Rem pietatis agens ſatis eſt clementia vindex,
Quæ pia dona metens fieri non indiget vltrix,
Omnibus aucta bonis, cui dos & gloria pax eſt.
Vir tamen ipſe ſacer pietatis ab agmine miles
Fœdera ſemper amans, & pacis in arma triūphans,
Supplicis ad vocem miſerantia viſcera laxat,
Inque ſinu veniæ trepidum mulcendo reduxit,
Atque reum ſolita patria pietate recepit.
Hæc tua dulcis erant holocauſta ſacraria templa,
Hæ tibi diuitiæ, theſauri, regna, talenta,

A *Flos, odor, eſca, ſapor, mera cynnama, balſama,*
thura:
Hæc ſacer omnis erat, hæc tota, hæc vnica cura,
Chriſtum corde pio, Chriſtum meditarier actu,
Reddere nolle vicem miſeris, & parcere culpæ,
Criminis indultor, veniæ memor, ara reorum,
Spes miſerabilium, fuga laruarum, arma ſequen-
tum,
Præda catenarum, errantum via, cura medentum,
Omnibus vna ſalus, amor omnibus, vnus amator.
B *Quis tibi digna loqui valeat quem mundus hono-*
rat?
Quid pie vir ſatis eſt cui laudis debitor orbis
Quæque referre volens neque totus id explicat axis,
Iugiter amplexu Chriſtum corde, ore retentans,
Nec ſine te patiens dominum diſcere quoque
Tecum ſemper habens vinclum pietate tonantem,
Aſtrictus precibus, neque ſe ſoluebat amator,
Cuius amica fides tantum ſibi contulit arcis,
Vt ſolem radiis & lunam curſibus æques,
Qui ſplendore nitens pulcher quaſi lucifer axis,
C *Ac fulgore Dei vir fulgidus ipſe coruſcas.*
Tegmine vir niueus, miro diademate fuluus,
Supplicis eſt memor, famuli exauditor opime,
Fortuna inopis, trepidi ſibi ſorte reatus,
Morbida quem rabide circum ſua crimina latrant,
Et fera delicti penetraliter vlcera mordent.
Intercede precor veniam, vir ad pie coronam,
Eripe paſtor ouem, ne clauda vel extera reſtet:
Porrige celſe manum, rege greſſum, dirige ſenſum,
Excuſſuſque graues leniori examine penſes,
D *Ac potius pietas opulens miſerando precetur*
Mitis & exores placidæ fomenta medelæ,
Inter & ipſe Deum atque reum mediator adeſto,
Defixis genibus, tenſis ad ſidera palmis,
Vocibus incluſis, animis penetrantibus auras,
Obtineas meritis iudex cum venerit orbis,
Tu quoque iuſſus eris dextro reſidere ſedili,
Arbiter in populos tribuum, pauor ante tribunal.
Qualiter effugiam flamma ſtridente caminum?
Tunc precor vt fragilem ſacro velamine cales,
E *Et tua me trepidum defendat ab igne lucerna:*
Nam ſcio poſſe reum quemuis tibi cedere Chri-
ſtum,
Quem ſociat proprio manſura in ſæcula regno:
Sis precor in domino famuli memor alme per ip-
ſum
Cuius erit tibimet lumen ſine fine videndum.
Da veniam dulcis, pie, blande, benigne patrone
Condere dum volui, quia læſi carmine flores.
Sed tua laus nullo breuiabitur ampla relatu
F *Quem Deus in terris pariterque tetendit & aſtris,*
Pone libelle modum tepido verecunde relatu,
Multiplices faciens diffuſo flamine rugas:
Nec bene fila ligans nodo ſubit aſpera texta,
Hiſpida cameli rigido quaſi vellere texta,
Serica dum decuit Martini pallia duci,
Aut prætexta micans auro ſub tortile necti,
Vel toga permixtis hiacinthina curreret albis,
Pingere ſeu variam roſa lilia gemma coronam
Marcida lingua tacet, veniam tibi poſce libelle.
Contentis tantum Turonum pete mœnia ſupplex

Qui Martinus habet veneranda ſepulcra ſacerdos, A
Cuius honor tumuli facit hic ſua rura tueri,
Qui pietatis opem tribuat, nam largus vbique
Scit nihil eſſe meum, ſua ſed ſibi dona recurrunt.
Si tamen vrgeris vt adhuc temerarius intres,
Inde Pariſiacam placide properabis ad arcem,
Quam modo Germanus regit & Dionyſius olim:
Si pede progrederis venerato ſepulcra Remedi,
Atque pij fratris complectere templa Medardi:
Si tibi barbaricos conceditur ire per amnes,
Vt placide Rhenum tranſcendere poſſis & Hi-
ſtrum, B
Pergis ad anguſtam qua Virdo & Licca fluentant
Illic oſſa ſacra venerabere martyris Afræ:
Si vacat ire viam, neque te Baiouarius obſtat,
Qua vicina ſedent Breonum loca, perge per Alpen
Ingrediens rapido qua gurgite voluitur Ennus,
Inde Valentini Benedicti templa require.
Norica rura petens vbi Birrus vertitur vndis,
Per Drauum itur iter qua ſe caſtella ſupinant,
Hic montana ſedens in colle ſuperbit Aniuntus,
Hinc pete rapte vias vbi Iulia tenditur Alpes C
Altius aſſurgens, & mons in nubila pergens
Inde foco Iuli de nomine principis exi
Per rupes Oſope tuas qua lambitur vndis,
Et ſuper inſtat aquis Reunia, telia mentis,
Hinc Venatam ſaltus campeſtria perge per arua
Sub montana quidem caſtella per ardua tendens,
Aut Aquilienſem ſi fortaſſe acceſſeris vrbem
Caucianos domini nimium venereris amicos,
Ac Fortunati benedictam martyris vrnam,
Pontificèmque pium Paulum cupienter adora
Qui me primæuis conuerti optabat ab annis. D
Si petis illud iter qua ſe Concordia cingit
Auguſtinus adeſt precioſus, Baltiúſque
Qua meat Aruiſſus reſidet, ſi molliter intras,
Illuſtrem ſocium Felicem quæſo require,
Cui mecum lumen Martinus reddidit olim,
Per cenitam gradiens & amicos Duplavenenſes
Qua natale ſolum eſt mihi ſanguine nepe parentum,
Prolis origo patrum frater, ſoror, ordo nepotum
Quos colo corde, fide breuiter peto redde ſalutem.

A Si Patauina tibi pateat via pergis ad vrbem
Huc ſacra Iuſtine rogo lambe ſepulcra beatæ,
Cuius habet paries Martini geſta figuris,
Quòve ſalutis opus celſo depende Ioanni
Atque ſuis gentis ſociis per carmina noſtris:
Hic tibi Brinta fluens iter eſt Retemone ſecundo,
Ingrediens Athiſin Padus excipit inde faſello,
Mobilis vnde tibi rapitur ratis amne citato.
Inde Rauennatem placitam pete dulcius vrbem,
Pulpita ſanctorum per relligioſa recurrens
Martyris egregij tumulum Vitalis adora,
B Mitis & Vrſicini parili ſub ſorte beati:
Rurſus Apollinaris precioſi limina lambe,
Fuſus humi ſupplex, & templa per omnia curre,
Expete Martini loculum, quo iure ſacelli
Iam deſperatum lumen mihi reddidit auctor,
Munera qui tribuit, ſaltem rogo verba repende:
Eſt ibi Baſilica culmen Pauli atque Ioannis.
Hic paries retinet ſancti ſub imagine formam,
Amplectenda ipſo dulci pictura colore:
Sub pedibus iuſti paries habet ante feneſtram,
C Lichnus adeſt cuius vitrea natat ignis in vrna:
Huc ego dum propero valido torquente dolore,
Diffugiente gemens oculorum luce feneſtræ,
Quo procul vt tetigi benedicto lumen olivo
Igneus ille vapor marcenti fronte receſſit,
Et præſens medicus blando fugat vnguine morbos
Non oblita mihi mea lumina munere ſancti,
Nam redit ante oculos oculorum cura fidelis,
Et memor illud ero dum luce & corpore conſto.
Promptius affectu, precor inde require ſodales;
Si ſociis loqueris veniam pietate mereris,
D Porrigo materiam quibus hanc ego vt ore rotundo
Martini geſtis florentia carmina pangant,
Et claro ingenio texant ſpargenda per ortum.
Vir radians, meritis licet ille nec indiget iſtis,
Gratia cuius ouans ac fama iter occupat orbis
Arua capax pelagus intrans ſuper aſtra coruſcans.
Diſtribuens miras populis pro ſtipe medelas,
Qui domino famulando ſuo capit omnia dona,
Et quo Chriſtus habet nomen, Martinus honorem.

VENANTII HONORII CLEMENTIANI FORTVNATI PRESBYTERI ITALICI,

POEMATVM, ET ALIORVM OPVSCVLORVM

Liber Primus incipit feliciter.

AD VITALEM EPISCOPVM RAVENNENSEM.

ANtiſtes Domini, meritis in ſecula viuens
Gaudia qui Chriſti de grege paſtor habes:
Cum te Vitalem voluit vocitare vetuſtas,
Nouerat æternum te meruiſſe diem.
Dignus apoſtolica præfulgens mente Sacerdos
* laſto. Qui * ſacri Andreæ tam pia templa locas.

A Quàm bene pro meritis Domini conſedit in aula
Per quam digna Deo eſt ædificata domus.
Sumpſiſti à Domino culmen cui culmina condis:
Qui tibi digna dedit, reddis honore vicem.
Emicat aula potens ſolido perfecta metallo,
Quo ſine nocte manet continuata dies,
Inuitat locus ipſe Deum ſub luce perenni,
Greſſibus vt placidis intret amando Lares.
Qui loca das populis, Dominum quo ſemper adorẽt,
Vt

A
Vt capiant veniam, tu facis eſſe viam,
Gratia, mens, animus, bonitas, dilectio plebis,
Et gradus, & pietas, te dedit eſſe patrem.
Proſperitas ſe veſtra probat quæ gaudia ſupplens,
Intulit egregios ad tua vota viros.
Dux nitet hinc armis, Perfectus legibus illinc,
Venerunt per quos creſcere feſta ſolent.
Ne tibi deſit honor populum Deus auxit opimum, (* ſic.)
*Qui vidit ſenſum * hoc voluiſſe tuum.*
Myſterium fidei compleuit vota petentis,
*Felix cui Dominus quæ cupis * ipſa vehit.* (ip'e.)
Plurima diuino celebres ſolemnia dono,
Adque Dei laudes templa colenda loces. (al. Atque Dei flores templa locando colas.)

De templo quod ædificauit Vitalis Epiſcopus * Rauennæ.

(Rauennas)

(Cap. II.) *QVisquis ad hæc ſancti cōcurris limina templi,*
Si venias ſupplex, hic prece ſumis opem:
Quam ſacer antiſtes Vitalis condidit arcem,
Culmine quæ celſo ſit tempore ducta breui.
Fundauit, ſtruxit, dotauit, deinde dicauit,
Et meruit templi ſoluere vota ſui.
C
Quo veneranda pij requieſcunt viſcera Petri,
Qui meruit ſolus claue ligare polos.
Paulus Apoſtolica ſimul hac retinetur in aula,
Seductor quondam, qui modo doctor ouat.
Hanc Sacer Andreas propriam ſibi vendicat arcē,
Et cum fratre pio participata regit.
Hæc ſua templa replet Laurentius igne ſereno,
D
Cui pia flamma dedit luce perenne diem.
Vitali damus iſta placet, qui vnius arenis,
Defoſſus meruit perdere mortis iter.
Sunt loca Martini qui texit veſte Tonantem,
Ne magis algeret, ſe ſpoliare dedit.
Ecce Vigilis hic arx eſt quem ruſtica turba peremit,
Vnde mori voluit, mors magis ipſa fugit.
Incolit hæc pariter Marturius atque Siſennus; (al. Mercurius,)
Quos genus, atque fides & tenet vna ſalus.
Sanctus Alexander felixque Cæcilia pollent,
Quos meritis omnes vna corona manet.
E
Hæc bonus Antiſtes Vitale vrgente Ioannes,
Condidit egregio viſcera ſancta loco.
O nimium felix æternum in lumen iture,
*Cuius vita ſuo * perficit iſta Deo.* (proficie Inſtadio.)

De Baſilica Sancto Stephano Leuitæ, à Palladio ædificata.

(Cap. III.) *GLoria celſa pios Domini circundat amicos,*
F
*Quorum * diffuſo viuit in orbe decus* (diffuſum.)
Pertulit hic martyr pro Chriſto Orientis in axe,
Ecce ſub Occaſu templa Beatus habet.
Fundatus virtute Dei de morte triumphans,
Excepit lapides cui Petra Chriſtus erat.
Gens Iudæa ferox Stephanum quem perdere credit,
Et ſi carne, tamen neſcit honore mori.
Ille tenet palmam meritis, tu crimine pœnam:
Poſſidet ille polos, tu magis ima petis.
Hæc ſacra Palladius leuitæ templa locauit, (ſiret ve inde ſibi.)
** Vnde ſibi fiat non peritura domus.*

De Baſilica, Sancti Martini nomine, Deo, à Fauſto Presbytero extructa.

EMicat aula decens venerādo in culmine ducta, (Cap. IV.)
Nomine Martini eſt ſanctificata Deo.
Cui vitæ merito fiducia tanta coruſcat,
Vt populis tribuat quod pia vota rogant.
Extulit hanc Fauſtus deuoto corde Sacerdos,
B
Reddidit & Domino proſpere dona ſuo.

* In Baſilica Sancti Martini, vbi pauperem veſtiuit, rogante Gregorio Epiſcopo.

(Intellectum.)

QVi celerare paras iter, huc deflecte viator, (Cap. V.)
His locus orantem cautius ire docet.
Exul enim terris; cæli incola, ſæpe ſolebat,
C
Clauſue Martinus hinc aperire polos.
Æde ſub hac habitans eremi ſecreta tenebat, (Sulpit. dial. 2. c. 2.)
Per medios populos anachoreta potens.
Hic, ſe nudato, tunica veſtiuit egenum,
Dum tegit algentem, plus calet ipſe fide.
Tum vili tunica veſtitur & ipſe Sacerdos,
Proceſſitque inopi tegmine ſummus honor.
Qui tamen altaris ſacra dum myſteria tractat,
Signando calicem ſigna beata dedit.
Namque viri ſacro de vertice flamma refulſit,
Ignis & innocui ſurgit ad aſtra globus:
D
Ac breuibus manicis, fieret ne iniuria dextræ,
Texerunt gemmæ qua caro nuda fuit,
Brachia nobilium lapidum fulgore coruſcant,
Inque loco tunicæ pulchra ſmaragdus erat.
Quam bene mercatur, qui dum veſtiuit egenum,
Tegmine pro tunicæ brachia gemma tegit.
Tu quoque qui celſis habitas Martine precator,
Pro Fortunato fer pia verba Deo.
*Imperiis parere tuis pie chare * Gregori,*
Quantum poſſe valet plus mihi velle placet. (Sacerdos)

E

Item de Baſilica S. Martini, quam Leontius in colle ædificauit, Placidina verò exornauit.

QVi cupit æterna ſociari in ſede beatis, (Cap. VI.)
Hos ſibi participes per pia vota facit.
*Nec patitur differre diu quod * oportet agendo,* (portet)
Cum bona quæ dederit hæc ſua lucra putet.
F
Condidit ergo aruis delubra Leontius alma,
Talibus officiis intret vt ipſe polos.
Martini meritis & nomine fulta coruſcant,
Quam certum eſt terris ſigna dediſſe poli.
Qui lepræ maculas medicata per oſcula purgans,
Pacis ab amplexu morbida bella tulit.
Hæc tamen ingenio ſunt ædificata perito,
*Quo nil egregiæ gloria laudis * eget.* (al. egregius. agit.)
Additur ad ſpecimen locus ipſe quod eminet aruis,
Elatoque iugo colle tumente patet.
Altius educto ſub ſe tenet omnia dorſo,

Et quæcunque petit, delicioſa videt.
A longè aduentens oculo vicinus habetur,
Iungitur aſpectu diſſociante loco.
Quo feſſus rapitur viſu inuitante viator,
Si pede defuerit, lumine* tractus adit.* [* defecit. * actus.]
Quæ Placidina ſacris ornauit culmina velis,
** Certanteque ſimul, hic facit, illa colit.* [* atque ſimul certãt]

In honorem Baſilicæ S. Martini, quam Baſilius & Baudegundis, mente vna renouauerant & auxerant.

Cap. VII. *DIſcite mortales terris nihil eſſe quod obſtet,*
Cum ſacra templa Dei flumine fixa manet:
Pulcra per anguſtos vt ſurgeret aula meatus,
Et ſi mons vetuit, præbuit vnda locum.
Vt famularetur domui vaga lympha ſupernæ,
Curſibus antiquas arte noua ſubdit aquas.
Cum Baudegunde quo mente Baſilius vna,* [*Baudegũdes, cum.]
Hoc renouans priſcum reddit & auget opus.
Sic Martine tuus honor amplus vbique meretur,
Vt loca nulla negent, quod tibi feſta ſonant.
Talibus officiis pacatus opime Sacerdos,
Quorum vota vides, redde benigne vicem.

De Baſilica Sancti Vincentij vltra Garonam.

Cap. VIII. *TEmpore vita breuis meritis fit longior almis,*
Anguſtoſque dies tendit honore fidei.
Poſt finem ſine fine manet mens dedita Chriſto,
Linquens turbam hominum ſtat ſociata Deo.
Hac ope ſuffultus Vincentius extat in æuum,
Gloria martyrij cuius opima viret.
Vertice ſucciſo rapuit qui ex morte triumphum,
Et noua de terris proles ad aſtra volat.
Credidit, vnde necem Sancto dedit hoſtis honorem,
Percuſſorque magis morte perenne iacet.
Vicerat ille miſer hunc ſi iugulare nequiſſet,
Nam abſtulit vnde caput, contulit inde polum.
Huius amore nouo pia vota Leontius explens,
Quo ſacra membra iacent, ſtannea tecta dedit.
Et licet enitcat meritis venerabile templum,
Attamen ornatum præbuit iſte ſuum.
Præmia ſuccedunt operanti longa ſalutis,* [*ſuccedãt.]
Huius vt obſequiis culmina ſancta micent.

De Baſilica S. Vincentij, Vernemetis, quam condidit Papa Leontius: & de miraculis editis in eius dedicatione.

Cap. IX. *CVltoris Domini totus ſonus exiit orbe,*
Nec locus eſt vbi ſe gloria celſa neget.
Sed cuius meritum ſcimus percurrere mundum,
Huius vbique viri ſurgere templa decet.
Ecce beata nitent Vincenti culmina ſummi,
Munere martyrij qui colit aſtra poli.
Promptus amore pio quæ Papa Leontius olim,
Condidit eximio conſolidata loco.
A *Nomine Vernemetis voluit vocitare vetuſtas,*
Quod quaſi fanum ingens Gallica lingua refert,
Auſpicij præmiſſa erat fidei ante futura, [al. au]
Vt modo celſa domus ſtaret honore Dei.
Hic etiam Sanctus Domini ſufflnltus amore,
Virtutis ſummæ ſigna tremenda dedit.
Nam cum templa Dei præſul de more dicauit,
Martyris aduentus Dæmonis ira fugit.
** Redditur incolumis quidam de peſte maligna,* [*Redditus]
Cui, vidiſſe pij templa, medela fuit.
B *Emicat aula potens diuino plena ſereno,*
Vt meritus placeat hic habitare Deo.* [* merito.]
Nunc ſpecie ſuadente loci ac virtutis honore,
Euocat hic populos, hinc decus, inde ſalus.
Qui plebem accendit venerandæ conditor arcis,* [* accenda.]
Talibus officiis præmia iuſta metet.* [* metit.]

De Baſilica Sancti Nazarij martyris, quam detectam ab imo ſolo fundauit Leontius.

C *CVlmina conſpicui radiant venerãda Nazarij* Cap. X.
Cuius membra ſolum, ſpiritus aſtra tenet.
Semine terrigeno terrenis viſibus exſors
Immortale bonum puluerere natus homo.
Nil carnale volens, ſed Chriſti præmia poſcens,* [* al. volens]
Sanguine de proprio victima digna Deo.
Hæc tibi templa Sacer deuota Leontius offert,
Maioremque ſuam hinc cupit eſſe domum.
Hinc prius anguſto fabricata eſt machina giro,
Quo neque tunc poterat plebs veneranda capi:
D *Detectamque ſolo rurſus fundauit ab imo,*
Et dedit hæc quæ nunc ædificata placent.* [al. ampl. ficata.]

De Baſilica Sancti Dionyſij martyris fundata à Leontio, cùm altera (populũ non capiente loco, & longius) ab Emelio Præſule, extructa, ad eius hæredem veniſſet.

QVi cupis egregij ſtructorem noſcere templi, Cap. XI.
E *Tam pius non patiar vota latere tibi.*
Longius hinc olim ſacra cum delubra fuiſſent,
Et plebs ob ſpatium ſæpè timeret iter.
Exiguam dederat hic præſul Emelius arcem,* [* Aurelius?]
Chriſticolam populum nec capiente loco.
Quo vitæ claudente diem dehinc prole graduque,
Venit ad hæredem hoc opus hicque locus.* [* atque]
Fundauitque piam hanc Papa Leontius aulam,* [* dehinc.]
Obtulit & Domino ſplendida dona ſuo.
Quam venerandus habet propriam Dionyſius ædẽ
F *Nomine ſub cuius ſanctificata nitet.*
Qui feruente fide Chriſti ſolidatus amore,
Vertice ſuppoſito colla ſecanda dedit.
Membrorum contemptor erat cupiendo coronam,
Vile putans quidquid ferret amore Dei.
Vt moriturà caro donum immortale pararet,
Vulnera dilexit, ſed caritura nece.
Hoſtili occurrens gladio ſe miſit Olympo,
Vnde mori voluit, vota ſalutis habet.
Nec congeſta prius ſubtraxit fana Sacerdos,* [* anguſta]
Hæc niſi perficeret quæ modo culta placent,* [* facta.]

Aſſidue in priſco celebrans ceremonia templo,
Donec rite ſequens conſolidaſſet opus. A

De Baſilica Sancti Bibiani Epiſcopi, olim ab Euſebio Præſule fundata, poſtea vero à Leontio (Emerij, eius anteceſſoris mandato) extructa, & de theca argentea, qua S. Bibiani Reliquias exornauit Placidina.

'ap xii. Bibianus Euſebius Epiſcopi antenis. *DIgna Sacerdotis Bibiani templa coruſcant,*
Quo ſi iuſta petis dat pia vota fides,
Quæ præſul fundauit ouans Euſebius olim,
Nec tamen expleret raptus ab orbe fuit.
Cui mox Emerius ſucceſſit in arce Sacerdos,
Sed comptum vt strueret ferre recuſat onus.
Qui precibus commiſit opus tibi Papa Leonti,
Cuius ad hoc votum iugiter inſtat amor.
Vltro tale decus tibi ſe ſeruauit agendum,
Nec niſi tu fueras qui loca ſacra dares.
O meritum iuſti manſurum in luce perenni,
Per quem ſe cupiunt templa verenda coli! C
Sacra ſepulcra tegunt Bibiani argentea tecta,
Vnanimis tecum quæ Placidina dedit.
Quæ effuſum. * *Quo ſuper* * *infuſum rutilans intermicat aurum,*
Et ſpargunt radios pura metalla ſuos.
Ingenio perfecta nouo tabulata coruſcant,
Artificemque putas hic animaſſe feras.
Sed cui vos animo donaria tanta dediſtis,
Hic agat vt vobis ſtet diuturna ſalus.
Nec dubitent qui magna ferunt ſibi magna rependi,
Dum quoque pro paruis reddat opima Deus. D

De Sancti Eutropitis, primi vrbis Santonicæ Antiſtis Baſilica quam ſenio collapſam, & Leontius ex diuina reuelatione renouauit ornauitque imagineis è ligno iconibus & picturis.

Cap. xiii. *QVid⁹ amor Domini maneat tibi Papa Leonti,*
Quē ſibi iam Sanctis templa nouare monēt. E
' Eutropij lacerum * *Eutropitis enim venerandi Antiſtitis aula,*
Corruerat ſenio dilacerata ſuo.
Nudataſque trabes paries vacuatus habebat,
Pondere non tecti, ſed male preſſus aquis.
Nocte ſopore leui cuidam veniente miniſtro,
Inſtauratorem te docet eſſe ſuum.
Pro mercede tui meruit magis ille moneri,
O felix de quo ſit pia cura Deo!
Non meliore via viuit renouata vetuſtas,
Et laſſæ fabricæ flos rediuiuus adit. F
Ætas acceſſit: verùm hæc iuueneſcit honore:
Vnde ſenex fieret, iunior inde redit.
ſculptæ. Hic * *ſculptæ cameræ decus inter raſile pendet,*
Quos pictura ſolet ligna dedere iocos.
Sumpſit imagineas paries ſimulando figuras:
Quæ neque tecta prius, hæc modò picta nitent.
Vrbis Santonicæ primus fuit iſte Sacerdos:
ſure *Et tibi qui reparas* * *iura priora dedit.*
Cum ſuis templa tenet Sanctus habitando quietè,
honore. *Inſtauratori reddit* * *amore vicem.*

De Calice Leontij Epiſcopi.

SVmmus in arce Dei pia dona Leontius offert, Cap. xiv.
Votis iuncta ſacris & Placidina ſimul.
Felices quorum labor eſt altaribus aptus,
Tempore qui paruo non peritura ferunt.

B Item in laudem Leontij Epiſcopi Burdegalenſis 13. & Placidinæ, eius olim Coniugis, Sacerdotij verò tempore, ſororis.

INter quos genuit radians Aquitanicus axis, Cap. xv.
Egregiis meritis culmina prima tenes.
Ciuibus ex Gallis ſupereminet alta poteſtas:
Tu potior reliquis & tibi nemo prior.
Præcedis multos, nulli minor atque ſecundus,
Nec supereſt aliquid quod dare poſſit honor.
Qui cum ſe primo veſtiuit flore iuuentus,
C *Paruus eras annis & grauitate ſenex.*
Verſus ad Hiſpanas acies cum Rege ſereno,
Militiæ creuit palma ſecunda tuæ.
Cuius primitiæ tanto placuere relatu,
Vt meritis eſſet debitus iſte gradus.
Nec poterant ſubitò tibi culmina celſa parari,
Hæc niſi digna tuum promeruiſſet opus.
Nobilitate potens præcellis Papa Leonti:
Clarus, ab antiquis ſi numerentur aui.
Nam genus & proaui, vel quidquid in ordine dicam
D *Per proceres celſos currit origo vetus.*
Tempora diffugiunt, & ſtat tamen aula parentum,
Nec patitur lapſum, te reparante, domus.
Nobilitas longos non inclinauit in annos:
Cui magis aſcenſum proles opima dedit.
Inclita progenies ornauit luce priores,
Hæredis radio ſplendet origo patrum.
De radice ſua veſtita eſt forte vetuſtas,
Quam merito veſtræ laudis obumbrat honor.
Quamuis non aliquis potior modo poſſit haberi,
E *Tu tibi præcedis amplificando patres.*
Emicat altus apex generoſo ſtemmate fulgens,
Cuius apud Reges vnica palma patet.
Eccleſiæ nunc iura regis, venerande Sacerdos,
Altera nobilitas additur inde tibi.
Pontificalis apex quamuis ſit celſus in vrbe,
Poſtquam ad te venit, creuit adeptus honor.
Aula Dei & paſtor vicibus ſibi præmia reddunt,
Illi tu ornatum, ſpem dedit illa tibi.
Munere diuino pariter floretis vtrique:
F *Tu mercede places, illa decore nitet,*
Tertius à decimo * *huic vrbi Antiſtes haberis,* * tu verbi
Sed primus meritis enumerandus eris.
Templa vetuſta Dei reuocaſti in culmine priſco,
Poſtque ſuum lapſum nunc meliora placent.
Flore iuuentutis ſenio fugiente coruſcant,
Et tibi læta fauent * *quo renouante virent.* * Quæ renouata.
Vt tu plus ageres, incendia tecta cremarunt,
Et nunc laude tua pulchrius illa micant.
Nullaque flammicremæ ſenſerunt damna ruinæ,
Quæ modo poſt ignes lumine plena nitent.

Credo quòd ex ſe ſe voluiſſent ipſa cremari,
Vt labor ille tuus hæc meliora daret.
Poſt cineres conſumpta ſuos tenneſque fauillas,
Sic ſolet & Phænix ſe renouare ſenex.
Inſtaurata etiam ſacri eſt baptiſmatis aula,
Quo maculas veteres fons lauat vnus aquis.
Ecce beata ſacræ fundaſti templa Mariæ,
Nox vbi victa fugit ſemper habendo diem:
Lumine plena micans imitata eſt aula Mariam,
Illa vtero lucem clauſit, & iſta diem.
B *Nec ſolùm hic, ſed vbique micant tua templa, Sacerdos,*
* al. docet *Inter quæ plaudens Santonus illa* manet.*
Qui loca das populis vbi Chriſtum iugiter orent,
Vnde ſalus veniat tu facis eſſe viam.
Eccleſiæque domus creſcente cacumine pollet,
Et probat eſſe tuum quod modo culta placet.
Feciſti vt libeat cunctos huc currere ciues,
Et domus ille vocet, quicquid in vrbe manet.
Ornaſti patriam cui dona perennia præſtas,
Tu quoque dicendus Burdegalenſe decus.
C *Quantum inter reliquas caput hæc ſuper extulit vrbes,*
*Pontificis *Tantum* Pontifices vincis honore gradus.*
Inferiora velut ſunt flumina cuncta Garonnæ,
Non aliter vobis ſubiacet omnis apex.
* arenis. *Rhenus ab Alpe meãs neq; tantis ſpumat* habenis,*
Fortior Hadriaças, nec Padus intrat aquas.
Danubius par eſt, quia longius egerit vndas:
Hæc ego tranſcendi, indico nota mihi.
Muneribuſque piis dotaſti altaria Chriſti,
Cum tua vaſa ferunt viſcera ſancta Dei:
D * Nam ** Nunc cruor & corpus Domini libamina ſummi,*
* Miniſterium. *Rite* miniſterio te tribuente venit.*
O felix cuius ditat pia templa facultas,
Cui res iſta magis non peritura manet!
Non ærugo teret mordaci dente talentum,
Nec contra hæc fures arma doloſa mouent.
Et data res viuit, facit & bene viuere dantem,
Cum moritur terris, ducitur inde polis.
Hæc poſſeſſor habet quicquid tranſmiſerit ante,
Sola tenet ſecum quæ prius ire facit,
E *Hæc tibi templa dabunt & vaſa ſacrata Sacerdos;*
Et quicquid reliquum nec numerare queo:
Eccleſiæ columen per tempora longa gubernes,
*functus. *Et mercede pia* fructus vbique mices.*
Cogor amore etiam Placidinæ pauca referre:
Quæ tibi tunc coniux, eſt modò chara ſoror.
Lumen ab Arcadio veniens genitore refulget,
Qua manet auguſtum germen, Auite, tuum.
Imperij faſtus toto qui rexit in orbe,
Cuius adhuc pollens iura Senatus habet.
F *Humani generis ſi culmina prima requiras,*
Semine Cæſareo nil ſupereſſe poteſt.
Sed genus ipſa ſuum ſenſus moderamine vicit,
Cuius ab eloquio dulcia mella fluunt.
Chara, ſerena, decens, ſolers, pia, mitis, opima:
Quæ bona cuncta gerit quicquid honore placet.
Moribus, ingenio, meritorum luce coruſcans,
Ornauit ſexum mens pretioſa ſuum.
Plurima quid referam, quantis ſit prædita rebus?
Quæ potuit votis nupta placere tuis!

A *Augeat* hæc vobis vitam cui templa dediſtis,* * hic
Culminibuſque ſuis culmina veſtra tegat.

HYMNVS IN HONOREM LEONTII EPISCOPI.

AGnoſcat omne ſeculum, Cap. xvi.
Antiſtitem Leontium:
Burdegalenſe præmium,
B *Dono ſuperno redditum.*
Bilinguis, ore callido
Crimen fouebat inuidum,
Ferens acerbum nuncium,
Hunc tam ſepulcro conditum.
Celare ſe non pertulit,
Qui triſte funus edidit,
Et ſi nocere deſiit,
Inſana vota prodidit.
Deceptus arte noxia,
** Caſſata deflet crimina:* * caſſa[illegible]
C *Dum quæ putabat triſtia*
Conuerſa ſunt in gaudia.
Exempla ſæua protulit,
Calcanda cuncto tempore;
Vt iam ſibi conſcriberet,
Decreta viuo Antiſtite.
Fugata res hæc contigit,
Vitanda caſto pectore;
Superſtite vt præſumeret,
Poſt fata quod vix debuit.* * datis
Grauat Sacerdos ordinem,
D *Qui Epiſcopatum ſic petit:*
Præcepta qui complectitur,
Fugit honoris ambitum.
Hoc ſi cui ſit debitum,
Coactus aſcendat gradum:
Non ſe petente callide,
Sed dante Chriſti munere.
Ineptus eſt qui ſancta ſe*
Præferre vult Eccleſiæ; * quis ipſe.
Nam rem ſacratam ſumere,
E *Electio diuina ſit.*
Charus Sacerdos ordinem,
Hilarius non ambiit,
Martinus illud effugit,
Gregorius vix ſuſtulit.
Leges refutant ambitum,
Inuaſor omnis pellitur,
Quod reſpuunt prætoria,
Vitat nefas Eccleſia.
Maligna erant certamina,
F *De ſede non tamen ſua:*
Qua nec pati deſiderat,
Non inferat mens improba.
Nec longiore tempore,
Verſantur in hoc murmure,
Dum cogitant ſuccedere,
Redit Sacerdos qui fuit.
Orante plebe protinus,
Dum nemo credit redditur,
Quæ conſtnant poſt triſtia,* [illegible] xvii

Digitized by Google

Maiora ſunt hæc gaudia.
Plauſu fauebat ciuitas,
Cui redit felicitas:
Orbata quem defleuerat,
Patrem recepit anxia.
Quem vix putabat redditum,
Præuenta voto proſpero:
Res mira quando cernitur,
Solet ſtupere viſio.
Recolligit rector gregem,
* *Errore captum ſemitæ:*
* Erotem pellit ſemita. *Paſtoris atte cognita,*
Gauiſa ſunt ouilia.
Sumpſit gradum quo tempore,
Regreſſus eſt eo die:
Quis non ſuperno munere,
Hoc contigiſſe prædicet?
Tantum nec ante præmium
Plebi fuit, cum factus eſt:
Lætata quantum tunc fuit,
Quando recepit præſulem.
Venite ciues, plaudite,
Et vota votis addite,
Quo facta ſunt miracula,
* *Seruent eum cæleſtia.*
* Sonant. *Chriſtus ſereno lumine;*
Circumuolet quem reddidit:
Vt trina creſcat gloria,
Mercede, vita, gloria.
Hymnum canendo concrepet;
Quiſquis Deo non inuidet:
Laus eius eſt qui præſulem
De mortis ore retrahit.
Zelante fido pectore,
Tam vera dici non pudet:
Hæc parua nobiliſſimo
Papæ damus Leontio.

Ad Placidam, matrem eiuſdem.

Cap. XVII. *MVnera parua nimis, pia, ſuſcipe quæſo libẽter*
Quæ magis ipſa decẽs mun⁹ in orbe micas.
Fructibus è medijs hæc vt daret inſula vobis,
*Oceanus * tumidum murmure preſſit aquas.* *Tumidam. præſtans aquis.
Quæ loca dum volui properans agnoſcere ponti,
A Borea veniens reppulit vnda furens.
Proſperitas vt veſtra tamen ſe plena probaret,
Obtulit in terris quod peteretur aquis.

De Biſſono, villa Burdegalenſi.

Cap. XVIII. *EST locus æſtifero quamuis ſit tempore feruor,*
Quo viret aſſiduo flore refectus ager.
Reſpirant croceis depicta coloribus arua,
Fragrat odoriferis blandior herba comis.
Incola Biſſonum vocat hunc de nomine priſco:
Millia ſeptem vrbs hinc Burdegalenſis abeſt.
* Quo. * *Qua poſſeſſor amans prætoria grata locauit,*
Partibus atque tribus porticus æqua ſubit.
Strauerat ipſa ſolo, ſenio rapiente, vetuſtas;

A *Perdiderat vultum forma decora ſuum.*
Hæc meliore via reuocat labor ille Leonti,
Quo præſente domos nulla ruina premit.
Nunc quoq; proſperius velut aula ſepulta reſurgit,
Et fauet auctori viuificata ſuo.
Reddidit interea priſco noua balnea cultu,
Quo recreant feſſos blanda lauacra viros. al. vnde.
Hic referunt nutriſſe lupos deſerta tenentes:
Intulit hic homines, expulit inde feras.

B

De Vereginis, Villa Burdegalenſi.

INter opima ferax qua voluitur vnda Garennæ, Cap. XIX.
Veregenis ripis vernat amœnus ager.
Hic breuis aſcenſus leni ſubit aggere cliuum,
*Carpit & * obliquum colle viator iter.* * Obliqua mole.
Altior à planis arvis, minor eminet altis,
Nec re humilis nimium, nec ve ſuperbit apex.
*Colle * ſedet medio domus ædificata decenter,* * ſed & medio eſt.
*Cuius vtrumque latus * hic iacet, inde tumet.* * al. hinc
C *Machina celſa caſæ triplici ſuſpenditur arcu,*
Quo pelagi pictas currere credis aquas.
Exilit vnda latens viuo generata metallo,
Dulcis & irriguo fonte perennis aqua:
* *Quo ſuper accumbens celebrat conuiuia paſtor,* Qua. al. Quem dominum longo tempore culta cupit.
Incluſoque lacu piſce natante bibit.
Nunc renouanda venit Papæ mercede Leontij,
Quam Dominus cultam tempora longa cupit. al. Iſte.

De Præmiaco, Villa Burdegalenſi.

D

*QVamuis inſtet iter, * retrahatque volumine curæ,* retrahatque vol. curas. Cap. XX.
Ad te pauca ferens carmine fleto viam.
Captus amore tui nunquam memoranda tacebo;
Teneque prætereo, prætereundo locum.
Cui quæ digna loquar ſi ſyllaba quarta recedat,
Præmiacum pollens præmia nomen habes.
Delitiis obſeſſus ager viridantibus aruis,
Et naturalis gratia ruris ineſt.
E *Condita quo domus eſt planus tumor exit in altum,*
Nec ſatis elato vertice regnat apex.
Qua ſuper incumbens locus eſt deuexus in amnem,
Florea gemmato gramine prata virent.
Leniter appulſus quotiens inſibilat Eurus,
Flexa ſupinatis fluctuat herba comis.
Hinc alia de parte ſeges flaueſcit ariſtis,
Pinguis & altricem palmes opacat humum.
Piſcibus innumeris non deficit vnda Garonnæ,
Et ſi deſit agris fruges abundat aquis.
F *Sed te quærebant hæc munera tanta Leonti,*
Solus defueras qui bona plena dares.
Nam quod pulchra domus, quod grata lauacra niteſcunt,
Conſolidatorem te cecinere ſuum.
Attamen acquirant vt adhuc fabricanda decorem,
Temporibus longis hæc tua dona regas.

De Ægicio flumine.

Cap. xxi. LAus tibi ſorte minor fuerat generoſa Garonna
Si non exiguas alter haberet aquas.
Lubricat hic quoniam tenuato Ægicius hauſtu,
Profert diuitias paupere fonte tuas.
Denique diſſimilem ſi comparet vllus vtrumque,
Hic vbi ſit riuus tu puto Nilus eris.
Te famulans intrat, hunc ſed tua regna refrænant
B Gallicus Eufrates tu ſluis, iſte latet.
Nam quantum Oceanum tumidis tu curſibus auges,
* Iſte tuas tantum e ſcete præ ſtat aquas. * Tantum te lymphis excitat iſte ſuis.
Torrida præſertim cum terris incubat æſtas,
Ac ſitiente ſolo triſtis anhelat ager.
Cum Titan radiis feruentibus exarat arua,
Et calor ignifero vomere findit humum.
Languidus arentes fugiens vix explicat vndas,
Et cum piſce ſuo palpitat ipſe ſimul.
Flumine ſubducto vacuatas lambit arenas,
Sedibus in propriis exul oberrat aquis.
In limo migrante lacu conſumitur amnis;
C * fuit. Terraque fit ſterilis quo * fluit vnda rapax.
* vaſto. Deficiunt * vſto ſolatia cuncta rigore,
Nomine cum proprio triſtis & æger eget.
Fortè viator iter gradiens non inuenit hauſtus:
Vnde alios recreet qui ſitit ipſe ſibi?
* porrigit. Se cupit infundi fluuius, ſi * perrigis vndas,
qui humĕ. areuas. Si tamen eſt fluuius * quem madefactat homo.
Gurgitis impreſſas labens rota ſignat * habenas,
Atque reſudantes orbita ſiſtit aquas.
viam Si venias equitando * diem ſub tempore cancri,
D inſidians. Vix tamen * inſidens vngula mergit equi.
Vidimus exiguum de limo ſurgere piſcem,
Qui retinente luto naufragus errat humo.
Nec fluuius, nec campus adeſt, nec terra, nec vnda,
Piſcibus inhabilem nullus arare poteſt.
Sola palude natans querulos dat rana ſuſurros;
Piſcibus excluſis aduena regnat aquis.
At ſi forte fluat tenuis de nubibus imber,
Vix pluit in terris iam tumet iſte minax.
Ingentes animos parua de nube reſumit,
E Fit ſubito pelagus, qui fuit ante lacus.
Turbidus incedens vndis eget ipſe lauari,
Semper inæqualis, cui nihil aut ſatis eſt.
Non ripis contentus agit compendia curſus,
Quod de monte bibit per ſata plena vomit.
Vertice torrenti rapitur quaſi more tyranni,
Indignatus iter munera vaſtat agri.
fluuio. Diſcurrit ſeges in * fluuium, ſtat piſcis in aruo:
Ordine peruerſo meſſe natante iacet.
Quæ fuerant ouibus, donantur paſcua ranis,
Prata tenent piſces, & trahit vnda pecus.
F expulſos ſiluros. Obtinet * expulſus ſtabulum ſilueſtre Silurus,
Plus capitur terris quàm modò piſcis aquis.
Sarcula quos foderent agros, malè retia miſcent,
Figitur hic hamus, quo ſtetit ante palus.
Sors vna eſt piſci ſiccent, aut flumina creſcant:
Nunc reſidet limo, nunc iacet exul agro.
Sed cur triſte diem loquimur de gurgite paruo,
Vritur & verbis nec recreatur aquis.

A Sufficiat flagrare ſibi, cur addo vapores,
Atque bis æſtiuum creſcere tempus ago?
Vnica ſed tandem damus hæc ſolatia laudis,
Quod tribuit piſces euacuatus aquis.

S. Venantij Honorij Clementiani Fortunati, Presbyteri, * Liber Secundus. Italici.

CRux benedicta nitet Dominus qua carne pependit, De Cruce Domini Cap. I.
B Atque cruore ſuo vulnera noſtra * lauit. lauat.
Mitis amore pio pro nobis victima factus:
Traxit ab ore lupi qua ſacer agnus oues.
Transfixis palmis vbi mundum à clade redemit,
Atque ſuo clauſit funere mortis iter.
Hic manus illa fuit clauis confixa cruentis,
Quæ eripuit Paulum crimine, morte Petrum.
Fertilitate potens ò dulce & nobile lignum,
Quando tuis ramis tam noua poma geris.
Cuius odore nouo defuncta cadauera ſurgunt,
Et redeunt vitæ, qui caruere die.
C Nullum vret æſtus ſub frondibus arboris huius:
Luna nec in noctem, Sol neque meridie.
Tu plantata micas, ſecus eſt vbi curſus aquarum,
Spargis & ornatas flore recente comas.
Appenſa eſt vitis inter tua brachia, de qua
Dulcia ſanguineo vina rubore fluunt.

IN HONORE SANCTÆ CRVCIS.

D Pange lingua Glorioſi, prælium certaminis, &c.

Item Verſus in honore Sanctæ Crucis vel Oratorij domus Eccleſiæ apud Turonos.

VIrtus celſa Crucis totum ritè occupat Orbem,
Hæc * quando Mundi perdita cuncta refert. quoniam
Quodque ferus ſerpens infecit felle veneni,
Chriſti ſanguis in hec dulce liquore lauat.
Quaque Lupi fuerant raptoris præda ferocis,
E In cruce reſtituit Virginis agnus oues.
Tenſus in his ramis cum plantis brachia pendens,
Eccleſiam ſtabilit pendulus ipſe Cruce.
Hoc opus in ligno reparans deperdita pridem,
Quod vetiti ligni poma tulere boni.
Addita quin etiam virtutum flamma coruſcat,
Dona quod obſequiis crux parat ipſa ſuis.
Denique ſancta cruci hæc templa Gregorius offert,
Dum pallas operit ſigna gerendo crucis.
Dona repente dedit diuina potentia Chriſtus,
Mox fuit & voti cauſa ſecuta pij.
F Pallianam meruit, ſunt quæ cruce textile pulchra,
Obſequiiſque ſuis crux habet alma cruces.
Serica qua niueis ſunt agnaua blattea telis,
Et textis crucibus magnificatur opus.
Sic citò Pontifici dedit hæc deuota voluntas,
Atque dicata cruci * conſcia vela placent. condita.
Vnde ſalutifero ſigno tibi clare Sacerdos,
Hec cui complacuit, reddere magna valet.

HYMNVS IN HONOREM Sanctæ Crucis.

Vexilla regis prodeunt, &c.

Ex indice apparet deeſſe duo capita, IIII & V.

De Sancto Saturnino martyre. Cap. VII.

IAnua celſa poli terra pulſante pateſcit,
Et recipit natos, quos generauit humus.
Admiranda hæc eſt occaſio facta ſalutis
Vt de morte ſua præmia lucis emant.
Saturninus enim cupiens ſe nectere Chriſto,
Carnali in habitu noluit eſſe diu.
Vincula corporei diſſoluere carceris optans,
Plenius vt Domino ſe ſociaret homo.
Tempore maturo cum iam ſpes eſſet adulta,
Sumpſerunt pretium vota beata ſuum.
Dumque ſacerdotio frueretur in vrbe Toloſa,
Et populus Chriſtum panderet eſſe Deum:
Oſtendens verbis, addens miracula factis,
Vt quod ſermo daret conſequeretur opus.
Gentiles animas rapiens de fauce Tyranni,
Subdebat regi, qui dedit arma ſibi.
Sed viciata malis & plebs infecta venenis
Curari effugiens, ægra iacere volens,
Comprendit malè ſana virum, ad capitolia duxit;
Atque ſuo medico vulnera plura dedit.
Pro pietate dolùm, pro melle venena rependens,
Contra tutorem noxia bella mouet.
Subligat indomiti Sanctum ad veſtigia tauri:
Et ſtimulat, fieret ne fuga tarda feri.
Peſſima mens hominum diri noua beſtia monſtri,
Nec tauri indomiti ſufficit ira tibi.
Naturæ rabidæ feritatem adiungere noſti:
Quod per ſe neſcit, te ſtimulante furit.
perdis *Turba cruenta nocens huius te vulnere * prodis,*
Et ſi non illi, parcere diſce tibi.
Hic * *Hinc ferus impatiens mox curua per auia raptus*
Paſſim membra pij fudit in vrbe viri.
Tum mulier collegit ouans & condidit artus,
Sola vna * *Vna ſed famula participante ſibi.*
Hæc fuit inſignis rapienda cauſa coronæ,
Gloria martyrij ſic celebranda nitet.
Ante ſepulcra pij dantur modo dona ſalutis,
Et corpus lacerum corpora multa fouet.
Dic vbi mors inimica iaces, vbi victa recumbis,
Quando vides Sancti funere vota dari?
Quæ malè credebas obitu finire ſalutem,
Dat vitam multis, & tenet ipſe ſuam.
Nunc captiua cubas qua te regnare putabas
Inuadendo peris, téque ferendo necas.
Te tua pœna premit, tua te fera vincula torquent,
Quos dare vis gemitus, ipſa ferendo gemis.
Martyr ouans cælos retinet, tu liuida, triſtis
Mors inimica tibi Tartara nigra colis.
Florigera nunc ſede manet ſine fine beatus
adoratos *Inter * adoratos thure calente choros.*
thura o- *Non aliquas metuit placato iudice cauſas,*
leſque. *Præmia ſed miles victor habenda petit.*
A *Digna triumphantem quæ reſtat palma ſequetur*
Pro te Chriſte mori, eſt gloria, vita, quies.

De Launebode Duce, & Beretrude eius coniuge; qui ædificauerunt templum Sancti Saturnini. VIII.

Laudibus humanis reliquorum corda reſultent
*At mihi de iuſtis commemorare * licet.* vacet.
*Nam pietatis opus victores * texere libris,* al. victoris
B *Ammonet ingenium res ratione duplex.*
*Vna quod eſt habilis * de magnis magna fateri* al. habilem
Nam bona qui reticet criminis auctor erit.
*Altera cauſa monet, quoniam * ſuccenſus amore,* ſucceſſus amatur.
Et meliora cupit qui ſua facta legit
Saturninus enim martyr venerabilis orbi,
Nec latet egregij palma beata viri.
Qui cum Romana properaſſet ab vrbe Toloſam,
Et pia Chriſticolis ſemina ferret agris:
Tunc veſana cohors Domini comprendit amicum,
C *Inſtituitque pij membra terenda trahi.*
Implicitus tauri pede poſteriore pependit
Tractus in obliquum dilaceratus obit.
Hac ope de terris animam tranſmiſit Olympo:
O felix, cuius funere mors moritur.
Sed locus ille quidem quo Sanctus vincula ſumpſit
Nullius templi fultus honore fuit:
Launebodes enim poſt ſæcula longa Ducatum
Dum gerit, inſtruxit culmina ſancta loci.
Quod nullus veniens Romana gente fabriuit,
Hoc vir barbarica prole peregit opus.
D *Coniuge cum propria Beretrude clara decore,*
Pectore quæ blando clarior ipſa nitet.
Cui genus egregium fulget de ſtirpe potentum
Addidit ornatum vir venerando Deum.
Quæ manibus propriis alimonia digna miniſtrat,
Pauperibus tribuens ſe ſatiare cupit.
Indefeſſa inopes Chriſti per templa requirit:
Iugiter excurrens ad pietatis opus.
Nudos veſte tegit, ſitienti pocula profert,
Se magis æterno fœmina fonte replet:
E *Proficit hoc etiam quicquid gerit illa marito,*
Anxia pro cuius vota ſalute facit.
Dux meritis in gente ſua qui pollet opimis
Celſus vbique micans nobilitatis ope.
Sed quamuis altum teneat de ſtirpe cacumen
Moribus ipſe ſuos amplificauit auos.
Ergo pari voto maneant in ſæcula iuncti,
Et mitet ambobus conſolidatus amor.

Ad Clerum Pariſiacum.

F

Cætus honorifici decus & gradus ordinis ampli
Quos colo corde, fide, religione, patres.
Iamdudum obliti deſueto carmine plectri
Cogitis antiquam me renouare lyram.
Et ſtupidis digitis ſtimulaſtis tangere chordas,
Cum mihi non ſolito currat in arte manus.
Scabrida nunc reſonat mea lingua rubigine verba,
Exit & incompto raucus ab ore fragor.
Vix dabit in veteri ferrugine cotis acumen,
Aut fumo infecto ſplendet in ære color.

Sed quia dulcedo pulſans quaſi malleus inſtat,
*incudem *relapſa. *Et velut * incudi cura * relfſa terit*
Pectoris atque mei ſuccenditis igne caminum,
Vnde miniſtratur cordis in arce vapor.
Obſequor hinc quia me velutis fornace recoctо
Artis ad officium veſter adegit amor.

Item in laudem Pariſiaci cleri.

Celſa Pariſiaci cleri reuerentia pollens,
Eccleſiæ genium, gloria, munus, honor.
Carmine Dauidico diuina poëmata pangens,
al. reuoluit *Curſibus aſſiduis dulce * reuoluis opus.*
Inde Sacerdotes, leuiticus hinc micat ordo:
Illos canities, hos ſtola pulcra tegit.
Illis paſtor adeſt, rubor his in vultibus errat,
Et candens rutilis lilia mixta roſis.
Illi iam ſenio, ſed & hi bene veſtibus albent,
Vt placeat ſummo picta corona Deo.
In medio Germanus adeſt Antiſtes honore
ſubrigit *Qui regit hinc iuuenes, * ſubregit inde ſenes.*
canentum *Leuitæ præeunt, ſequitur grauis ordo * Ducatum*
Hos gradiendo mouet, hos moderando trahit.
Ipſe tamen ſenſim incedit velut alter Aaron,
Non de veſte nitens, ſed pietate placens.
cidar *Non lapides, coccus, * cidarion, aurum, purpura, byſſus,*
Exornant humeros, ſed micat alma fides.
Iſte ſatis melior veteri quàm lege Sacerdos,
Hic quia vera colit quod prius vmbra fuit.
Magna futura putans, præſentia cuncta refellens
Antea carne cavens, quam caro ſine ruens.
Sollicitus quenquam ne deuoret ira luporum
Colligit ad caulas paſtor opimus oues.
falſa *Aſſiduis * meritis ad paſcua * falſa vocatus,*
al. monitis. *Grex vocem agnoſcens currit amore ſequax.*
Miles ad arma celer ſignum mox tinnit in aures,
al. ſapora. *Erigit excuſſo membra * ſopore thoro.*
Aduolat ante alios myſteria ſacra requirens,
Vndique quiſque ſuo templa petenda loco.
omnem *Flagranti ſtudio populum domus irrigat * omnis,*
Certatimque monent quis prior ire valet.
Peruigiles noctes ad prima crepuſcula iungens,
Conſtruit Angelicos turba verenda choros.
Greſſibus exertis in opus venerabile conſtans
Vim factura polo cantibus arma mouet.
Stamina pſalterij lyrico modulamine texens,
Verſibus orditum carmen amore trahit.
cannis *Hinc puer exiguis attemperat organa * canis:*
Inde ſenex largam ructat ab ore tubam.
Cymbalicæ voces calamis miſcentur acutis,
Diſparibuſque tropis fiſtula dulce ſonat.
Tympana rauca ſenum puerilis tibia mulcet,
Atque hominum reparant verba canora lyram,
Leniter iſte trahit modulos, rapit alacer ille,
Sexus, & ætatis ſic variatur opus.
Triticeas fruges feruens terit area Chriſti,
Horrea quandoquidem conſtrutura Dei.
Voce creatoris reminiſcens eſſe beatos,
Quos Dominus vigilans, dum redit ipſe, videt
In quorum meritis animo virtute fidéque
Tegmine corporeo lumina quanta latent!

A *Pontificis monitis clerus, plebs, pſallit & infans*
Vnde labore breui fruge replendus erit.
Sub duce Germano felix exercitus hic eſt,
*Moyſes tende manus * vt tua caſtra * iuues.* & ſuua

De Situ Pariſiacenſis Eccleſiæ.

Si Salomoniaci memoretur machina templi,
Arte licet par ſit, pulchrior iſta fide.
Nam quæcunque illic veteris velamine legis,
B *Clauſa fuere prius, hic reſerata patent.*
Floruit illa quidem vario intertexta metallo,
*Clarius * hic Chriſti ſanguine cuncta nitet.* hæc
Illam aurum, lapides ornarunt ligna cedrina,
Huic venerabilior de cruce fulget honor.
Conſtitit illa vetus ruituro ſtructa talento:
Hæc prætio Mundi ſtat ſolidata domus,
Splendida marmoreis attollitur aula columnis,
Et quia pura manet, gratia maior ineſt.
Prima capit radios vitreis oculata feneſtris,
C *Artificiſque manu clauſit in arce diem.*
Curſibus Auroræ vaga lux laquearia complet,
Atque ſuis radiis hic ſine Sole micat.
Hæc pius egregio Rex Childebertus amore,
Dona ſuo populo non moritura dedit.
Totus in affectu diuini cultus adhærens,
Eccleſiæ iuges amplificauit opes.
Melchiſedech noſter meritò Rex atque Sacerdos,
Compleuit laicus religionis opus.
Publica iura regens, at celſa palatia ſeruans,
Vnica Pontificum gloria, norma fuit.
D *Hic abiens, illic meritorum viuit honore,*
Hic quoque geſtorum laude perennis erit.

De * Eccleſia Magontiæ ciuitatis. XI.

al. Baptiſterio.

Ardua ſacrati baptiſmatis aula coruſcat,
Quo delicta Adæ Chriſtus in amne lauat.
Hic paſtore Deo puris grex mergitur undis,
Ne maculata diu vellera geſtet ouis.
Traxit origo necem de ſemine, ſed pater orbis,
Purgauit medicis crimina mortis aquis.
E *Hanc tamen Antiſtes Sidonius extulit arcem,*
Qui Domini cultum templa nouando fouet.
Struxit Berthooræ voto complente Sacerdos,
Quæ decus Eccleſiæ cordis amore placet.
Catholicæ fidei ſplendor pietate coruſcans,
Templorum cultrix prodiga pauperibus.
*Seminat unde metat fruges * ſe arcendo recondens:*
Terrenis opibus non moritura parat. pargendo
Filia digna patri te Theodeberte reformans,
F *Rexiſti patriam qui pietate patris.*
Et comitante fide reuocaſti ex hoſte triumphos,
Sed capti pretio mox rediere tuo.
Eccleſiæ fultor, laus Regum, paſtor egentum,
Cura Sacerdotum, promptus ad omne bonum.
Cuius dulce iugum nullus genuiſſe fatetur,
Viuis adhuc meritis Rex in amore tuis.

Digitized by Google

De Baſilica Sancti Georgij martyris quam ædifieauit Sidonius Archiepiſcopus Monguntinus. Poëma XII.

MArtyris egregiis pollens micat aula Georgij
Cuius in hûc mundû ſpargitur altus honor,
Carcere, cæde, fame, vinclis, ſite, frigore, flammis
Confeſſus Chriſtum duxit ad aſtra caput.
Qui virtute potens Orientis in axe ſepultus,
Ecce ſub Occiduo cardine præbet opem.
Ergo memento preces & reddere vita viator,
Obtinet hic meritis quod petit alma fides.
Condidit Antiſtes Sidonius iſta decenter,
Proficiant animæ quò noua templa ſuæ.

De Oratorio à Traſaïco conſtructo.

Lucida perſpicui nituerunt limina templi
Quo capit haud dubiam ſpem veneranda fides.
Hæc eſt aula Petri, cælos qui claue catenat,
Subſiſtit & pelagus quo gradiente lapis.
Sedibus his habitas Paulus tuba Gentibus vna:
Et qui prædo prius, hic modo præco manet.
Martini domus eſt Chriſtum qui veſtit egentem,
Regem tiro tegens atque homo iure Deum.
* Remedii *Ecce Sacerdotis ſacri micat aula * Remigij*
Qui tenebras mundi liquit & aſtra tenet,
Cultor opime Dei templum Traſaice locaſti.
Has cui perſoluis reddet amator opes.

De Sanctis Agrunenſibus.

Turbine ſub mundi cum perſequerentur iniqui,
Chriſticolaſque daret ſæua procella neci.
Frigore depulſo ſuccendens corda peregit,
Rupibus in gelidis feruida bella fides.
Quo pie Maurici doctor legionis opimæ,
Traxiſti fortes ſubdere colla viros.
Queis poſitis gladius ſuit arma è dogmate Pauli,
Nomine pro Chriſti dulcius eſſe mori.
Pectore bellígero poterant qui vincere ferro,
Inuitant iugulis vulnera chara ſuis.
* al. clade *Hortantes ſe * cæde ſua ſic ire ſub aſtra,*
* al heros *Alter in alterius cædenatauit * erus.*
* Audiuit * *Adiuuit rapidas Rhodani fons ſanguinis vndas,*
Tinxit & Alpinas ira cruenta niues.
Tali ſine polos felix exercitus intrans,
Iunctus Apoſtolicis plaudit honore choris.
Cingitur Angelico virtus trabeata ſenatu,
Mors fuit vnde prius, lux fouet inde viros.
* al. ductor *Ecce triumphantum * doctor fortiſſime tecum,*
Quattuor hic procerum pignora ſancta iacent.
Sub luteo tumulo latitat cæleſte talentum,
Diuitiaſque Dei vilis arena tegit.
Qui faciunt ſacrum paradiſi creſcere cenſum,
Hæredes Domini luce perenne dati.
Sydereo chorus iſte throno cum carne locandus,
Cum veniet iudex arbiter orbis erit.
Sic pia turba ſimul feſtinans cernere Chriſtum,
Vt cælos peteret, de nece fecit iter.

A *Fortunatus enim per fulgida dona Tonantis,*
Ne tenebris crucier quæſo feratis opem.

De Sancto Hilario Pictauorum Epiſcopo.

Si Hilarium quæris qui ſit cognoſcere, lector:
Allobroges referunt Pictauius genitum.
Cum populum regeret diuina mente Sacerdos,
Seruabat legis fœdera ſollicitus.
Improbus vt vidit plebes quod ſcinderet error,
B *Græcorum virus protulit in medium.*
Vipereo promunt ſemper qui ex corde venena,
Filius vt dicant eſt creatura Dei.
Quis magis auxilium præſtat ſapientia mundi,
De ingenito genitum qua negat eſſe Deum.
Quàm malè complexus cupiens calcare prophetas,
Arrius infelix cum retinet, crepuit.
Egregius Doctor veterum monimenta ſequutus
Quem Stephanus vidit, comprobat eſſe Deum.
Victus amore Dei contempto principe mundi,
Intemerata fidi pertulit exilium.
C *In Patre quique potens Deus eſt cognoſcere Natum*
Diuinis tantum vocibus inſinuat.
Perpetuum lumen Chriſtum Dominumque, Deúque
*Biſſenis populos * ſed docet eſſe libris.* * edocet
Lux ſincera animi ſemper mihi dulcis Hilari,
Quamuis abſentem quem mea cauſa videt.
Cuius honeſtus amor tantum mea corda replenit,
Vt ſine te nunquam mente vacante loquar.

De Sancto Medardo Epiſcopo.

D
Inter Chriſticolas quos actio vexit in aſtra,
Pars tibi promeritis magna Medarde patet.
Qui ſic vexiſti terrenis hoſpes in oris
*Vt * cælos patriam * redderes eſſe tuam.* * Celum. * Forsè, crederes.
Exilium tibi mundus erat cænoſa cauenti,
Et modò te gaudet ciue manente polus.
Exultus tenebris, veſtitus tegmine lucis,
Poſt obitum frueris liberiore die.
De tellure ſatus factus poſſeſſor Olympi,
Et matrem linquens cum patre læta tenes.
E *Humani victor vitij ſuper aſtra triumphas,*
Atque cremans carnem das animæ requiem.
Te inter mundanos vepres gradiente fatemur,
Calcatis ſpinis promeruiſſe roſas.
*Flore * refertus ager ſuaues tibi fundit odores,* * Refecta
Balſama, thura replent, quæ paradiſus habet.
Cauta per auguſtum figens veſtigia callem:
Sic dedit arcta tibi ſemita lucis iter.
Lata voluptatem via quæ ſubmergit Auerno,
F *Dulcia carnis alens mortis amara parat.*
Hoc nunquam ſacros flexiſti tramite greſſus:
Nec potuere tuos praua tenere pedes.
Durum iter ad laudes, grauior via ducit in altum,
Quo labor eſt potior, gloria maior erit.
Quæ prius incipiam ſacri miracula facti,
Cum quicquid facias omnia prima micent.
Dum fuit ad ſuperos humano in corpore vita,
Ex oculis fugiens lux tibi cordis erat.
Si cæcus venit, rapuit palpando ſalutem,
In mediis tenebris fulſit aperta dies.

Qui voluit furti cauſas penetrare latenteis,
Te religante ſedet, te reſerante fugit.
Fur ſine perfecto voto deceptus inani,
Omnia reſtituens crimina fraudis habet.
Nam ſemel vt molles carpſerunt palmitis vuas,
Non valuere gradus inde referre foras.
Nec potuit raptor pedibus ſubducere prædam,
Raptori abduxit ſed ſua præda pedet.
Ecce ſuis laqueis cœpit miſer eſſe ligatus:
Venerat vt caperet, captus at ipſe fuit.
Nec tetigit muſtum, ſed iniqua mente rotatur,
Antea quàm biberes, ebria turba iacet.
Incepit ſeruare magis quam ferre racemos:
Et datus eſt cuſtos, qui cupit eſſe rapax:
*Donec, Sancte tuis verbis * iuſſiſſes abire,* [* tu iuſſeris ire.]
Vt fructum impleret, doctus ab hoſte redit.
Quæ manet hæc animi pietas, Sanctiſſime præſul,
Lædentem auxilio qui facis ire tuo?
Tintinnum rapit alter inops, magis improbus ille
Qui iumentorum colla tenere ſolet.
Abſconditque ſinu, fœno præcludit hiatum,
Et tenet ipſe manu, ne manifeſtet opus.
Te veniente Sacer, cauſas patefecit apertas
Tinnitu incipiens iam quaſi furta loqui.
Nil valet abſcondi, nil claudi, nilve teneri,
Facundo ſtrepitu prodidit omne malum.
Pandebat propriam veluti ſub indice cauſam
Nil de fure timens liberiore ſono.
Indicat, accuſat, conuincit, damnat, acerbat,
Te præſente tamen non licet eſſe reum.
Abſoluis furem ſolitæ pietatis amore,
Addens & monitis, cautus vt intret iter.
Præcipiens querulam ſecum portare rapinam,
Ne vacua triſtis ſpe remearet inops.
*Hinc tamen vt potero cum raptus ab * orbe fuiſſet,* [* vrbe]
Quæ dederis populis ſigna verenda loquar.
Cum pia compoſito veherentur membra feretro,
Subtractum meruit cæcus habere diem.
Anxius ille ſacra lumen ſuſcepit ab vmbra,
Et tua mors illi lucis origo fuit.
Dumque ſepulcra darent, oculi rediere ſepulti,
Et ſopor ille tuus hunc vigilare facit.
Cum fugis à mundo, datur ille lumine mundus,
Te linquente dies, hunc fugiunt tenebræ.
Antiqui vultus lucem ſtupuere modernam,
Et veteri fabricæ prima feneſtra venit.
Compedibus validis alter manicisque ligatus:
Vt tetigit templum, ferrea vincla cadunt.
Tam graue fragmentum dolor eſt vel cernere pœnã,
Pondera tot miſeros ſuſtinuiſſe pedes.
Si connexa forent elephantem ſoluere poſſent,
Nec poterat rigidos ipſe mouere gradus.
*Non minus eſt illi, * cui ſubuertente procellæ,* [* quæ]
Littoribus Lybicis anchora fracta iacet.
Pœna quidem grauior cecidit creſcente triumpho,
Vincere rem ſæuam gloria maior erat.
Non habuit tot vincla pati miſer ille ligatus,
Sed tua quo virtus plus mereretur opus.
Cum ſolidarentur non ſic ſtrepuere catenæ,
Ceu tinniuerunt cum crepuere feræ.
*Quæ fuit illa prius nimis malè * vinctæ catenis,* [* ficta]
Iam tibi qui ſoluis libera dextra fauet.

A *Lignea vincla gerens alter confugit ad aulam,*
Quæ ſimili merito ſciſſa repente cadunt.
Nec mora: vix tetigit ſacrati limina templi,
Fit tonitrus cælis arma ferendo tibi.
Grandia diuiſi ceciderunt pondera ligni,
Et qui geſſit onus, corruit ipſe ſimul.
Expauit ſubitò de libertate recepta,
Atque magis timuit, quando ſolutus erat.
Quæ ratio fuerit, cecidit cur pronus in aruis,
Gaudia magna quidem ſæpe timere ſolent.
Dum ſtupet vnde ſalus laceris eſt reddita plantis,
B *Ammirante animo membra * ſoluta fluunt.* [* ſalute]
Inde vetus mulier pariter naſcente periclo,
Vulnere naturæ mortua membra tulit.
Incluſos digitos morbo numerante tenebat:
Nec poterat ducto pollice fila dare.
Secum nata quidem, ſed non ſua dextra pependit,
Corpore iuncta ſuo res aliena fuit.
Tempore ſed tardo cum iam ſpes fracta iaceret,
Ante tuum tumulum viuificata manus.
Sic inopinatum commendat gratia votum:
Deſperata ſalus dulcior eſſe ſolet.
C *Mobilis ergo venit digitis torpentibus humor,*
Et diſpenſatus fluxit in vngue vigor.
Arida neruorum ſeſe iunctura tetendit,
Agnouitque ſuum vena ſoluta locum.
Apta miniſteriis incœpit palma moueri,
Seruitium diſcens libera dextra fuit.
Nec tantum profugos pietas tua reddidit artus;
Reddidit & victum penſa trahente manu.
Eripuit aliam ſimili de peſte puellam,
Membraque reſtituens plus animæ tribuis.
Deſponſata viro mortali lege iacebat,
Nunc thalamo Chriſti virgo dicata micat.
D *Sponſa quidem radiat cum virginitate modeſta,*
Spe meliore fruens nupta tenenda polit.
Nec fructus vteri ſterilis deperdit honeſti,
Flore pudicitiæ mater habenda placet.
Adquirit cunctos, natum quæ non habet vnum,
Progeniemque ſibi gignit amore Dei.
Inde pari morbo deflenda infantia parua,
In lucem veniens membra necata trahit.
Mors & origo ſimul miſera proceſſit ab aluo
Extinctam generans mater anhela manum.
E *Commendata tuo redit medicata ſepulcro*
Quod de matre perit, de tumulo recipit.
Dum iacet alter inops viſu caligine clauſo
Cæcus, nec miſero lumine lumen erat.
Longaque nox oculos quarto iam menſe premebat
*In * lucem obſcurus, viuus imago necis.* [* luce]
Vocibus hunc medicis monuiſti tempore ſomni,
Tenderet vt velox ad tua templa gradum:
Mox veniente die, ſed non ſibi forſice preſſa,
*Enituit Chriſti vertice * tonſus ouis.* [* tonſo comis.]
F *Detrahit hic crines nitidos vt haberet ocellos,*
*Et mercante coma munera lucis * emat.* [* emis]
Qui titubante gradu tractus peruenit ad aulam
Per biduum recubans ante ſepulcra fuit.
Tertia lux rediens nocturnas ſoluerat vmbras,
Et cæco occurrit ſic reuocata dies.
*Vndique * linitæ cecidere à fronte tenebræ,* [* limato]
Sanguinis vnda rigat, luminis atra lauat.

Sicca lucerna nouo flagrante refulſit oliuo,
Obtinuitque ſuum lux peregrina locum. * * iocum
Quid referam mutis qui verbo verba dediſti,
Quod grauat eiiciens, quod iuuat omne locas.
Cuncta nec è numero tua me præconia vincunt,
Et ſi non potui, velle fuiſſe, vide.

A *En tua templa colit nimio Sigiſertus amore;*
Inſiſtens operi promptus amore tui.
Culmina cuſtodi qui templum in culmina duxit,
Protege pro meritis qui tibi tecta dedit.
Hæc pia pauca ferens ego Fortunatus amore,
Auxilium poſco; Da mihi vota precor.

INCIPIT LIBER TERTIVS.

Epiſtola ad Eufronium miſſa, Turonenſem Epiſcopum.

DOMINO ſancto & meritis Apoſtolico domino & dulci patri Eufronio Papæ, Fortunatus. Ante paucorum dierum volubilitate tranſcurſa deferente litterarum præſentium portitore, venerabilis oris veſtri * colloquium, à me cæleſti pro munere ſignifico fuiſſe perceptum. * ſalutaris. Quod ea auiditate teſte rerum creatore complexus ſum, qua veſtrum piiſſimum animum circa meam humilitatem iugiter approbaui profuſum, & me ſupplicem multis * copioſum beneficiis agnoſco deuotum: Qui quamuis in altera commorer ciuitate, nouit Deus quia vobis abſens ſum tantummodo loco non animo; & quocunque fuero, intra me vos * clauſum habeo. Verè dico, non eſt illud cor carneum, * repletum vbi veſtræ animæ non recipitur * miranda dulcedo, ſed eſt marmore durius, ſi tantæ charitatis * clauſos habebo. non amplectitur blandimento. Nam quis de te tam congrua prædicet, quàm meus verè ſancta depoſcit? aut quis ſuo ſic * ſatisfaciet animo, vt veſtrum ſicut conderet * prodat affectum qui * admiranda. in terra ſic humilis es, vt habites erectus in cælis, & inclinando ad infima, te ſubleuari facias ad * ſatisfaciat. excelſa, vt iam agnoſcas qui Chriſti humilitatem libenter amplecteris, de eius regni munere quid habebis. * dignè Quoniam ſicut ipſius mandata ſunt qui ſe paruulum inter homines vult videri, magnificum ſe elatus reſpiciet in ſupernis: vnuſquiſque qualiter deſiderat, exponat. Ego verò gratulor in corde, Domine Eufroni, dilectionem domini * ſenſiſſe Martini. * ſediſſe Quapropter multiplici me prece Apoſtolatui & ſanctæ charitati veſtræ commendans, rogo per ipſum dominum Martinum, cuius fructis participato conſortio, vt apud eum memorari præcipias me famulum & deuotum: quatenus qui apud eum meritis præualetis, in meæ humilitatis protectione iugiter oſtendatis. Ora pro me, domine ſancte & Apoſtolice peculiaris domine & pater.

Item alia epiſtola ad eundem Eufronium.

DOmino ſancto mihique in Domino peculiari patrono Eufronio Papæ, Fortunatus. Copioſam & ſuperabundantem pectoris veſtri dulcedinem, quam circa deuotionem perſonæ meæ veſtram beatitudinem, pater amantiſſime fateor impendiſſe, quis illam vt dignum eſt vel corde poſſit concipere, vel ſermone valeat explicare? Quæ tanto me ſibi vinculo ammirandæ charitatis, vt ne vnius horæ ſpatio ab illo mihi videar ſeparari conſpectu: quem & ſi præſentem non video, attamen intra pectoris habitaculum retineo conditum & recluſum? Quis enim tuæ pietati peculiaris non redditur: in quo tantæ bonitati beneficia continentur? aut quem ad tuam dulcedinem non ducas inuitum, cuius probauimus animum ineffabili charitate profuſum? Qua autem illud ammiratione complectar, cum te ſic video cunctos diligere, ac ſi vnumquemque de proprio viſus ſis latere generaſſe? Quis verò filiorum ſuperbus eſſe deſideret, vbi te patrem & doctorem tantæ humilitatis agnoſcit? aut quis ſummo nobilitatis deſcendens de culmine, cum te ſic reſpicit ſupplicem, non ſe tuis veſtigiis in terra prouolutus extendit? Verè dico, Si tumidum ſuperbia deiicit, multum eſt laudabilis humilitas quæ * erigit. Quis deniq; illic eſſe poſſit ira- * vos cundus aut turbidus, vbi, Sacerdos & Pontifex tam placidus eſt inuentus? Scit enim totus ſine rapacitate grex viuere, vbi viuendi tranquillitas diſcitur à paſtore. Quid de rebus reliquis referam, in quibus te ſic impendis in ſingulis, vt luderis in cunctis. Quæ tamen & ſic imitari non poſſumus, vel vidiſſe quod imitari deceat congaudemus. Quapropter dominationi & ſanctitati veſtræ peculiariter me commendans, rogo & obteſtor ſic ille domnus meus Martinus ſua interceſſione obtineat, vt cum ipſo iuxta merita veſtra in luce perpetua vos collocet diuina miſericordia, vt pro me humili filio & ſeruo veſtro ad eius beatum ſepulcrum orare digneris, & pro peccatorum meorum remiſſione pius interceſſor accedas. Eos verò qui veſtri ſunt omnes domnos meos & dulces reuerenter ſaluto. Dominum meum per omnia dulciſſimum filium veſtrum * Auen- * Euentiũ. tium pro me multiplicitet ſupplico ſalutari: Domino meo Felici Epiſcopo, ſi per vos venit me benigno animo commendari depoſco. Ora pro me reuerendiſſime pater.

Verſus in laudẽ Euftonij Epiſcopi compoſiti. A

Quamuis pigra mihi taceat ſine fomite lingua,
Nec valeam digitis reddere digna viris:
Attamen alme pater Chriſti venerande Sacerdos
Eufroni cupio ſoluere parua tibi.
Debeo multa quidem, ſed ſuſcipe pauca libenter,
Sic veniale precor, quod tuus edit amor.
Eccleſiæ lampas ſub te radiante coruſcat,
Lumine Pontificis fulget vbique fides.
Gratia præcellens ſincero in pectore vernat, — vitens.
*Quo nullus dolus eſt Iſraëlita * vir es.*
Immaculata tibi feliciter actio currit,
Vt penetres cælos hæc via pandit iter.
Dulcia colloquij ſine fuco dicta refundis,
Non ſic mella mihi, quàm tua verba placent.
Quicquid habet ſenſus hoc lingua ſerena relaxat,
Pectore ſub veſtro fraus loca nulla tenet.
Qui ſine felle manes in ſimplicitate columbæ,
Nec ſerpens in te dira venena fonet.
Aduena ſi veniet patriam tu reddis amatam,
*Et per te proprias hic habet * exul opes.* hoſpes
Si quis iniqua gemit, triſtis hinc nemo recedit,
Sed lacrymas remouens lætificare facis.
Martinus meritis hac vos in ſede locauit,
Dignus eras hæres, qui ſua iuſſa colis.
Ille tenet cælum largo dans omnia voto,
B *Iunctus eris Chriſto hunc imitando virum.*
Non perit hic veſtrum qui grex ad ouile recurrit,
Candida nec ſpinis vellera perdit ouis.
Non lupus ore rapit prædam paſtore vigente,
Sed fugit excluſus non lacerando greges.
Hæc tibi lux maneat longos, venerande, per annos,
Atque futura dies lucidiora ferat.

EPISTOLA AD FELICEM EPISCOPVM NAMNETICVM.

DOmino Sancto & Apoſtolica ſede digniſſimo patri Felici Papæ Fortunatus. Oſcitantem me prope finitima pelagi, blandimento naturalis corporis illecto & littorali diutius in margine decumbentem, ſubitò per vndifragos veſtri fluctus eloquij quaſi ſcopulis incurrentibus eliſa ſalis aſpergine me contigit irrorari: ſed ad primos euigilans ſtimulos infundi poteram, non tamen excitari; quia adhuc more ſolito grauiter obdormitans, tandem aliquando inter crepitantia verborum veſtrorum tonitrua vix ſurrexi. Igitur cum conſiderarem dicta ſingula de more tubarum clangente ſermone prolata, & ſydereo quodammodo ſplendore perfuſa velut coruſcantium radiorum perſpicabili lumine mea viſi eſtis lumina perſtrinxiſſe, & ſoporantes oculos quos mihi aperuiſtis, tonitruo clauſiſtis co-
reſid mis — ruſco. Tantum enim exercitati claritate colloquij veſtræ linguæ iubar effulſit: tanta ſe * renidẽtis eloquentiæ lux vibrauit, vt conuerſo ordine mihi videretur verbis radiantibus ab occidentali
ſono — parte, te loquente, Sol naſci. Credebam enim quærſo * Sopho Pindarico compactos tetraſtro-
fœcunda — phos pedeſtri glutine ſugillatos & ac ſi enthimematum parturiens catenatum vinculum * facunda fluxiſſet oratio, ſpiris intertexta, ſophiſmate peregrino. Denique quantum ad profunditatem
compita — veſtræ dictionis attinet, ſecretatis ignorantem per ſermonum * anfractus, velut inter cautes echinadas oberrare, niſi à vobis lampas præuiatrix itineris occurriſſet. Quod verò veſtris inſeruiſtis epiſtolis, vocem meam nec acclamatione laudum ſuperatam in vltimo orbis angulo perſonaſſe: hæc ipſa dum relego, cœpi me mirari veſtro ſubito creuiſſe colloquio, qui fauorem proprio non mererer ornatu, gauiſus vſque adeo affectu fauoris erigi, qui me recognoſcerem ingenij qualitate ſubſterni. O quantum charitas præualet cum illud lingua laudantis adiicit quod laudanti vena ſubducit. Optandum eſt ſiquidem vt de me humillimo tali credatur teſti potius quàm auctori. Non enim Polydeucen ſua commendaſſet venæ ſalientis vbertas, niſi Smyrnei fontis fatidico latice fuiſſet attactus. Illud itaque quod dixiſtis in vltimo orbis angulo quaſi veſtram habitare præſentiam; ſatis hoc fieri iuſtum eſt, vt de vobis mihi credatis, qui de me vobis credi blandius ſuadetis. Quoniam loca quamuis regione vltima, te ciue ſunt prima. Nam ſi perſonæ merito vrbis ſibi vendicant principatum, nulli per vos eſt ille locus inferior: vbi quicquid de laude requiritur Felix actibus, Pontifex eſſe aſſeritur. Denique non tibi, ſub rabido leone Titanis feruet cauma, nec vrſæ ſitus frigoribus intertextus reſpirat, ſed per vos mutatis ſedibus aſſiduo Fauonî ſibilo modulantis vernat. Hoc etiam quod ſanctitas veſtra conqueritur me inuenro Turonis parua prolixitate inter fuiſſe colloquiis, cum meam è contra pudeat in breui ſpatio prodidiſſe inſcitiam; ſed lætari tanti gratiam Pontificis adquiſitam. Tamen ſi noſtram in partes conſiderare velitis, quamuis pro tracto ſpatio aſpectu veſtro fruerer, incitari poteram non expleri. Quis enim ſemel odore ſuauium roſarum afflatus, vel ſatiatum quandoque ſe iudicet, vel patiatur reddere faſtidientem? Si diutius fuiſſemus comminus, tanto magis dilectione ſuccenderer, quanto plus agnoſcerem
ſ ctibus — quem amarem. Quod enim intuliſtis, ſi Ligerim vobiſcum aſcendiſſem ſecundis * flatibus Nam-
cheruſcis — netas occurriſſem: noui quidem te mihi Canopo * crucis atcentibus mio paronem præpetem Atte armoriaca tutus inter ſcinifegas ſe mordentes exiſſe, & ſi res exigeret plauſu crepere gico Oë-
Simplegades Pindaro — tam * Thitintiaco cum * Pindo reſpitante pulſaſſem. Qua vero auiditate illud me creditis per legiſſe, quod vos intexere mera charitas impetrauit quod dixiſtis nec ſi Vulſci veniſſent, in ſolatio me vobis arripere valuiſſent. Credite quantum meus animus inſpicit, ipſa vix Roma tantum mihi ad auxilia date poterat, quantum præſtitiſtis in verbo; nec apud me plus aliquid eſt factis impendete

pendere quam vota voluntatis offerre. Nam alloquij refluente dulcedine, nihil opus eſt plus agere. Quod vero facetiis addidiſtis, niſi ſollicitatus laudibus ruſticus calamus * nocturnaſſet licet talis cultor Chriſticola feraciſſima iugera ſæpius exarauit. Attamen nuper illum id eſt vos confiteor ludos * Ityphallicos Amphionio barbito reboaſſe! Hoc quoque quod delectabiliter adiecistis, me domnæ meæ Ranegundis muro charitatis incluſum, ſcio quidem quia non ex meis meritis, ſed ex illius conſuetudine quam circa cunctos nouit impender, ecolligatis. Et quantum in mea perſona panegyricum poëticè tangitis, tantum in eius laudis hiſtoriam retuliſtis, tamen in verbis veſtris illud relegere merui, quod in eius gratia iam percepi. Sed qui de me paruo magna depingitis, quæſo de magnis maxima prædicetis. Quapropter dominationi & ſanctitati veſtræ me humili ſupplicatione commendans, deprecor per Dominum Redemptorem animarum noſtratum qui vos prædeſtinatos ſua facturus eſt in luce conſortes, vt me in ſanctis orationibus pietatis intuitu dignemini memorare: Magnum enim erit ſpei meæ auxilium à vobis obtinere quod poſco.

* non totnaſſet. * Phaleucias

Ad Felicem Epiſcopum Eccleſiæ Nanneticæ. A

Si veniant linguæ pariter Græca atque Latina
Pro meritis nequeunt ſoluere cuncta tuis.
Laudibus obſeſſus, votis venerandus haberis,
Felix qui ſenſus luce perennis eris.

Item ad eundem Felicem, ex ſuo nomine.

Fida ſalus patriæ Felix ſpe, nomine, corde,
Ordo ſacerdotum quo radiante micat.
Reſtituis terris, quod publica iura petebant,
Temporibus noſtris gaudia priſca ferens.
Vox procerum, lumen generis, defenſio plebis, * al. ferens
Naufragium prohibes hic, vbi portus ades.
Auctor Apoſtolicus, qui iura Britannica vincens,
Tutus in aduerſis ſpe crucis arma fugas.
Viue decus patriæ, fidei lux, auctor honoris,
Splendor Pontificum, noſter & orbis amor.

Item ad Felicem Epiſcopum: De dedicatione Eccleſiæ ſuæ.

Cum Salomon coleret generoſi encænia templi,
Iſraëliticos fecit adeſſe viros.
Leuitas, proceres, pueros, iuuneſque, ſeneſque,
Vndique certatim regia pompa trahit.
Mactantur vituli, tauri iugulantur ad aras,
Et populi in votis gaudia cædis erant,
Nunc vero aſſurgit ritu placitura beato,
Tempore decurſo iuſtior ara Deo.
Proſpera quæ populis Felix modo feſta miniſtrans,
Exuperat rebus geſta priora nouis.
Conuocat egregios ſacra ad ſolemnia patres,
Quo ſtat vera ſalus & fugit vmbra vetus.
Doctis claue Petri cælos aperire potentis,* * al. petēti
Ac monitis Pauli noſcere clauſa poli.* * clauſtra
Ne lupus intret oues, ne morbus vulneret agnos,
Hinc ſunt cuſtodes, inde medela gregis.
Quorum vox refluens populo de fonte ſalutis,
Vt bibat aure fidem, porrigit ore ſalem.
Inter quos medios Martius ſede Sacerdos,
Eufronius fulget metropolita ſacer.
Plaudens in ſancta fratrum coeunte corona,
Et ſua membra videns fortior extat apex.
Lætius inde caput quia ſunt ſua viſcera ſecum,
Eccleſiæ iuncto corpore creſcit honor.
Domitianus item Victorius ambo columnæ,

Spes in vtriſque manens pro regionis ope.
Domnolus hic fulget meritis; Roma charus inde,* * al. hinc
** Luce ſacerdotii cultor vterque Dei.* * Marracharius * al. luce ſacerdotij
** Inſpectata diu data nunc memoranda per æuum,* * Bis
Votis plena piis fulget in vrbe dies:
In qua promeruit ſua gaudia cernere paſtor,
Officioque ſacro reddere vota Deo.
Tempore qui longo aduentu pendebat in iſto;
Deſpiciens aliud hoc erat omnis amor.
Omnia tuta timens ſuſpecto in tramite vitæ;
Ne prius iret iter, quam daret iſta Deo.
B *Sæpius occulcans ſuſpiria laſſa trahebat,*
Cæderet vt Dominus hoc properare decus.
Anxius incerto curarum faſce laborans,
Dum votum expectat pondera tempus erant.
Sed iam Feſtus adeſt, ſoluatur ſarcina curæ,
Lætitiæ cumulus triſte repellat onus.
Proſpera dans populis & gaudia larga per vrbem,
Felix felici cum grege paſtor age.
Hinc te Pontifices circundant, inde miniſtri.
Cingit te totum hinc honor, inde fauor.
** Clericus ecce coris, reſonat plebs inde Choraulis,* * al. Clerus &
Quiſque tuum votum, qua valet, arte canit.
C *Tarda fuere tibi quia fit mora ſemper amanti;*
Res ſublimis enim tarda, ſed ampla venit.
Nunc Domini laudes inter tua claſſica cantu;
Et Deitatis opem machina trina ſonet.
Adde medullata in templis holocauſta ſacerdos,
Quo diuturna mices hoſtia pura Deo.

In honorem Apoſtolorum Petri & Pauli quorum reliquiæ continentur in Nannetica Eccleſia.

D *SIderei* montis ſpecioſa cacumina Sion,* * montis
A Libana gemini flore comante cedri.
Cælorum portæ lati duo lumina mundi,
Ore tonat Paulus, fulgurat arce Petrus.
Inter Apoſtolicas radianti luce coronas;
Doctior hic monitis, celſior ille gradu.* * monitu
Hunc per corda hominū reſerantur & aſtra per illū,
Quos docet iſte ſtylo, ſuſcipit ille polo:
Pandit iter cæli hic dogmate, clauibus alter;
Eſt via cui Paulus, ianua fida Petrus.
Hic petra firma manens, ille architectus habetur:
Surgit in his templum, quo placet ara Deo.
Vno fonte pares medicata fluenta rigantes,

VV u

Reſtinguunt auidam dulce liquore ſitim.
Fortia bella gerens quiſquis cupit aſtra tenere,
Rex dedit hos proceres militus eſſe duces.
Gallia plaude libens, mittit tibi Roma ſalutem,
Fulgor Apoſtolicus viſitat Allobroges.
A facie hoſtili duo propagnacula præſunt,
Quos fid: i turres vrbs caput orbis habet.
Hi radiant oculi pretioſo in corpore Chriſti,
*Lumine qui proprio cætera membra * regunt.* al. regunt.
al. Felici. *Munere * felices cæli cape Gallia fruges,*
Pontificiſque tui vota beata cole.
Cuius caſtus amor dedit hanc in honore ſuperno,
Eccleſiæ nuptæ dote perenne domum.
Vertice ſublimi patet aulæ forma triformis,
Nomine Apoſtolice ſanctificata Deo.
Quantum inter Sanctos meritum ſupereminet illis,
Celſius hæc tantum culmina culmen habent.
In medium turritus apex ſuper ardua tendit,
Quadratumque leuans criſta rotundat opus.
Altius vt ſtupeas arce aſcendente per arcus,
Inſtar montis agens ædis acumen habet.
Illic expoſitos fucis animantibus artus,
Viuere picturas arte reſtante putas.
Sol vagus vt dederit per ſtagnea tecta colorem,
Lactea lux reſilit, cum rubor inde ferit.
Ire redire vides radio criſpante figuras,
Atque lacunar agit, quod maris vnda ſolet.
Fulgorem aſtrorum meditantur tecta metallo,
Et ſplendore ſuo culmina ſydus habent.
Luna coronato quotiens radiauerit ortu,
Alterum ab æde ſacra ſurgit ad aſtra iubar.
Si nocte inſpiciat hanc prætereundo viator,
Et terram ſtellas credit habere ſuas.
al. radius *Tota rapit * radios patulis oculata feneſtris,*
Et quod mireris hic, foris intus habes.
Tempore quo redeunt tenebræ mihi dicere fas ſit,
Mundus habet noctem, detinet aula diem.
Dextera pars templi meritis præfulget Hilarij,
Compare Martino conſociante gradu.
Gallia ſic proprios diffundit vbique patronos,
Quos hic terra tegit, lumina mundus habet.
Altera Ferreoli pars eſt qui vulnere ferri,
Munere martyrij gemma ſuperna nitet.
Obtulit hæc Felix vt ſit magis ipſe Sacerdos,
Chriſte tuum templum, qui tibi templa dedit.

In laudem Felicis Epiſcopi.

Illuxit feſtiua dies, me gaudia cogunt,
Vt quod plebs poterat, ſolus amore loquar.
Vltima ſit quamuis regio Armoricus in orbe,
meritis. *Felicis * merito cernitur eſſe prior.*
Miſerunt ſimiles Oriens & Gallia ſortes:
Illa micat radiis Solis, & iſta tuis.
Nam ſplendore nouo ſua munera quiſque miniſtrat,
Tu fers Oceano lumen, & ille Rubro.
Denique ſi ſenſus claro pro lampade fulget,
Ingenium veſtrum luminis inſtar habet.
Maxima progenies titulis ornata vetuſtis,
Cuius & à proauis gloria celſa tonat.
Nam quicunque potens Aquitanica rura ſubegit,
Extitit ille tuo ſanguine luce parens.
A *Germinis antiqui venerabile culmen in orbe,*
Laudibus in cuius militat omne decus,
Flos generis, tutor patriæ, correctio plebis,
Eloquij flumen, fons ſalis, vnda loquax:
Semina doctrinæ, ius cauſæ, terminus iræ,
Cuius in ingenium huc noua Roma venit.
Illic quod poterat per plures illa docere,
Te contenta ſuo Gallia ciue placet.
Ornamenta geris gemino fulgentia dono,
Et te concelebrant hinc opus, inde genus.
B *Sed quid terrena de nobilitate nitebar,*
Eccleſiam nunc ſpe nobiliore regis.
Cuius adornatum bene cultor iugiter inſtas,
Vt iam multa Deo ſplendida dona dares.
Nupſiſti Eccleſiæ, felicia vota iugaſti,
*Hanc qui matronam * te potiente reples.* al. dote potente
Cuius in amplexu ducis ſine crimine vitam,
Altera nec mulier corde recepta fuit.
Hanc oculis animo retinens & corde pudico,
Vnde tibi nupſit caſtior inde manet.
C *Illa tibi prolem peperit, ſed corpore virgo,*
Et populum gremio fudit amata tuo.
Ecce tuos natos diuina ex coniuge ſumptos,
Et modo te gaudent, quos patris vmbra tegit:
Proque ſalute gregis paſtor per compita curris,
Excluſoque lupo tuta tenetur ouis.
Inſidiatores remoues vigilarte Britannos,
Nullius arma valent, quod tua lingua facit.
*Tu quoque ieiunis cibus, ac tu panis * egenti,* egeno
Quæ ſibi quiſque cupit, hic ſua vota videt.
Diuitias proprias in pauperis ore recondis,
Largas mendici ventre repenis opes.
D *Tempore quo veniet Chriſtus, tunc omnia vobis,*
*Iudicis in facie ſacculus iſte * refert.* feret
Sit tibi ſixa ſalus numeroſos ampla per annos,
Perpetuo felix nomine, mente, fide.

Hymnus de Reſurrectione Domini, Ad Felicem Epiſcopum.

Salue feſta dies toto venerabilis æuo,
Qua Deus infernum vicit & aſtra tenet.
E *Ecce renaſcentis teſtatur gratia mundi,*
Omnia cum Domino dona rediſſe ſuo,
Tempora florigero rutilant diſtincta ſereno, Hinc incipit.
Et maiore poli lumine porta patet.
Altius igniuomum Solem cæli orbita ducit,
Qui vagus Oceanas exit & intrat aquas.
Armata radiis elementa liquentia luſtrans,
Adhuc nocte breui tendit in orbe diem.
Splendida ſincerum producant æthera vultum,
Lætitiamque ſuam ſydera clara probant.
F *Terra fauens vario fundit munuſcula fœtu;*
Cum bene vernales reddidit annus opes.
Mollia purpureum pingunt violaria campum,
Prata virent herbis, & micat herba comis.
Paulatim ſubeunt ſtillantia lumina florum,
Arridentque oculis gramina tincta ſuis.
Semine depoſito lactans ſeges exilit aruis,
Spondens agricolæ vincere poſſe famem.
Caudice deſecto lacrymat ſua gaudia palmes,
Vnde merum tribuat dat modo vitis aquam.

Cortice de matris teneræ languine ſurgens;
Præparat ad partum turgida gemma ſinum.
Tempore ſub hiemis foliorum crine reuulſo,
Iam reparat viridans frondea tecta nemus.
* acer ouz. *Mirta, ſalix, abies, corylus, ſiler vlmus,* * *acernus,*
Plaudit quæque ſuis arbor amœna comis.
Conſtructura fauos apis hinc aluearia linquens,
* inſtrepitans. *Floribus* * *increpitans poplite mella rapit.*
Ad cantum reuocatur auis, quæ carmine clauſo,
Pigrior hyberno frigore muta fuit.
Hinc Philomela ſuis attemperat organa cannis,
Fitque repercuſſo dulcior aura melo:
Ecce renaſcentis teſtatur gratia mundi,
* dona *Omnia cum Domino* * *vota rediſſe ſue.*
Namque triumphanti poſt triſtia Tartara Chriſto,
Vndique fronde nemus, gramina flore fauent.
Legibus inferni oppreſſis ſuper aſtra meantem,
Laudant rite Deum lux, polus, arua, fretum.
Qui crucifixus erat Deus ecce per omnia regnat,
Dantque creatori cuncta creata precem.
Nobilitas anni, menſium decus, arma dierum,
* al puncta ſonans *Horarum ſplendor ſcripula* * *cuncta fauent.*
* hinc plācet. *Hinc tibi ſylua comis* * *plaudit, hinc campus ariſtis,*
* al. Hi *Hinc grates tacito palmite vitis agit.*
Sic tibi nunc auium reſonat virgulta ſurſurro,
Has inter minimus paſſer amore cano.
Chriſte ſalus rerum bene conditor atque redemptor,
Vnica progenies ex Deitate patris.
Irrecitabiliter manans de corde parentis,
Verbum ſubſiſtens & penetrare potens.
Æqualis, concors, ſocius cum patre coæuus,
Quo ſumpſit mundus principe principium.
Æthera ſuſpendis, ſola congeris æquora fundis,
Quæque locis habitant que moderante vigent.
* merſum] eſſe *Qui genus humanum cernens* * *merſiſſe profundo,*
Vt hominem eriperes, es quoque factus homo.
Nec voluiſti etenim tantum * *te corpore naſci,*
* cum *Sed caro quæ naſci pertulit, atque mori.*
Funeris exequias pateris vitæ auctor & orbis,
Intras mortis iter dando ſalutis opem.
Triſtia ceſſerunt infernæ vincula legis,
Expauitque Chaos luminis ore premi.
Depereunt tenebræ Chriſti fulgore fugatæ
Et tetris noctis pallia craſſa cadunt.
Pollicitam ſed redde fidem precor alma poteſtas,
Tertia lux rediit, ſurge ſepulte meus.
* iaceat *Non decet vt humili* * *tumulo, tua mēbra* * *tegātur,*
* ſepulcro *Neu pretium mundi vilia ſaxa premant.*
Indignum eſt cuius clauduntur cuncta pugillo,
Vt tegat incluſum rupe vetante lapis.
Lintea tolle precor, ſudaria linque ſepulcro,
Tu ſatis es nobis, & ſine te nihil eſt.
Solue catenatas inferni carceris vmbras,
Et reuoca ſurſum quicquid ad ima ruit.
Redde tuam faciem videant vt ſæcula lumen,
Redde diem qui nos te moriente fugit.
* al. pia *Sed plane impleſti remeans* * *per victor ad orbem,*
Tartara preſſa iacent, nec ſua iura tenent.
Infernus inſaturabiliter caua guttura pandens,
Qui rapuit ſemper ſit tua præda Deus.
Eripis innumerum populum de carcere mortis,
Et ſequitur liber quo ſuus auctor adit.

A *Euomuit ſorptam* * *trepidam fera bellua prædā,* * al. trepidē.
Et de fauce lupi ſubtrahit agnus oues.
Hinc tumulū repetens poſt tartara carne reſumpta,
Belliger ad cælos ampla trophæa refers.
Quos habuit pœnale Chaos iam reddidit in te,
Et quos mori * *peterat, hos noua vita tenet.* * al peteret
Rex ſacer, ecce tui radiat pars magna triumphi,
Cum puras animas ſancta lauacra beant.
Candidus egreditur nitidis exercitus vndis,
Atque vetus vitium purgat in amne nouo.
B *Fulgentes animas veſtis quoque candida ſignat;*
Et grege de niueo gaudia paſtor habet.
Additur hac Felix conſors mercede ſacerdos,
Qui dare vult Domino dupla talenta ſuo.
Ad meliora trahens gentili errore vagantes,
Beſtia ne reparet munit ouile Dei.
Quos prius Eua nocens infecerat, hos modo reddit,
Eccleſiæ paſtos vbere lacte ſinu.
Mitibus alloquiis aggreſtia corda colendo,
Munere Felicis de vepre nata ſeges.
Aſpera gens ſaxo, viuens quaſi more ferino,
C *Te me dicante, Sacer, bellua reddit ouem.*
Centeno * *reditum tecum manſura per æuum,* * al. reditu
Meſſis abundantis horrea fruge reples.
Immaculata tuis plebs hæc * *vectetur in vlnis,* * al. vegetetur.
Atque Deo purum pignus ad aſtra feras.
Vna corona tibi de te tribuatur ab alio,
Altera de populo vernet adepta tuo.

Ad Felicem Epiſcopum, cum alibi detorqueret fluuium.

D

Cedant antiqui quicquid meminere Poëtæ,
Vincuntur rebus facta vetuſta nouis.
Includi fluuios ſi tunc ſpectaſſet Homerus,
Inde ſuum potius dulce repleſſet opus
Cuncti Felicem legerent modo, nullus Achillem,
Nomine ſub cuius creſceret artis honor.
Qui probus ingenio mutans meliore rotatu,
Currere priſca facis flumina lege noua.
Aggere compoſito remouens in gurgite lapſum,
E *Quo natura negat cogis* * *abire viam.* * al. habere
Erigis hic vallem, ſubdens ad concaua montem,
Et vice conuerſa hæc tumet ille iacet.
Alter in alterius migrauit imagine formam,
Mons in valle ſedet, vallis ad alta ſubit.
Quo fuit vnda fugax creuit pigro obice terra,
Et quo prora prius, huc modo plauſtra meant.
* *Collis in aduerſis flexas ſuper inuehis vndas,* * al. Collibus.
Et fluuium docilem monte vetante trahis.
Qua rapidus flueret veniens celer amnis * *adhæſit,* * al. obhæſit.
F *Et ſubito nato colle retorſit iter.*
Qua prius in præceps veluti ſine fruge rigabant,
Ad victum plebis nunc famulantur aquæ.
Altera de fluuio metitur ſeges orta virorum,
Cum per te populo parturit vnda cibum.
Qualiter incertos hominum ſcis flectere motus,
Qui rapidos fontes ad tua fræna regis.
Stet ſine labe tibi Felix pia vita per æuum,
Cuius ad imperium tranſtulit vnda locum.

Ad Nicetium Treuerenſem Epiſcopum.

Splendor apex fidei venerabile mente Niceti,
Totius orbis amor, Pontificumque caput.
Summus Apoſtolico præcellens paſtor ouili,
Auxiſti meritis quicquid honoris habes.
Diuino inſiſtens operi terrena relinquis,
Cui moritur mundus, non moriture manes.
Vita breuis cunctis, ſed non breuis illa beatis:
Cum bona non pereunt, iure perennis eris.*
* al. pereant
Dum tibi reſtrictus maneas & largus egenis,
Quod facis in minimis, te dare crede Deo.
Captiuus quicunque redit ſua lumina cernens,
Ille lares patrios, tu capis inde polos.
Hic habet exul opem, ieiunans inuenit eſcas
Qui venit eſuriens, hic ſatiatus abit.
Triſtibus imponis curas purganda querelas,
Et ſanat cunctos vna medela viros.
Pauperis hinc lacrymas deſiccas gaudia præſtans,
Qui prius ingemuit, vota ſalutis habet.
Te paſcente greges nunquam lupus abripit agnos,
Sunt bene ſecuri quos tua caula tegit.
Templa vetuſta Dei reuocaſti in culmine priſco,
Et floret ſenior te reparante domus.
Hic populis longos tribuas pia vota per annos,
Et maneas paſtor, ne lacerentur oues.

Ad ipſum Nicetium: De * Caſtro ſuper * Muſellæ fluuio ſito.

* Caſtello
* al. Moſellæ.

Mons in præcipiti ſuſpenſa mole tumeſcit,
Et leuat excelſum ſaxea ripa caput.
Rupibus expoſitis intonſa cacumina tollit,
** Totus & elato vertice regnat apex.*
al. Tutus.
Proficiunt colli quæ vallibus arua recedunt,
Vndique terra minor vergit & iſte ſubit.
al. Moſella.
*Quem * Muſella tumens, Rhodanus quoque paruulus ambit,*
Concertantque ſuo paſcere piſce locum.
Diripiunt dulces alibi vaga flumina fruges,
Hæc tibi parturiunt Mediolane dapes.
Quantum creſcit aquis, piſces vicinius offert,
Exhibet hinc epulas, inde rapina venit.
Cernit frugiferos congaudens incola ſulcos,
Vota ferens ſegeti fertilitate graui.
Agricolæ paſcunt oculos de meſſe futura,
Ante metit viſu, quam ferat annus opem.
Ridet amœnus ager tectus viridantibus herbis,
Oblectant animos mollia prata vagos.
Hoc vir Apoſtolicus Nicetius ergo peragrans,
Condidit optatum paſtor ouile gregi.
Turribus incinxit terdenis vndique collem,
Præbuit hic fabricam quo nemus ante fuit.
Vertice de ſummo demittunt brachia murum,
Dum Muſella ſuis terminus extet aquis,*
al. Moſella.
Aula tamen nituit conſtructa cacumine rupis,
Et monte impoſito mons erit ipſa domus.
Complacuit latum muro concludere campum,
Et prope caſtellum hæc caſa ſola manet.*
facit.
Ardua marmoreis ſuſpenditur aula columnis,
Qua ſuper æſtiuas cernit in amne rates.
A *Ordinibus ternis extenſaque machina creuit,*
Vt poſtquam aſcendas, iugera tecta putes.
Turris ab aduerſo qui conſtitit obuia cliuo,
Sanctorum locus eſt, arma tenenda viris.
Illic eſt etiam gemino baliſta volatu,
Quæ poſt ſe mortem linquit, & ipſa fugit.
Ducitur in rigidis ſinuoſa canalibus vnda,
Ex qua fert populo hic mola rapta cibum.
Blandifluas ſtupidis induxit collibus vuas,
Vinea culta viret, quæ fuit ante frutex.
Inſita pomorum paſſim plantaria ſurgunt,
B *Et paſcant vario floris odore locum.*
Hæc tibi proficiunt quicquid laudamus in illis,
Qui bona tot tribuis paſtor opime gregis.* gregi.

Ad Villicum Epiſcopum Metenſem.

Gurgite cæruleo pelagus Muſella relaxat,
Et mouet ingentes molliter amnis aquas.
Lambit odoriferas vernanti gramine ripas,
Et leuat herbarum leniter vnda comas.
Hinc dextra de parte fluit qui Salia fertur,
Flumine ſed fluctus pauperiore trahit.
C *Hinc vbi perſpicuis Muſellam curſibus intrat,*
Alterius vires implet & ipſe perit.
Hoc metis fundata loco ſpecioſa coruſcans,
Piſcibus obſeſſum gaudet vtrumque latus.
Delicioſus ager ridet vernantibus aruis:
Hinc ſata culta vides, cernis & inde roſas.
Proſpicis vmbroſo veſtitos palmite colles,
Certatur varia fertilitate locus.
Vrbs munita nimis quam cingit murus & amnis,
Pontificis merito ſtas valitura magis.* meritis.
D *Villicus æthereis qui ſic bene militat armis,*
Stratus humi genibus te leuat ille ſuis.
Vnde humilis terris te proiicis alme Sacerdos,
Orando hinc patriæ ducis ad aſtra caput.
Fletibus aſſiduis adquiris gaudia plebi,
Paſtoris lacrymis lætificantur oues.
Ictibus inualidis quamuis minitetur iniquus,
Tu quibus es murus vulnera nulla timent.
Et licet incluſo lupus inſidietur ouili,
Te cuſtode gregis nil ſibi prædo nocet.* tibi.
E *Oblectas populos vultu ſine nube ſereno,*
Cunctorumque animos gratia blanda fouet.
Si poſcat nouus hoſpes opes tu porrigis eſcas,* al. opem.
Inuenit & proprios ad tua tecta lares.
Dum ſatias querulum magis obliuiſcitur illas,
Quas habet in patriis finibus exul opes.
Qui ſua damna refert genitus ſubducis ab ore,
Gaudia reſtituens triſtia cuncta fugas.
Protegis hinc nudos, illinc tu paſcis egentes,
Nil tibi reddit inops, reddit amore Deus.
F *Horrea præmittis melius tua condita ſeruans;*
Quas ſic diffundis dat Paradiſus opes.
Culmina templorum renouaſti Villice cultor:
Cum veniet Dominus, ſtat labor ecce tuus.
Commiſſum video non ſuffodiſſe talentum,
Sed magis optatum multiplicatur opus.
Longius extenſos peragas tam digna per annos,
Et maneat ſemper nomen, opime, tuum.

Digitized by Google

Item ad eundem: De conuiuio.

Paſtor opime gregis cunctis tua pabula proſunt,
Qui ſatios animas, quàm bene membra foues.
Sic auidos reddis conuiuas nectare lactis,
Vt ſentella leuet, quod cochleare ſolet.

Ad ipſum Epiſcopum: De eadem re.

Currit ouis repetens à te ſua paſcua paſtor,
Qui cibus eſſe ſoles, da mihi panis opem.

De pictura vitis in menſa.

Vitibus intextis ales ſub palmite vernat,
Et leuiter pictas carpit ab ore dapes.
Multiplices epulas meruit conuiua tenere,
Aſpicit hinc vuas, inde falerna bibit.

De copia piſcium ſuper menſam.

*Retia veſtra, * pater, oneroſo piſce redundant,* * pacat
Apparet Petri vos meruiſſe vices.

Ad Carentinum Epiſcopum Coloniæ.

Carentine decus fidei, Deitatis amice,
Nomine de proprio chare perennis amor.
Pontificem pollens Agripina Colonia præfert,
Frugiferis agris digne colone Dei.
Si videas aliquos quacunque ex gente creatos,
Quamuis ignotos mox facis eſſe tuos.
Quos ſemel affectu aſtringis pietate paterna,
Vlterius nunquam diſſociare potes.
Nec ſubito veniens, veluti fugitiua recedit,
Sed conceſſa cito gratia fixa manet.
Verba Dei complens ſicut te diligis ipſum,
A te ita diligitur proximus omnis homo.
Vocis Apoſtolicæ ſectator dignus haberis,
Quæ caros animos præpoſuit fidei:
Tranquillus placidusque mihi ſine nube ſerenus,
Cui rabies mundi nil dominare poteſt.
Pectora cunctorum reficis dulcedine verbi;
Lætificas vultu triſtia corda tuo.
Pauperibus cibus es, daſque eſurientibus eſcam,
Rite pater populi dando ſalutis opem.
Aurea templa nouas pretioſo fulta decore,
** Tu nites, vnde Dei fulget honore domus.* * Seruas
Maioris numeri quo templa capacia conſtent,
Alter in excelſo pendulus ordo datur.
Sollicitat pia cura gregis te paſtor opime,
Nil lupus à ſtabulis quo vigilante rapit.
Tempora longæuo teneas felicia tractu.
Et per te Domini multiplicentur oues.

Ad * Igidium Remorum Epiſcopum. Hi verſus citantur à Floardo ſiue Flauardo, lib. II. Rhemenſis hiſtoriæ.

* Ægidiũ

*Actibus egregiis venerabile culmen * Igidi,* * al. Egidi
Ex cuius meritis creuit honore gradus.

Bibliot. patr. tom. 8.

A *Subtrahor ingenio, compellor amore parato,*
Laudibus in veſtris pondere pauca fauens.
Námque reus videor tantis exiſtere cauſis,
Si ſolus taceam quicquid vbique ſonat.
Sed quamuis nequeam digno ſermone fateri.
Da veniam voto me voluiſſe loqui.
*Exiit in * mundo geſtorum fama tuorum,* * mundum
*Et * meritis properis ſydus in orbe micas.* * al. Et propriis meritis.
Clarior effulges, quàm Lucifer ore ſereno:
Ille ſuis radiis, tu pietate nites.
Nil lupus inſidus cauto ſubducit ouili,
B *Te paſtore ſacro peruigilante gregem.*
Facundo eloquio cæleſtia dogmata fundis,
Eccleſiæ creuit te monitore domus.
Pontificis ſtudio correctio plebis haberis,
Ne tenebræ noceant, ſemita lucis ades. * al. correptio.
Cunctorum recreas animos dulcedine verbi,
Qui ſatias epulis, paſcis & ore greges.
Præcepta implentur, non ſolo pane cibamur;
Delicias capimus, quas tua verba ferunt.
Vt gaudet corpus, cui mitior eſca paratur,
Sic animæ gaudent, ſi tua lingua ſonet.
C *Hæreſis ira cadit, forte te milite Chriſti:*
Adquiris Regi, qui dedit arma tibi.
Qui purgas agros ſpinis ſermone colente,
Et mundata Deo ſurgit vbique ſeges.
Qui venit huc exul, triſtis, defeſſus, egenus,
Hic recipit patriam te refouente ſuam.
Qua doluit tellus gemitus in gaudia vertens,
*Exilium * remoues, reddis amore lares.* * al. remouens.
Pauper habere cibum, meruit quoque nudus amictum:
Inuenit hic ſemper, quæ bona quiſque cupit.
D *Conſultum tribuis generaliter omnibus vnum,*
Qui populi pater es tot pia rite geris.
Hæc tibi vita diu Domino tribuente ſuperſit,
Atque futura micet lucidiore die.

Ad Sanctum Hilarium.

Lux ſincera animi ſemper mihi dulcis Hilari,
Quamuis abſentem quem mea cura videt.
Cuius honeſtus amor tantum mea corda repleuit,
E *Vt ſine te nunquam mente vacante loquar.*
Verſibus exiguis mandamus vota ſalutis,
Quæ dedit affectus, ſint tibi chara precor.

Ad Bertigrannum Epiſcopum: Quod eum leuaſſet in curru.

Curriculi genus eſt memorat quod Gallia rhedam,
Molliter incedens orbita ſulcat humum.
Exiliens duplici biiugo volat axe citato,
Atque mouet rapidas iuncta quadriga rotas.
F *Hunc ego dum famulans comitatu iungor eodem,*
Et mea membra cito dum veherentur equo.
*Pontificiſque ſacri * Bertegranni actus honore,* * Bertechramni.
Comprendere manu rapius in axe leuor.
Qualiter implumes fœtus pia mater hirundo,
Confouet, & placidè pennula tenſa tegit.
Sic bonitate potens, affectu dines opimo,
** In proprium paſtor molle ſedile locat.* * al. Hinc

Nec ſolum amplectens pia mens, ſed diligit omnes,
Vnde magis populis vnicus extat amor.

Ad eundem Epiſcopum: De eius Opuſculis.

Ardua ſuſcepi miſſis epigrammata chartis,
Atque cothurnato verba rotata ſopho.
Percurrens tumido ſpumantia carmina verſu,
Credidi in vndoſo me dare vela freto.
Plena procelloſos ructauit pagina fluctus,
Et velut Oceanas fonte refudit aquas.
Vix modo tam nitido pompoſa poëmata cultu,
Audit Traiano Roma verenda foro.
Quod ſi tale decus recitaſſes aure Senatus,
Strauiſſent plantis aurea fila tuis.
Per loca, per populos, per compita cuncta videres,
Currere verſiculos plebe fauente tuos.
Sed tamen in veſtro quædam ſermone notaui,
Carmine de veteri furta nouella loqui.
Ex quibus in paucis ſuperaddita ſyllaba fregit,
* iacet *Et pede læſa ſuo muſica clauda * gemit.*
Nunc, venerande pater, prece, voto, voce ſaluto,
Commendans animum ſupplice corde meum.
Sit tua vita diu cuius modulante camæna,
Cogimur optatis reddere verba iocis.

Ad Agricolam Epiſcopum Cauillonenſem.

Præſul honoris apex generis fideique cacumen,
Cultor agri pollens, paſtor opime gregis.
Cum mea terra manu meruit genitoris arari,
Reddatur nato vomere culta ſui.
Non pater affectu dulci memorabilis orbi,
Me vobiſcum vno fouit amore duos:
Corde parens, paſtu nutrix, bonus ore magiſter,
Dilexit, coluit, rexit, honeſta dedit.
Ille pio ſtudio ſulcata noualia ſeuit:
Quod pater effudit, hoc mihi ſemen ale.

Ad Felicem Epiſcopum Bituricenſium
P. addit, Scriptum in turre eius.

Quam bene iuncta docent ſacrati vt corporis agni,
Margaritum ingens aurea dona ferant.
Cedant Chryſolithis Salomonia vaſa metallis,
Iſta placere magis ars facit atque fides.
Quæ data Chriſte tibi Felicis munera ſic ſint,
Qualia nunc tribuit de grege paſtor Abel.
Et cuius tu corda vides pietate coæques,
Parviduæ merito, quæ dedit æra duo. al. ſaraptæ

Domino Sancto & Apoſtolicis actibus prædicando Domino pio & peculiari in Chriſto patri Auito Papæ, Fortunatus humilis.

In C.P. Ad Auitum Epiſcopum Aruernẽſem.

OFficiis intente piis, pater orbis Auite,
Gloria Pontificum noſter & altus amor.
Per quem plebs, regio, peregrinus, & hoſpes aluntur,
A *In quo cuncta capit, * quæ ſibi quæque placet.* * al. quæque capit.
Ex opere immeritus merui pia dona patroni,
Ne minimam paſcens immemor eſſes ouem.
Quis trahis ore greges æterna ad pabula Chriſti,
*Qualiter * hic viuant eſt quoque cura tibi.* * al. hunc
Semper & abſentes præſens tua protegit ala,
Quò pede non curris, munere totus ades.
*Muneribus veſtris * Agnes ſimul aut Radegundes,* * al. laudi Agnes.
Multiplici orantes fomite vocis agunt.
Ad cælos penetranda feras pater alte talenta,
B *Quæ centena ſuo tempore culta metas.*
Per Dominũ regémque bonum precor aulice præſul,
Vt Fortunatus ſis memor alme tui.

Ad ipſum Auitum Aruernenſem Epiſcopum.

Paruimus iuſſis, ſacer ac venerande Sacerdos,
Et pater imperiis dulcis Auite tuis,
Garrulitate leui potius ſtridente cicuta,
Quam placeat liquido noſtra camœna melo.
Sed tamen vt veniam tribuas pietatis amator,
C *Intende obſequium, nec ſtimulato ſophum:*
Munera pro magno modicus hæc paruula ſoluo,
*Penſetur votu, eſt * cui lingua rudis.* * quia

Item ad eundem Epiſcopum.

*Virtutum quid celſa fides mereatur * honores,* * al. honores.
Summe Sacerdotum dulcis Auite probas.
Qui nectens animos cunctorum in amore beato,
Poſt te chare pater pectore capta trahis.
Sed tamen inter eos, tua quos dulcedo repleuit,
D *Promptus in affectu portio maior agor.*
Lumen dulce meum, patriæ vigor, altor egentum,
Spes peregrinorum ductor honórque patrum.
Si mea vox ingi reſonaret acumine carmen,
Laude minor loquerer, maior amore pater.
Maxima ſed noſtri datur hæc occaſio voti,
Vel memorere tuum nomen opime ſacrum.
Commendantur item veſtræ pietatis amori,
Agnes voce humili cum Radegunde pari.
Larga ſaluiferos vigeat tibi vita per annos,
E *Nam tua quæ fuerit, fit mea * chare ſalus.* * cura

De Domino Agerico Virdunenſi Epiſcopo.

Vrbs Veriduna breui quamuis claudaris in orbe, al. Veriduna.
Pontificis meritis amplificata places.
Maior in anguſto præfulget gratia gyro,
Agerice tuus quam magis auxit honor.
Plurima magnarum fudiſti ſemina laudum,
Quæ matura operis fertilitate metis.
F *Tempore præſenti victum largiris egenis,*
Vnde futura dies centuplicabit opes.
Dogmatis arcani reſeras penetralia paſtor,
Nec ſolum dapibus, paſcis ac ore greges.
Templa vetuſta nouas precioſius, & noua condis,
Cultior eſt Domini te famulante domus.
Egregios fontes ſacri baptiſmatis exples,
Tam pia diuino fonte repletus agis.
Candida ſincero radiat hæc aula ſereno.
*Et ſi Sol * fugiet, hic manet * arte dies,* al. ſegui al. arta

Ad noua templa auidæ concurrunt vndique plebes,
Et tribuis populis plùs in amore Deum
Te ſolamen inops meruit, te nudus amictum,
Et ſolus cunctis potus & eſca manes.
Felix qui meritis æternæ lucis alitator,
Tempore tam modico non moritura paras.

Item ad Agericum Virdunenſem Epiſcopum.

Phœbus vt elatum ſuſpendit in æthera currum,
Purus & igniferum ſpargit vbique iubar.
Effuſis radiis totum ſibi vendicat orbem,
Montes plana replens, ima vel alta tenet.
Sic præſul ſplendore animi cum Sole coruſcas,
Ille ſuis radiis fulget, & ipſe tuis.
al. cuius *Agerice ſacer* vitiis ſermone colente,*
Eccleſiæ ſegetes fertilitate placent.
Terrenis ſterilis rebus, facunde ſupernis,
polos *Humana ſpernens, diues iture* polis.*
Illecebris mundi mundus laſciua repellens,
Nil cui ſubripuit carnis amarus amor.
Lubrica culpa perit, neque mors de crimine gaudet,
Cum tua delictis libera membra vides.
In templis habitando pius ſic purus haberis,
Vt tua corda, pater, ſint pia templa Dei.
Eligit in tali Chriſtus ſe vaſe recondi,
Quam ſibi purgauit, poſſidet ipſe domum.
Non dolus in labiis, nec ſunt fera nubila mentis,
Sinceris animis vernat in ore dies.
Dictiloquum flumen ſalienti fonte refundis,
Et ſenſus ſteriles voce rigante foues.
Ardua cælorum pandis myſteria terris,
Per quem plus Dominum ſcit, timet, orat, amat.
Dogmate diuino præſul facunde triumphas,
Dans paſtor monitis, ne premat error oues.
Deliciis reficis quas cælum, arua, vnda miniſtrat,
Et ſatiat populos hinc cibus, inde fides.
Sumit pauper opem, triſtis ſpem, nudus amictum,
Omnia quicquid habes omnibus eſſe facis,
Hic tibi longa ſalus maneat, lux inde futura,
Atque diu paſtor pro grege vota feras.

Ad Venerabilem virum Amphionem Presbyterum.

Vir pietate calens, blanda dulcedine vernans,
Cuius in aſpectu mens pretioſa micat.
Quem prius vt merui cognoſcere lumine vultus,
Conſpexi ſenſus lumen ineſſe tibi.
Amphion mihi chare pater venerande Sacerdos,
Atque meo ſemper corde tenendus amor.
Qui quemcunque nouum videas facis eſſe propinquũ,
Si genus ignores ſit tibi mente parens.
Prouocat alloquium cunctos iucunda voluptas,
Cogis & vnanimes iugiter eſſe tuos.
Ingenio viuax, ſenſus moderamine firmus,
Pondere conſilij fixus vbique manens.
Qui bene cauta regis maturæ frena ſenectæ,
Cui quem præſtat honor, ſcis moderare gradum.
Promptus ad omne decus larga bonitate redundas,
Cui ſe coniungit quiſquis in orbe venit.
Profuſis. ** Profluus humanè, frugem venientibus offers,*

A *Et tua ſit populis omnibus vna domus.*
Verbis quippe ſuis quem Papa Leontius effert,
Iudicio tanti credimus iſta viri.

Ad Paternum Abbatem: De codice emendato.

Paruimus eandem iuſſis venerande Sacerdos,
Nominis officium iure Paterne geris.
Qui propriis meritis ornans altaria Chriſti,
B *Tam prece quàm voto das placitura Deo.*
Supplico, cedo tamen ſi quid me forte fefellit,
Nam ſolet iſte meas error habere manus.
Obtineat ſupplex modo pagina miſſa ſalutis:* ſalutem
Hæc quoque cum relegis, me memorare velis.

Ad * Rucconem Diaconem poſtea Presbyterum. Drucone.

Altaris Domini pollens bone Rucco miniſter,
Hinc tibi feſtinus mando ſalutis opus.
C *Nos maris Oceani tumidum circumfluit æquor,*
Te quoque Pariſius, chare ſodalis, habet.
Sequana te retinet, nos vnda Britannica cingit,
Diuiſos terris alligat vnus amor.
Non furor hic pelagi vultum mihi ſubtrahit illum,
Nec Boreas aufert dulcis amice tuum.
Pectore ſub noſtro tam ſæpe recurris amator,
Tempore ſub hyemis quàm ſolet vnda maris.
Vt quatitur pelagus, quotiens proſlauerit Eurus,
Stat neque ſic animus te ſine chare meus.
D *Blanda ſerenato tempeſtas pectore feruet,*
Atque ad te varia mobilitate trahit.
Sed memor eſto mei votúmque repende petenti,
Vt pariter paribus det ſua dona Deus.
Humanam mentem Chriſti quo gratia ditet,
Ac Domino noſtro ſenſus & ora vacent.

Ad Archidiaconem * de Meldis. Meldenſem.

Si mihi vel veſtros licuiſſet cernere vultus,
E *Munere pro tanto plurima verba darem.*
Direxit nobis muſtum tua chara voluntas,
Et dulces animos dulcia dona probant
Quem non vidiſti, promptus ſatiare paraſti,
Quid facias illi, qui tibi notus adeſt?
Det tibi larga Deus, qui curam mente fideli,
De grege Pontificis magne miniſter habes.

Ad Ioannem Diaconem.

F *Pignus amicitiæ ſemper memorabile noſtræ,*
Verſibus exiguis, chare Ioannes, habe.
Vt cum me rapiunt loca nunc incognita forſan,
Non animo videar dulcis abeſſe tuo.
Anthemium patrem per te venerande ſaluto,
Cuius in affectu conſolidatus agor.
Hilarium partim nobis in amore tenacem,
Inſero carminibus quem mea corda colunt.
Perpetuo maneas meritis felicibus æuo,
Hæc quoque cum relegis me memorare velis.

Ad * Antimium Diaconem.

* Anthomium Diaconum.

Suſcipe verſiculos Anthimi pignus amantis,
*Quos tibi ſincero * fundit amore tuus.* (* pectore fundit amor.)
Cum tua blanditus retineret lumina ſomnus,
Laſſaque feciſſet membra iacere thoro,
Dum dubito, pecco, nolens vexare quietum,
Sic mea culpa tui cauſa ſoporis erit.
Diſcedo tacitus veluti fur indice nullo,
Nec dixi amplexans, frater amate Vale.
Non licuit mandata animo committere charo,
Nec tenuit verbis hora vel vna tuis.
Teſtificor Dominum mihi fortiter eſſe moleſtum,
Quod ſic abſcedo nec tua dicta fero.
Sed qui plura volens poteram tunc dicere præſens,
Nunc faciat paucis pagina miſſa loqui.
Hæc tamen ante Deũ rogo te mihi munera præſtes
Omnibus vt ſemper charus vbique mices.
Nemo mihi veſtem, denaria nemo miniſtret,
Quod dulcedo monet, hoc mihi nemo neget.

Ad Sindulfum Diaconem.

Frater amore Dei digno memorabilis actu,
Pectore fixe meo, Frater amore Dei.
Carpe libenter iter quod ducit ad ætheris aulam,
Altius vt ſurgas carpe libenter iter.
Fer patienter onus, neque te pia ſarcina laſſet,
Vnde manet requies, fer patienter onus:
Subdere colla decet quia ſunt iuga dulcia Chriſti,
Quo mereamur opem, Subdere colla decet.
Qui ſua rura colit ſolet horrea plena tenere,
Nec ieiunus erit, qui ſua rura colit.
Per mare nauta volat, quo multa pecunia creſcat,
Mercibus vt placeat, Per mare nauta volat.
Non timet ille necem rabie turbante procellæ:
Vt lucretur opes, Non timet ille necem.
Miles ad arma venit quærens per vulnera palmã,
Vt redeat victor, Miles ad arma venit.
Prælia ſume libens mihi tu quoque chare ſodalis,
Vnde triumphus erit, Prælia ſume libens.
Quiſquis amore venit, neſcit ſe ferre laborem,
Nemo labore iacet, quiſquis amore venit.
Carmina parua ferens tibi debita reddo ſalutis,
Des meliora precor, carmina parua ferens.

INCIPIT LIBER QVARTVS.

Epitaphium Euemerij Epiſcopi Namneticæ ciuitatis.

QVAuis cuncta auido rapiãtur ab orbe volatu,
Attamen extendit vita beata diem.
Nec damnum de fine capit, cui gloria viuit,
Æternúmque locum miſſus ad aſtra tenet.
Hoc igitur tumulo requieſcit Euemerius almo,
Per quem Pontificum ſurgit opimus honor.
Stemmata deducit fulgens ab origine culmen, (al. eduxit.)
Et meritis priſcos creſcere fecit auos,
Emicuit populis geminum memorabile donum,
Inde gradu iudex, hinc pietate pater.
A *Dulcis in eloquio, placidus moderamine ſacro,*
In cuius ſenſu perdidit ira locum. (al. Per e. ſenſu.)
Alterius motus patienti pectore vicit,
Vt leuitas laſſi hoc grauitate tulit.
Siquis ab externis properauit ſedibus hoſpes,
Mox apud hunc proprios ſenſit habere lares.
Hic habitare volens patriis rudis exul ab oris,
Oblitus veterem huius amore patrem.
Gaudens arriſit, probat is ſe cernere flentem,
Alterius lacrymas mox facit eſſe ſuas.
B *Partitus cum ventre vices pietate magiſtra,*
Vnde tulit luctus, mox ibi vota dedit.
Pauperibus diues cenſum transfudit egenis,
Ante bonus tribuit, quã peteretur opem.
Semina iactauit centeno pinguia fructu,
Qui modo de reditu meſſis adulta placet.
Vnica cura fuit cunctos vt viſeret ægros,
Ipſe quibus medicus vixit & ipſe cibus.
Extulit Eccleſiæ culmen, quod reſtituit Vnum,
*Venit ad hæredem, * qui cumularet opus.* (* quod.)
Felix ille abiit, Felicem in ſede reliquit,
C *Hæredis meritis viuit in orbe pater.*

Epitaphium Gregorij Epiſcopi ciuitatis Lingonicæ.

Poſtquam ſydereus diſrupit Tartara princeps,
Sub pedibus iuſti mors inimica iaces.
Hoc venerandi ſacri teſtatur vita Gregorij,
Qui modo poſt tumulos intrat honore polos.
Nobilis antiqua decurrens prole parentum,
Nobilior geſtis nunc ſemper aſtra manet.
D *Arbiter ante ferox, ex hinc pius ipſe Sacerdos,* (al. debitus.)
Quos domuit iudex fouit amore patris.
*Triginta ac geminos * pierexit ouile per annos,* (* direxit)
Et grege de Chriſti gaudia paſtor habet.
Si quæras meritum produnt miracula rerum,
Per quem debilibus fertur amica ſalus.

Epitaphium Tetrici Epiſcopi Lingonicæ ciuitatis.

Palma Sacerdotij venerando Tetrice cultu,
E *Te patriæ ſedes, nos peregrina tenet.*
Te cuſtode pio nunquam lupus abſtulit agnum,
Nec de fure timens paſcua carpſit ouis.
Sex qui luſtra gerens & per tres inſuper annos,
Rexiſti placito paſtor amore gregem. (al. placido)
Nam vt condirentur diuino corda ſapore,
Fudiſti dulcem iugiter ore ſalem.
Summus amor Regum, populi decus, arma parentũ,
Eccleſiæ cultor, nobilitatis honor:
Eſca inopum, tutor viduarum, cura minorum,
F *Omnibus officiis omnia paſtor eras.*
Sed cui præbebat varie tua cura medelam,
Funere rectoris plebs modo triſte gemit.
Hoc tamen alme pater ſperamus dignus in aſtris,
*Qualis honore nites, * hic pietate * probas.* (*al. hoc * probes)

Epitaphium Galli Epiſcopi Aruernicæ ciuitatis. (al. Arueg...)

Hoſtie iniquus Adam Paradiſo fraude repellis,
Ecce Deus ſimul præſtat adire polos.
Inuide, ſic tua mors homini meliora parauit,

Digitized by Google

Tn expellis terris, hic dat & aſtra ſuis.
Teſtis & Antiſtes Gallus probat iſta beatus,
*Nobilis in terris, diues eundo * polis.* *polos
Qui Chriſti auxilio fultus nec adultus in annis,
*Se maiora petens odit * amore lares.* *amare
Effugit amplexus patrios, matrémque relinquit,
Qui monachum regeret quæritur Abba parens.
Illic tyro rudis generoſo cœpit ab æuo,
Militiæ Domini belliger arma pati.
Quintiano demum Sancto erudiente magiſtro,
Pulchrior eſt auro corde probatus homo.
Inde Palatinam Regis translatus in aulam,
Theoderice, tuam vixit amore pio.
Mox vbi deſtituens terras petit aſtra magiſter,
*Ceſſit diſcipulo cura * tuendo gregem.* *tuenda gregis.
Pontificatus enim moderans ita rexit habenas,
Paſtor vt officiis eſſet, amore pater.
Manſuetus, patiẽs, bonus, æquus, amator, amãdus,
Non erat offenſæ, ſed locus hic veniæ.
Si qua ſuperueniis facta eſt iniuria virtus,
Vnde furor poterat, inde triumphus erat.
Plebem voce fouens quaſi natos vbere nutrix,
Dulcia condito cum ſale mella rigans.
Hoc opus exercens præſciuit dona futuri,
Se paſtore nihil poſſe perire gregi.
Sic pater Eccleſiam regit in quinquennia quinque,
Bis terdena tamen luſtra ſuperſtes agens.
Hinc meliore via Sanctum ad cæleſtia vectum,
*Non premit vrna regis, ſed tenet * vrna Dei.* *al. vlna

Epitaphium Ruriciorum Epiſcoporum Lemouicinæ ciuitatis.

Inuida mors rapido quamuis miniteris hiatu,
*Non tamen in * Sanctis iura tenere vales.* * Sanctos
Nã poſtquã remeãs domuit fera Tartara Chriſtus,
Inſtrorum meritis ſub pede victa iaces.
Hic ſacra Pontificum toto radiantia mundo,
Membra ſepulcra tegunt, ſpiritus aſtra colit.
Ruricij gemini flores quibus Anicíorum,
*al. Iuncta *Vincta parentali culmine Roma fuit.*
* Accumulans gradu pronomine.] * *Actu, mente, gradu, ſpe, nomine, ſanguine noxi,*
Exultant pariter hinc auus, inde nepos.
Tempore quiſque ſuo fundans pia templa Patroni,
Iſte Auguſtini, condidit ille Petri.
Hic probus, ille pius, hic ſerius, ille ſerenus,
ſibi *Certantes pariter quis * cui maior erit.*
Plurima pauperibus tribuentes diuite cenſu,
Miſere ad cælos, quas ſequerentur opes.
Quos ſpargente manu, redimentes crimina mundi,
Inter apoſtolicos credimus eſſe choros.
Felices qui ſic de nobilitate fugaci,
Mercati in cælis iura Senatus habent.

*Exotij Epitaphium * Exoci Epiſcopi Lemouicinæ ciuitatis.

Quamuis Pontificem premeret tremebũda ſenectus,
Attamen hæc voluit plebs ſupereſſe patrem.
Aut ſi naturæ mutari debita poſſent,
Pro paſtore ſuo grex properaſſet iter.
Sed quia non licuit, populum ſpes conſuiat illa,

A *Hunc quod pro meritis vexit ad aſtra fides.*
Immaculata Deo conſeruans membra pudore,
** Ocius hic meruit iam ſine fine diem:* *al. Exocius.
Pectore ſub cuius regnans patientia victrix,
Fluctibus in tantis anchora ſenſus erat.
** Ille gerens animum placida dulcedine * paſtum,* * al. Pectore caſtus animo placidus d. paſtus
*Neſcit in offenſis * ire referre vices.* * al. ira.
*Templorum cultor remeans * moderamine ciues,* * modulamine.
Vulneribus patriæ fida medela fuit.
Qui tria luſtra gerens in Pontificatus honore,
B *Pergit ad antiquos plebe gemente patres.*
Nunc decet hunc igitur vacuis deflere querelis,
Poſt tenebras mundi quem tenet aula poli.

Epitaphium Calacterici Carnotenæ ciuitatis Epiſcopi.

Inlacrymant oculi, quatiuntur viſcera fletu,
Nec tremuli digiti ſcribere dura valent.
*Dummodo * qui volui viuo, dabo verba ſepulto,* * quæ
Carmine vel duci cogor amara loqui.
Digne tuis meritis Calacterice Sacerdos,
C *Tarde note mihi quam cito chare fugis?* al. ueniſte
Tu patriam repetis tu noſque ſub vrbe relinquis,
*Te tenet aula nitens, nos * tenebroſa dies.* * lacrymoſa
Ecce ſub hoc tumulo pietatis membra quieſcunt,
Dulcior & mellis lingua ſepulta iacet.
Forma venuſta, decens, animus ſine fine benignus,
Vox ſuauis legem præmeditata Dei.
Spes cleri, tutor viduarum, panis egentum,
Cura propinquorum, promptus ad omne bonum.
Organa pſalterij cecinit modulamine dulci,
D *Et tetigit tardi plectra beata Dei.*
Cautere eloquij bene purgans vulnera morbi,
Quo paſcente fuit fida medela gregi.
Sex qui luſtra gerens octo bonus inſuper annos,
Ereptus terræ iuſtus ad aſtra redis.
Ad Paradiſiacas epulas te ciue reducto,
Vnde gemit mundus gaudet honore polus.
Et quia non dubito quanta eſt tibi gloria laudum;
Nec debes fleri talis amico Dei.
Hæc qui Sancte pater pro magnis parua ſuſurro,
E *Pro Fortunato quæſo precare tuo.*

Epitaphium Chronopij Epiſcopi Petragorici. al. Adronopi.

Si terrena ſacer tibi quondam cura fuiſſet,
Carmine plus lacrymas quàm modo verba darẽ.
Sed quia tu mundus, nec ſunt tibi crimina mundi,
Nec gaudere mones, qui ſine morte manes.
Antiſtes pietate calens venerande Chronopi,
F *Membra ſepulcra tegunt, ſpiritus aſtra tenet.*
Ordo Sacerdotum cui fluxit vtroque parente,
Venit ad hæredem pontificalis apex.
Hunc tibi iure gradum ſucceſſio ſancta parauit;
Vt quaſi iam merito debitus eſſet honor.
Nobilis antiquo veniens de germine patrum,
Sed magis in Chriſto nobilior merito.
Sic vultu ſemper placidus, ceu mente ſerenus;
Pectore ſincero frons ſine nube fuit.
Cuius ab eloquio nectar per verba fluebat,
Vinceret vt dulces ore rigante ſanos.

Nudorum tu veſtis eras, algentis amictus,
Qui ad tua tecta fugit tectus & ipſe redit.
Diuitias omnes inopum ſub ventre locaſti,
Vnde tibi ſemper viua talenta manent.
Eſuriens * epulum ſitiens te ſumere potum, * epulas
Cernere te meruit triſtis & exul opem.
Impleſti propriis viduatam ciuibus orbem,
Viderúntque ſuos te redimente lares.
Quam lupus à ſtabulis tulerat frendente rapina,
Te paſtore gregi reddita plaudit ouis.
Templa exuſta celer reuocaſti in culmine priſco,
Hinc tua ſed cælis ſtat ſine labe domus.
Ipſe bis octono vixiſti in corpore luſtro,
Nunc tibi pro meritis * eſt ſine fine dies. * ſtet

Epitaphium Leontij Epiſcopi anterioris Burdegalenſis ciuitatis.

Vltima ſors auido grauiter properauit hiatu,
Paſtorem rapiens, qui fuit arma gregis.
Hoc recubant tumulo venerandi membra Leontij,
Quo ſtetit eximium pontificale caput.
Quem plebs cuncta gemens confuſa voce requirit,
Hinc puer, hinc iuuenis deflet, & inde ſenex.
* al. hinc Defenſoris opem * hic omnis perdidit ætas,
Et quantum coluit, nunc lacrymando docet.
Nemo valet ſiccis oculis memorare ſepultum,
Qui tamen in populo viuit amore pio.
Egregius nulli de nobilitate ſecundus,
Moribus excellens culmine primus erat.
Hic pietate noua cunctis minor eſſe volebat,
Sed magis his meritis & ſibi maior erat.
Quo præſente viro meruit diſcordia pacem,
Expulſa rabie corda ligabat amor.
Eccleſiæ totum conceſſit in ordine cenſum,
Et tribuit Chriſto, quod fuit ante ſuum.
Ad quem pauper opem, pretium captiuus habebat,
Hoc proprium reputans quod capiebat egens.
Cuius de terris migrauit ad aſtra facultas,
Et plus iſte Deo, quam ſibi vixit homo.
Cordis in amplexu retinens, & pectore plebem,
Diceret vt populum ſe generaſſe patrem.
Námque ſuos ciues placida ſic voce monebat,
Teſtareris vt hunc ad ſua membra loqui.
al. Confiteteris. Ingenio vigilans diues quoque dogmate Chriſti,
Et meruit ſtudio multiplicare gradum.
Largior in donis abſens ſibi iunxit amantes,
Et quo non fuerat munere notus erat.
Principibus charus, huiuſque amor vnicus vrbis,
Feſtinans animis omnibus eſſe parens.
Luſtra decem pollens, ſeptem quoque vixit in annos,
Mox vrgente die raptus ab orbe fuit.
Sed quis cuncta canat, cum tot bona ſolus habebat,
Nunc in tumulo plurima vota iacent.
Hæc tibi parua nimis, cum tu merearis opima,
Carmina Theudoſius præbet amore tuus.

Epitaphium Leontij Epiſcopi ſequentis Burdegalenſis ciuitatis.

Omne bonum velox fugitiuáque gaudia mundi,
Proſperitas hominum quam cito rapta volat.
A Mallem cui potius nunc carmina ferre ſalutis, al. Malueram potius cui carmina.
Peruerſo voto flere ſepulcra vocor.
Hoc recubant tumulo venerandi membra Leontij,
Quem ſua Pontificem fama ſub aſtra leuat.
Nobilitas altum ducens ab origine nomen,
Quale genus Romæ forte Senatus habet.
Et quamuis celſo flueret de ſanguine patrum,
Hic propriis meritis creſcere fecit auos.
Regum ſummus amor, patriæ caput, arma parentũ,
Tutor amicorum, plebis & vrbis honor,
Templorum cultor, tacitus largitor egentum,
B Suſceptor peregrum diſtribuendo cibum.
Longius extremo ſi quis properaſſet ab orbe,
Aduena mox vidit hunc * ait eſſe patrem. * addidit
Ingenio viuax, animo probus, ore ſerenus,
Et mihi qualis erat pectore flente loquor.
Hunc habuit clarum qualem modo Gallia nullum,
Hunc humili tumulo culmina celſa iacent.
Placabat Reges recreans moderamine ciues,
Gaudia tot populis heu tulit vna dies.
Luſtra decem felix & quatuor inſuper annos,
Vixit & * à noſtro lumine raptus obit. * amici
C Funeris officium magni ſolamen amoris,
Dulcis adhuc cineri dat Placidina tibi.

Epitaphium Victoriani Abbatis: * De Monaſterio Aſane. * Agaunenſis,

Quiſquis ab occaſu properas huc quiſquis ab ortu,
Munus in hoc tumulo, quod venereris habes.
Reſpice ditatum cæleſti dote talentum,
Cuius ſemper habet pectoris arca Deum.
D Relligionis apex, vitæ decus, arma ſalutis,
Eximiis meritis Victorianus adeſt.
Dignum opus exercens, qui fructificante labore,
Cunctis non ſoli vexit in orbe ſibi.
Plurima per patriã monachorum examina fundens,
Floribus æternis mellificauit apes.
Lingua potens, pietas præſens, oratio iugis,
Sic fuit vt iam tunc totus ad aſtra foret.
Plura ſaluiferis tribuens oracula rebus,
Sæpe dedit ſignis vita beata fidem.
Biſſenis rexit patriæ moderamine luſtris,
E Rite Deo placitas paſtor opimus oues.
Calle ſequens recto ſacra per veſtigia Chriſtum,
Nunc fruitur vultu quem cupiebat amor.

Epitaphium Hilarij Presbyteri.

Omnes vna manet ſors irreparabilis horæ,
Cum venit extremas lege trahente dies.
Sic fuerit ira necis, * neque nos fugit orbita mortis, * nec mortem vis fefellit.
Puluere facta caro non niſi puluis erit.
F Hac tamen inſignes animas ſpes * non vaga paſcit, * optima
Quod qui digna gerit, de neco nulla timet.
Hoc iacet in tumulo venerandus Hilarius actu,
Corpore qui terras, & tenet aſtra fide.
Vir bonus egregia de nobilitate refulgens,
Inter honoratos germinis altus apex.
Connubio iunctus ſimili, ſed coniuge rapta,
Stans in amore Dei, non fuit alter amor.
Vtilis in propriis, doctus moderamine legis,

Cuius iudicium pondere libra fuit.
Iuſtitiam tribuens populis examine recto,
*Vendita res pretio non fuit * alter amor.* al. ulla
Funeris officio lacrymans Euantia chare, ſuo.
Contulit hæc genero membra ſepulta ſuo.

Epitaphium Seruilionis Presbyteri.

Quamuis longa dies breuis hic atque hoſpita lux eſt,
Sola tamen neſcit vita beata mori.
Hoc igitur tumulo Seruilio clauſus habetur;
Nobilis & merito nobiliore potens.
Ipſe Palatinam rexit moderatius aulam;
Commiſſæque domus creſcere fecit opes.
Presbyter inde ſacer manſit venerabilis orbi;
Seruitióque Dei libera vita fuit.
Orphanus hic patrem, viduæ ſolatia deflent;
Vnde magis cælis gaudia vera tenet.
Pontificem genitum videt hinc de munere Chriſti,
Raptus ab orbe quidem lætus ad aſtra redit.

Epitaphium Præſidij Abbatis.

Vita breuis hominum, ſed non breuis illa piorum,
Dum migrante die proſperiora tenent.
Qui meruere magis de carcere carnis euntes,
Poſt tenebras mundi luce perenne frui.
Ex quibus hic recubans meritis Præſidius almis,
*Carne tenet tumulum, * flaminis igne polum.*
Spiritus *Pectore de proprio Chriſti reſponſa rigando,*
Multorum extinxit fonte fluente ſitim.
Inuitans inſtanter oues ad paſcua Regis,
Diſtribuit dulcem fratribus ore ſalem.
Nam quotiens monachus peccati eſt vulnere fixus,
Miſſus ad artificem certa medela fuit.
ministrum *Ibat ad Abbatem famulus ſanctúmq; * magiſtrum,*
Diſcipulus humilis qui fuit ante tumens.
Talibus officiis intentus amore Tonantis,
Angelicos inter fulget honore choros.

Epitaphium Boboleni Diaconi.

Innumeris hominum ſubiecta eſt vita periclis,
Caſſibus & variis ſors inimica premit.
Nam recubando thoro Bobolenus honore Diacni,
Dum fruitur ſomno mors rapit atra virum.
Hoſtis in inſidiis ſe cura cæde ſecuris,
Percutiens cerebrum fecit obire dolo.
Dic tibi quid prodeſt ſcelus hoc peragendo nefande?
Ille Deo viuit, tu moriture peris.
Martyris ille decus meruit, tu damna latronis,
Hinc ſibi palma placet, ſed tibi pœna manet.

Epitaphium Domnæ Theodechildis Reginæ.

al. ſenium tandem *Quamuis ætatis * ſenio iam flecteret annos,*
*Multorúmque * tamen ſpes cito rapta fuit.*
Si precibus poſſent naturæ debita flecti,
Plebs ageret lacrymis hanc ſupereſſe ſibi.
Gaudia quanta inopum tumulo ſint clauſa ſub vno,
al. iſto. *Votáque quot populis abſtulit vna dies.*

A *Inclita nobilitas genitali luce coruſcans,*
Hic properante die Theodechildis iacet. al. Theodechilda.
Cui frater, genitor, coniunx, auus atque priores,
Culmine ſucciduo regius ordo fuit.
*Orphanus, exul, egens, viduæ * nudiæque iacentes,* audit
Matrem, eſcam, tegmen hic ſepeliſſe dolent.
Vnica res placuit tumulo mercedis opimæ,
Antea cuncta dedit quam peteretur, opem.
Occultans ſua dona ſuis, ne forte vetarent,
Sed quæ clauſa dedit, iudice teſte docet.
Templorum Domini cultrix pia munere præbens,
B *Hoc proprium reputans, quicquid habebat inops.*
Vna mori ſors eſt & terræ reddere terram,
Felix cui meritis ſtat ſine fine dies.
*Actibus his inſtans terrena in luce * redacta,* ſelura al. orbe
Ter quino luſtro vixit in vrbe decus.

Epitaphium Vilitruthæ.

Omne bonum velox fugitiuáque gaudia mundi,
Monſtratur terris, & cito lapſa ruunt,
*Vt dolor acquirat vires cum * perdat amantem,* perdit
C *Ante placere facit durius inde premi.*
Eheu lacrymæ rerum, eheu ſors inimica virorum,
Cur placitura facis, quæ dolitura rapis?
Vilituthe decens Dagulphi chara iugalis,
Coniugis amplexu diſſociata iacet.
Corpore iuncta thoro; plus pectore nexa marito,
Lucis in occaſu vincula rupit amor.
Tempora qui poterant adhuc in flore manere,
Principium vitæ finis acerbus habet.
Sanguine nobilium generata Pariſius vrbe,
Romana ſtudio, barbara prole fuit.
*Ingenio mite * torua de gente trahebat,* intorua
D *Vincere naturam gloria maior erat.*
Nunquā mæſta manens, vultu noua gaudia portās,
Nubile fronte fugans corde ſerena fuit.
Fudit ab ore iubar ſpecies redimita decore,
Protulit & radios forma venuſta ſuos.

Ad ciues Turonicos: De Aduentu Gregorij Epiſcopi digniſſimi.

Plaudite felicis populi noua vota tenentis,
Præſulis aduentu reddite vota Deo.
E *Hoc puer * exertus celebret, hoc curua ſenectus,* exertus
Hoc commune bonum prædicet omnis homo.
Spes gregis ecce venit, plebis pater, vrbis amator,
Munere paſtoris lætificentur oues.
Sollicitis oculis quem proſpera vota petebant,
Veniſſe aſpiciant, gaudia feſta colant.
Iura ſacerdotij merito reuerenter adeptus,
Nomine Gregorius paſtor in vrbe gregis.
Martino proprium miſit Iulianus alumnum,
Et fratri præbet quod ſibi dulce fuit.
F *Quem patris Ægidij Domino manus alma ſacrauit*
Vt populum recreet quem Radegundis amet.
Huic Sigebertus ouans fauet & Brunichildis honori,
Iudicio Regis nobile culmen adeſt.
Quo paſcente greges per paſcua ſancta regantur;
Et Paradiſiaco germine dona metant.

Immaculata pij qui ſerues ouilia Chriſti,
Ne pateant rapidis dilaceranda lupis.
Peruigili cura ſtabulum ſine labe gubernet,
Commiſſumque gregem nulla rapina grauet.
Muniat incluſos pretioſi velleris agnos,
* Et quos ſeruatos ** Atque ſoporantes protegat ipſe vigil.*
Florea diuino pingueſcat vinea cultu,
Et matura ſuo ſit ſpecioſa botro
Fructibus æternis vt compleat horrea cæli,
Igneem vt leniret tūc petebatur. *Vnde animæ viuo fonte ſluenta bibant.*
Ne ſitis excruciet digiti quo Lazarus vdo,
al. Aruernum. *Leniat vt flamma, ferre petatur opem.*
Sed magis in gremio Abrahæ vernante locandas,
Paſtor oues placido ducat ad aſtra ſinu.
Vt bene commiſſo ſeſe duplicante talento,
Introeant Domini gaudia vera ſui.
Lætus agat ſub claue Petri, per dogmata Pauli,
Inter ſydereos luce micante choros.

A *Fortis Athanaſius, qua clarus Hilarius aſtant,*
Diuet Martinus, ſuauis & Ambroſius.
Gregorius radiat, ſacer Auguſtinus mundat,
Baſilius rutilat, Cæſariuſque micat.
Quorum geſta ſequens & dicta fideliter implens,
Perpetuæ vitæ participatus oues:
Atque coronatus digna mercede laborum,
Obtineat miles Regis in arce locum.

B

In Natali Gregorij Epiſcopi: Cum Antiphonam dicere rogaretur in Miſſa dictum.

Martini meritis per tempora longa Gregori,
Turonicum foueas paſtor in vrbe gregem.
Conciliis ſacris ſis norma, & vita priorum,
C *Exemplóque tuo creſcat adeptus honor.*
Lumen Apoſtolicum populis tua lingua miniſtret,
Et cæli donum te radiante micet.

ITEM AD IPSVM GREGORIVM DE IVDÆIS CONVERSIS

PER AVITVM EPISCOPVM ARVERNICVM.

DOmino Sancto & meritis Apoſtolicis præconando Domino & in Chriſto patri Gregorio Papæ Fortunatus. Inſtigas, pater optime ſeria curioſitate, ſincera tamen dulcedine, carmine elinguem proloqui, & currere pigrum verſu pedeſtri, atque de laude laudabilis & Apoſtolici viri Domini Auiti Pontificis, ex euentu occaſionis illatæ, & ſi non aliqua compte, * communiter prælibare: Cum in me non inueneris quod dictionis luculentia diligeres, ſed delegeres, vt & ipſe mei ſum conſcius, habeas apud nos non quod tam probes quàm reprobes, præſertim cum inſtans portitor per verba ſigillatim hianti fauce cadentia, quaſi grauis exactor non me tam fœnora ſoluere cogeret quam penſare. Sub quo licet illi præceps iter ingrueret, mihi interim anhelanti vix licuerit reſpirare, tamen præceptis veſtris licet ſimpliciter expediti paremus deuoti potius quàm placemus, vobis reputetur neſcio magis an tempori, quod illi hoc iniungitur qui non habet apud ſe nec modum, nec ſpatium. Sed obſequi ita morigera ſeruitute opto vt quod à vobis in laudem prædicti Pontificis amore præcipitur, honore * canatur.

*al. comiter. al. retari. al. debet al. obſequela. al. ſer. deuoti quod. *al. cantetur.

Quomodo Iudæi crediderunt Chriſto.

In venerabilibus famulis operator opime,
Condecet vt ſemper laus tua Chriſte ſonet.
Inſpirans animum, votum effectumque miniſtrans,
Et ſine quo nullum præualet eſſe bonum:
Lumine perſpicuo fœcundans pectora vatum,
Vt populis generent viſcera ſancta fidem.
Supra Candelabrum poſiti quorum ore coruſco,
Dogmatis igne micans luceat alma domus.
*al. artus *Et velut eſt oculus capitis qui dirigit* artus,*
Sic pia paſtoris cura gubernet oues.
Pectora Pontificum ditans virtute ſuperna,
Tu Deus Omnipotens, ſumme perennis apex.
Spiritus alme ſacri labiis infuſus Auiti,
Per famulum loqueris creſcat vt ordo gregi.
Qui non contentus numero quem accepit ab illo,
* hic domini. *Villicus * ad Dominum dupla talenta refert.*
Plebs Aruerna etenim ſubito diſciſſa tumultu,
Vrbe manens vna, non erat vna fide.
Chriſticolis Iudæus odor reſidebat amarus,
Obſtabatque piis impia turba ſacris.
Extollens ceruix Domini iuga ferre recuſans,
Sic tumidis animis turget inane cutis.

A *Quos in amore Dei monitabat ſæpe Sacerdos,*
Vt de conuerſis iret ad aſtra ſeges.
Sed caliginoſi recubans velaminis vmbra,* * caligij
Pectora tetra premens cernere clara vetat,
Venerat ergo dies, Dominus quia eſt redditus aſtris,
Ac homo ſydereum pendulus iuit iter.
Plebs armante fide Iudaica templa reuellit,* * animante
Et campus patuit quo Synagoga fuit.
B *Tempore quo Chriſti pedauit ad alta poteſtas,*
Ille quod aſcendit res inimica ruit.
Hic tamen Antiſtes Moiſei legi rebelles,
Alloquitur blandè, quos dabat ira truces.
Quid facis ô Iudæa cohors, nec docta vetuſtas,
**Quo veterem renoues, credere diſce * ſenes.* * vt vitam * ſen
Lactea canities ſapiat maiora iuuentà,
Senſum pone grauem, qui puerile fuit.
C *Non pudeat meliora ſequi vel tarda * vetuſtas,*
Corpore deficiens creſcat honore ſenis.*
Eſt Deus alta fides, vnus tria, trinus & vnus, vetuſtas ſenex
Perſonis propriis ſtat tribus vnus apex.
Nam pater & genitus quoque Sanctus ſpiritus idē:
Sic tribus eſt vnum ius, opus, ordo, thronus.
Legifer hoc reboat, Patriarcha hoc credit Abrahā,
Hinc pater eſt nobis, eſt quia noſtra fides.

Tres

Tres videt æquales, vnum veneratus adorat,
Vnum voce rogat, tres quoque pelue lauat.
Sic paruo ſimilis Loth ſuſcipit hoſpes euntes,
Quos cibat in Sodomis, hi rapuere Segor.
Cum à Domino Dominus pluit ignè triſte Gomorræ,
Filius & pater eſt à Domino Dominus.
Qui tuus ipſe meus ſtat conditor atque creator,
Huius plaſmia ſumus, qui eſt trinitate Deus,
Vnius eſtis oues, heu cur non vniter itis,
Sit rogo grex vnus, paſtor vt vnus adeſt.
Rennuis, ni recolis quod canna Dauidica pangis,
Quodque prophetali virgine fœtus agit?
In cruce transfixus palmis pedibuſque pependit,
Sed corrupta caro non fuit ex tumulo.
Poſt triduum remanes, ſanat nos vulnere longo,
Quod redit cælis, teſtis & iſta dies.
* aut *Crede meis * ac crede tuis, conuicta ſenectus,*
Si fugis ac trepidas, negligis iſta legens.
Protrahimus verbum breuitatis tempore longum,
Aut admitte preces, aut rogo cede loco.
Vis hic nulla premit, quo vis te collige liber,
Aut meus eſto ſequax, aut tuus eſto fugax.
Redde colone locum, tua duc contagia tecum,
Aut ea ſit ſedes ſi tenet vna fides.
Hæc pia verba viris mitis dedit ore Sacerdos,
Vt, ſibi quo libeat, ſemita cordis eat.
Aſt Iudæa manus ſtimulante furore rebellis,
Colligitur, rapitur, conditur inde domo.
Chriſticolæ vt cernunt tunc agmina manzara iungi,
Protinus inſiliunt qua latet ille dolus.
Si fremerent gladiis ſentirent iuſta cadentes,
* Viuere ** Vincere quo poſſint, aut daret arma fides.*
Legati occurrunt vati mandata ferentes:
Nos Iudæa manus iam tua caula ſumus.
Ne pereant adquire Deo qui viuere poſſunt,
Si mora ſit, morimur, & tua lucra cadunt.
Tende celer greſſum, properes niſi præpete curſu,
Funera noſtrorum ſunt tibi flenda pater.
Fletibus his victus rapitur miſerando Sacerdos,
Vt ferat afflictus rite ſalutis opem.
Perueniunt quo clauſa loco fera turba latebat,
Quæ occurrens lacrymis ingemit ore preces.
* bono. *Mens eſt tarda * boni Iudaica iura tenenti,*
Lucem ſero videt prætereunte die.
Sic oculis cordis velum eſt ab origine tenſum,
*Cæcus vt ignoret, quo via recta * meat.*
* voret *Sed tandem ſequimur, paſtor, quo ſæpe monebas,*
Qui ſale tam dulci currere cogis oues.
* falſis *Credentes iam crede tuos nec fallere * credas,*
Nos lauacrum petimus, ſit tibi præſto locus.
* effectu *Senſimus * aſpectu quod aiebas ritè precando,*
Quod hominem per te nos Deus ipſe monet.

A *Hinc trahit ad lucem quos texerat vmbra negãtes,*
Militiæque nouæ nox aperibat iter,
*Agmina conueniunt quondam diuerſa ſub * vnum,* * vnu
Partibus & geminis ſit Deus vnus amor.
Hinc oleari ouium perfunditur vnguine vellus,
Aſperſuſque ſacro ſit gregis alter odor.
Ecce dies aderat qua Spiritus almus ab alto
Miſſus, Apoſtolicis fluxit in ora viris.
Res ſacra ruricolas, vrbanos excitat omnes,
*Certatimque * aditos ad pia feſta terunt.* * aditus
B *Abluitur Iudæus odor baptiſmate diuo,*
Et noua progenies reddita ſurgit aquis.
Vincens ambroſius ſuaui ſpiramine rores,
Vertice perfuſo chriſmatis efflat odor.
Ingenti numero celebratur Paſcha nouellum,
Ac de ſtirpe lupi progenerantur oues,
Excepit populus populum, plebs altera plebem,
Germine qui non eſt, ſit ſibi fonte parens.
Vndique rapta manu lux cerea prouocat aſtra,
Credas vt ſtellas ire trahendo comas.
Lacteus hinc veſtis color eſt, hinc lampade fulgor,
C *Ducitur, & vario lumine picta dies.*
Nec feſtiua minus quàm tunc fuit illa coruſcans,
Diuerſis linguis quæ dedit vna loqui.
Quis rogo Pontificis fuit illic ſenſus Auiti,
Quam validus feruor, cum daret iſta Deo!
Inter candelabros radiabat & ipſe Sacerdos,
Diffuſo interius Spiritus igne micans.
Tum ſibi qualis erat tam vera holocauſta ferendo,
*Cum libat * vino hoſtia viua * Deum.* * vino * Deo
Si Patriarcha placet, quoniam natum obtulit vnũ,
Qui tantos offert quàm placiturus erit!
D *Moiſes non valuit fidei quos ſubdere noſtræ,*
Qui Chriſto adquirit quod ſibi munus erit?
Fudit aromaticum Domini libamen ad aram,
Incenſumque nouum miſit ad aſtra Deo.
Obtinuit votum, quia veræ iunxit oliuæ,
Et grege de niueo gaudia paſtor habet.
Hæc inculta tibi reputa pater alme Gregori,
Qui Fortunato non valitura iubes.
Adde quod exiguum me portitor impulit inſtans,
Et datur in ſpatiis vix geminata dies.
E *Nouimus affectu potius quod diligis illum,*
Hinc quem corde vides, ſemper & ore tenes.
Hoc tibi nec ſatis eſt huius quod es ipſe relator,
Compellis reliquos plaudere voce ſibi.
Non fuit in vacuum quod te prouexit alumnum,
Sic cui mente, fidem, reddis amore vicem.
Annuat Omnipotens longo memoraliter æuo,
Vt tu laus illi, laus ſit & ille tibi.
*Me quoque vos humilè pariter memoretis * vtrique* * vtrinque
Et pro ſpe veniæ voce feratis opem.

EPISTOLA AD SIAGRIVM EPISCOPVM AVGVSTIDVNENSEM SCRIPTA.

DOMINO ſancto & Apoſtolica ſede digniſſimo Siagrio Papæ Fortunatus. Tempore vecordis ocij quo mens ebria deſipit diutina tabe morbeſcente brutiſcens, & velut ignaui ſoporis habitante mærore ſuffectus, negotij indulgentis nulla mordente cura dormitans; cum videretur ſcilicet tam lectio negligi quàm vſus abuti, neque nanciſceretur

quicquam occaſionis ex ſchemate quod eligeretur in poëſi, &c, vt ita dictum ſit nihil vellere-tur ex vellere quod carminaretur in carmine intra me quodammodo meipſum ſilentio ſarco-faganti ſepeliens, & cum nulla cunerem abſoluto linguæ plectro æruginauiſſem tandem nec opinato concaptiuo meo, ſed tamen, vt arbitror, veſtræ felicitatis ad me ſorte delato quis vnde quidve deferst conſulens: Dum per concordem filij calamitatem ſuæ neceſſitatis, meæ compaſſionis, veſtræ mercedis cauſas indice ſingultu vix laxante protupit. Qua voce inter-cepta tam viſcerum mœrore quam luminum flumine dum loqui non permittitur, ipſo ſilen-tio pattem lacrymæ fatebantur, quia dum anxius in verbo genitor pendet, nec exprimit ta-cente faueis negano pupillo fletibus liquebatur. Tantum eſt vt in charitate natura quo præ-ualet anro ſe probet affectu quàm labio. Fluebant igitur lumina ſuggeſtionem ſuam blandito ploratu compunctam, vt etiam quamuis crudelem tedderent lamenta clementem irrigabant la-crymæ tam ſemen miſetæ, quàm frugem miſericotdiæ vno fonte manabant. res mœroris & muneris vnde luctus & merces: vnus rigans oculis, alter bibens auribus: quod iſte enteularet in fletu, ille apothecaret in fluctu. Itaque ſigno ſingultus fecit ſe intelligi mens captiui, & quaſi ſpecialiter trabit mœror in faeie, qui videbatur angor in corde. Vnde inter tacentes cauſa rerum cognita, dum apud me valuit hoc fari quod fleri videbatur affectus mire ſine lingua ſic loqui. Igitur tum me moueret lamentabilis conetuis tam iactura quàm pattia, cum cernerentur vul-tus patris pieratis imbre profundi, vt pene totus & ipſe in alieno affectu migrarem: lacryman-tes oculi querelas mihi fixerunt ad vicem incauſti & ammirabili modo aqua quæ deleri ſolet profletus ſcripſit. Quis enim flenti non crederet quem lapis non genuit? quem non humanitas flecteret, quem partus tygridis non effudit? Cum lentiſcat blanditus curſus pardi, virtus apri, dens leonis, & malæ elephanti. Qui tandem ſedato querelarum ſtrepitu doloris ſui properum te deſignat antidotum, ſcilicer dum æger mente ſibi poſcit medelam ſi ſe dignantem impendat veſtra lingua malagina. Quo loquente media per verba me miſcens, mihi de vobis credulus fi-dem feci homini ex hoc per me te conſului ſed non flere reſtabat. Tamen conieci, vtrumne ro-te demptione dirigerem quod ſobules valeret an quod vobis proficeret de compendio cogi-tans, ne vtilitatem pretij depreciarur tibi merces captiui illud certè metuens, ſi caperetur in nummo reſpirare tibi talento præſertim eum deſiderem theſauros ex æquo tua frui cum mar-tyre. Quid verò pro munere modicitas proferret, cum in lectione cunctarer venit in mente lethargica dictum Flacci Pindariei: Pictoribus atque Poëtis, Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas, conſiderans verſiculum, Si qua vult artifex permiſcet vterque, cur & ſi non ab artifice miſcentur vtraque vt ordiatur vna tela ſimul poëſis. Sed pictura dehinc cum pro ca-priuo velim verſu ſuggerere attendens quæ fuerint tempora redemptoris quoto anno ſuæ ætatis anno Chriſtus abſoluerit, totidemque verſiculis texerem carmen quot literis, hac protinus operis difficultate repulſus aut magis difficultate incluſus, tam metri neceſſitato, quàm litera-rum epithomate. Quid facerem quod proditorè noua calculatione anguſtius mihi numeri angu-ſtias dilatauit quia pro fixo termino non erat, nec vbi ſe prolixitas excuteret, aut breuitas angu-ſtaret nec euagari propter deſcendentes verſus frænante repagulo orditura permiſit. In quo quip-pe exordio ſupercreſcente apice, non licuit? vel ſoluere, vel fila laxare: ne numerum tranſiliens erratica ſe tela turbaret. Hinc cura commouet, vt duo per capita duo ex obliquo, vnus verò per medium deſcendentes integri verſiculi, legerentur. Altera pars reſtiterat, quam inter om-nes litteras meditullio collocarem, quæ ſic reciperet omnem vt offenderet neminem. Igitur hu-ius telæ cum licia numero collegiſſem, vt texerem inter ſe & me fila rumpebant. Incipiens ego operi propter abſoluta teligare: atque mutata vice dum captiui ſoluere lora cupio, me cathena conſtringo. Nam huius opuſculi quæ ſit hinc coniicitur difficultas, vbi cum volueris ſi addes, creſcit linea, ſubtrahis perit gratia, mutas non conſonant, capita fugis refugis litteram. Itaq; cum penderet hæc tela verſibus laqueata, vt ſi duo tranſirem, adhuc tria non ſugerem, ego incautus paſſer quaſi mentita per nubila incurri panteram, quia quod cauere volebam huc penna legebar, aut magis vt dictum ſit velut plumis illitis quinquifida verſando tendebam. Inter hæc illud me commonens quod tale quid non ſolum facerem, ſed nec exemplo ſimili traheret, ducebar his incertus & trepidus ipſa nouitate ſuſpenſus, vtrumne tentarem quæ nunquam aggreſſus ſum, an cautius teſpuerem quæ incaute proferrem. Tamen licet inuitus loquor pene quæ neſcio, & tu me vincis amore ne vicar ab opere. Ecce exigis à me, & quod in me vix inuenis violentiam facis, qui tibi non ſum rebellis, extorques nec repelletis. Amor blandus tyrannus eſt vt hoc pararem commercij per incertum iter pelagi rudis nauta vela ſuſpendi, affectu raptus defe-ror per fluctus & ſcopulos. Vrges me præcipitem per ignorata tranſire quidem, quod non obtineas ſicut amās, ſic impetas. Habes igitur opus ſic vnum textu quadratum, vt ſit lin-gendo quinquifidum & cum ſint triginta tres tam verſus quam literæ ad ſimilitudinem Chri-ſti carnalis ætatis qua nos abſoluit vnus reſurgens ad hunc duo per capita, duo ex obliquo, vnus quoque per medium legitur in deſcenſu. Vnde fit vt ſe finito verſu de litera non finiret, quia & ſinu directo peruenit ad terminum, tamen curſus illi ſupereſt in deſcenſu, quia adhuc coniungitur in finali verſiculo. In meditullio autem parui huius opuſculi illam fixim litte-

al. *digerere.*
al. *Dum percunctor illo filij calamitate.*
al. *quod p. vt parēs ante.*
al. *peculiariter traxit.*
al. *cum*
al. *lero*
al. *immoles.*
al. *properum.*
al. *ſenon conſuet.*
al. *theſauro ex æquo te tuo frui.*
al. *qua.* & ſi ſit tur & pictura.
al. *epitome.*
al. *quod proditorem noua*
al. *anguſtius mihi numerus.*
al. *diſcedentes.*
al. *texere corporant* & ſe.
al. *abſoluturo ligari.*
al. *ſi addis.*
al. *viſcata tendebar.*
al. *facerē*
al. *trahente. ducebar.*
al. *quid eſt.*
al. *vno.*

ram quæ inter xxiii. numeratur per media ac tantas ante ſe reſpicit, quantas & poſt ſe tranſilit, quia concurrentibus verſibus, & diuiditur tota & manet integra res diuina. Littera verò quæ & iungitur in deſcendenti verſiculo & tenetur in vno & cunit in altero, & vt ita dicatur & ſtat pro ſtamine, & pro trama currit in tramite, vt eſſe poteſt in pagina litia litterata. Ne tamen cauſa nos oneret quod velut Arachne arte videmur, puta fila miſcere quod nobis compertum eſt in Moyſi Prophetæ libris Polimetarius artifex veſtes texuit Sacerdotis. Vnde cum deſit hic coccinum, res eſt texta de minio. Verſus autem ex obliquo deſcendentes ab angulis ratione ſtant vt ſi poſitione ſua linant. Qualiter autem connexi ſint ſinguli, vel quid continent ſatis eſt prudentiæ ſine indice rem probare. In ſumma, commenda to me piæ beatitati & exuberanti veſtræ dulcedini tribuentes petita confidenti vicarietate ſeruiti. Si placet hoc opere parieti conſcriptq pro me oſtiario pictura ſeruet veſtibulum. Ora pro me. al. definitio v. littera.

Deeſt illud opus inſigne.

AD FELICEM EPISCOPVM Namneticum.

Sentio ſumme pater lumen venerabile cunctis,
Orbis dulce caput, mihi nomen amabile Felix:
Amplectens quem corde gero pietatis in vlnis,
Pondus ſuaue meũ, nec onus grauat iſtud amantem.
Cur humilem me ſumme vocas loca viſere blanda,
Quæ te, chare, tenent. Tecum modularer in illis,
Qua tua rura lauat vitrea Liger algidus vnda,
Cariaci ſpecioſus ager deuexus in amnem:
Hinc vbi ſlume aquis recreat, hinc pãpinus vmbris,
Et crepitans Boreas tot prata comata flagellat,
Vber nempe ſolum eſt antiquo littore pulchrum,
Sed Fortunatum facies tua redit amœnum.

Ad Gregorium Epiſcopum Turonenſem poſt iter.

Culmen honoratum, decus almum, lumen opimum,
Paſtor Apoſtolicæ ſedis amore placens.
Amplectende mihi ſemper ſacer ore Gregori,
Nec dinulſe animo vir venerande meo.
Gaudeo quòd redit Turonis Antiſtes honore,
Lætificorque mihi te remeaſſe patrem.
Plaudimus inſtanter communia vota tenere.
Ciuibus & patriæ te reuocaſſe diem.
Præſentem famulum mecum commendo Sacerdos,
Optantes longè vos moderare gregem.

Item ad eundem Gregorium.

Officiis generoſe piis pater alme Gregori,
Mente ſalutifera qui petis aſtra palam.
Et quicunque tuis monitis animatur inermis,
Militiæ ſacræ victor habebit opem.
Commendans humilem famulum me ſoluo ſalutem,
Semper amore pio vir benedicte Deo.
Pagina ſi breuis eſt non eſt breuis ardor amantis,
Nam plus corda colunt, quàm mea verba canunt.

Ad ipſum Epiſcopum: De libro præſtito.

Carmina diua legens, proprioque è pectore condens,
Participans aliis ſit tibi palma parens.
Hæc quoque quæ pridem tribuiſti paſtor ouili,
*Grates perſoluens * debita laude libens.* * debita laudo.
Vos tamen hic maneant donaria celſa Tonantis, * diſtributio.
*Qui ſacris inopi * das bene largus opes.*

A *Quem cum * percontare nequeam pro munere tanto,* * pro cunctis nequeam.
Tunc magis ore meò gratia veſtra ſonet.
*Præſentem famulum pro * re me ſumme Sacerdos,* * munere
Commendo ſupplex dulcis amore pater.
Cui ſua concedens iuſtæ moderamine libræ,
Creſcat honore Dei palma futura tui.

Item ad eundem Epiſcopum: Pro inuitatione.

Inuitans pietate patris Sacer ire Gregori,
Qua Domini Turonis paſcis amore greges.
B *Quo ſacer Antiſtes meritis Martinus opimus,*
*Quas prius obtinuit, has tibi * ceſſit oues.* * credit
*Nunc quoque per caulas & * florea paſcua Chriſti,* * florida
Rite gubernantes ducitis ambo greges.
Sed mihi vim faciens veſter modo frater honore,
Ad vos ne properem, nempe retorſit iter.
Sæpe rogans voto, mandato & miſſile verbo,
Et coniuratus ſum ſine pollicitus.
Vir bonitate placens & paſtor pacis amator,
*Fœderis ob ſtudium ſit * veniale precor.* * venerande.
Vos quoque ſed geniſæ propriè venerando ſalutant,
Aſt ego commender, quæſo beate pater.

C

Ad ipſum De Commendatione mulieris.

Summe pater patriæ ſpecimen pietatis opimæ,
Dulce caput Turonis, relligionis apex.
Iugiter alta ſequens clementi corde Gregori,
*Vnde animæ decus eſt hac ratione * petens.* * patens
Quam commendaſti venientem, celſe Sacerdos,
Hanc redeuntem ad te ſuſcipe more patris,
*Sis quoque longæuus cunctorum * chare recurſus,* * viuere curſu
*Et mihi vel reliquis ſit tua * vota ſeges.* * via

D

Ad eundem: De itinere ſuo.

Iugiter opto libens ſacer, amplectende Gregori,
Cernere vos oculis, quærere litterulis.
Dulce videre mihi, ſi deſit copia cerni,
Spes erit oranti vel dare verba patri.
Nuper ab aſpectu diſcedens concito veſtro,
Per glaciem vitreas me loquor iſſe vias.
Sed crucis auxilio Martino operante patrono,
Perueni ad matres ſaluus, opime pater.
Quæ vos multiplici veneranter honore ſalutant,
Aſt ego pro reditu vota ſalutis ago.

Ad ipſum Epiſcopum ſalutatoria.

Summe Sacerdotum bonitas, & opima facultas,* * bonitatis
Culmen honore tuo, lumen amore meo.
Officiis venerande ſacris pietatis alumne,
Pignore amicitiæ corde tenende meæ.
Florens in ſtudiis & ſacra in lege fidelis,
Semper agens animæ dona futura tuæ.
Te pater ergo precans terram, freta, ſydera teſtor,
Vt velis ore ſacro me meminiſſe tuum.

Item ad eum: Pro pomis & graphiolis.

B

Officiis generoſe pius fater arte Gregori,* * alme
Abſens præſens munere, ſumme pater.
Qui mihi tranſmittis propria cum prole parentet,
Inſita cum fructu ſurcula, poma ſimul.
Det Deus omnipotens meritorum fruge repletus,
Mala legas auide quæ Paradiſus habet.

Ad eundem: De commendatione puellæ.

C

Cum graderer feſtinus iter, pater alme Gregori,
Qui præceſſoris ſum pia ſigna tui.
** Quo fertur conuulſa iacens radicitus arbor,* * Qua
Martini ante preces exiluiſſe comis.
Quæ fidei merito nunc ſtat ſpargendo medelas,
Corpora multæ medens, cortice nuda manens.
Fletibus aſſuit huc genitor genitrixque puella,
Voce implendo aures & lacrymando genas.
Figo pedem, ſuſpendo aurem, mihi panditur ore,
Vis per ſingultus vendita nata ſuos. al. vix.
Quæ vero quæſtus perhibet nullo indice furto,
** Furto ex obiecto hanc pater ire iubet.* D
Se voluiſſe dare, & iurantes ordine teſtes, * Furti ex obiecto.
Nomine quemque tenens, nec potuiſſet egens.
Non aderat iudex, erat accuſator adurgens,
Hic ego quid facerem, poſſe vetante ſacro?
Si pius, vt dixi, præſens Martinus adeſſet,
Non permiſiſſet perdere paſtor ouem.
Sed tamen in titulis recolens te ſumme Sacerdos,
Spem præceſſoris qui pietate refers.
Diſcute, diſtringe, ac ſi ſit ſecus, eripe dulcis,
Et pater adde gregi, hanc quoque redde patri. E
Me ſimul officio famulum tibi chare ſubactum,
Protege perfugio paſtor opime pio.

Item ad ipſum: De commendatione peregrini.

Vir bone pro meritis adipiſcens culmen honoris,
Nobile præſidium, pontificale caput.
Quem gradus & genium fructu pietatis opimo,
Dignius attollunt amplificante Deo.
Vt tibi ſit famulans memoratus amore benigno,
Fortunati humilis te pater orat apex. F
Hic peregrinus item lætetur ſumme Sacerdot,
Paſtorem & patriam te meruiſſe ſuam.

Ad eundem Epiſcopum: Salutatorium.

Paſtor honoris apex venerabilis ore Sacerdos,* * arte
Et decus alme patrum, & religionis amor.
Gloria Pontificum meritis pia palma Gregori,
A *Aſſurgente gradu nobile iure caput.*
Fortunatus opem tribui quam poſcit Olympi,* * qui
Per te chare pater, quo mereatur age.

Item ad ipſum: Salutatotium.

Viſitat à vobis dignanter epiſtola currens,
Me, ſacer Antiſtes, vir pietate pater.
Hanc auidus captans oculis animoque recurro,
Soſpite te gaudent quod referebat apex.
Longius hic veſtro ſub nomine, Papa Gregori,
B *Pagina me recreet miſſa ſalutis ope.*

Dominis Sanctis atque Apoſtolicis in Chriſto patribus Eccleſiæ Pontificibus, Fortunatus Pro commendatione peregrini.

Gloria Pontificum, veneratio Chriſticolarum,
Norma Sacerdotum, culmen & orbis honor:
Qui loca perſpicitis propriæ mercedis amore,* * honor
Succurrendo viris, veſter vt extet apex.
C *Ecce venit præſens Italus peregrinus & hoſpes,*
Cernens paſtores, ne precor erret ouis.
Qualiter ad patriam properet ſolatia poſcit,
Inueniat munus vos vagus, exul, inops.
Me fortunatum proprium pietate parentum,
Conciliate polo quæſo, precando Deum.

Ad Aredium Abbatem: Salutatorium.

Opto benigne pater verbo tibi ferre ſalutem,
Si minus hinc oculo cernere te valeo.
D *Eſt etenim veſtri tantus mihi cultus honoris,*
Vt pro me occurrat hinc tibi miſſus apex.
Quæſo, beate, tamen per pabula dulcia Chriſti,
Me quoque commemores cum dabis ore preces.
Munera credo Dei tribui mihi paſtor Aredi,
Si Fortunati ſis memor alme tui.
Pro me etiam Sanctam genitricem, chare, ſaluta,
Cum redit iſte puer, redde loquentis opem.
Vos itidem genitæ propria, pater ample, ſalutant,
Agnes amore pio cum Radegunde ſimul.

E

De ordinatione Sigeberti Regis.

Ab hoc carmine incipit lib. 6. in alio codice.

Vere nouo tellus fuerit dum exuta pruinis,
Se picturato gramine veſtit ager.
Longius extendunt frondoſa cacumina montes,
Et renouat virides arbor opaca comas.
Promittens grauidas ramis genitalibus vuas,
Palmite gemmato vitis amœna tumet.
Præmittens flores gracili blandita ſuſurro,
Delicioſa fauis mella recondit apis.
F *Progeniem reparans caſto fœcunda cubili,* al. Fige
Artifices natos gignere cauta cupit.
Nexibus apta ſuis pro poſteritatis amore,
Adfœtus properans garrula currit auis.
Semine quiſque ſuo ſenio iuueneſcit in ipſo,
Omnia dum redeunt, gaudia mundus habet.
Sic modò cuncta fauent dum proſperitate ſuperna,
Regia Cæſareo proficit aula iugo.

Ordine multiplici felicem in ſæcula Regem,
Vndique cinxerunt lumina tanta ducum.
Culmina tot procerum concurrunt culmen ad vnum,
Mars habet ecce duces, pax habet ecce decus.
Cunctorum aduentu feſtiua palatia feruent,
Coniugio regis iam ſua vota vides.
* fo. ti- meat *Vos quorum irrigui* fontes meret vnda fauete,*
Iudicio veſtro creſcere parua ſolent.

LIBER V.

De Nuptiis præfati Regis, Brunichildiſque Reginæ.

FOelicem Sol pande diem radiiſque ſerenis,
Sparge comas, thalamos ſincero lumine cõplens.
Sigebertus ouans ad gaudia noſtra creatus,
Vota facit qui nunc alieno liber amore,
Vincula chara ſubit cuius moderante iuuenta,
Connubium mens caſta petit, laſciua retundens.
Ad iuga confugit cui nil ſua ſubripit ætas,
Corde pudicus agens rector tot gentibus vnus,
Et ſibi fræna dedit ſed quod natura requirit,
Lege maritali amplexu eſt contentus in vno,
Inſtaurat de prole lares vbi luſerit hæres,
Torſit amoriferas arcu ſtridente ſagittas,
Forte Cupido volans terris genus omne perurit,
Nec pelagus defendit aquis mox vilia corda,
Subdit vulgus iners tandem, dehinc ſenſus opimus
Regis anhelantem placidis bibit oſſibus ignem,
Molliter incumbens & inhæſit flamma medullis.
Regalis feruebat apex, nec nocte ſopora
Cordis erat requies oculis animóque recurrens,
Ad vultus quos pinxit amor, mentemque fatigans,
Sæpe per amplexum falſa ſub imagine luſit.
al. celo. *Mox vbi conſpexit cælo ſuperante Cupido,*
Virginea mitem torreri lampade Regem,
* mea *Lætus ait Veneri, Mater* iam bella peregi,*
Pectore flagranti mihi vincitur alter Achilles,
Sigebertus amans Brunechildis carpitur igne,
Quæ placet apta thoro maturis nubilis annis,
* maritum *Virginitas in flore tumens complexa* marito,*
Primitiis placitura ſuis, nec damna pudoris
Suſtinet; vnde magis pollens Regina vocatur,
al. quamuis. *Hoc quoque virgo cupis* cui ſtat verecundia ſexus,*
* al. Obſtet ** Obſtat amata viri dextra leuiore repellit.*
Ignoſcitque ſibi culpas quas intulit ignis,
Sed modo læta veni; quoniam te vota requirunt,
Mox Venus ambroſio violas ammiſcet amomo,
Demetit vngue roſas, gremioque recondit auaro,
Et pariter leuibus fregerunt nubila pennis,
Et venere ſimul thalamos ornare ſuperbos.
* prrpo- nere. *Hinc venus egregiam* præ pondere cæpit* alũuus,*
* alumnam *Inde Cupido virum, nubentibus ambo fauentes,*
Et litem fecere piam. Sic deinde Cupido,
Matri pauca refert: Tibi quem promiſimus, hic eſt,
Sigebertus amor populi lux nata parentum,
Qui genus à proauis longo tenet ordine Regum,
Et Reges geniturus erit, ſpes gentis opimæ,
Quo creuit natale decus generoſa propago,
* al. famamque. *Hac melior de ſtirpe redit* formamque priorum,*
Poſteritas excelſa fouet, hic nomen auorum,

A *Extendit bellante manu, cui de patre* victus,* * virtus
Quamuis parua tamen, nulla maior impedit ætas,
Quem Nablis ecce probat, Thoringia victa fatetur,
Perficiens vnum gemina de mente triumphum,* * al. gente
Nec Dictheuberto pietas venialia pendit.
Iſte duos reddit, pro ambobus ſufficit vnus, al. Reddidit iſte duos.
Cardinis occidui dominans in flore iuuenta,
Tam grauitate ſenũ teneroſq; ſuperuenit* annos,* * ſenes * annis.
Legem naturæ meruit præcedere factis.
Quamuis parua tamen nullum minor impedit ætas.
Qui ſenſum maturè gerit, generoſior hic eſt,
B *Quiſquis in anguſto fuerit moderatior æuo.*
Sic fouet hic populos ipſis intrantibus annis,
Vt patet & Rex ſit nullum grauiter reget omnes.
Nulla dies ſine fruge venit, niſi congrua præſtet,
Perdere plura putat, ſi non conceſſerit ampla,
Gaudia diffundit radianti lumine vultus,
Nubila nulla grauant populum ſub Rege ſereno,
Pectore maturo culpas indulget acerbas,
Vnde alij peccant ignoſcendo, iſte triumphat,
Doctus enim quoniam prima eſt in principe virtus,
Eſſe pium quia ſemper habet qui parcere nouit,
C *Corrigit* ipſe prius quod paſcit vt alter emendet.* * in ſe
Qui ſibi cenſura eſt, reliquos bene lege coercet,
In quo digna manent quicquid de Rege requiras,
Solus amat cunctos, & amatur ab omnibus vnus,
Incipit inde Venus laudes memorare puellæ:
O virgo miranda mihi placitura iugali,
Clarior ætheria Brunichildis lampade fulgens,
Lumina gemmarum ſuperaſti lumine vultus,
Altera nata Venus regno ditata decoris,
Nullaque Nereidum de gurgite talis Hibero,
Oceani ſub fonte natat non vlla Napæa,
Lactea cui facies incocta rubore coruſcat.
D *Pulcrior ipſa ſuas ſubdunt tibi flumina Nymphas,*
Lilia mixta roſis, aurum ſi intermicet oſtro,
Decertata tuis nunquam ſe vultibus æquant.
Saphirus alba adamãs, cryſtalla, ſmaragdus, iaſpis,
Cedant cuncta, nouam genuit Hiſpania gemmam.
Digna fuit ſpecies potuit quoque flectere Regem.
Per hyemes validas, niuis Alpem, perque Pyrenem,* * niuibus Alpemque
Perque truces populos vecta eſt duce Rege ſereno.
** Tu Regis Regina thoris ſuper ardua montis,* * Terrenis
Planum carpis iter: nihil obſtat amantibus vnquã,
E *Quos iungi diuina volunt? Quis crederet autem*
Hiſpanam tibimet dominam Germania naſci,
Quæ duo regna iugo pretioſa annexuit vno.
Non labor humanus potuit tam mira parare,
Nam res difficilis diuinis vtitur armis,
Longa retro ſeries Regi hoc vix contulit vlli,
Difficili uiſu ſuperantur ardua rerum.* * peraguntur maxima rerum.
Nobilitas excelſa nitet genus Athanagildi,
Longius extremo regnum qui porrigit orbi,
Diues opũ quas mundus habet populumq; gubernat,
Hiſpanum ſub iure ſuo pietate canenda.
F *Cur tamen egregij genitoris regna renarrem,*
Quando tuis meritis video creuiſſe parentes.
Quantum virgo micans turbas ſuperare videris
Fœmineas, tantum tu Sigiberte maritos.
Ite diu iuncti membris & corde iugati,
Ambo pares genio, meritis & moribus ambo,
Sexum quiſque ſuum pretioſis actibus ornans.

Amplexu cuius ſint colla reuincta ſub vno,
Et multos placidis peragatis luſibus annos,
* alterutes *Hoc velit * alterutrum quicquid dilexerit alter,*
Æqua ſalus ambobus eat, duo pectora ſeruet,
Vnus amor viuo ſolidamine iunctus aleſcat.
Auſpiciis veſtris cunctorum gaudia ſurgant,
Pacem mundus amet, victrix concordia regnet.
Sic iterum natis celebretis vota parentes,
Et de natorum teneatis prole nepotes.

Item in laude Sigiberti Regis atque Reginæ Brunichildis.

Victor ab occaſu quem laus extendit in ortum,
Et facit egregium principis eſſe caput.
Quis tibi digna ferat, nam me vel dicere pauca!
*Non trahit * iturum, ſed tuus vrget amor.*
* ingreſſum *Si nunc Virgilius, ſi forſitan eſſet Homerus,*
Nomine de veſtro iam legeretur opus.
Sigiberte potens generoſis clare triumphis,
Hinc noua te virtus, prædicat inde genus.
Cuius rapta ſemel ſumpſit victoria pennas,
Et tua vulgando proſpera facta volat.
* Thuringi reſonant *Saxona * Thoringo reſonet ſua damna mouentes,*
Vnius ad laudem tot cecidiſſe viros.
Quod tunc ante aciem pedibus prior omnibus iſti,
Hinc modò te Reges vnde ſequatur habes.
Proſperitate noua pacem tua bella dederunt,
Et peperit gladius gaudia certa tuus.
Plus tamen vt placeas, cum ſit victoria iactans,
* ſubis *Tu magis vnde * ſubes, mitior inde manes.*
Eſt tibi ſummus honor, ſed mens præceſſit honore,
* vt * debitor. *Moribus * & veſtris * debitus extet apex.*
Iuſtitiæ cultor pietatis amore coruſcas,
Quod te plus habeat, certat vtrumque bonum.
Lingua, decus, virtus, bonitas, mens, gratia pollens,
Ornarent cunctos ſingula veſtra viros.
Cunctorum cauſas intra tua pectora condis,
Pro populi requie te pia cura tenet.
Omnibus vna ſalus qualis datus ordine ſacro,
Tempore præſenti gaudia priſca refers.
Catholico cultu decorata eſt optima coniux,
Eccleſiæ creuit te faciente domus.
Reginam meritis Brunichildem Chriſtus amore,
Tunc ſibi coniunxit hanc tibi quando dedit.
Altera vota colis melius, quia munere Chriſti,
Pectora iuncta prius, plus modò lege placent.
Rex pie Reginæ tanto de lumine gaude,
Adquiſita bis eſt quæ tibi nupta ſemel.
Pulcra, modeſta, decens, ſollers, pia, grata, benigna,
Ingenio, vultu, nobilitate potens.
Sed quamuis tantum meruiſſet ſola decorem,
Ante tamen homini, nunc placet ecce Deo.
Sæcula longa micans chara cum coniuge ducas.
Quam tibi diuinus conſociauit amor.

In laude Chariberti Regis.

Inclita magnarum preceſſit gloria rerum,
Et de Rege pio ſparſit vbique decus.
Quem grauitate, animo, ſenſu, moderamine legum,
Prædicat occiduus Sol orienſque virum.
A *Qui quadripertiti mundi ſub partibus amplis,*
Fructificante fide ſemina laudis habet.
Hinc cui barbaries, illinc Romania plaudit,
Diuerſis linguis laus ſonat vna viri.
Dilige regnantem celſa Pariſius arce,
Et cole tutorem qui tibi præbet opem:
Hunc modò læta fauens auidis amplectere palmis,
Qui iure eſt dominus, ſed pietate pater.
De Childeberto veteres compeſce dolores,
Rex placidus rediit qui tua vota fouet.
B *Ille fuit mitis, ſapiens, bonus omnibus æquus,*
Non cecidit patruus, dum ſtat in vrbe nepos.
Dignus erat hæres eius ſibi ſumere regnum,
Qui non eſt illo laude iuuente minor.
Charibertus adeſt, qui publica iura gubernans,
Tempore præſenti gaudia priſca refert.
In tantum patruo ſe prodidit eſſe ſequacem,
Et modò ſit tutor coniugis iſte nepos.
Qui Childeberti retinens dulcedine nomen,
Eius natarum eſt frater & ipſe pater.
C *Quæ bene defenſa placito moderamine Regis,*
In conſobrino ſpem genitoris habent.
Maxima progenies generoſa luce coruſcans,
Cuius ab excelſis gloria currit auis.
Nam quoſcunque velim veterum memorare parentū,
Stirpis honorificæ regius ordo fluit.
Cuius celſa fides eduxit ad aſtra cacumen,
Atque ſuper gentes intulit illa pedes.
Hoſtes calcauit tumidos, erexit amicos:
Fouit ſubiectos, terruit atque feros.
Cur tamen hic repetam præconia celſa priorum,
D *Cum potius tua laus ornet honore genus?*
Illi auxere armis patriam; ſed ſanguine fuſos,
Tu plus adquiris qui ſine clade regis.
Quos prius infeſtis laſſarunt bella periclis,
Hos modò ſecuros pacis amore foues.
Omnia læta canunt fælicia tempora Regis,
Cuius in auſpiciis floret opima quies.
Per quem tranquilla terrarum fruges abundat,
Deuotis populis eſt tua vita ſeges.
Cum te naſcentem meruerunt ſæcula Regem,
Lumine maiori fulſit in orbe dies.
E *Poſteritate noua tandem ſua gaudia cernens,*
Creſcere ſe dixit prolis honore pater.
Qui quamuis eſſet ſublimi vertice rector,
Altius erexit te veniente caput.
Lætus in hæredis gremio ſua vota reclinans,
Floruit inde magis ſpe meliore ſenis.
Ante alios fratres regali germine natus,
Ordine quis ſenior, ſic pietate prior.
Prædicat hinc bonitas, illinc ſapientia plaudit,
Inter vtrumque decus te ſibi quiſque rapit.
F *De patruo pietas & de patre fulget acumen,*
Vnius in vultu viuit vterque parens.
Quis habuere ambo laudes tu colligis omnes,
Et reparas ſolus lege fauente duos.
Semita iuſtitiæ, grauitatis norma refulges,
Et ſpeculum vitæ dat pretioſa fides.
Tranquillis animis moderatio fixa tenetur,
Qui portum in proprio pectore ſemper habes.
Tempeſtas nullo penetrat tua corda tumultu,
Ne ſenſu titubes anchora mentis adeſt.

Conſtantes animos non ventilat aula ſuſurrans,
Nec leuiter facili mobilitate trahit.
Hinc bene diſpoſito comitatur gloria curſu,
Quod ſe mature mens moderata regit.
Conſilium vigilans alta radice retractas,
Et res clauſa aliis, eſt manifeſta tibi.
Publica iura mouens proceres tecum regis omnes,
Spes eſt conſilij te monitore ſequi.
Hinc quoties felix legatio denique pergit,
Ingreditur cautè quam tua lingua regit.
Quod tam mirifico floret patientia cultu,
Magna quies vitæ ſunt tibi diuitiæ.
Iuſtitiæ rector, venerandi iuris amator,
Iudicium ſapiens de Salomone trahis.
Tu melior fidei merito, nam principis ampli,
Traiani ingenium de pietate refers.
Quid repetam maturum animũ, qui tempore noſtro,
Antiquis auidè gratia vita places.
Si veniant aliquæ variato murmure cauſæ,
Pondera mox legum Regis ab ore fluunt.
Quamuis confuſas referant certamina voces,
Nodoſæ litis ſoluere fila potes.
Obtinet adueniens fructum cui iuſta petuntur,
Quem ſua cauſa fouet præmia victor habet.
Cuius clara fides valida radice tenetur,
Antea mons migrat, quam tua verba cadant.
Spes ſtat promiſſa nullo mutabilis actu,
Cui ſit pacta ſemel perpetuata manet.
Illa domus proprio ſub pondere tuta tenetur,
Quæ fundamento ſtat bene fixa ſuo.
Cum ſis progenitus clara de gente Sicamber,
Floret in eloquio lingua latina tuo.
Qualis es in propria docto ſermone loquela,
Qui nos Romanos vincis in eloquio.
Splendet more dies deterſa fronte ſerenus,
Sinceros animos nubila nulla premunt.
Blanda ſerenatum circundat gratia vultum,
Lætitiam populus Regis ab ore capit.
Muneribus largis replet tua gratia cunctos,
Vt mea dicta probes plebs mihi teſtis adeſt.
O bonitas immenſa Dei, qua diuite cenſu,
Quod famulis tribuit, hoc putat eſſe ſuum.
Erigis abiectos, electos lege tueris,
Omnibus in totum factus es omne bonum.
Protegat omnipotens pietatis munere Regem,
Et dominum ſeruet quem dedit eſſe patrem.
Ciues te cupiant, tu gaudia ciuibus addas,
Plebs placeat famulans, Rex pietate regat.

De Teudechilde Regina egregia.

Inclita progenies regali ſtirpe coruſcans,
E: Odran- nod Theo dec ildem Reginam. *Cui celſum à proauis nomen origo dedit.*
Currit in orbe volans generis noua gloria veſtri,
Et ſimul hinc frater perſonat, inde pater.
Sed quamuis niteat generoſa propago parentum,
Moribus ex veſtris multiplicatus honor.
Cernimus in vobis quicquid laudatur in illis,
al. Theodechilda. *Ornaſti antiquum Theodechilde genus.*
Mens veneràda, decens, ſollers, pia, chara, benigna,
Cum ſis prole potens gratia maior adeſt.
al. gente al. Ritanes *Et vitans odij cauſas micat ampla poteſtas,*
A *Quæ terrore minor plus in amore venis.* al. alma al. minus al. venis
Mitis ab ore ſonus ſuauiſſima dicta reſultant,
Verbaque colloquij ſunt quaſi mella faui.
Fœmineum ſexum quantum præcedis honore,
Tantum alias ſuperas & pietatis ope.
Si nouus adueniat, recipis ſic mente benigna.
Ac ſi ſeruitiis iam placuiſſet aur̃.
Pauperibus feſſis tua dextera ſeminat eſcas,
Vt ſegetes fructu fertiliore metas.
Vnde fouet inopes ſemper ſatiata manebis,
B *Et quem ſumis egens ſit tuus ille cibus.*
Peruenit ad Chriſtum quicquid largiris egeno,
Et ſi nemo videt non peritura manent.
Cum venit extremus finis concludere mundum,
Omnia dum pereunt, tu meliora petis.
Eccleſiæ ſacra te diſpenſante nouantur,
Ipſa domum Chriſti condis, & ille tuam.
Tu fabricas illi terris, dabit ille ſupernis,
Commutas melius ſic habitura polos.
Stat ſine fraude tuum quod mittis ad aſtra talentũ,
Quas bene diſpergis has tibi condis opes,
C *Quæ Domino vinis ſummo non perdis honores,*
Regna tenes terris, regna tenenda polis.
Sit modo longa ſalus pro munere plebis in vrbe,
Felix quæ meritis luce perennis eris.

De Berthilde ſacra virgine.

Mens deuota Deo Berthildis corde coruſcans,
Pectore ſub cuius Chriſtus amore manet.
Reſpiciens mortale malum vitalia ſeruans,
D *Vnde fugis terras hinc petis aſtra magis.*
Immaculata nitens neſcis contagia mundi.
Sordibus humanis libera membra geris.
Signa pudicitiæ debentur præmia ſacræ,
Virgo dicata Deo hinc rapienda polo.
Ille tenet cælos cui tu complexa videris,
Quo tuus eſt ſponſus huc eris ipſa ſimul.
Non cupis auro humeros nec collum pingere gemmis,
Sed melius caſto pectore pura micas.
Mutaſti veſtem, mutaſti gentis honorem
E *Cum thalamus Domini ſponſa iuganda venis,*
Quam meliore via meruiſti, vota tenere,
Quando creatori forma creata places.
Pauperibus largas das eſurientibus eſcas,
Neſcit habere famem qui tua tecta petit.
Qui ſine veſte iacet tegmen pietate miniſtras,
Vnde calet nudus frigora nulla times.
Te redimente pia captiui vincula laxans:
Quæ ſoluis vinctos, libera ſemper eris.
Diſtribuis cenſum, nullis ſua vota negando,
F *Diuitiaſque tuas omnibus eſſe facis.*
Colligis in cælis quicquid diſpergis in aruis,
Semina nunc fundis, poſt meliora metes.
Quicquid habet mundus fugitiuo tramite tranſit,
Tempore tu modico ſemper habenda facis.
Hic tibi longæuis ſit vita ſuperſtes in annis:
Rurſus in æternum ſit tibi vera ſalus.

De Goiſuinta & eius filia Geleſvinta.

Caſſibus incertis rerum fortuna rotatur,
Nec figit ſtabilem pendula vita pedem.

Semper in ambiguo ſaclum rota lubrica voluit,
Et fragili glacie lapſibus itur iter.
Nulli certa dies, nulli ſua certior hora,
Sic ſumus in ſtatu debiliore vitro.
Dum greſſu ancipiti trahit ignorantia fallens,
Huc laſet ars foueæ quo putat eſſe viæ.
Neſcia mens hominum quod ſit necis atque ſalutis,
Lucifer an vita eſt, mori ſibi veſper erit.
His premimur tenebris ignari ſorte futuri,
Et vaga tam fragile hæc tempora tempus habent,
Toletus geminas miſit ſibi Gallia turres,
Prima ſtante quidem, fracta ſecunda iacet.
Alta ſuper colles ſpecioſa cacumina pulcro,
Flatibus infeſtis culmine lapſa ruit.
Sedibus in patriæ ſua fundamenta relinquens,
Cardine mota ſuo non ſtetit vna diu.
De proprio migrata ſolo noua mors ſit arena,
Exul & his terris heu peregrina iacet.
Quis valet ordiri tanti præſagia luctus,
Stamine quo cœpit texere flenda dolor?
Cum primum algentes iungi peteretur ad arctos,
Regia regali Galeſuinta thoro.
Fixa Cupido reis caperet huc frigora flammis,
Vinceret & gelida ſub regione calent.
Hoc vbi virgo metu audituque exterrita ſenſit,
Currit ad amplexus Goiſuinta tuos.
Tum matris collecta ſinu malè ſana reclinans,
Ne diuellatur ſe tenet vngue manus.
Brachia conſtringens nectit ſine fine catenam,
Et matrem amplexu per ſua membra ligat.
Illis viſceribus retineri filia poſcens,
Ex quibus ante ſibi lucis origo fuit.
Committens ſecura eius ſe faſce leuari,
Cuius clauſa vteri pignore tuta fuit.
Tum gemitu fit mæſta domus, ſtrepit aula tumultu,
Reginæ fletu plorat & omnis honor.
In populi facie lacrymarum flumina ſordent,
Infans qui affectum neſcit & ipſe gemit.
Inſtant legati Germanica regna requiri,
Narrantes longa tempora tarda viæ.
Sed matris moti gemitu ſua viſcera ſoluunt,
Et qui compellunt diſſimulare volunt.
Dum natæ amplexu genitrix nudata tenetur,
Prætereunt duplex, tertia, quarta, dies.
Inſtant legati nota regione reuerti,
Quos his alloquitur Goiſuinta gemens.
Si feritate trucis premerer captiua Geloni,
Forſan ad has lacrymas & pius hoſtis erat.
Sic nec corde pius cupidus mihi crederet hoſtis,
Vt nec tam ad precium barbara præda darer.
Si neque ſic animum velit inclinare cruentum,
Matri præſtaret quo ſimul iret iter.
Nunc mora nulla datur precio neque flectimur vllo,
Qui nihil indulget ſæuius hoſte nocet.
Poſt vteri gemitus, poſt multa pericula partus,
Poſtque laboris onus quod graue fœta tuli.
Qua genui nata matrem me non licet eſſe,
Ipſaque naturæ lex mihi tota perit,
Affectu ieiuna meo lacrymoſa repellor,
Nec pietas aditum, nec dat origo locum,
Quid rapitis? differte dies dum diſco dolores,
Solamenque malis ſit mora ſola mei.

A *Quando iterum videam, quando hac mihi lumina claudent,*
Quand iterum natæ per pia colla cadam?
Vnde precor teneræ greſſum ſpectabo puellæ,
Oblectetque animum matris & ipſe iocus?
Poſt cauſas quas regna gerunt vbi mæſta reclinem,
Quis colat affectu lambiat ore caput?
Extenſis palmis quis currat ad oſcula, vel quæ
Ceruici inſiliant pendula membra mea.
Quem teneam gremio blando ſub faſce laborans,
B *Aut leniore manu verberer ipſa ioco.*
Nec ſe ferre ſinu quanquam ſis adulta grauarer,
Quæ mihi dulce nimis & leue pondus eras.
Cur noua rura petas illic vbi non ero mater:
An regio forſan non capit vna duas.
Quæ genuere ergo lacerentur viſcera luctu,
Gaudia cui pereunt tempora fletus erunt.
Plorans perdam oculos, duces mea lumina tecum,
Si tota ire vetor, pars mea te ſequitur.
Tũ proceres, famuli, domus, vrbs, Rex ipſe remugit,
C *Quaque petiſſet iter vox grauis vna gemit.*
Preceſſere fores tandem ſed turba moroſa,
Soluere dum properat, ſe properando ligat.
Hinc tenet affectus, rapit inde tumultus euntes,
Sic per vtraſque vices flebile feruet opus.
Alter abire, monet, rogat alter amore redire,
Sic variante fide hic trahit, ille tenet.
Diuiditur populus per regna nouella vetuſtus,
Stat pater, it genitus, ſtat ſocer itque gener.
Aſtans qui trepidam patriam migrare putaret,
Et quaſi captiuum crederet ire ſolum.
D *Procedunt portis ferrato in ponte retenti,*
Protulit hoc fletu Geleſuinta caput.
Sic gremio Tolete tuo nutribat vt ægra
Excludat portis triſtis alumna tuis.
Quoque magis crucies predans me vulnera luctu,
Stas felix regio, cur ego præda trahor?
Antea clauſa fui, modo te conſiderò totum,
Nunc mihi nota prius quando recedo ferox.
Hinc te dinumero currens per culmina viſu
En ego de numero non ero ſola tuo.
Crudeles porta quæ me laxaſtis euntem
E *Clauibus oppoſitis nec vetuiſtis iter.*
Antea vos geminas adamans petra vna ligaſſet
Quam daret huc vllam ianua panſa viam.
Vrbs pia plus fueras ſi murus tota fuiſſet
Me ire ac ne ſineres cingeret alta ſilex.
Pergo ignota locis trepidans, quidnam antea diſcam
Mores, gentem, animos, oppida, rura, nemus.
Quem precor inueniam peregrinis aduena terris
Quo mihi nemo venis cuius amice parens.
Dic ſi blanda poteſt nutrix aliena placere,
F *Qua lauet ora manu, vel caput ornet acu.*
Nulla puella choro neque collectanea ludat,
Hic mea blandities, hic mea cura iaces.
Si me non aliter vel nuda ſepulcra tenerent,
Viuere non licet hic, hic mihi dulce mori.
Non furor amplexu, neque viſu plena recedo,
Quæ me dimittis dura Tolete vale.
Sic accenſi animi lacrymarum flumina rumpunt,
Fixus & irriguas parturit ignis aquas.
Hinc iter arripiunt genitrix, nata agmina flentum,

Nec piget obſequiis mater anhela ſequi.
Deducit dulcem per arma viatica natam,
Implentur valles fletibus, alta tremunt.
Frangitur & denſus vacuis vlulatibus aër,
Ipſa repercuſſo murmure ſylua gemit.
Dat cauſas ſpatij genitrix vt longius iret,
Sed fuit optanti tempus iterque breue.
Peruenit quo mater ait ſeſe inde reuerti,
Sed quod velle prius, poſtea nolle fuit.
Rurſus adire cupit via quo fert inuia matrem,
Quam proceres retinent ne teneretur iter.
Hærebant in ſe amplexæ pariterque reflexæ:
Incipit hic gemitum Goiſuinta dolens.
Ciuibus ampla tuis anguſta Hiſpania matri,
Et regio ſoli tam citò clauſa mihi.
Quæ licet à Zephyro calidum percurris in Eurum,
Et de terreno tendis ad Oceanum.
Sufficiens populis quamuis regionibus amplis,
Quo eſt mea nata abſens terra mihi breuis es.
Nec minus hic ſine te errans & peregrina videbor,
Inque loco proprio ciuis & exul ero.
Quæſo quid inſpiciant oculi, quæ nota requirant,
Quæ mea nunc tecum lumina ducis amor.
Tu dolor vnus eris quiſquis mihi luſerit infans,
Amplexu alterius tu mihi pondus eris.
Curret, ſtet, ſedeat, fleat, inter & exeat alter,
Sola meis oculis dulcis imago redis.
Te fugiente errans aliena per oſcula curram,
Et ſuper ora gemens vbera ſicca premam.
De facie infantum plorantia lumina lambam,
Et teneras lacrymas inſatiata bibam.
Talis potu vtinam vel parte refrigerer vlla,
Aut plorata auidè mitiget vnda ſitim.
Quicquid erit, crucior, nulla hic medicamina proſūt,
Vulnere diſtillo Geleſuinta tuo.
Qua rogo nata manu chara hæc coma pexa nitebat,
Quis ſine me placidas lambiat ore genas?
Quis gremio foueat, genibus vehat, ambiat vlna,
Sed tibi præter me non ibi mater erit.
Quod ſupereſt timibundus amor hoc mandat eunti,
Sis precor ò felix, ſed caue, vade, vale.
Mitte auidæ matri vel per vaga flabra ſalutem,
Si venit ipſa mihi nunciet aura boni.
Filia tunc validis genitricis onuſta querelis,
Triſtis, inops animi, nec valitura loqui.
Clauſa voce diu vix fauce ſolubile fandi,
Pauca refert cordis vulnere lingua grauis,
Maieſtas ſi celſa Dei mihi tempora vellet,
Non dare plus vitæ, non daret iſta via.
Vltima ſed quoniam ſors irreuocabilis inſtat,
Si iam nemo vetat quo trahit ira ſequar.
Hæc extrema tamen loquar & memoranda dolori,
Hinc tua non tua ſum Goiſuinta Vale.
Oſcula ſic rumpunt & fixa ori ora repellunt
Dum ſe non poſſunt, aëra lambit amor.
Hinc Pilenta potens loca Galliarum Geleſuinta,
Stabat fixa oculis triſtis eunte rota.
E contra genitrix poſt natam lumina tendens,
Vno ſtante loco pergit & ipſa ſimul.
Tota tremens agiles raperet ne mula quadrigas,
Aut equus impatiens verteret axe rotas.
Sollicitis oculis circumuolitabat amantem,
A *Illuc mente ſequens qua via flectit iter.*
Sæpe loquebatur quaſi ſecum nata ſederet,
Abſentemque manu viſa tenere ſua.
Prendere ſe credens in ventos brachia iactat
Nec natam recipit, ſed vaga flabra ferit.
Inter tot comites vnam ſpectabat euntem,
Sola videbatur qua ſuus ibat amor.
Plus genitrix ſuſpenſa animo, quàm filia curru,
Hæc titubans votis ibat & illa rotis.
Donec longè oculis ſpatioque euanuit amplo,
B *Nec viſum attingit dum tegit vmbra diem.*
Ipſa putat dubios natæ ſe cernere vultus,
Et cum forma fugit, dulcis imago redit.
O nomen pietate calens, ò cura fidelis!
Quamuis abſenti quid niſi mater eras?
Fletibus ora rigans, lamentis ſydera pulſans,
Singula commemorans dulcia, dura, pia.
Mobilis, impatiens, metuens, flens anxia mater,
Quid ſequeris, lacrymis augurat alter amor.
Illa tamen pergit qua trita viam orbita ſulcat,
C *Quiſque ſuis vacuos fletibus implet agros.*
Inde Pyreneas per nubes tranſilit Alpes,
Quaque pruinoſis Iulius alget aquis.
Qua niue candentes fugiunt ad ſydera montes,
Atque ſuper pluuias exit acutus apex.
Excipit hinc Narbo qui littora plana remordens,
Mitis Atax Rhodanus molliter intrat aquas.
Poſt aliquas vrbes Pictauis attigit arces,
Regalis pompa prætereundo viam.
Inclytus ille quibus verè amplus Hilarius oris,
Et ſatus & ſitus à core tonante loquax.
D *Thrax, Italꝰ, Perſa, Indus, Getaq; Daca, Britānꝰ,*
Huius in eloquio ſpem bibit, arma capit.
Sol radio, hic verbo generalia lumina fundunt,
Montibus ille diem, mentibus iſte fidem,
Hanc ego nempe vrbem conſpexi prætereuntem,
Molliter argenti turre rotante vehi.
Materno voluit pia quam Radegundis amore,
Cernere feruentem ſi daret vllus opem.
Sæpe tamen miſſis legatis dulcis adhæſit,
Et placidè coluit quod modò triſte dolet.
E *Turonicas terras Martini ad ſydera noti,*
Inde petit lento continuante gradu.
Vigennæ volucer tranſmittitur alueus alno,
Turba comes rapidis alacris exit aquis.
Excipit inde repens vitrea Liger algidus vnda,
Quo neque vel piſcem læuis arena tegit.
Peruenit qua ſe piſcoſo Sequana fluctu,
In mare fert iuncto Rhotomagenſe ſinu.
Iungitur ergo thoro regali culmine virgo,
Et magno meruit plebis amore coli.
F *Hos quoque muneribus permulcens vocibus illos,*
Et licet ignotos ſic facit eſſe ſuos.
Atque fidelis ei ſit gens armata per arma,
Iurat, iure ſuo ſe quoque lege ligat.
Regnabat placido componens tramite vitam,
Pauperibus tribuens aduena mater erat.
Quaque magis regno poſſit ſupereſſe perenni,
Catholicæ fidei conciliata placet:
O dolor inſignis qui differt tempore fletus,
Lugubreſque vices plura loquendo tacet.
Improba ſors hominū qua improuiſo abdita lapſu

Tot bona tam ſubito ſorte volante fugas.
Nam breue tempus habens conſortia nexa iugalis,
Principio vitæ funere rapta fuit.
Præcipiti caſu volucri præuenta ſub ictu,
Deficit & verſo lumine lumen obit.
Infelix nutrix audito funere alumnæ,
Exanimum ad corpus vix animata volat.
Ipſa inter famulas incumbens prima fidelis,
Hæc tandem potuit clauſa dolore loqui.
Sic placidæ matri promiſi peſſima nutrix,
Te longè incolumem Geleſuinta fore.
Sic extincta meum mea cernunt lumina lumen,
Pallida ſic facies qua roborante fuit.
Dic aliquid miſerens miſera mihi redde loquelas,
Quid referam ad matrem ſi remeare licet?
Hoc propter tantos peregrina ſecuta labores,
Pro vice tale mihi munus alumna refers?
Optabas pariter nobis vitam atque ſepulcra,
Quæ tecum vixi me ſine paſſa mori.
Ordo vtinam vitæ iuuenique ſenique fuiſſet,
Teſtante incolumi me prius ire neci.
Vix paucos profert, vocem rapit alter ab ore,
Nec valet vna loqui quod videt aula gemi.
Interea vehitur triſti lacrymata feretro,
Soluit & obſequiis obſequialis amor.
Ducitur, ornatur, deponitur, vndique fletur,
Conditur & tumulo ſic peregrina ſuo.
Paſcitur & ſubitò rerum mirabile ſignum,
Dum pendens lacrymis lucet ad obſequium.
Decidit in lapidem nec vergit & integer arſit,
Nec vitrum, ſaxis nec perit ignis aquis:
Fama recens reſides Germanæ pertulit aures,
Affectuque pio ſic mouet ora ſoror.
Hanc rogo Germanæ mandaſti chara ſalutem,
Scripta tuis digitis hoc mihi charta refert.
Sollicitis oculis expectabam vnde venires,
Quale precata fui non magis illud iter.
Notaui Gallis te vt huc Hiſpania ferret,
Non te hic chara ſoror, non ibi mater habet.
Extremo obſequio non huc Brunichildis adiui,
Si tibi nil vmæ mortis honore darem.
Cur peregrina tuos non clauſi dulcis ocellos,
Auribus aut auidis vltima verba bibi.
Officij triſti nihil impedit ipſa ſorori,
Membra, manus, faciem nec manus iſta tegit.
Non licuit fundi lacrymas nec ab ore reſorbi,
Frigida nec tepidæ viſcera fonte lauo
Nutritas pariter iunctas regionibus iiſdem,
Curat mortis iter diuidis alte dolo.
Sicque relicta ſoror caſu laceratur ademptæ,
Hæc vocat, illa iacet, nec repetita redit.
Germanæ validos audit Germania fletus,
Quaque recurrit iter queſtibus aſtra ferit.
Nomine ſæpe vocans te Geleſuinta ſororem,
Hoc fontes, ſyluæ, flumina, rura, ſonant.
Geleſuinta taces, reſponde vt muta ſorori,
Reſpondent lapides, mons, nemus, vnda, polus.
Anxia ſollicitans ipſas interrogat auras,
Sed de Germanæ cuncta ſaluto ſilent.
Nuncius hic ſubito fluuios tranſcendit & Alpes,
Mœroriſque grauis tam cito penna volat.
Optandum fuerat poſtquam loca cuncta repleſſet,
A *Tardius ad matrem hic dolor iret iter.*
Sed quod fama refert qui plus amat, & prius audit,
Ac dubium credit dante timore fidem.
Mox igitur matris iaculans dolor attigit aures,
Anxia ſucciſo poplite lapſa ruit.
Audita de morte vna mors altera pulſat,
Et pene incolumi corpore funus erat.
Pallida ſuffuſo tum Geleſuinta rubore,
Molliter hæc anima vix redeunte refert.
Siccine me tenero natæ ſolabar amore.
Vt mea nunc grauius viſcera vulnus alit.
B *Si noſtrum tuum lumen obit, ſi nata receſſit,*
Has ad quid lacrymas muda me vocitas?
Erraſti mors dura nimis cum tollere matrem
Funere debueras ſors tibi nata fuit.
O vtinam merſi ceciſſent fluminis ripis,
Naufraga ſeu ſuis terra natasset aquis.
Alta Pyrenæi tetigiſſent ſydera montes,
Vitrea vel glacies conſolidaſſet iter.
Quando relaxauit te Geleſuinta ſub arcto,
Vt nec rheda rotis, non equus eſſet aquis.
Hoc ergo illud erat quod mens præſaga timebat,
C *Non poſſe amplexu vellere nata meo.*
Paruimus vobis alienis iuſſa ſequentes,
Promiſſa exiſti non reditura mihi.
Hoc erat altus amor placida dulcedine natæ,
Quod teneris tabiis vbera preſſa dedi.
Cur hinc lactis opem produxit vena mamillæ,
Cur alimenta dedi, nec habitura fui?
Sæpe ſuperantem furtiua per oſcula ſuxi,
Vt leue dormires viſcera ſuppoſui.
Optaſſe extremum de te quid profuit illud,
Luderet vt gremiis paruula neptis auis!
Nec felix vota aut infelix funera vidi,
D *Perdidit heu nimius hoc labor, illud amor.*
Partitis lacrymis ſoror hinc, inde anxia mater,
Vocibus hæc Rhenum, pulſat & illa Tagum.
Condolet hinc Patauus, gemit illinc Bæticus axis,
Perſtrepit hoc Vachalus, illud Hyberus aquis.
Tot lacrymas ſtillaſſe ſat eſt, ſed ab imbre vaporis,
Non releuanda ſitim gutta miniſtrat opem.
Affectus ſi forte poteſt miteſcere dicam,
Non ea flenda iacet quæ loca læta tenet.
Dicite ſi quid ei nocuit quam tempore lapſo,
Mortis iter rapuit vita perennis alit.
E *Quæ modo cum Stephano cæleſti conſule pergit.*
Fulget Apoſtolico principe clara Petro.
Matre ſimul Domini plaudens radiante Maria,
Rege ſub æterno militat illa Deo.
Conciliata placet, precioſo funere fulget,
Depoſita veteri nunc ſtola pulchra tegit.
Atque vtinam nobis illos accedere vultus,
Cedat amore Deus per mare, per gladios.
Vitæ ſigna tenet vitreo cum vaſe cadente,
Non aqua reſtrinxit, nec petra fregit humi.
F *Tu quoque mater habes conſultum voce Tonantis,*
De nata & genero, nepte, nepote, viro.
Credite Chriſticolæ viuam quia credidit illam,
Non hanc flere decet quam Paradiſus habet.

De horto Vltrogothonis Reginæ.

Hic ver purpureum viridantia gramina gignit,
Et Paradiſiacas ſpargit odore roſas.
Hic tener æſtiuas defendit pampinus vmbras,
Præbet & vuiferis frondea tecta comis.
Pinxeruntque locum variato germine flores,
Pomaque veſtiuit candor & inde rubor.
Mitior hinc æſtas vbi molli blanda ſuſurro,
Aura leuis ſemper pendula mala quatit.
Hæc magno inſeruit Rex Childebertus amore,
Charius iſta placent quæ manus illa dedit.
De cultore trahit mellitum planta ſaporem,
Forſan & hic tacitos miſcuit ille fauos.
Regis honore nouis duplicata eſt gratia pomis,
Nare ſuauis odor, dulcis amore ſapor.
Qualiter ille hominum potuit prodeſſe ſaluti,
Cuius & in pomis tactus odore placet.
Felix perpetua generetur ab arbore fructus,
Vt de Rege pio ſit memor omnis homo.
Hinc iter eius erat cum limina ſancta petebat,
Quæ modo promeritis incolit ille magis.
Antea nam vicibus loca ſancta terebat amatus;
Hunc tamen aſſidue templa beata tenet.
Poſſideas felix hæc Vltrogotho per æuum,
Cum geminis natis tertia mater ouans.

De villa Cantublando.

Venimus ad Cantum felici tramite blandum,
Aregium lætor quo reperiſſe patrem.
Quod petit inſtigans auido gula noſtra barathro,
Excipiunt oculos aurea poma meos.
Vndique concurrunt variato mala colore,
Credas vt pietas me metuiſſe dapes.
Vix digitis tetigi, fauce hauſi, dente rotaui,
Migrauitque alio præda citata loco.
Nam ſopor ante placet quæ traxit naris odorem,
Sit vincente gula naris honore carens.

De coco qui ſibi nauem tulit.

Cur mihi tam validas innectis cura querelas,
Heu mea vel tandem deſere corda dolor.
Quid reuocas caſus? iam me mea ſarcina laſſat,
Quod iactare puto cum duplicatur onus?
Triſtius erro nimis patris vagus exul ab oris,
Quam ſit Appollonius naufragus hoſpes aquis.
Venimus humeti, tocus illic regius inſtat,
Abſenti nautas abſtulit atque ratem.
De flammis ardente manu qui diripit eſcas,
Ille rati neſcit parcere tutus aquis.
Corde niger, fumo ſparſus, fuligine tinctus,
Et cuius facies cacabus alter adeſt.
Qui ſua ſordentem pinxerunt arma colorem,
Frixuræ cucumæ ſtaſa patella tripes.
Indignus verſu, potius carbone notetur,
Et piceum referat turpis imago virum.
Res indigna nimis grauis eſt iniuria facti,
Plus iuſcella coci quam mea cura valent.
Nec tantum codex quantum ſe cacabus effert,

A *Vt mea nec mihi ſit participata ratis.*
Sed tamen auxilium ſolito porrexit amore,
Qui Domini paſcens villicus auget opes.
Præſtitit & gracili pauidus cum lintre cucurrit;
Imbre Euro fluuio ſed madefactus ego.
Iactauit reliquos ſequerentur vt inde pedeſtres,
Nam ſi nemo foris, nemo nec intus erat.
Mergere mox habuit cunctos rapiente periclo,
Naufragij teſtis nemo ſuperſtes erat.
Sic vicinus eram poſtquam iactauimus omnes;
B *Ictibus vt crebris lamberet vnda pedes.*
Obſequium dixere nouæ modo uolo lauari,
Sed tamen inſtabat lympha ligare pedes.
Nauriacum veniens refero mea triſtia Regi;
Riſit, & ore pio iuſſit adeſſe ratem.
Quærunt, nec poterant aliquam reperire carinam,
Donec cuncta cohors regia fluxit aquis.
Reſtitit hic ſolus præſtans ſolatia Gogo,
Quod tribuit cunctis non negat ille ſuis.
Dulcius alloquitur comitem qui Papulus extat;
C *Vt quacunque mihi redderet ipſe ratem.*
Omnia perluſtrans vidit ſub littora lintrem,
Nec tamen hic poterat ſarcina noſtra capi.
Nauriacum interea fecit me ſtare parumper,
Ordinat & ſumptus quos locus ipſe dedit.
Quamuis parua ferat ſatis eſt mihi ſola voluntas;
Eſt nec parua quidem quam dat amator opem.
Addidit atque comes mihi pocula gratus amicus;
In quantum poterat rure parare merum.
Sic mihi iocundam direxit Papule proram;
Felix viue, vale, dulcis amice comes.

D

Ad Dinamium Maſſilienſem.

Expecto te noſter amor venerande Dinami,
Quamuis abſentem quem mea cura videt.
Quæ loca te teneant venientia flabra requiro,
Si fugias oculos, non fugis hinc animos.
Maſſiliæ tibi regna placent, Germania nobis,
Vulſus ab aſpectu pectore vinctus ades.
Quo ſine te tua pars hucvſque oblita remanſit,
Nec reuocas animo membra relicta tuo.
E *Si ſopor oppreſſit tibi me vel ſomnia narrent,*
Nam ſolet vnanimes ipſa videre quies.
Si vigilas fateor veniam tibi culpa negabit,
Nil vnde excuſes deſidioſus habes.
Altera ſigniferi reuolutis menſibus anni,
Solis anhelantes orbita laſſat equos.
Cum mea diſcedens rapuiſti lumina tecum,
Et modo nil ſine te cerno patente die.
Vel mihi verba dares de fonte refuſa loquaci,
Vt fateret tecum pagina miſſa loqui.
F *Sed tamen vt tandem venias hæc charius hortor,*
Te reuocet oculis lumen, amice, meis.

Item ad ipſum Dinamium.

Tempora præcipiti quos inuidiſtis amore;
Officium voti quod vetuiſtis agi.
Per Siricos modulos, & fila loquacia plectris;
Qua tytharis Eratho dulce reliſit ebur.
Ecce vaporiferum ſitiens canis exerit aſtrum,

Et per hiulcatos feruor anhelat agros.
Hinc metuens ſimenti ne me iacularer ab igne,
Sanguine laxato brachia nexa gero.
Libitur unde cruor modo manus inde tenetur,
Et dextram innocuam vena ſoluta ligat.
Vt ſine temperie validi ſitis vrat amoris,
Cauſa mea votis abſiſtit iſta grauis.
Neſcio quam proſit ratio perfuncta medelæ,
Me tamen inde vocat quo retinere facit.
Scribere ni digitis ſinerer ſatis illa fuiſſet,
Nunc mihi cura tui prima, ſecunda mei.
Ex ſtudio ſtudiis retrahor, ſilet vnda camænæ,
Carne fluit ſanies ne riget ora latex.
Muſicus ignis abeſt, algent in fonte ſorores,
Nam ſanguis latices hic gelat, unde rigat.
Si qua calent animo recitanda poëmata pangam,
Scis ipſe hoc ſtudio quam grauet arte labor.
Nam cruor ablatus magis otia lenta requirit,
Quoque frigus penetrat nec vapor vſtus adeſt.
Secretamque petit neu ſtabilis aura flagellet,
Quo recreans animum ſtat viror, alit odor.
Aſt ego poſthabeo affectu mea ſeria veſtro,
Cura tui faciem non mea terga tenet.
Poſt ſudorem habui modo non dare membra quieti,
Ordine poſtpoſito tempora rumpit amor.
Dico parum propri im tibi dum volo ferre ſalutem,
Sed mea proſpicio cum tua vota colo.
Nunc cape parua cate & pollens in lance Dinami,
Clare decore tuo, care fauore meo.
Partibus Italiæ aduecto mihi Rhenus & Iſter,
Quem cecinere prius quam daret ipſe locus.
Inſignem ſpecie, celſum lare, lege ſagacem,
Omnibus æqualem ſpe, ſale, pace, fide.
Incidit unde mihi, fateor, de ſorte viandi,
Arctoo gelida ſub regione calor.
Pluſque libens vultus efferuet totus in illis,
Ad patriæ reditus qui peregrina cohors.
Viſibus atque tuis iſſem velocius ac ſi,
Ad patris amplexus de Telamone ſatus.
Vix quoque tam cupidum vario ſinuamine ſulcat,
Ruſticus arte ſolum, nauita claſſe fretum.
Ex illo celebrande cliens ſtat pars mea tecum,
Et venis huc animæ pars mediata meæ.
Antea corde mihi notus per lumina viſus,
Quem mente aſtringo ſi neque tango manu.
Brahcia quæ necdum circum tua colla cateno,
Quod digiti nequeunt, alligat illud amor.
Longius inde abſens ibi, ſed pertingo quod opto,
Quo pede non venio, pectore totus eo.
Non licet obſtet Arar, Rhodanuſq; notamus amore,
Nec vetat ire animum qui vetat ire gradum.
Legi etiam miſſos alieno nomine verſus,
Quo quaſi per ſpeculum reddit imago virum.
Fonte camomeli quadrati porgis & orbs,
Ad loca quæ neſcis duceris oris aquis.
Hinc quoque non aliquo nobis abolende recedis,
Quo fixus ſcriptis noſceris eſſe tuis.
Interiora mei penetrans poſſeſſor agelli,
Felix perpetue dulcis amice Vale.
Spectans oris opem melius quam ſyderis optans,
Curat vt affectus ſtet tibi longa ſalus,
Sacris Theodori primo lare ſydera plaudo,

A *Felicis egregio quem dedit orbis honor.*
Albino eximio, Heliæ, claróque Iouino,
Pro Fortunato redde ſalutis opus.
Hæ tibi Æliſij modulatus ſimplice cantu,
Sed tonat archetypo barbitos inde ſopho.

INCIPIT LIBER SEXTVS.

AD GOGONEM LAVDATIO.

ORpheus orditas ageret dum pollice cordas,
B *Verbáque percuſſo pectine fila darent.*
Mox reſonante lyra tetigit dulcedine ſyluas,
Ad cytharæ cantus traxit amore feras.
Vndique miſerunt vacuata cubilia damas,
Depoſita rabie tigris & ipſe venit.
Sollicitante melo nimio Philomela volatu,
Pignora contemnens feſſa cucurrit auis.
Sed quamuis longo ſpatio laſſauerat alas,
Ad votum veniens ſe recreauit auis.
Sic ſtimulante tua captus dulcedine Goge,
Longa peregrinus regna viator adit.
C *Vndique feſtini veniunt vt promptius omnes,*
Sic tua lingua trahit ſicut & ille lyra:
Ipſe fatigatus huc poſtquam venerit exul,
Antea quo doluit te mediante caret.
Eruis afflictos gemitu, poſt gaudia plantas,
Ne tamen areſcant oris ab imbre foues.
Ædificas ſermone fauos, noua mella miniſtrans,
Dulcis & eloquij nectare vincis apes.
Vbere fonte rigat labiorum gratia pollens,
Cuius ab arcano vox epulanda fluit.
Peruigili ſenſu diues prudentia regnat,
Fomite condito cui ſalis vnda natat.
D *Qui fulgore animi radios à pectore vibras,*
Et micat interior lux imitata diem.
Sed vicibus mundū modo Sol, modo nubila complēt,
At tua ſemper habent corda ſerena diem.
Viſceribus promitis templum pietatis haberis,
Muneribuſque ſacris es fabricata domus.
Forma venuſta tibi proprio ſplendore coruſcat,
Vt mentis habitum vultus & ipſa probet.
Omne genus laudum ſpecie concludis in vna,
Nec plus eſt aliquid quàm tua forma gerit.
E *Principis arbitrio Sigeberti magnus haberis,*
Iudicium Regis fallere nemo poteſt.
Elegit ſapiens ſapientem, & amator amantem,
Ac veluti flores docta ſequeſtrat apis.
Illius & merito didiciſti talis haberi,
Et domini mores, ſerue benigne, refers.
Nuper ab Hiſpanis per multa pericula terris,
Egregio Regi gaudia ſumma vehis.
Diligis hunc tantum quantum meliora paraſti,
Nemo armis potuit quod tua lingua dedit.
F *Hæc bona ſi taceam, te noſtra ſilentia laudant,*
Nec voces ſpectas qui mea corda tenes.
Vera fauendo cano, neque me fallacia damnat,
Teſte loquor populo crimine liber ero.
Hæc tibi longinquos laus ardua ſurgat in annos,
Hæc te vita diu ſeruet & illa colat.

Digitized by Google

Ad Eundem Gogonem: Do Cœna.

Nectar vina cibus veſtris doctrina facultas,
Muneribus largus tu mihi Gogo ſates.
Te refluuus Cicero, tu noſter Apicius extas,
Hinc ſatias verbis, paſcis & inde cibis.
Sed modo da veniam vulla turgente quieſco,
Nam ſit his vteri ſi caro mixta fremat.
Hic vbi bos recubat fugiet puto pullus & anſer,
Cornibus & pennis non furor æquus erit.
Et modo iam ſomno languentia lumina claudo,
Nam dormire meum carmina læta probant.

Item ad eundem.

Quas mihi porrexit modo pagina miſſa querelas,
Immunem culpæ me loquor eſſe tuæ.
Cur cauſaremus? tua plus præſentia læſit,
Quo vos peccaſtis crimine culpor ego.
Non tamen ex tali titulo dulcedo peribit,
Fructus amicitiæ corde colente manet.

Ad ipſum Gogonem.

Nubila quæ rapido proflante Aquilone venitis,
Pendula ſyderio quæ mouet axe rota:
Dicite qua vegetet carus mihi Gogo ſalute,
Quid placidus rebus mente ſerenus agit.
Si prope fluctiuagi remoratur littora Rheni,
Vt Salomonis adeps rete trahatur aquis.
Inſuper viuiſeræ Moſellæ obambulat amnem.
Quo leuis ardentem temperet aura diem.
Pampinus & fluuius medios vbi mitigat æſtus,
Vitibus vmbra rigens, fluctibus vnda recens.
Aut Moſa dulce ſonãs quo grus, ganta, anſer, olorq;
Triplice merce ferax alite, piſce, rate.
An tenet herboſis qua frangitur Axona ripis,
Cuius aluntur aquis paſcua, prata, ſeges.
Eſeras, Aracares, Scaldis, Sates, Omena, Sura,
Seu qui Mettis adit de ſale nomen habens.
Aut æſtiua magis nemorum ſaltuſque pererrans,
Cuſpide, rete feras hinc capit, inde necat.
Ardenna, an Voſagus cerui, capræ, ilicis, vrſi,
Cæde ſagittifera ſylua fragore tonat.
Seu validi bufali ferit inter cornua campum,
Nec mortem differt viſus onager, aper.
An ſua rura calens exuſta nonalia ſulcat,
Et rude ceruici taurus ad atra gemit.
Siue Palatina reſidet modo lætus in aula,
Cui ſchola congrediens plaudit amore ſequax.
An cum dulce Iupo pietatis iura retractat,
Conſilióque pari mitia bella creant.
Quo paſcatur inops viduæ ſolatia præſtent,
Paruus tutorem, ſumat egenus opem.
Quicquid agunt pariter felicia vota ſecundent,
Et valeant Chriſti Regis amore ſui.
Vos precor ô venti qui curritis atque reditis,
Pro Fortunato nuncia ferte ſuo.

A

De Bodegiſlo Duce Maſſiliæ.

Pectore ſi ſterili nunc flumina larga rigarem,
Non te ſufficerem Dux Bodegiſle loqui.
Inuaſit noſtram ſubito tua gratia mentem,
Et modo plus veſter, quam meus eſſe velim.
Quo primum placidos merui cognoſcere vultus,
Oris ab vnguento membra refecta gero.
Colloquio dulci ſatiaſti pectus amantis,
B *Nam mihi deuoto dant tua verba cibum.*
Diſtribuunt epulas alij quæ corpora ſupplent,
Vnde animum ſaties das magis ipſe dapes.
Non ſic inficiunt placidiſſima mella falernum,
Ceu tuus obdulcat corpora noſtra ſapor.
Qualiter oblectas quo ſemper amare videris,
Horæ qui ſpatio me facis eſſe tuum
Quæ tibi ſit virtus ſi poſſim prodere vellem,
Sed paruo ingenio magna referre vetor.
Exiguus titubo tantarum pondere laudum,
Sed melius gradior quem tua facta regunt.
C *Maſſiliæ ductor feracis vota dediſti*
Rectoremque ſuum laude perenne refert.
Hic tibi conſimili merito Germania plaudit,
Ad laudem cuius certat vterque locus.
De bonitate tua lis eſt regionis vtraque,
Te petit illa ſibi, hæc retinere cupit.
Iuſtitiam pauper nunquam te iudice perdit,
Nec potuit precio vertere vera potens.
Non ligat immunem, non ſoluit pœna nocentem,
Nil perſona capit ſi ſua cauſa neget.
Lumina cordis habes animi radiante lucerna,
D *Et tuus æterna luce coruſcat apex.*
Ingenio torrente loquax de fonte ſalubri,
Diuitiaſque pias ore fluente rigas.
Si videas aliquem defectum forte labore,
Nilus vt Ægyptum, ſic tua lingua fouet.
Qui patrias leges intra tua pectora condens,
Simpliciter cauſæ ſoluere fila potes.
Aſſiduis epulis ſaturas, venerande, cateruas,
Et repletus abit qui tua tecta petit.
Si vinis in campo ſibi plebs paſcenda recurrit,
Conſequiturque ſuas te comitando dapes.
Vota feras cunctis per ſæcula longa ſuperſtes,
Et maneas populi ſemper in ore potens.

De Palatina filia Galli vxore Ducis.

Lucifer vt nitidos producit in æthera vultus,
Clarior & læto nunciat ore diem.
Ornat eundo polum, terras quoque lampade luſtrat,
Atque inter ſtellas lucida regna tenet.
F *Sit perpulcra tuo diffundens lumina vultu,*
Fæmineos vincis pulcrior ore thoros.
Et tibi ſic cecidit muliebris turba decora,
Vt Solis radiis lumine Luna minor.
Clara ſerenatos permutat forma colores,
Lilia nunc reparans, nunc verecunda roſas.
Credite nam ſi quis vultus conſpexerit illos,
Hic relegit flores quos dare verna ſolent.
Pingere non poſſunt pretioſam verba figuram,
Nec valet eloquium mira referre meum.

Gratior inceſſu, mitis, reuerenda, pudica,
Talis in ingenio qualis in ore nitor.
Blandior alloquio, placidis ſuauiſſima verbis,
Deſpiciamque lyram ſi tua lingua ſonat.
Pectore perſpicuo ſapientia prouida fulget,
Ornatur ſexus, te radiante, tuus.
Coniuge peruigili nituit magis aula mariti,
Floret & egregia diſpoſita arce domus.
Iure quidem magna eſt quæ eſt Galli filia magni,
Sed merito natæ creuit honore pater.
Non aliter poterat niſi munere clarior eſſe,
Quæ meruit celſo digna placere viro.
Eligit è multis qui charus amaret amantem,
Et iudex patriæ vendicat ipſe ſibi.
Ambo pares iuncti longos maneatis in annos,
Et quæcunque volunt gaudia veſtra ferant.

De Lupo Duce egregio.

Antiqui proceres & nomina celſa priorum,
Cedant cuncta Lupi munere vita Ducis.
Scipio quod ſapiens, Cato quod maturus agebat,
Pompeius felix, omnia ſolus habes.
Illis Conſulibus Romana potentia fulſit,
Te Duce ſed nobis hic modo Roma redit.
Te tribuente aditum cunctis fiducia ſurgit,
Libertatis opem libera lingua dedit.
Mæſtitiam ſi quis confuſo in pectore geſſit,
Poſtquam te vidit, ſpe meliore manet.
Funditus grauitate animi, quoq; corde profundus,
Tranquilli pelagi fundis ab ore ſalem.
Sed faciendo plebs magis tua munera profunt,
Tu condis ſenſus & ſalis vnda cibos.
Conſilij radix fæcundi vena ſaporis,
Ingenio viuax, ore tonante loquax.
Qui geminis rebus fulges in vtrôque paratus,
Quicquid corde capis prodere lingua poteſt.
Pectore ſub cuius firmantur pondera Regis,
Pollet & auxilio publica cura tuo.
Subdis amore nouo tua membra laboribus amplis,
Pro requie Regis dulce putatur onus.
O felix animus patriæ qui conſulit actus,
Et viuit cunctis mens generoſa viris.
Legati adueniunt, te reſpondente ligantur,
Et iaculo verbi mox iacuere tui.
Lancea ſermo fuit quoque vox armata loquentis,
Auſpicium palma te Sigebertus habet.
Reſponſum gentis ſenſu profertur ab illo,
Et votum populi vox valet vna loqui.
Cuius ab ingenio ſortita eſt cauſa triumphum,
Aſſertoris ope iuſtior illa fuit.
Nullus enim poterit proprias ita pendere cauſas,
Ceu tua pro cunctis inclyta lingua tonat.
Nullus vt Ægyptum recreat dum plenus inundat,
Sic tu colloquij flumine cuncta foues.
Iuſtitia florente fauent te iudice leges,
Cauſarúmque æquo pondere libra manes.
Ad te confugiunt, te ſingula celſa requirunt,
Nec petis vt habeas, te petit omnis honor.
In cuius gremio nutritur adepta poteſtas,
Quo rectore datus creſcere nouit apex.
Quam merito retinet conceſſos ſemper honores,

A *Per quem digna magis culmina culmen habent.*
Antiquos animos Romanæ ſtirpis adeptus,
Bella moues animis, iura quiete regis.
Fultus vtriſque bonis hinc armis, legibus illinc,
Quam bene ſit firmus cui fauet omne decus.
Quam tibi ſis firmus cum proſperitate ſuperna,
Saxonis & Dani gens cito vita probat.
Borda à quo fluuius ſinuoſo gurgite currit,
Hic aduerſa acies te Duce cæſa ruit.
Dimidium veſtris iuſſis tunc paruit agmen,
B *Quam merito vincit qui tua iuſſa facit.*
Ferratæ tunicæ ſudaſti pondere victor,
Et ſub puluerea nube coruſcus eras.
Tamque diu pugnas acie fugiente ſequutus,
Laugona dum vitreis terminus eſſet aquis.
Qui fugiebat iners amnis dedit ille ſepulchrum,
Pro Duce felici flumina bella gerunt.
Inter concives meruit te Gallia lumen,
Lampade qui cordis ſplendor vbique micas.
Sunt quos forma potens, ſunt quos ſapiētia præfert,
Singula ſunt aliis, ſed bona plura tibi.
C *Occurrens dominis veneranda palatia comples,*
Et tecum ingrediens multiplicatur honor.
Te veniente nouo domus emicat alma ſereno,
Et reparant genitum regia tecta ſuum.
Nempe oculos recipit cum te videt aula redire,
Quem commune Ducum lumina lumen habent.
Principis auxilium, patriæ decus, arma parentum,
Conſultum, reliquis omnibus vnus amor.
Admiranda etiam quid de dulcedine dicam,
Nectare qui plenus inſtruis ore fauos.
D *Chara ſerenatum comitatur gratia vultum,*
Fulget & interius perpetuata dies.
Quos ſatias eſcis reficis ſermone benignus,
Sepoſitis epulis ſunt tua verba dapes.
Quis tibi digna loqui valeat quem voce potente,
Rex pius ornatum prædicat eſſe ſuum?
Sit tibi ſummus apex illo regnante per æuum,
Vitaque ſit præſens atque futura colat.

Ad eundem Ducem.

E *Æſtifer ignitas cum Iulius vrit arenas,*
Siccáque puluerea margine terra ſitit.
Languidior placidas vix pāpinus explicat vmbras,
Mollior & glaucas contrahit herba comas.
Summiſſis foliis Phœbi regnante vapore,
Vix ſua defendit frigida tecta manus.
Pabula faſtidiens fugit æſtu bucula ſaltus,
Ipſe nec afflictus gramina ſumit equus.
Longius expoſita lingua canis ora flagellat,
F *Ilia laſſa trahens triſtis anhelat ouis.*
Forte viator iter gradiens feruentibus horis,
Vritur accenſis Sole premente comis.
Qui areſcente ſolo modico recreetur vt hauſtu,
Sæpius irriguas anxius optat aquas.
Arboris aut tremulæ viridante cacumine fuſo,
Frondibus oppoſitis temperat ora ſiti.
Proſperitate noua ſi iam prope lucus opacet,
Et vitrei fontis ſibilat vnda recens.
Huc properans placitis homo lætus ſternitur aruis,
Voluit in herboſos & ſua membra thoros.

Digitized by Google

Vetaſecuta tenens gemino refouetur amæno,
Hinc leuat vmbra diem, hinc fugat vnda ſitim.
Carmina ſi quis tenet cantu modulante recurrit,
Prouocat & placidos blandior aura ſonos.
Si ſibi forte fuit ſapiens bene notus Homerus,
Aut Maro Traiano lectus in vrbe foro.
Vel ſi Dauidico didicit ſacra dogmata plectro,
Pſallit honorificum fauce rotante melum.
Tangitur aut digito lyra, tibia, fiſtula, canna,
Quiſque ſuis muſis carmine mulcet aues.
Sic ego curarum valido defeſſus ab æſtu,
Noſcens te ſaluum fronte refectus agor.
O nomen mihi dulce Lupi replicabile ſemper,
Quodque mei ſcriptum pagina cordis habet.
Quem ſemel incluſam tabulis dulcedinis intus,
Non abolenda virum pectoris arca tenet.
Theſauros pietatis habens precioſa voluntas,
Producens animo plura talenta ſuo.
Diuitias quas mundus habet mens aurea vincit,
Gemmarúmque decus corde micante refert.
Senſus aromaticus ſuaues defendit odores,
Hos tribuens animæ quod bene thura ſolent,
Melle ſoporatum refluens à pectore verbum,
Et ſale conditum reddis ab ore Sophum.
Poſt tenebras noctis ſtellarum lumina ſubdens,
Lucifer vt radiis, ſic mihi mente nites,
Vt recreat mundum veniens lux Solis ab ortu,
Illuſtrant animum ſic tua verba meum.
Cum peregrina meos tenuit Germania viſus,
Tu pater & patriæ conſulturus eras.
Quando merebar ouans placidos intendere vultus,
Mox geminata mihi fulſit in orbe dies. al. gēmata.
Conſerui quotiens veſtro ſermone loquelas,
Credidi in Ambroſiis me recubare roſis.
Omnibus vnica mens, ſed plus tua gratia nobis,
Vinxit in affectu me properante ſuo.
Nūc quoq; pro magnis quis digna repēdat honoris,
Materia vincor eſt quia lingua minor.
Sicque per aſcenſum culmen ſupereminet altum,
Hinc meus vrget amor, hinc tuus obſtat honor.
Sed pro me reliqui laudes tibi reddere certent,
Et qua quiſque valet te prece, voce ſonet.
Romanuſque lyra plaudat tibi barbarus harpa,
Græcus anbiliata cotta Britanna canat. al. achillica & rota vel coca.
Illi te fortem referant, hi iure potentem,
Ille armis agilem prædicet, iſte libris
Et quia rite regis quod plurima bella requirunt,
Iudicis ille decus, concinat iſte ducis.
Nos tibi verſiculos dent barbara carmina ludos,
Sic variante tropo laus ſonet vna viro.
Hi celebrem memorent, illi te lege ſagacem,
Aſt & ego dulcem ſemper habebo Lupe.

Item ad Lupum Ducem.

Officiis intente pius memorator amantis,
Prompte per affectum conſulture tuum.
Charius abſentis nimium miſeratus amici,
Quando latente loco ſigna requirit amor.
Vnde datur meritis, illud quo protinus eſſet,
Spes Fortunati cura benigna Lupi.
Exul ab Italia nono (puto) vel uor in anno,

A *Littoris Oceani continuante ſalo.*
Tempora tot fugiunt & adhuc perſcripta parentū, al. contiguante,
Nullus ab excluſis me recreauit apex.
Quo pater ac genitrix, frater, ſoror, ordo nepotum,
Quod poterat regio, ſoluis amore pio.
Pagina blanda tuo ſub nomine miſſa benigno,
Nectarei fontis me renouauit aquis.
Nec ſolum à vobis me dulcis epiſtola fouit,
Miſſus adhuc in rem portitor inde venit.
Munera qui poterit rogo tot memor ore referre,
B *Affectum dulcem pandere lingua nequit.*
Sed tibi reſtituat Rex cæli cuncta supernus,
Quem minimum faciunt qui docet eſſe ſuum.

Ad Magnulfum fratrem Lupi.

Quam cito fama volat velocibus excita pennis,
Et loca cuncta ſuis actibus aucta replet.
Nam tibi cū Rhenus mihi ſit, Liger eſſe propinquus,
Hic Magnulfe decens magnus honore places.
Sic tuba præconis Sigimundi miſſa cucurrit,
C *Vt tua diffuſo ſint bona nota loco.*
Quod tamen in breuibus vix ſignat epiſtola verbis,
Non quia cuncta canit, nec retitere cupit.
Iuridico imprimis pellens torrente relatu,
Sic regis vt reuoces facta vetuſta nouis.
Cuius in officiis æqui cultoris aratrum,
Semine iuſtitiæ plebs ſua vota metit.
Nemo caret propriis, alienis nemo recumbit,
Sic facis vt populum non vacet eſſe reum.
Sollicitudo tua reliquis fert dona ſalutis,
D *Et labor vnius ſit populoſa quies.*
Æqualis conſors vt ab omnibus alme voceris,
Legibus hinc iudex, hinc bonitate parens.
Da paucis veniam, quoniam mihi portitor inſtat,
Nam de fratre Lupi res monet ampla loqui.
Sic tribuat Dominus meritis reparetis vt illum,
Quem pariter tecum cordis amore colo.

Ad Iouinum Rectorem Prouinciæ.

E *Profatico quotiens direxi ſcripta relatu,*
Nulláque de veſtro pocula fonte bibo.
Quem prius irrigua recrearas ditior vnda,
Nec modo Caſtaliis redditur hauſtus aquis.
Sic me cura minor veſtri tenuiſſet amoris,
Iam fuerat licitum ſtringere colla manu.
Nunc magis inde minus capio quia diligo maius,
Et cum plus cupiam vota nugata geram.
Qui ſibi transfūdit clemens mea pectora toto,
Cur rogo non pariter lumina lumen habent?
F *Vel quod amice licet ſcriptis fero chare ſalutem,*
Sed mihi qua releuer pagina reddat opem.

Item ad ipſum Iouinum.

Tempora lapſa volant, fugitiuis fallimur horis,
Ducit & in ſenium lubrica vita viros.
Fine trahit celeri ſine fine volubilis axis,
Nec retinet rapidas ad ſua frena rotas.
Cuncta mouens ſecum momenta & pondera rerum,
Donec meta auidos ſiſtere cogat equos.

Sic quoque diſſimilis ad finem tendimus omnes,
Nemo pedem retrahit quo ſibi limes erit.
Imperiale caput regnum trahit æque Senatum,
Nec ſpectante die cum venit hora, rapit.
Quid ſunt arma viris? Cadit Hector & vltor Achilles,
Aiax & clypeo murus Agiuus obit.
Quid ſatis eſt cupido gremio quod condit auaro,
Delicijs ſolitis Attalus auctus abeſt.
Qui non verſutus recubet dum fine ſupremo,
De Palamede potens ars in Vlixe perit.
Forma venuſta fluit, cecidit pulcherrimus Aſtur,
Occubat Hyppolitus, nec ſuper extat Adon.
Non agiles fugiunt, quo terminus extat eundum,
Nam cum fratre celer ſorte Quirinus obit.
Quid rogo cantus agit modulis blanditus acutis,
Orpheus & cytharæ vox animata tacet?
Docta receſſuris quid prodeſt lingua Sophiſtis,
al. Quid *Quid voluere loqui curua rotunda poli?*
Architas, Pythagoras, Saracus, Cato, Plato, Chryſippus
Turba clientorum ſtulta fauilla cubat.
al. tabo *Quidue poëma poteſt Maro, Liſa, Menander, Homerus,*
Quorum nuda toſo membra ſepulta tegunt?
Cum venit extremum neque muſis carmina præſunt,
Nec iuuat eloquio detinuiſſe melos.
Sic dum puncta cadunt, fugiunt præſentia rerum,
Et vitæ tabulam teſſera rapta lauat.
Et tamen vna ſalus pia, maxima, dulcis & ampla,
Perpetuo Trino poſſe placere Deo.
Hoc valet atque viget, manet, & neque fine peribit,
Hinc quoque poſt tumulũ naſcitur almus honor.
Quid ſupereſt habito meritorum flore beato,
Suauis iuſtorum flagrat odor tumulo.
Gratius aura fluens, quam ſpiret amoma Sabæum,
Thuraque deuincens balſama ſylua reflat.
Cinnama, calta, crocus, violæ, roſa, lilia cedunt,
Vt ſimilis nullus nare bibatur odor.
Quid quod morte magis virtus generatur in illis,
Dúmque ſepulcra tenent languida mébra iacent?
Multorum dubiam ſolidant pia funera vitam,
Et redit è tumulo viuificatus homo.
Nobilis vrna tegit pretioſa talenta Tonantis,
Ac terris recubat quod ſuper aſtra volat.
Qui ſub amore Dei ſacro moderamine viuens,
Fit peregrinus humi ciuis eundo poli.
Denique poſt illos qui fundamenta coruſcant,
Poſtque Petri ac Pauli lumina prima fide
Quis numerus radiet Sanctorum ſparſus in orbe,
Quanta columnarum gratia fuſa viget.
Per loca, per populos mundo ſua ſydera præſunt,
Quicquid ab Oceanis circulus ambit aquis.
Arctos, meridies, oriens, occaſus honorat,
Lumina muneribus clarificata ſuis.
De reliquo nihil eſt quodcunque videtur in orbe,
Nam tumor hic totus fumus & vmbra ſumus.
Cur igitur metu trahitur data vita ſuſurro,
Nec fortunato pauca Iouine refers?
Tempora lapſa vides neque longa ſilentia rumpis,
Me quoque ne recrees ad mea damna taces.
Monita rebar ouans poſtquam Germania noſtros,
A *Contulerat viſus vt reſiliret amor.*
Crediderampotius quantum ſe tenderet ætas,
Vt veſtri affectus ſe duplicaret opus.
Heu magis vt video, vota in contraria currunt,
Tempore longatur, ſed variatur amor
An quantum ex oculo tantum tibi corde recedo,
Et tam longe animo quam ſumus ambo loco.
Non ego ſic refero, quoniam tibi pectore nector,
Prædicat hoc aliter mens vbi dulce fonet.
Nam cum chara fides animum ſatiauit, amice,
B *Quod minus eſt oculis flagrat amore magis.*
Et licet abſentem paries, locus, aula retentet,
Corde ſuo illic eſt, eſt vbi forma placens.
Proſpicit affectu quæ multum non videt ipſo,
Et vox loginqua de regione ſonat.
Quid gerit, aut vbi ſit tacito dare verba videtur,
Intra ſe loquitur pectore clauſus amor.
Si volat aura leuis putat inde venire ſalutes,
Auræ fert fragor hoc quod homo mente gerit.
Hinc tuus ergo cliens ego chare colende requiro,
C *Abſentem faciunt quem loca non animus.*
Qui ſemper noſtro memorandus haberis in ore,
Scribimus hæc & dum non ſine te loquimur.
Affectu, ſtudio, voto tua brachia cingo,
Atque per amplexum pectora, colla ligo.
Ingrediens mecum paritèrque moueris amator,
Et quaſi blanda loquens oſcula libo labris.
Ante oculos habeo, ſed chara refugit imago,
Hinc quoque quem video non retinere queo,
Alternis vicibus modo vadis & inde requiris,
Vix fugis ex oculis ecce figura redis.
D *Et cum terga dabis facies mihi cernitur inſons,*
Si pede conuerſus, fronte regreſſus ades.
Sæpe etiam videor dare te pia dicta relatu,
Illic forte taces, hic mihi verba refers.
Hoc de te minus eſt, quia prendi non potes abſens
Nam velut illic es totus & hic meus es.
Qualiter ambo ſimul paucis habitauimus horis,
Non fugit ex oculis dum manet iſta dies.
Miſimus ô quotiens timidis epigrammata chartis,
Et tua ne recreer pagina muta ſilet.
E *Quis rogo reddet eas taciti quas perdimus horas?*
Tempora non reuocat lux leuis atque fugax,
Dic homo note meus quid agis, quid amice recurris?
Si tua rura colis, cur mea vota neges?
Scribe vacans animo, refert alia poëmata verſu,
Et quaſi ruris agrum me cole voce, melo.
Per thoraca meum ducas precor oris aratrum,
Vt linguæ ſulcus ſint ſata noſtra tuæ.
Pectoris vnde ſeges grauidis animetur ariſtis,
Pullulet & noſtro farre nouale ferax.
F *Nam mihi ſi loqueris, bone vir pietatis opimæ,*
Exuperas labiis dulcia mella faui.
Pluſque liquore placet quam fert oleagina fuco,
Suauis & recreat quam quod aroma reflat,
Cum Aſpaſio pariter charis patre, fratre Leone,
Longa ſit ante die dulcis amice, Vale.

Ad Felicem Iouini Socerum.

Ardua Pierio cui conſtant culmina faſtu,
Vix humilis valeo tangere clauſtra manu.
Sed quoniam patriæ fuit aula ſodalibus vna,
Affectu fidens pulſo benigne fores.

In laude Mumoleni Conſiliarij.

Dum mihi feſſus iter gradior prope noctis in umbra,
Solis in occaſu iam fugiente die.
Cum ſuper vndarum viridanti gramine ripas,
Paſcua conſpexi paſtus & ipſe fui.
Huc oculis captus voto ducente trahebar,
Deflectenſque viam proſperiora peto.
Mumolenus enim qui celſa palatia Regis,
Altis conſiliis creſcere rite facit.
Inter concines merito qui charior extat,
Quemque ſuper proceres vnica palma leuat,
Nobilitate potens, animo bonus, ore ſerenus,
Ingenio ſolers, & probitate ſagax.
Qui genus à proauis radianti luce coruſcat,
Moribus ipſe tamen vicit honore patres.
Huc ergo adueniens epulis expletus opimus,
Quem vidiſſe mihi conſtitit eſſe cibum.
Fercula magna quidē dapibus cumulata benignus.
Ac ſi colle tumens diſcus onuſtus erat
Vndique montis opus medium quaſi vallis habebat,
Quo meliore via piſcis agebat iter.
Ille natans olcum pro vndis, pro ceſpite diſcum,
Incoluit, cui pro gurgite menſa fuit.
Attamen ante aliud data ſunt mihi mitia poma,
Perſica quæ vulgi nomine dicta ſonant.
Laſſauit dando, ſed non ego laſſor edendo,
Vocibus hinc cogens, hinc tribuendo dapes.
Mox quaſi parturiens ſubito me ventre tetendi,
Admirans vterum ſic tumuiſſe meum.
Intus enim variè ventorum more fremebat,
Viſcera conturbans Eurus & Auſter erat.
Non ſic Eolus turbatur arena procellis,
Nec vaga per pelagus puppis adacta tremit.
Nec ſic inflantur ventorum turbine folles,
Malleolis famulos quos faber vſtus habet.
Alter in alternis mutabat mole ſuſurros,
Et ſine te mecum pugna ſuperba fuit.
Sit tibi longa ſalus celſa cum coniuge rector,
Et de natorum prole vocerus auus.
Laudis honore potens felicia tempora cernas,
Et valeas longos concelebrare iocos.

De Berulfo comite

Delicias Berulfe tuas ſpectando libenter,
Me fateor duplicem, ſuſtinuiſſe famem.
Sic ego credebam quarta ſatiarier hora,
Me nec ad octauam menſa benigna vocat.
Per veſtras epulas didici ieiunia guſtans,
Lætania fuit prandia veſtra magis.
Det tibi vota Deus per quem modo læta notamus.
Hæc quoque dum ſcribo, plus ſatiatus agor.

De Condano domeſtico.

Temporibus longis regali diues in aula,
Enituit meritis gloria Conda tuis.
Nam ſemel vt iuuenem vigili te pectore vidit,
Elegit ſecum ſemper habere ſenem.
Quis fuit ille animus, vel quæ moderatio ſenſus,

A *Cum fueris tantis Regibus vnus amor?*
Mens generoſa tibi pretioſo lumine fulget,
Quæ meritis propriis amplificauit auos.
Floret poſteritas per quem ſua creſcit origo,
Et facit antiquos ſurgere laude patres.
Nam ſi præfertur generis qui ſeruat honorem,
Quanto magis laus eſt nobilitate genus.
Qui cupit ergo ſuum geſtis attollere nomen,
Ille tuum velox præmeditetur opus.
A paruo incipiens exiſti ſemper in altum,
B *Perque gradus omnes culmina celſa tenes.*
Theodericus ouans ornauit honore Tribunum,
Surgendi auſpicium iam fuit inde tuum.
Theodebertus enim comitis iam præmia ceſſit,
Auxit. & obſequiis cingula digna tuis. al. comitiuæ
Vidit vt egregios animos meliora mereri,
Mox voluit meritos amplificare gradus.
Inſtituit cupiens vt deinde domeſticus eſſes,
Creuiſti ſubitò creuit & aula ſimul.
Florebant pariter veneranda palatia tecum,
Plaudebat vigili diſpoſitore domus,
C *Theodebaldi etiam cum parua infantia vixit,*
Huius in auxilium maxima cura fuit.
Actibus eximiis ſic publica cura fouebas,
Vt iuuenem Regem redderes eſſe ſenem. al.redderis
Ipſo gubernabas veluti ſi tutor adeſſes,
Commiſſumque tibi proficiebat opus.
Clotharij rurſus magna dominatus in aula,
Quique domum ſimili iuſſit amore regi.
Mutati Reges, vos non mutaſtis honores,
Succeſſorque tuus tu tibi dignus eras.
Tantus amor populi, ſolertia tanta regendi,
D *Hoc vt nemo volens ſubripuiſſet onus.*
Nunc etiam magno Sigiberti Regis amore,
Sunt data ſeruitiis libera dona tuis.
Iuſſit & egregios inter reſidere potentes,
Conuiuam reddens proficiente gradu.
Rex potior reliquis merito meliora parauit,
Et quod maius habet hoc tua cauſa docet.
Sic tuus ordo fuit ſemper maiora mereri,
Vitaque tam ſenior quam tibi creuit honor.
Quæ fuerit virtus triſtis Saxonia cantat,
Laus & arma truci non timuiſſe ſeni.
E *Pro patriæ votis & magno Regis amore,*
Quo duo natorum funera chara iacent.
Nec grauiter doleas cecidiſſe viriliter ambos,
Nam pro laude mori, viuere ſemper erit.
Lætitiam vultus hilari diffundis ab ore,
Et ſine nube animi gaudia fida geris.
Munificus cunctis largiris multa benignus,
Et facis aſtrictos per tua dona viros.
Sit tibi longa ſalus placidis felicius annis,
F *Atque ſuum reparet proles optima patrem.*

Ad Gunduarium

Si prodi verbis affectus poſſet amantis,
Carmina plura tibi pagina noſtra daret.
Sed quod ab ore loqui nequeo quod pectore geſto,
Sit ſatis ex multis vel modo pauca dari.
Nam ſi reſpicias votum per verba canentis,
Mallem nunc maius qui tibi parua fero.

Aſpicimus ſenſum proprium in dulcedine fuſum,
Quo ſine nube doli corda ſerena micant.
Puro fonte rigans nectar de fauce redundat,
Cuius verba libens pectore, corde bibo.
Prouidus, exertus, vigilans, moderatus, honeſtus,
Condimentum animæ mens tua ſemper habet.
Reginæ egregiæ patrimonia celſa gubernans,
Quæ tibi commiſit ſenſit vbique fidem.
Nemo piæ poterat Reginæ charior eſſe,
Quam qui pro meritis talis & ipſe foret.
Gunduari longo vigeas placiturus in æuo,
Coniuge cum propria luce perenne manens.

Ad Flauum amicum.

Ad charum totiens mea pergit epiſtola Flauum,
Sic monet officiis ſedula cura loqui.
al. officii *Nunc quoque proſaico modo mittes carmina verſu,*
Blandior affectu debita ſoluit amor.
Quin tibi pauca ferret qui vult iter ire viator,
Nemo mihi tacitè prætereundus abit.
Pontus amicitiæ te vt pagina ſæpe requirit,
Et ſi vis deſit potior aura placet
Attonitis animis ego per vaga nubila pendo,
Nullaque ſuſpicio ſigna relata manu
An tibi carta parum peregrina merce rotator,
Non amor extorquet quod neque tempus habet,
Scribere quo poſſis diſcingat faſcia fagum,
Cortice dicta legi ſit mihi dulce tui.
al. fagum *An tua Romuleum faſtidet lingua ſuſurrum,*
al. faſtidit *Quæſo vel Hebraicis reddito verba notis.*
Doctus Achemenius quæuis præſcribito ſignis,
Aut magis Argolico pange Carona ſopha.
Barbara fraxineis pingatur rhuna tabellis,
Quodque papyrus ait virgula plana valet.
Pagina vel redeat perſcripta dolatile carta,
Quod relegi poterit fructus amantis erit.

Item ad Flauum & Euodium.

Quam bene conueniunt genitor quos ſuſtulit vnus,
Si ſimul hos vnum pectus vtroſque tenet.
Viſceribus iiſdem genitos Flauum Euodiúmque,
Prorſus amore vno viſcera noſtra tegunt.
Alter in alterius viſu viſus habetur,
Et fratris ſpeciem fratris imago dedit.
Vnius ex facie facies mihi nota ſecundi,
Sic ſpeculo ſimilem forma repreſſa refert,
Ergo pari voto paribus dans vota ſalutis,
Ambos inter ego tertius alter ero.
Hoc cupiens vt quos charis amplexibus, idem,
al. leget *Tres amor vnus habet nos quoque carta liget.*

Chariſſimo & omni gratia prædicando Sigimundo Regi, Fortunatus ſalutem.

Fixus amore tuo votis inhiantibus aſtans,
Quæ tibi, chare, ſalus ſæpe requiro viro.
Quiſque viator adeſt properans Aquilonis ab axe,
Quamuis feſtinum ſollicitando moror.
Seu priuata virum, ſeu publica cura citabit,
Hunc niſi percuncter nullus abibit iter,

A *Quàm vegetus membris, quæ te loca rite coërcent,*
Ordine diſpoſito cuncta requirit amor.
Si grauis arma tenens Italas terit hoſtis arenas,
Francos, aut quis habet pagina pandat ager.
Quid geris ore refert tamen vt quam longius opto,
Viues pars animæ dimidiata meæ.

Item ad Sigimundum & Alagiſlum.

Nomina amicorum mihi dulcis epiſtola pandit,
Hic Sigimunde tenens, hinc Alagiſle decens.
B *Proſperitas felix ventorum flamina fundit,*
Quando mihi charos nunciat aura viros.
Teſtor vtrumque caput, tantum mea vota iuuantur,
Quantum ſit florens læta ſub imbre ſeges.
Ne ſitiam rapidis æſtiuo tempore flammis,
Nectarei fontis ſum recreatus aquis.
Poſt Italas terras mittis mihi quippe parentes,
Aduentu fratrum non peregrinus ero.
Tempore belligero pacis noua gaudia ſurgunt, al Quini hi tchu dei.
Hi quia venerunt quos meus optat amor.
Qui feſtiua die mihi duplicaſtis honorem,
Sic veſter creſcat munere Regis honor.
C

Ad Boſonem quendam Principem.

Sic tegat omnipotens radiantia culmina Regis,
Atque eius cauſas arma ſuperna regant.
Sic dominum ac ſeruos diuina potentia ſeruet,
Et patriæ maneat hoc dominante ſalus.
Sic placido Regi ſummus, pius auctor ab alto,
Qui dedit ante Petro porrigat ipſe manum.
D *Sic te longæui comitetur gratia Regis,*
Et florente illo gaudia fixa metas.
Hoc rogo quàm citius veniat quicunque iubetur,
Ne grauet vltra animos hic mora tarda meos.
Nam qui feſtinat ſtatuit quod certa voluntas,
Si votum acceleret, dulcius eſſe ſolet.
Illud enim nimium per verba precantia poſco,
Commender Domino te memorante meo.
Actibus extollens maneas per ſæcula felix,
Et memor ipſe mei, dulcis amice, Vale.

E

Ad Paternum ſibi amicum.

Nominis auſpicio fulgent tua facta, Paterne,
Munere qui proprio te facis eſſe patrem.
Seruitij noſtri non immemor omnia præſtans,
Et tibi deuotis das pia vota libens.
Vt bona diſtribuas modo qui tam promptus haberis
Vnde magis præſtes amplificentur opes.

De Iocunditate vitæ.

F *Qui legis in pulcro circundata verba metallo,*
Si venias purus, hoc imitaris opus.
Nam velut argentum calida fornace probatur:
Sic ſe purgato pectore prodit homo.
Qui venis ad charos conuiua fidelis amicos,
Quod minus eſt epulis, plus in amore capis.
Non hæc per pelagus peregrinus detulit hoſpes,
Sume libens patrij quod genuere lares.

Quamuis docta loquax te ſeria cura fatiget,
Ac veniens feſtos miſce Poëta iocos
Sic tamen vt propriam rationem ſeruet honeſtus,
Nam ſolet incautus ſermo mouere manus.
Vita breuis hominum, fugiunt præſentia rerum,
Tu cole quæ potius non moritura manent.
Erige iuſtitiam, pacem cole, dilige Chriſtum,
Expete delitias quas ſine fine geras.
Pelle palatinas poſt multa negotia rixas,
Viuere iocundè menſa benigna monet.
Cauſæ, iræ, ſtrepitus repleant fora, iurgia, leges,
Hic placeat requies quam dat amica dies.
Quam rogo pacificos animos ad prandia defer,
Hoſtem quære alibi ſi tibi pugna placet.
Delicias medus lites agitare recuſes,
Arma tibi campus, menſa miniſtret olus.
Si tibi magnanima redigi virtute videris,
Secure ad calices fortia bella refer.
Huc noſtræ qui venit opes cognoſcere menſæ,
Commendet poſitos gratia ſola cibos.

Ad Galactorium Comitem.

Sæpius optaram fieri me remige nautam,
Curſibus vndifragis vt ratis iret aquis.
Flatibus aut rapidis per dorſa Garonna ferret,
Burdegalenſe petens vt celer actus iter.
Velaque fluctiuagum traherent Aquilone ſecundo,
Me quoque littoreo redderet aura ſinu.
Qua plus Antiſtes ſacra Gundeſiſelus offert,
Culmine pro populi qui micat ara Dei.
Tu quoque qui reſides meritis comes ample ſerenis,
Chare Galactori ſedula cura mihi.
Cui rite excellens Rex Gundirannus honores,
Maius adhuc debet qui tibi magna dedit.
Cum tamen hoc vellet, timor obſtitit extimus ille,
Qui cumulò rapidæ mons fremit albus aquæ.
Dulcedo inuitat cumulis & vnda repugnat,
Sic vocat atque vetat, hinc amor inde pauor.
Planè hoc quod ſupereſt ſoluat vel epiſtola currens,
Littera quod faceret reddat amore vicem.
Maxime nunc igitur te dulcis amice ſaluto,
Sperans à Domino te ſupereſſe diu.
Cumque domo, ſociis, Antiſtite, coniuge, natis,
Viue comes cui ſunt iura regenda Ducis.
Pontificis ſummo commendar opime precatu,
Si tua pars meritis ſit data dextra polis.
Si ſupereſt aliquid quod forte tributa redundent,
Qui modo mitto apices te rogo mitte pices.

INCIPIT LIBER VII.

DE PARCIMONIA RADEGVNDIS Reginæ.

AOnias auido qui lambitis ore camœnas,
Caſtaliiſque quibus ſumitur arte liquor.
Quos bene farre ſuo Demoſthenis horrea ditant,
Largus & irriguis implet Homerus aquis.
Fercula ſiue quibus fero diues vterque miniſter,
Tullius ore cibum, pocula fonte Maro.
A *Vos quoque qui nunquam morituras carpitis eſcas,*
Quos Paradiſiaco germine Chriſtus alit.
Facundo tonitru penetrati qui retinentur,
Nunc monitis Pauli, poſtea claue Petri.
Fortunatus ego hinc humili prece, voce ſaluto:
Italia genitum, Gallica rura tenent.
Pictauis reſidens qua Sanctus Hilarius olim
Natus in vrbe fuit, notus in orbe pater.
Eloquij currente rota penetrauit ad Indos,
Ingenióque potens vltima Thile colit. al. Ingeniumq; e
B *Perfundens cultas vice Solis lumine terras,*
Cuius dona fauens Perſa Britannus habet. al. Chriſticola.
Chriſticola Scythicas laxauit honore pruinas, al. auxit
Dogmate feruenti frigida corda calent.
Martinum cupiens voto Radegundis adhæſit,
Quam genuit cælo terra Thuringa ſacro.
Germine regali pia neptis Herminefredi,
Cui de fratre patris Hamalafredus adeſt.
Mens ornata bonis fugitiuos ſpreuit honores,
Noſcens in ſolo firma manere Deo.
Regia lauifico commutans pallia cultu,
C *Vilior ancillæ veſtis amata tegit.* al. lactineo
Splendida ferrato quondam ſubuecta ſuperbo,
Nunc terit obſequio planta modeſta lutum.
Qua prius inſertis onerata eſt dextra ſmaragdis,
Seruit inops famulis ſedulitate ſuis.
Aulæ celſa regens quondam modo iuſſa miniſtrat;
Quæ dominando prius, nunc famulando placet.
Paupertate potens & ſolo libera voto,
Clarius obiecto ſtat radiata loco.
Aurea fulcra tenens tantum ſibi vilis honore,
Effugit extructum puluere fuſa thorum.
D *Si contemnatur, tunc nobilis eſſe fatetur:*
Et putat eſſe minor, ſi datus vnus honor.
Parca cibi Euſtochium ſuperans Abſtemia Paulā, al. cibo
Vulnera quo curet Dux Fauiola monet. al. Euſtochiam
Melaniam ſtudio reparans pietate Beſillam, al. valens
Marcellam votis æquiparare volens.
Obſequio Martham renouat lacrymiſque Mariā,
Peruigil Eugeniam dat patiendo Teclam. al. vultu
Senſibus iſta gerit quicquid laudatur in illis,
Signa recognoſco quæ prius acta lego.
Omnia deſpiciens & adhuc in corpore conſtans,
E *Spiritus hic viuit, ſed caro functa iacet.*
Terram habitans cælos intrat bene libera ſenſu,
Atque homines inter iam ſuper aſtra petit.
Cuius ſunt epulæ quicquid pia regula pandit,
Quicquid Gregorius Baſiliúſque docent.
Acer Athanaſius, quod lenis Hilarius edunt,
Quos cauſæ ſocios lux tenet vna duos.
Quod tonat Ambroſius, Hieronymus atq; coruſcat;
Siue Auguſtinus fonte fluente rigat.
F *Sedulius dulcis quod Oroſius edit acutus,*
Regula Cæſarij linea nata ſibi eſt.
His aliter ieiuna cibis palpata nec vnquam,
Fit caro, ſit niſi iam ſpiritus ante ſatur.
Cætera nunc taceam melius quia teſte Tonante,
Iudicióque Dei glorificata manet.
Qui ſua quiſque poteſt Sanctorum carmina vatum;
Mittat in exiguis munera larga libris.
Se putet inde Deo ædificare manentia templa;
Quiſquis ei votis ſcripta beata ferat.

Hæc quoque qui legitis rogo reddite verba ſalutis, A
Nam mihi charta leuis pondus amoris erit.

De itinere ſuo: Dum cum Domno Germano ire deberet, & à Domna Radegunde detinetur.

Emicat ecce dies, nobis iter inſtat agendum,
Debita perſoluens, Emicat ecce dies.
Me vocat inde pater radians Germanus in orbe,
Hinc retinet pater, Me vocat inde pater.
Dulcis vtérque mihi voto amplectente cohæret, B
Plenus amore Dei, Dulcis vtérque mihi.
Charior hæc animo ſacer ille & honore beato,
Charior ille gradu, Charior hæc animo.
Mens tenet vna duos æquali calce viantes,
Ad pia tendentes, Mens tenet vna duos,
Proficit alterutrum quicquid bene geſſerit alter,
Vnius omne bonum, Proficit alterutrum.
Sunt quia corde pares, iuſſus non ire recuſo
Obſequar ambobus, ſunt quia corde pares.
Nec tamen hinc abeo quamuis noua tecta videbo,
Corpore diſcedo, nec tamen hinc abeo. C
Hic ego totus ero, nec corde ac mente reuellor,
Sic quoque dum redeo, hic ego totus ero.
Porrigat arma mihi cæleſtia mater eunti,
Vt ſibi plus habeat, porrigat arma mihi.

De Senatu curiæ cæleſtis, & virtute virginitatis.

Culmina multa polo radianti lumine complent,
Lætantúrque pius agmina ſancta choris.
Carmine Dauidico plaudentia brachia texunt, D
Creditur & ſacro tripudiare gradu.
Cætibus angelicis hominum ſociata propago,
Reddit honorificum laudis amore ſonum.
Vocibus alternis diuina poëmata pſallunt,
Atque creatori myſtica verba canunt.
Lucida ſyderio cæli ſtrepit aura tumultu,
Laudibus & Domini concutit aſtra fragor.
Hinc Patriarcharum reſonant modulamina vocū,
Inter quos Abrahæ eſt maxima palma fide.
A quo acceperunt reddunt de hinc verba Prophetæ, E
Moyſes ante alios Dux mare teſte viros.
Inde ſimul fratres & celſa caterua piorum,
Lumen Apoſtolicum præmeditante Petro.
Qui valet ex meritis cineres animare ſepultos,
Et reuocare diem voce iubente poteſt
Hinc mercede pari ſequitur pius ordo Senatum,
In quibus eſt Stephanus victor honore prior.
Quo ſaxis gladiiſque, fame, ſiti, frigore, flammis,
Ereptos terris iungit in aſtra fides.
Caſibus heu variis quos ſic tulit ira furentis,
Et ſi mors diſpar, lux tamen vna tenet. F
Inde Dei genitrix pia virgo Maria coruſcat,
Virgineóque agni de grege ducit oues.
Iſta puellari medio circundata cætu,
Luce pudicitiæ ſplendida caſtra trahit.
Per Paradiſiacas epulas ſua vota canentes,
Iſta dedit violas, carpit & illa roſas.
Pratorum gemmas ac lilia pollice rumpunt,
Et quod odoratum eſt flore comante metunt.
Chriſtina, Euſemia, hic pariter quoque plaudit Agathes,
Et Iuſtina ſimul conſociante Tecla.
Hic Paulina, Agnes, Baſiliſſa, Eugenia regnant,
Et quaſcunque ſacer vexit ad aſtra pudor
Felices quarum Chriſti contingit amore,
Viuere perpetuo nomina fixa libro.
Has inter comites coniuncta Cararia fulget,
Temporibus noſtris Arelatenſe decus.
Cæſarij monitis luci ſociata perenni,
Si non martyrij, virginitatis ope.
Quos Liliola refert æquatis moribus ambos,
Et claram hæredem proxima palma manet.
Et quæcunque ſuos vigilans meditabitur actus,
His erit egregio participanda gradu.
Concipiente fide Chriſti Radegundis amore,
Cæſarij lambit regula quicquid habet.
Cuius Pontificis refluentia pectore mella
Colligit, & riuos inſatiata bibit.
Quos dum fonte trahit tantum ſitis addita creſcit,
Et de rore Dei plus calefacta calet.
Nec ſibi ſed cunctis generaliter vnica viuens,
Felix anguſtam pandit ad aſtra viam.
Sed tibi præ reliquis mater pia clarior inſtans,
Eligit excelſo conſociare choro.
Res probat ipſa tamen quoniam quæ filia conſtas,
Te matrem votis optat habere ſuam.
Quámque ſuis genibus cura nutriuit alumnam,
Perficit ecce ſuo conſtituenda loco.
Et quæ te ſemper baculi moderamine rexit,
Prompta ſub imperio vult magis eſſe tuo.
Præficit illa ſibi cum tu præponeris illi,
Illa ſubit voto te potiente gradu.
Ecce diem feſtum tandem pietate Tonantis,
Quam precibus genitrix ſæpe rogabat, habet.
Cuius reſpirant tacito præcordia pulſu,
Anguſtóſque animos gaudia larga replent.
Expectata nimis oculos ad tempora tendens,
Semine lætitiæ dona ſuperna metit.
Optat adhuc ſupplex vnum quod reſtat honoris,
Vt placeas Chriſto conſocianda polo.
Qualiter hæc capias labor eſſe videtur agentis,
Sed labor iſte breuis fruge replendus erit.
Seruitio Domini ſubdenda eſt ad iuga ceruix,
Nec graue ſed leue ſit quicquid amore feras.
Non aliunde petas, in matre exempla require,
Aſpicis ante oculos quod mediteris opus.
Cum qua feſtina ſimul eſſe in luce perenni,
Condecet hic ſimili currere lege viam.
Sit tibi dulce decus veneranda Cararia præſens,
Præſule Cæſario non caritura tuo.
Illos corde ſequens mandatáque corpore complens,
Vt teneas flores has imitaris apes.
Reſpice qua voluit naſci ſe ventre puellæ,
Et Domini ſummi qua caro carne venit.
Spiritus in cantum venerabilis attigit aluum,
Virgineam cupiens inhabitare domum.
Hanc Deus ingrediens hominis quæ neſciit vſum,
Sola ſuo nato conſcia virgo viro,
Concipiente fide nullo ſe ſemine luſit,
Et quo factus homo eſt non fuit alter homo.

Virginitas felix quæ partu eſt digna Tonantis,
Quæ meruit hominum progenerare ſuum.
Templa Creatoris ſunt membra pudica puellæ,
Atque habitat proprius tale cubile Deus.
Quantum ſponſa potens de virginitate placere,
Ipſe cui genitrix non niſi virgo placet.
Sara, Rebecca, Rachel, Heſter, Iudith, Anna, Noemi,
Quamuis præcipuæ culmen ad aſtra leuent.
Nulla tamen meruit mundi generare parentem,
Quæ Dominum peperit clauſa Maria manet.
Intemerata Deum ſuſpendit ad vbera natum,
B *Et panem cæli munere lactis alit.*
Hoc ergo in ſponſæ nunc viſcera diligit ipſe,
Quod prius in matrem legit honore ſacer.
Pectora liberius penetrat ſibi cognita ſoli,
Et quo nemo fuit læſor inirat vter.
Hæc ſua membra putans quæ nulla iniuria fuſcat,
Quæ neque ſunt tanto participata viro.
Mitis in affectu pectus complectitur illud,
Promptius amore colens quo alter amator adeſt.
Cum ſua regna Deus pariter velit omnibus eſſe,
Hoc commune tamen Chriſtus habere fugit.
C *Per Paradiſiacas epulas cupit eſſe cohæres,*
Virgineam ſolus vult habitare domum.
Caſta pudicitiæ melius Rex ipſe tuetur,
Si ſibi non violet turba dicata fidem.
Ipſe voluntatem ſi viderit eſſe fidelem,
Proque ſuis famulis hic Deus arma tenet.
Lorica, clypeo, galea præmunit amantem,
Et ſtabilit ſolidum montis in arce gradum.
Baliſtam iaculans pro te mox exit in hoſtem,
Perdat vt aduerſos qui tibi bella mouent.
D *Currit ad amplexus poſt prælia geſta triumphans,*
Inſigens labiis oſcula caſta ſacris.
Blanditur, refouet, veneratur, honorat, obumbrat,
Et locat in thalamo membra pudica ſuo.
Syderij proceres ad regia vota frequentes,
Certatim veniunt agglomerando chorum.
Quapropter Cherubin, Seraphin, reliquoſque beatos,
Aligeros comites quos tegit vmbra Dei.
Bis duodena ſenum concurſat gloria vatum,
E *Attonito ſenſu plaudere voce, manu*
His venit Helias, illis in curribus Enoch,
Et natis dono virgo Maria prior.
Iuriſconſulti Pauli comitante volatu,
Princeps Romana currit ab arce Petrus.
Conueniunt ad feſta ſimul ſua dona ferentes,
Hi quorum cineres vrbs caput orbis habet.
Culmen Apoſtolicum radianti luce coruſcum,
Nobilis Andræam mittit Achaïa ſuum.
Præcipuum meritis Epheſus veneranda Ioannem,
Dirigit & Iacobos terra beata ſacros.
F *Læta ſuis votis Hierapolis alma Philippum,*
Producens Thomam munus Edeſſa pium.
Inde triumphantem fert India Bartholomæum,
Matthæum eximium Nadaber alta virum.
Huc Simeon ac Iudam lumen Perſida gemellum,
Læta relaxato mittit ad aſtra ſinu.
Et ſine rore ferax Ægyptus torrida Marcum,
Luca Euangeliſta participante tuba.

A *Africa Cyprianum, dat Siſcia clara Quirinum,*
Vincentij Hiſpania ſurgit ab arce decus.
Egregiam Albanum fæcunda Britannia profert,
Maſſilia Victor martyr ab vrbe venit.
Porrigit ipſa decens Arelas pia dona Geneſij,
Aſtris Cæſario concomitante ſuo.
Ipſe Pariſiaca properat Dionyſius vrbe,
Auguſtiduno Symphoriane venis.
Priuatum Gabalus Iulianum Aruernus abundas, al. abundans.
Ferreolum pariter pulcra Vienna gerit.
Hinc ſimul Hilarius, Martinum Gallia mittit,
B *Te quoque Laurenti Roma beata tibi.* al. mihi
Felicem meritis Vcetia læta refundit, al. Vicetiâ
Et Fortunatum fert Aquileia ſuum.
Vitalem ac reliquos quos chara Rauenna ſepultat,
Geruaſium, Ambroſium Mediolane meum.
Iuſtinam Patauî, Euſemiam hinc Calcedon offert,
Eulalia emerita tollit ab vrbe caput.
Cæciliam Sicula profert Seleucia Teclam,
Et legio Felix Andegauenſis adeſt
Europæ atque Aſiæ quis lumina tanta recurrat;
Vel tua quis poſſit pignora Roma loqui?
C *Vndique collectos diuerſis partibus orbis,*
Agminibus iunctis regia pompa trahit.
Intrans ſyderio vernantes lumine portas,
Excipit hos proceres vrbs patefacta poli.
Incedit ſenſim cum prætextata poteſtas,
Ordine patricio ſic potitura loco.
Nobilitas cæli diues cruce, ſanguine Chriſti,
Feſtinat feſtos concelebrare thoros.
Paupertas terræ cenſu cæleſte redundans,
Conſulibus tantis regia vota colit.
Vndique diſtincta numeroſa ſedilia complent;
D *Attonitique ſilent Rege loquente patres.*
Maieſtas arcana Dei tum pondere fixo,
Alloquitur proceres quos ſua dextra regit.
Hæc mihi pollicitum ſeruauit virgo pudorem;
Nec voluit placidam dilacerare fidem.
Sollicitis animis ſponſi veſtigia ſectans,
Et mea vota petens inuiolata venit.
Per tribulos gradiens multos caue fecit acumen;
Sentibus in mediis neſcia ferre vepres.
Vipera, ſeps, iaculus, baſilicus, hæmorrois, aſpis,
E *Faucibus horrificis ſibila torſit iners.*
Inde ſagitta volans, hinc terruit arcus euntem,
Docta ſed inſidias cautius ire ſuis.
Inter tot hoſtes nulli ſe ſubdidit inſons,
Vulnera ſuſcepit, ſed tolerando fugit.
Per tela & gladios tenuit mora nulla ſequentem,
Sed tam dura nimis non niſi ferret amor.
Ad me aures, oculos, animos ſuſpenſa tetendit,
Cum terris iacuit, iam ſuper aſtra fuit.
Singultus, gemitus, curas, ſuſpiria, fletus,
Sæpius audiui non adolenda mihi.
F *Abſcondens aliis nulli confeſſa dolores,*
Intellecta mihi murmura clauſa dedit.
Vidit forte meum quotiens in imagine vultum,
Oſcula dans labiis lumine fudit aquas.
Peruigil incubuit ſi forte alicunde venirem,
Marmore iam tepido frigida membra premens.
Hæc velut facta meum ſeruauit in oſſibus ignem,
Viſceribus rigidis pectus amore colens.

Corpore deſpecto recubabat in aggere nudo,
Seque oblita iacens immemor ipſa fuit.
Fletibus aſſiduis exhauſto humore genarum,
Siccatis oculis terra natabat aquis.
Et quia me viuens carnali lumine quondam,
Cernere non potuit, miſit amata precem.
Nam mihi ſollicito nocturnis ſæpius horis,
Scripta ſuis oculis pagina lecta fuit.
Plena quidem variis tremulo ſermone querelis,
Quod ſine me ſolo mœſta iaceret humo.
Cuius ab ore fluens natiuo gutta liquore,
Hæc dedit in tremulis ſigna relata notis.
Strata ſolo recubo lacrymans neq; cerno quod opto
Triſtis in amplexu pectore ſaxa premo
Sponſo abſconſe manens tam dura cubilia ſeruo,
Nec mea quem cupiunt membra tenere queunt.
Dic vbi ſis quæ expecto gemẽs, qua te vrbe requirã,
Qua ve ſequar nullis femina nota locis.
Ipſa venire velim properans, ſi poſſet in aſtris,
Pendula ſyderiam planta tenere viam.
Nunc ſine te fuſcis grauiter nox occupat alis,
Ipſaque ſola micans eſt mihi cæca dies.
Lilia, narciſſus, violæ, roſa, nardus, amomum,
Oblectant animos germina nulla meos.
Vt te conſpiciam per ſingula nubila pendo,
Et vaga per nebulas lumina ducit amor.
Ecce procelloſos ſuſpecta interrogo ventos,
Quid mihi de Domino nunciet aura meo.
Proque tuis pedibus cupio cæmenta lauare,
Et tua templa mihi tergere crine libet.
Quod per te tolerem ſunt omnia dulcia dura,
Donec te videam hæc mihi pœna placet.
Tu tamen eſto memor quoniam tua vota requiro,
Eſt mihi cura tui, ſit tibi cura mei.
Hæc referens auidis iactabat brachia palmis,
Si poſſit plantas forte tenere meas.
Cum decepta ſibi ſine me ſua dextra rediret,
Luminis inſtillans ora lauabat aquis.
Cum recubaret humo neque victa ſopore quieuit,
Conſulturus et ſæpe ſimul iacui.
Condolui, pariter lacrymarum flumina terſi,
Oſcula dans rutilis mellificata fauis.
Nunc igitur regnet placitoque fruatur amore,
Quæ mihi iam pridem pectore iuncta fuit.
Aſſenſu fremit aula poli reſidente Senatu,
Nomen perpetuo ſcribitur inde libro.
Traditur æternus manſura in ſæcula cenſus,
Virginis in thalamum fundit Olympus opes.
Inſeritur capiti radians diadema berillis,
Ordinibus variis alba ſmaragdus ineſt.
Alligat & nitidos ametiſtina vitta capillos,
Margaritato flexilis arte ſinu.
Sardonice impreſſum per colla monile coruſcat,
Sardia purpurea luce metalla micat.
Dextræ armilla datur calcedone iaſpida mixta,
Aut iacintheo ſudat honore manus.
Brattea gemmatam cicladem fila catenant,
Syderiis donis arte ſigilla tument.
Pulcra topaziacis oneratur zona lapillis,
Chryſolita auratam fibula claudit acum.
Veſte ſuperpoſita biſcocto purpura biſſo,
Qualem nupta Dei ferre puella poteſt.

A *His cumulata bonis thamalo Regina ſedebit,*
Atque poli ſobolem ſub pede virgo premet.
Cui tamen hoc opus eſt cum virginitatis honore,
Vt placeat ſponſo mens moderata ſuo.
Inconcuſſa grauem teneat patientia vultum,
Viribus ira ſuis ne labefacta ruat.
Neu faciles animos ventoſa procella fatiget,
Fluctibus in mediis anchora cordis agat.
Virtutum ſpeciale decus, patientia fulget,
Qua gradiaris iter Iob tibi ſigna dabit.
B *Quid ve loquar humilem quæ gratia celſa decorat,*
Et quantum ima petit, ſurgit ad alta magis.
Quod diuerſa nimis diuiſa eſt cauſa duobus,
Qui iacet ille ſubit, qui tumet ipſe cadit.
Hæc exepla quidem Ioſeph, Pharaoque dederunt,
Tollitur ille lacu, mergitur iſte freto.
Eſt etiam laudis ſtipendia poſcere tantum,
Ne premat ipſe ſuum peſtis auara ſinum.
Contentum minimis ſi non maiora requirat,
Pauper in anguſto regnat habendo Deum.
C *Saphira vel mulier geminos largita minutos,*
Illa tenendo perit, hæc ſua dando manet.
O nimium felix quem non modò mollia frangunt,
Iudice qui ſeſe membra labore terit.
Spernit opum laqueos, vnguenta, toreumata, luxus,
Vt cuſtos animæ ſit rigor ipſe ſuæ.
Hoc etiam recolens quid poſſit parcior vſus,
Sobrietas Iudith vincere ſola facit.
Quid ve animũ dulcẽ memorem quem gratia paſcit,
Cum intra ſe populos viſcera chara ferant.
Pacificus gaudens vnus complectitur omnes,
D *Stringit in affectu pectora cuncta ſuo.*
O nimium felix florens bonitate voluntas,
Qua ſine nil populo, nec placet ara Deo.
Hoc opus vt quotiens aliquo mens fertur amaro,
Firmet in aduerſis ſpes imitata fidem.
Aſpera non frangunt, tumidos nec proſpera reddunt,
Sic mediocre tenens cautius itur iter.
Hæc bona ſumit homo tribuit ſi gratia Chriſti,
Inſpirante illo vel moderante gradu.
His ornata bonis radiantia lumina fundis,
Has retinens gemmas tu quoque gemma micas.
E *Virginitas felix nullis æquanda loquelis,*
Nec ſi centenus ſuppleat ora ſonus.
Quod prius eſt ſine ſorde tenet venerabilis orbi,
Naturæ proprium non vitiando bonum.
Corporis illæſum ſeruans pretioſa talentum,
Perpetuas retines neſcia furis opes.
Non premit incluſo torpentia viſcera fœtu,
Aut grauę facta iacet pignore mœſta ſuo.
Inter anhelantes animæ ſeu corporis æſtus,
F *In dubio prendens ſtamine feſſa ſalus.*
Quando ſuis iaculis vteri læſura tumeſcit,
Atque voluptatis morbida creſcit Hydrus.
Vltra hominis habitum vitio cutis efſera turget,
Vt pudeat matrem hoc quod amore gerit.
Se fugit & propriis verecunda parentibus aufert,
Donec depoſitum ſecreta ſoluat onus.
Quis gemitum partus verbis æquare valebit,
Aut cui tot lacrymas carmine flere vacet?
Cum ſua ſecretum compago relaxat onuſtum,
Atque dolore graui viſcera faſcis agit.

Digitized by Google

Victa puerperio membrorum porta fatiſcit,
Exit & ad lucem fors ſine luce puer.
Si viuat genitus, genitrix ſe oblita requirit,
Triſtis & ad natum lumina feſſa trahit.
Reſpicit expoſitum nec iam ſua mater alumnum,
Quæ vix dum peperit hæc modo funus habet.
Nec mater meruit demum, nec virgo vocari,
Hæc duo damna dolens ſe malè nupta gemit.
Omnis non validi eſt ſpes prorſus rapta doloris,
Nec fletu nati ſe fouet illa ſui.
Non charas lacrymas infantis ab ore reſorbet,
Aut teneras voces lacte fluente rapit.
Triſtis decrepito damnat ſua viſcera tactu,
Quo tacuit natus heu dolet illa ſinum.
Quod ſi vita manet pueri nec ſemper habenda,
Incipiat teneros vt dare voce ſonos.
Imperfecta radis tollidens murmura linguæ,
Cum matrem dulcis voce ſuſurrus alit.
Contingat que nefas rapiatur pectore matris,
Ætas ad damnum creuit adulta ſuum.
Triſte flagellatis genitrix orbata capillis,
Defuncti in labiis vbera ſicca premit.
Infundens lacrymas lamenta reſuſcitat ardens,
Et gelidum corpus fonte tepente lauat.
Dilacerat faciem, crinem aufert, pectora tundit,
Heu dolor armatus ſic ſua membra ferit.
Si videt alterius natum, ſua pignora deflet,
Æqualemque ſuum triſtis obiſſe gemit
Alterſi plorat, currat, ſtet, gaudeat infans,
Ante oculos nati ludit imago ſui.
Quem ſemel effudit, per cuncta momenta requirit,
Nec miſeræ matris pendet ab ore puer.
Quid ſi aliud grauius? moriatur vt ipſe iugalis,
Quæ noua nupta fuit iam viduata iacet.
De thalamo ad tumulū, modò cādida tā cito nigra,
Ante quibus caluit frigida membra tenet.
Conſtruit exequias peruerſaque vota celebrans,
Exornat tumulum heu ſpoliando thorum:
Sæpe maritale repetit miſerando ſepulchrum,
Contemptaque domo, funus amata colit.
Incumbit tumulo ſolatia caſſa requirens,
Cuius membra prius, nunc ſuper oſſa premit.
Fletibus irriguis perituro carmine luget,
Funeris obſequio lumina perdit amor.
Quot mala plebeiæ veniant quis pandere poſſit,
Vix bene Reginæ quæ viduata manet.
Non verò coniugium, ſed præfero virginis aluum,
Quod dat Apoſtolica Paulus ab ore tuba.
Inclyta virginitas cælos quæ dote mereris,
Cum thalamis Chriſti conſocianda places.
Funera nulla gemis, ſine limite gaudia ſumis,
Viuit amor ſemper, nec tibi Chriſtus obit.
Illic regna tenes, hic vincis & integra fulges,
Omnia tuta loco ſanctificata Deo.
Hæc tibi chara Deo meritis venerabilis Agnes,
Offero, quo placeas tu faciendo colas,
Iudicis vt iuſſu munus tribuatur vtriſque,
Quando corona tibi, dehinc mihi, vel venia.
Opto per os fluctus animas tu Chriſte gubernans,
Arbore & antenna velificante crucis.
Vt poſt emerſos mundani gurgitis æſtus,
In portu vitæ nos tua dextra locet.

A

Verſus in Laude Virginum.

Inter Apoſtolicas acies ſacroſque Prophetas,
Proxima Martyribus præmia virgo tenet.
Splendida ſyderio circundata lumine pergens,
Iungitur Angelicis caſta puella choris.
Fruge pudicitiæ cæli dotante talento,
Æterni Regis ducitur in thalamos.
Pulcra corona caput triplici diademate cingit,
B Et gemmæ exornant pectora, colla, comam.
Induitur teneris ſuper addita purpura membris,
Et candore niuis fulgida palla tegit.
Floribus æternis oculos roſa, lilia paſcunt,
Et Paradiſiacus naribus intrat odor.
Vnde magis dulcis hortamur vt iſta requiras,
Quæ dedit Eugeniæ Chriſtus & alma Teclæ.
Virgo Dei fructus cæli, victoria mundi,
Vt ſemper regnes, has pete Regis opes.
Sunt vbi chryſolitis fabricata palatia gemmis,
C Atque ſmaragdineo ianua poſte viret.
Limina Sardinica variato lumine florent,
Et iacynthens circuit ordo domum.
Aurea tecta micant, plebs aurea fulget in aula,
Et cum Rege pio turba coruſca nitet.
Ille puellarum locus eſt, quæ lucis amore,
Hic ſeruans Domino corpore, mente fidem.
Deſpice quod terræ eſt & clara ſedebis in aſtris,
Chriſti vt ſponſa placens regna ſuperna colas.
Præſens vita nimis fugitiuo tempore tranſit,
Virginis integritas glorificanda manet.
D Paupertas te parua regat cum diuite Chriſto,
Vt venias noſtro dulcis alumna ſinu.
Quod patris auxilium Domino obtentura preceris,
Atque tibi felix regna beata petas.
Vt pariter Sanctæ merearis iuncta Mariæ,
Gaudia perpetuo concelebrare choro.
Has quæcunque piis manibus ſuſceperis aras,
Non nuptura homini, ſed ſis amata Dei.

Ad Beatam Radegundem.

E

Regali de ſtirpe potens Radegundis in orbe,
Altera cui cælis regna tenenda manent.
Deſpiciens mundum meruiſti adquirere Chriſtum,
Et dum clauſa lates hinc ſuper aſtra vides.
Gaudia terreni conculcans noxia regni,
Vt placeas Regi læta fauente polo.
Nunc anguſta tenes quo cælos largior intres,
Effundens lacrymas gaudia vera metes.
Dum corpus cruciant, animam ieiunia paſcunt,
F Salue quam Dominus ſeruat amore ſuo.

Ad ipſam: De violis & roſis.

Tempora ſi ſolito mihi candida lilia ferrent,
Aut ſpecioſa foret ſuaue rubore roſa.
Hæc ego rure legens aut ceſpite pauperis horti,
Miſiſſem magnis munera parua libens.
Sed quia prima mihi deſunt vel ſoluo ſecunda,
Profert qui violas, fert & amore roſas.
Inter odoriferas tamen has quas miſimus herbas,

Digitized by Google

Purpureæ violæ nobile germen habent.
Reſpirant pariter regali more nitentes,
Et ſaturat foliis hinc odor, inde decor.
Hoc quod vtrumque gerit pariter habetis vtrumque,
Et ſit mercis odor flore perenne decus.

De Floribus: Ad eandem.

Frigoris hyberni glacie conſtringitur orbis,
Totaque lux agri flore carente perit.
Tempore vernali Dominus quo Tartara vicit,
Surgit perfectis lætior herba comis.
Inde viri poſtes & pulpita floribus ornant,
Hinc mulier roſeo complet odore ſinum:
At vos non vobis ſed Chriſto fertis odores,
Has quoque primitias ad pia templa datis.
Texiſtis variis altaria feſta coronis,
Pingitur vt filis floribus ara nouis.
Aureus ordo crocis, violis hinc lacteus exit,
Coccinus hinc rubicat, lacteus inde niuet.
Stat praſio venetus, pugnant & flore colores,
Inque loco pacis herbida bella putas,
Hæc candore placet, rutilo micat illa decore,
Suauius hæc redolet, pulcrius illa rubet.
Sic ſpecie varia florum ſibi germina certant,
Vt color hic gemmas thura reuincat odor.
Vos quoque quæ ſtruitis hæc Agnes cum Radegunde,
Floribus æterni veſter anhelet odor.

Item ad ipſam transmiſſio florum.

O regina potens cui aurum & purpura vile eſt,
Floribus ex paruis te veneratur amans.
Et ſi non res eſt, color eſt tamen ipſe per herbas,
Purpura per violas, aurea forma crocus.
Diues amore Deo vitaſti præmia mundi,
Illas contemnens, has retinebis opes.
Suſcipe miſſa tibi variorum munera florum,
Ad quos te potius vita beata vocat.
Quę modò te crucias recreanda in luce futura,
Aſpicis hinc qualis te retinebit ager.
Per ramos fragiles quos nunc præbemus olentes,
Perpende hinc quantus te refouebit odor.
Hæc cui debentur precor vt cum veneris illuc,
Meque tuis meritis dextera blanda trahat.
Quamuis te ſpectet Paradiſi gloria florum.
Iſtæ vos cupiunt iam reuidere fores.
Et licet egregio videantur odore placere,
Plus ornant proprias te redeunte comas.

Ad eandem, Cum ſe recluderet.

Mens fœcunda Deo Radegundis vita ſororum,
Quæ vt foueas animam membra domanda premis.
Annua vota colens hodie claudenda recurris,
Errabunt animi te repetendo mei.
Lumina quanto tuis noſtris abſcondis ocellis,
A *Nam ſine te nimium nocte premente grauor.*
Omnibus excluſis vno retineberis antro,
Nam magis includis quos facis eſſe foris.
Et licet huc lateas breuibus fugitiua diebus,
Longior hic menſis quàm celer annus erit.
Tempora ſubducis ceu non videaris amanti,
Cum vos dum cerno hoc mihi credo parum.
Sed tamen ex voto tecum veniemus in vnum,
Et ſequor huc animo quo vetat ire locus.
Hoc precor incolumem referant te gaudia Paſchæ,
Et nobis pariter lux geminata redit.

B

An eandem poſt reditum.

Vnde mihi redit radianti lumine vultus,
Quæ nimis abſentem te tenuere moræ.
Abſtuleras tecum, reuocas mea gaudia tecum,
Paſchalemque facis bis celebrare diem.
Quamuis incipiant modò ſurgere ſemina ſulcis,
Hic egomet hodie to reuidendo meto.
Colligo iam fruges, placidos compono maniplos,
Quod ſolet Auguſtus, menſis Aprilis agit.
C *Et licet imprimis modò gemma & pampinus exit,*
Iam meus autumnus venit & vua ſimul.
Malus & alta pyrus gratos modò fundit honores,
Sed cum flore nouo iam mihi poma ferunt.
Quamuis nudus ager nullis oneretur ariſtis, al. oner
Omnia plena tamen te redeunte nitent.

Ad Gregorium: Pro infirmitato ſua.

D *Venit ad ægrotum medici vox alma Gregori,*
Vrbe ex Turonica dum cubo, rure, thoro.
Concite Presbytero recitante Leone ſereno,
Irem vt Martini ſunt vbi feſta pij.
Tum fateor morbi graue debilitate laborans,
Febre calens ſumma iam rigor imus eram.
Hinc fragilis nimium forti languore redacto,
Viſcera laſſa leuans halitus æger erat. al. ſta
Ibat anhelanti vapor aridus ora perurens,
Ibat ab arcanis flatibus aura coquens.
Feruor eram totus, triſtis rogus igne caminus,
E *Febris & in febri ſtabat operta patens.*
Donec Chriſtus opem ſudore vndante refudit,
Feruidus & gelidas ignis abegit aquas.
Reddita ſicque ſalus eſt, te pater alme ſaluto,
Auxilium exilis ſis rogo paſtor ouis

Item ad eundem Epiſcopum.

Repſit tale nefas intra pia ſepta ſynaxis,
Inconſulte dolor rumpere verba putas,
Quale nec ante oculos, patulas neque polluit aures;
F *Nec facerent vitio qui ſua ſana colunt.*
Tu tamen alme pater pietatis amore labora,
Vt ſacer Antiſtes, culmina cuius habes.
Vnde repræſentes Martinum in tempore ſacrum,
Curſibus atque fido dando ſalutis opem.

EPISTOLA

EPISTOLA AD IPSVM PRO CAVSA ABBATISSÆ.

Commendans humilitatem meam copioſiſſimæ veſtræ dulcedini & mitiſſimæ dominationi, ſuggero vt cauſa vniuerſalis Eccleſiæ talem vos abeat baſidem vt nullus ventorum turbo vacillans, nulla procellarum propellens congeries poſſit illic inuenire quod quatiat, aut quod labefactatum reperiat in cauſa qua conſeruus meus Preſbyter præſentium portitot vobis ſingulari præſidio confidens occurrit, ſicut ipſe ſingula poterit explicare. Memor eſtote commendationis beatæ Dominæ meæ, vel matris veſtræ Domnæ Radegundis, pro loci ſui totiuſque regulæ ſtabilitate quod petiit, & verborum vel viſcerum ſupplicatio commiſit, ita præcipiatis infatigabiliter laborare qualiter ipſe vobis in retributione ſempiterna reſtituat, qui videt per auxilium indigentibus in cauſa iuſtitiæ veſter Apoſtolatus paſtoralitet quod deſudat. al. vidit pro auxilio.

AD EVNDEM.

A

Antiſtes Domini, bone paſtor, & auctor honoris,
Rite decus generis quo eſt generoſa fides,
Iuſtinæ famulæ pietate memento beatæ,
Per te & commendes ſtirpe vel arce pater.
Hinc referens grates auiæ quia reddita tandem,
Ad vultus neptis dulcis imago venit.
Iſta diu noſtris votis dans gaudia, rector,
al. neptim *Inter auiam & neptem tu mediator agas.*

Idem ad ipſum, Salutatotium.

Alme beate pater lumen generale Gregori,
Iure ſacerdotum culminis arce caput.
Redde Deo grates de vobis proſpera noſcens,
Veſtris nunc ſcriptis lætificatus agens.
Me quoque commendans humili prece voce ſaluto,
Iugiter officio quem mea corda colunt.

Ad ipſum Epiſcopum laus eius generis.

Summe pater patriæ celſum & generale cacumen,
Forte decus generis Turonicenſis apex,
Lumen ab Aruernis veniens feliciter aruis,
Qui illuſtrans populos ſpargeris ore pharus,
Alpibus exilis properans mons altior ipſis,
Vir per plana ſedens qui pia caſtra regis.
Neu noceant hoſtes qui ſunt in ouile fideli,
Vnicus in campis publica turris ades.
Vir date dulce caput regioni chare Gregori,
Martini retineret quem ſacra ſella patrem.
Me Fortunatum humilem commendo patrono,
Sic tua vita diu hoc ſit in orbe Deo.

Ad eundem, Commendatio ſui.

Si qua mihi veniet quotiens occaſio dulcis,
Opto, ſacer, calamo ſoluere vota meo.
Summe pater patriæ toto venerabilis orbe,
Vndique chara mihi fulgide chare Deo.
Commendans humilem tibi me ſacer arce Gregori,
Pro famulo proprio quæſo precare Deum.

Item ad ipſum, Salutatorium.

Si ceſſent homines velociter ire per anſtros,
Ad te chare pater carmina miſſa velim.
Nunc tamen eſt quoniã gerulus mihi porrige verbũ,
Sed minus eloquio quàm quod amore colo.
Dulcis opime decus noſtrum pie Papa Gregori,
Verſiculis breuibus ſoluo ſalutis opus.
Sed memor ipſe mei commenda quæſo Tonanti,
Sic te conſocium reddat honore throno.

B

Ad eundem Epiſcopum, Laudatio.

Gurgitis in morem ſi lingua fluenta rigaret,
Turbine torrentis vel raperetur aquis,
Ad tua præcipue præconia ſumma Gregori,
Dum non explerem flumina gutta forem.
Munificum patrem æquaret nec muſa Maronis,
Fers bone quanta mihi quis valet ore loqui?
Hac breuitate ſacer famulum commendo ſubactum,
Me Fortunatum ſi veniale precor.

Ad ipſum, Pro villa præſtita.

C

Tramite munifico celebrauit pagina curſum,
Carmine dulcifluo quam tuus edit amor.
In qua ſorte loci facta eſt collatio doni,
Qua Vigenna procax littore frangit aquas.
Lapſibus & tumidis dum fertur nauta carinis,
Iugera culta videt quando celeuma canit.
Grates chare gero pietatis fruge repleto,
Qui facis vnde decens multiplicetur apex.
His ſine nam mea ſunt à te quæcunque tenentur,
Grex abit omnis agris quem bone paſtor habes.

D

Grates pro ipſo agro, Ad eundem.

Munifici reparans Martini geſta Gregori,
Texit vt ille habitu, nos alis ipſe cibo.
Diſcipulus placidum ſapiens imitando magiſtrum,
Ille vbi dux reſidet miles habebis opem.
Vt chlamidem ille prius, ſic tu partiris agellum:
Ille tegendo potens, tuque fouendo decus.
Ille inopem antiquam releuans, tu chare nouellum,
Fit diues merito paupere quiſque ſuo.

Quando repoſcetur veſtris redit vſibus aruum,
Et domino proprio reſtituemus agrum.
Vnde amplas refero grates, dulciſſime rector,
Et repeto pangens hæc tua, paſtor, ouis.
Nec tantum reddo, quantum tibi debeo præſul,
Pro Fortunato ſed rogo flecte Deum.

Ad ipſum, Pro pellibus tranſmiſſis.

Egregio compacta ſitu falerata rotatu,
Atque Sophocleo pagina fulta ſopho
Me arentem veſtro madefecit opima rigatu,
Fecit & eloquio quod loquor eſſe tuo.
Dulcis, chare, decens, facunde, benigne Gregori,
Atque pater patriæ, hinc ſacer, inde cate,
Muneribus, meritis, animis & moribus æquis,
Omnibus officiis vnde colaris habes.
Me fortunatum tibi celſo ſterno puſillum,
Commendo & voto ſupplice rite tuum.
Cui das vnde ſibi talaria miſta ligentur,
Pellibus & niueis ſint ſola tecta pedis,
Pro quibus à Domino detur ſtola candida vobis,
Qui datis hoc minimus vnde feratis opem.

INCIPIT LIBER VIII.

Ad Chilpe.icum Regem, quando Synodus Brinnaco habita eſt.

Cap. 1. *ORdo ſacerdotũ venerandaq; culmina Chriſti*
Quos dedit alma fides religione patres.
Paruulus opto loqui Regis præconia celſi,
Subleuet exiguis carmina veſter amor.
Inclite Rex armis & Regibus edite celſis,
Primus ab antiquis culmina prima regens.
Rector habent naſcendo decus, moderando ſed auges
De radice patris flos generate potens.
Æquali ſerie vos nobilitando viciſſim,
Tu genus ornaſti te genus ornat aui.
Excepiſti etenim fulgorem ab origine gentis,
Sed per te proauis ſplendor honore redit.
Te naſcente patri lux altera naſcitur orbi,
Nominis & radios ſpargis vbique nouos.
Quæ profert oriens, Libes, occaſus & arctos,
Quo pede non graderis notus honore venis.
Quidquid habet mũdus peragraſti nomine princeps,
Curris & illud iter quod rota Solis agit.
Cognite iam Ponto & rubro pelagoque ſub Indo,
Tranſit & Oceanum fulgida fama tui.
Nomen vt hoc reſonet non impedit aura nec vnda,
Sic tibi & vnda ſimul terra vel aſtra fauent.
Rex bonitate placens decus altum & nobile germen,
In quo te procerum culmina culmen habent.
Auxilium patriæ ſpes & tutamen in armis,
Fida tuis virtus inclitus atque vigor.
Chilperice potens ſi interpres barbarus extet,
Adiutor fortis hoc quoque nomen habes.
Non fuit in vanum ſic te vocitare parentes,
Præſagum hoc totum laudis & omen erat.
Iam tunc iudicium præbebant tempora nato,
Dicta priora tamen dona ſequuta probant.
In te dulce caput patris omnis cura pependit.
A *Inter tot fratres ſic amor vnus eras.*
Agnoſcebat enim te iam meliora mereri,
Vnde magis coluit, prætulit inde pater.
Præpoſuit genitor cum plus dilexit alumnum,
Iudicium Regis frangere nemo poteſt.
Auſpiciis magnis creuiſti, maxime princeps,
Hinc in amore manens plebis, & inde patris.
Sed meritis tantis ſubito ſors inuida rerum,
Perturbare parans regna quieta tibi.
Concutiens animos populorum & fœdera fratrum,
Lædere dum voluit proſperitate fauet.
B *Denique iam capiti valido pendente periclo,*
Quando ferire habuit, reppulit hora necem.
Cum retinereris mortis circundatus armis,
Eripuit gladio ſors, operante [illegible].
Ductus ad extremum remeas de funere vitæ,
Vltima quæ fuerat, fit tibi prima dies.
Noxia dum cuperent hoſtes tibi bella parare,
Pro te pugnauit mortis in arma fides.
Proſpera iudicium ſine te tua cauſa peregit,
Et redijt proprio celſa cathedra ſuo.
Rex bone, ne doleas; nam te fortuna querelis,
Vnde fatigauit hinc meliora dedit.
C *Aſpera tot tolerando diu modò læta ſequuntur,*
Et per mœrores gaudia nata metis.
Multimodis per opes ſeminans tua regna reſumis,
Namque labore graui creſcere magna ſolent.
Aſpera non nocuit, ſed ſors te dura probauit,
Vnde grauabaris celſior inde redis.
Altior aſſiduis creſcis, non frangeris armis,
Et belli artificem te labor ipſe facit.
Fortior efficeris per multa pericula princeps,
Ac per ſudores dona quietis habes.
D *Nil dolet amiſſum te Rege ſuperſtite mundus;*
Cui ſe ſeruarunt debita regna gradu.
Conſuluit domui patriæ populoque creator,
Quem gentes metuunt te ſupereſſe virum.
Neruat armatus per Gallica rura rebellis,
Nomine victoris hic et & ampla regis.
Quem Geta, Vvaſco tremunt, Danus, Scytha, Saxo, Britannus,
Cum patre quos pridem te domitaſſe patet.
Terror & extremis Friſonibus atque Sueuis,
E *Qui neque bella parant, ſed tua fræna rogant.*
Omnibus his datus es timor illo iudice campo,
Et terrore nouo factus es altus amor.
In te, rector, habet regio circundata murum,
Ac leuat excelſum ferrea porta caput.
Tu patriæ radias adamantina turris ab Auſtro,
Et ſcuto ſtabili publica vota tegis.
Neu grauet hæc aliquis, pia propugnacula tendis,
Ac regionis opes limite forte foues.
Quid de iuſtitiæ referam moderamine princeps,
Quo malè nemo redit, ſi bene iuſta petit.
F *Cuius in ore probo menſuræ libra tenetur,*
Rectaque cauſarum linea currit iter,
Nec mora fit vera falſus nihil explicat error,
Iudiciſque tuis fraus fugit, ordo redit.
Quid quoſcunque etiam regni ditione gubernat,
Doctior ingenio vincis & ore loquax?
Diſcernens varias ſed nullo interprete voces,
Et generum linguas vnica lingua refert.

Erigit exiguos tua munificentia cunctos,
Et quod das famulo eredis id eſſe tuum.
Qualiter hinc itidem tua ſe præconia tendunt,
Laudis & hoc tumulo concutit aſtra fragor.
Qui ſimul arma fauent & littera conſtat amare,
Hinc virtute potens, doctus, & inde placens.
Inter vtrumque ſagax armis & iure probaris,
Belliger hinc radias, legifer inde micas.
De virtute pater reparatur auunculus ore,
Doctrina ſtudio vincis & omne genus.
Regibus æqualis de carmine maior haberis,
Dogmate vel qualis non fuit ante parens.
Te arma ferunt generis ſimilem, ſed littera præfert,
Sic veterum Regum par ſimul atque prior.
Admirande mihi nimium Rex, cuius opime,
Prælia robur agit, carmina lima polit.
Legibus arma regis & leges dirigis armis,
Artis diuerſæ ſic ſimul itur iter.
Diſcere ſi poſſit rector tua ſingula quiſquis,
Ornarent plures quæ bona ſolus agis,
Sed tamen hæc maneant & creſcant proſpera vobis,
Et liceat ſolio multiplicante frui:
Coniuge cum propria quæ regnum moribus ornat,
Principis & culmen participata regit.
Prouida conſiliis, ſolers, cauta, vtilis aulæ,
Ingenio pollens, munere larga placens.
Omnibus excellens meritis Fredegundis opima,
Atque ſerena ſuo fulges ab ore dies.
Regia magnanimus curarum pondera portans,
Te bonitate colens, vtilitate iuuans.
Qua pariter tecum moderante palatia creſcunt,
Cuius & auxilio floret honore domus.
Quærens vnde viro duplicentur vota ſalutis,
Et tibi mercedem de Radegunde facit.
Quæ meritis propriis effulges gloria Regis,
Et Regina ſuo facta corona viro.
Tempore ſub longo hæc te fructu prolis honoret,
Surgat & inde nepos vt renoueris auus.
Ergo Creatori referatur gratia digne,
Et cole Rex Regem qui tibi præbet opem.
Hoc ſeruet cumuletque bonum; nam rector ab alto,
Omnia ſolus habet qui tibi multa dedit.
Da veniam, victor, tua me præconia vincunt,
Hoc quoque quod ſuperor, ſit tibi maior honor.
Paruulus opto tamen ſic proſpera vota ſecundent,
Vt veniant terris hæc pia dona polis.
Aëra temperie faueant tibi tempora pace,
Frugibus arua micent, fœdera regna ligent.
Et domitos omnes tuearis amore fideles,
Sis quoque Catholicis religionis apex.
Summus honor Regis per quem donantur honores,
Cui longæua dies conſtet & alma fides.
Regibus aurum alij, aut gemmarum munera ſoluãt
De Fortunato paupere verba cape.

Item ad Chilpericum Regem ac Fredegundem Reginam.

Cap. 11. *Aſpera conditio & ſors irreuocabilis horæ,*
Quam generi humano triſtis origo dedit.
Cum ſuadens coluber proiecit ab ore venenum,
Morſu ſerpentis mors fuit Eua nocens.
A *Sumpſit ab ipſo ex tunc, Adam patre terra dolorem,*
Et de matre gemens mundus amara capit.
Præuaricando duo probro damnantur acerbo,
Ille labore dolet, hæc generando gemit.
Mors venit inde vorax tranſmiſſa nepotibus ipſis,
Hæredeſque ſuos tollit origo nocens.
Ecce hoc triſte nefas nobis genuere parentes,
Cœperat vnde prius, hinc ruit omne genus.
Primus Abel cecidit miſerando vulnere cæſus,
Ac fraterna etiam ſarcula membra fodunt. al. fodens
Poſt quoque, Seth obiit ſub Abel vice redditus iſdem,
B *En quamuis rediit non ſine fine fuit.*
Quid Noë memorem laudatum voce Tonantis:
Quem leuis arca tulit, nunc grauis vrna premit,
Quid Patriarcha Abraham, Iſaac, Iacob quoque dignos, al. dignus
Cum de lege necis nemo ſolutus adeſt.
Melchiſedech etiam Domini ſacer ore ſacerdos,
Iob quoque ſeu geniti ſic abiere ſui.
Legifer ipſe iacet Moyſes Aaronque ſacerdos,
Alloquiiſque Dei dignus amicus obit. al. Ieſſe;
C *Succeſſorque ſuus populi dux inclitus Ieſus,*
Quos legitis libris occubuere patres.
Quid Gedeon, Samſon, vel quiſquis in ordine iudex,
Morti ſub Domino iudice nemo fugit.
Iſraëlita potens Dauid Rex atque Poeta,
Eſt ſitus in tumulo cum Salomone ſuo.
Iſaias, Daniel, Samuel, Ionaſque beatus,
Viuens ſub pelago, ſtat modò preſſus humo.
Princeps claue Petrus, primus quoque dogmate Paulus,
Quamuis celſæ animæ, corpora terra tegit.
D *Semine ab humano cum nullus maior habetur,*
Vir Baptiſta potens ipſe Ioannes obit.
Enoc Heliaſque hoc adhuc ſpectat vterque:
Qui ſatus ex homine eſt & moriturus erit.
Ipſe Creator ouans ſurgens cito Chriſtus ab vmbris,
Hic quia natus homo eſt carne ſepultus humo.
Quis rogo non moritur mortem guſtante ſalute,
Dum pro me voluit hic mea vita mori?
Dic mihi quid poterunt Auguſti aut culmina Regū,
Membra Creatoris cum iacuere petris?
Brachia non retrahunt fortes neque purpura Reges,
E *Vir quicunque venit puluere puluis erit.*
Naſcimur æquales morimurque æqualiter omnes,
Vna ex Adam eſt mors, Chriſtus & vna ſalus.
Diuerſa eſt merces, funus tamen omnibus vnum:
Infantes, iuuenes, ſic abiere ſenes.
Ergo quid hic facimus? nunc te rogo celſa poteſtas,
Cum nihil auxilij poſſumus eſſe rei.
Ploramus, gemimus, ſed nec prodeſſe valemus,
Luctus adeſt oculis, eſt neque fructus opis.
Viſcera torquentur, lacerantur corda tumultu,
Sunt chari extincti, fiendo cadunt oculi.
F *Ecce vocatur amor, neque iam reuocatur amator,*
Nos neque iam repetit, quem petra merſa tegit.
Quamuis clamantem refugit mors ſurda nec audit,
Nec finit affectum dura redire pium.
Sed nolo atque volo, migrabo cum omnibus illuc,
Ibimus hinc omnes nemo nec inde redit.
Donec in aduentu Domini caro mortua viuat,
Surgat vt ex proprio puluere rurſus homo.

Cœpit vt tegere arentes cutis vda fauillas,
Et viui cineres de tumulis ſalient.
Ibimus ergo omnes, alia regione locandi,
Ibimus ad patriam quo peregrina tenet.
Ne cruciere igitur pie Rex, fortiſſime princeps,
Quo geniti pergunt, quo petit omnis homo.
Quale placet figulo vas fictile, tale paratur,
Quando placet figulo vaſa ſoluta ruunt,
Quod iubet Omnipotens, non poſſumus eſſe rebelles,
Cuius ad intuitum ſidera, terra tremunt.
Ipſe creat hominem, quid dicere poſſumus idem,
Qui dedit & recipit crimina nulla gerit.
Illius eſſe ſumus figmentum, & ſpiritus inde eſt,
Cum iubet hinc nobis qui ſumus eius opus.
Si libeat montes, freta, ſydera, mutat in hora,
Cui ſua facta fauent quid homo ſumus agit?
Rex precor ergo potens age quod tibi maxime proſit,
Quod prodeſt animæ cum Deitatis ope.
Eſto virile decus, patienter vince dolores,
Quod non vitatur vel toleretur onus.
Q· ·d trahimus naſcēdo ſine hoc nō tranſigit vllus,
Quod nemo immutat vel ratione ferat.
Con ſuleas dominæ Reginæ & amantis amatæ,
Quæ bona cuncta capit te ſociante ſibi.
Materno affectu placare iubeto dolentem,
Nec ſimul fleas, nec lacrymare ſinas.
Te regnante viro triſtem illam non decet eſſe,
Sed magis ex veſtro gaudeat alta throno.
Deprecor hoc etiam vitam amplam coniugis optans,
Conſuleas genitæ, conſuleas patriæ.
Talis erit populus, qualem te viderit omnis,
Deque tua facie plebs tua vota metit:
Denique Iob natos ſeptem vno triſte ſub ictu,
Amittens laudes retulit ore Deo.
Dauid pſalmographus genitum cum amiſit amatū,
Mox tumulo poſuit, prandia feſta dedit.
Fœmina bis felix pia mater Machabæorum,
Natos ſeptem vno funere læta tulit;
Prompta addens, Domino ſemper tibi gloria rector,
Cum vis ſumme pater pignora quiſquis habet.
Vnde Deo potius referatur gratia noſtro,
Germine de veſtro qui facit ire polo.
Eligit & gemmas de mundi ſtercore pulcras,
De medioque luto ducit ad aſtra poli.
Meſſis veſtra Deo placuit quæ in horrea condit,
Cum ſpicis teneris dulcia grana metit.
Non paleas generas, frumenta ſed integra gignis,
Nec perdenda focis, ſed recreanda polis.
Præſertim qui ſic ſancto baptiſmate puri,
Hinc meruere rapi fonte lauante noui.
Stantes ante Deum velut aurea vaſa, decoris,
Aut quaſi candelabris pulcra lucerna nitens.

A *Tunc pater & genitrix medius gaudebitis illis,*
Cum inter ſydericos cernitis eſſe viros.
Eſt tamen Omnipotens Abrahæ qui ſemen ad auxit,
Vobis atque dabit Iob quod amore dedit.
Reſtituens numerum natorum germine digno,
Progeniemque refert nobilitante fide.
Qui ſolium Dauid Salomonis contulit ortum,
Pro vice Germani cum redit ipſe patri.
Ille tibi poterit de coniuge reddere natum,
Cui pater alludat vbere mater alat.
B *Qui medius veſtri reptans per colla parentum,*
Regibus & patriæ gaudia longa paret.

Ad eoſdem.

Poſt tempeſtates & turbida nubila cæli, Cap
Quo ſolet infeſto terra rigere gelu.
Poſt validas hyemes ac triſtia frigora brumæ,
Flamine ſeu rapidi rura grauante Nothi.
Succedunt iterum vernalia tempora mundo,
Grataque poſt glaciem prouocat aura diem.
Rurſus odoriferis renouantur floribus arua,
C *Frondibus arboreis & viret omne nemus.*
Dulce ſoporatis curuantur robora pomis,
Et redeunte ſibi gramine rides ager.
Sic quoque iam Domini poſt triſtia damna dolentes,
Vos meliore animo lætificate precor.
Ecce dies placidi reuocant Paſchalia Chriſti,
Orbs quoque totus item per noua vota fremit.
Gaudia plus faueant per celſa palatia Regum,
Et per vos famuli feſta beata colant.
Omnipotens nobis veſtram addat in orbe ſalutem,
D *Atque diu patriam culmina veſtra regant.*

Epitaphium Clodoberti Regis.

Flere monent populum crudelia funera Regum, Cap. m.
Cum caput orbis humo mœſta ſepulchra tegunt.
Hoc igitur tumulo recubans Clodobertus habetur,
Qui tria luſtra gerens raptus ab orbe fuit.
De proauo veniens Clodouæo celſa propago,
Clotariique nepos Chilpericique genus,
E *Quem de Regina ſumpſit Fredegunde venuſta,*
Auxerat & naſcens Francica vota puer.
Quem patris & patriæ dum ſpes adoleſceret ampla,
Accelerante die ſors inimica tulit.
Sed cui nulla nocent queruli contagia mundi,
Non fleat vllus amor quem modò cingit honor.
Nam puer innocuus viuens ſine crimine lapſus,
Perpetui regni ſe fauet arce frui.

Epitaphium Dagoberti Regis.

F
Dulce caput populi Dagoberte perennis amore,
Auxilium patriæ ſpes puerilis obis. Cap. v.
Germine regali naſcens generoſus, & infans,
Oſtenſus terris, mox quoque rapte polis.
Belligeri veniens Clodouæi gente potentis,
Egregio proaui germine honore pari.
Legibus antiquis reſpondens nobilis infans,
Chilpericique patris vel Fredegunde genus.
Te veneranda tamen mox abluit vnda lauacri,
Hinc licet arreptum lux tenet alta throno.

Immaculatæ animæ radiantes ſemper honore,
Viuorum retinent in regione locum.
Inque domo Domini plantati lumine vernant,
Candida cæruleis lilia mixta roſis.
Ceſſerit & Dominus cum membra redire ſepulta,
Veſtibit genitos tunc ſtola pulcra tuos.
Aut candens palma rutilo contexta ſub auro,
Et variis gemmis frons diadema gerit.
Vtentes que niues per candida pectora palla,
Purpureamque togam Lucida zona ligat.

Viuis honore ergo & cum iudex venerit orbis,
Surrecturus eris fulgidus ore nitens.

Ad Gregorium pro meritis Sapphicis.

Cap vi. *Pollente eloquio peruenit Epiſtola curſim,*
Sed voluit voto tarda venire meo.
Nec tamen offendit quamuis remorata requirit,
Quem tenet aſtrictum mente ligante virum.
Cum cupiam talem qualis fuit ille Naſanzo,
Gregorium vt repares dogmate, ſede parens.
Quæque iniunxiſti pater ecce poëmata miſi,
Et mihi proficient ſi tibi, chare, placent.
Hoc mandas etiam quo Sapphica metra remittam,
Da veniam modici dum ſeges vrget agri.
Dum meta dat ſpatium, tibi mox parere, parebo,
Si ſaturer fructu ſors meliora cano.
Pondere ſi valeo cum metro mitto libellum,
Quæ cape, in voto quod tibi dicat amor.

Ad eundem Epiſcopum Gregorium metrum, quod pollicitus eſt Sapphicum.

Cap. vii. *Corde iocundo, calamo venuſto,*
Litteras mittis cupiente voto,
Blanda conſcribens famina ſalutis,
Chare Gregori.
Exigens nuper noua me mouere
Metra quæ Sappho cecinit decenter,
Dic Dioncos memorans amores,
Docta puella
Pindarus Graius, meus inde Flaccus
Sapphico metro modulante plectro,
Molliter clangens cythariſta blando
Carmine luſit.
Cur mihi iniungis lyricas melodes,
Voce qui rauca modò vix ſuſurro,
Ecqui cordis mea dextra neſcit,
Pollice dulci.
Qui vel hæc olim mihi ſi fuiſſent,
Nota prudentem docili camæna,
Per tot oblitus fueram benignam
Tempora Muſam.
Cum labor doctis ſit vt iſta pangant
Dogma nec quiſque ſapienter mirat,
Et ſatis conſtent reſonare paucis
Metra Poëtis.
Non leue eſt nautæ rate transfretare
Vincere aut vaſtum pelagus natatu,
Vix procelloſo repetunt ſub Auſtro
Carbaſa portum.
Arduum nobis iter & profundum,
Quo iubet pergi tamen ibo votis,
Si minus poſſum pedibus viare,
Ducor amore.
Præſtitit paſtor tua iam voluntas,
Codicis farſum tumido cothurno,
Quemque paupertas mea vix valebat
Tangere ſenſu.
Regijs verbis humilis repugnat,
Diuites verſus inopi recuſans,
Et mihi mopſo reſerare nolens,
Docta Sophiſtis.
Diſputans multum variante melo,

A *Quæque ſunt rithmis vel amica metris,*
Sapphici quantum themi arua adornet,
Dulcis epodus.
Multis auctorum numerus habetur,
Plura dicentum modulo canoro,
Quæ volens iſto memorare metro,
Nomina fingo.
Maxime qui nunc reſolutus arte,
Poſtque bis denos loquor iſtud annos,
Clara quod ſcripſit cytharâ terendo
B *Lesbia virgo.*
Scire qui vult hæc Lybicas arenas,
Ante per littus numerare tendat,
Cuncta quam metri ratione cauta
Carmine cingat,
Nam moras feci remoratus ipſe,
Pluribus cauſis modò hinc & inde,
Nec vacans legi placida quiete,
Dulce Sophiſtæ.
Scito nam paſtor nec adhuc cucurri,
Ordinem totum relegens libellis,
C *Sed ſatis crede, ſatis eſt amanti*
Sola voluntas.
Ergo laxatus celeri volatu,
Ad patrem ſacrum comitante voto,
Et ſi nunc noſtrum renouas amorem,
Perge libelle.
Forte non poſſum piger ire greſſu,
Quo vocat blandus meus ille vultus,
Inuicem noſtram rogo te libelle,
Redde ſalutem.
D *Sit memor fili pater ore dulci,*
Hunc precans qui nos mare & aſtra fecit,
Ac pijs votis bene ſe colentem,
Pectore ſeruet.
Fœminæ certæ ſibi mente nexæ,
Quem colunt Agnes Radegundis idem,
Sicut expoſcunt vice filiarum,
Solue ſalutem.
Adde Iuſtinam pariter precantem,
Nempe commendans famulam propinquam,
E *Et refer quantum ſibi chara profert*
Neptis honorem.
Hæc tibi promptus prece, voce, mente,
Soluo vix implens ego paupertate,
Sed tamen largo refluens amore,
Chare Gregori.

Ad Baudoaldum Epiſcopum.

Summe Sacerdotum bonitatis opima facultas, Cap viii.
F *Culmen honore tuo, lumen amore meo.*
Officijs venerande ſacris pietatis alumne,
Pignore amicitiæ corde tenendo meo,
Florens in ſtudijs & ſacra in lege fidelis,
Semper agens animæ dona futura tuæ.
Te pater ergo precans terram, freta, ſydera teſtor,
Vt velis ore ſacro me memoraſſe tuum.

A

Ad Sidonium Epiſcopum Moguntiacenſem.

Cap. ix. *Reddita ne doleas felix Maguncia caſus,*
Antiſtes redijt qui tibi ferret opem.
Ne mœrore graui lacrymans orbata iaceres,
Hunc gaude pulſa te meruiſſe fame.
Porriget ecce manum genitor Sidonius vrbi,
Quem renouare locum priſca ruina petit.
Iura ſacerdotij placido moderamine ſeruans,
Per cuius ſtudium creuit & ipſe gradus.
Parturis aſſiduè grauidos per ſæcula fructus,
Quamuis Apoſtolico iunctus amore regis,
Suſcipit hæredem cœleſti germine natum,
Tali nupta viro quando marita placet.
Te vigili cuſtode lupus non diripit agnos,
Te paſcente gregem, non ouis vlla perit.
Cautius in toto per mitia paſcua ducis,
Toxica ne noceant florea rura paras.
Sis cibus vt populi placide ieiunia ſeruans,
Et ſatias alios ſubtrahis vnde tibi.
Nudos veſte tegis, captiui vincula ſoluis,
Depoſito reddens libera colla iugo.
Exulibus domus es, es eſurientibus eſca,
Felix cui Chriſtus debitor inde manet.
Te doctrina probum, prouidentia ſacra modeſtum,
Et facit eloquio vincere mella tuo:
Templa vetuſta nouans ſpecioſo fulta decore,
Inſeris hinc populis plus in amore Deum,
Vt plebem foueas Rheni tibi conuenit amnis,
Quid referat terris qui bona præbet aquis?
Hac quoque fama micat, tu inſtauras omne quod ex-
Viuis in æternum laude fluente tibi. (tat,
Hac viuas longos meritorum fruge per annos,
Et creſcente diu de grege vota feras.

Ad Ragnimodum Epiſcopum.

Cap. x.

al. lumine Rucco. *Summe pater patriæ dulci mihi famine fulges,*
Interiora mei cordis amore tenens.
Quicquid amicitiæ veteris collegimus ambo,
Creſcit in affectum ſemper opime meum.
Nam mihi nulla meos obliuio tollit amores,
Ante ſit extremum quàm mihi deſit amor.
Vnde, beate pater properans dependo ſalutem,
Optans longinquo te ſupereſſe gradu.
Hinc etiam ingentes reddo tibi pectore grates,
al. da. *Munere pro niueo marmore cum Pario.*
Quæ quotiens epulæ diſco tribuuntur in illo,
In doni ſpecie te pietate vident.
Nam pro gemmarum ſerie tibi reddat honorem,
Cui data proficiunt crux veneranda thróno.

Ad Droctoueum Abbatem.

Cap. xi *Vir venerande ſacer meritis ſub honore colende,*
Droctouee mihi ſemper amore pater.
Qui de diſcipulis Germani rite Beati,
Norma magiſterij factus es ipſe ſui.
Cuius Pontificis ſacra per veſtigia currens,
Deſpicis hic mundum, ſed cupis ire polo.
Perge libenter iter cœli manſurus in orbe,
Et pro me famulo quæſo precato Deum.

Ad Faramodum familiarem Regis.

Dulcis amice mei memorabile nomen amantis, Cap. xii.
Promptus in officijs vir Faramode bonis.
Si non ipſe adij, te pagina miſſa ſalutet,
Soluat & obſequium quod minus ipſe gero,
Commendeſque libens dominis me regibus oro,
Et referas grates pro pietatis ope.
Impenſo affectu me pagina veſtra requirat,
Hoc remeante tamen redde, benigne, vicem.

B

Ad Lupum & Valdonem Diaconos.

Corde parentali iugi pietate colendi,
Hinc Lupe blande mihi, Valdo vel inde ſacer: Cap. xiii.
Vt bonitate pares ſimul eſtis honore miniſtri,
Sic mihi conſimiles ſemper amore pari.
Quod valeo facio abſens vel dependo ſalutem,
Si non poſſum oculis, vos peto litterulis.
Pontifici ſummo nos commendare precamur,
Regibus & dominis ferte ſalutis opes. al. domus
C *Droctoueo dulci clero & conciuibus oro,*
Quod præſens facerem, vos adhibete vicem.
Mummolus egregius veneretur Cæſariuſque,
Et Conſtantino me memorate meo.

In Sancti Laurentij laude ac reſtauratione Baſilicæ.

Laurenti merito flammis vitalibus vſte,
Qui feruente fido victor ab igne redis, Cap. xiv.
Vir dilecte Deo terreno in corpore quondam,
Tunc quoque ſyderius iam tibi ſenſus erat.
D *Qui potuiſti oculos tactu reuocare ſepultos,*
Rurſus & in vacua fronte referre diem.
Luminis extinctas iterum accendiſſe lucernas,
Credimus hæc ſigno te faciente crucis.
Addita nunc etiam populis miracula præſtas,
Vt fidei tribuas indubitanter opem.
Dum tua templa nouant breuiori robore plebes,
Creueruntque trabes, creuit & alma fides.
Stipite contracto tua ſe mercede tetendit,
Quantum parua prius poſtea cæſa fuit.
E *Creſcere plus meruit ſucciſa ſecuribus arbor,*
Et didicit ſicca longior eſſe coma.
Vnde reciſa fuit populis fert inde ſalutem,
Si venit intrepidus, lumina cæcus habet.
Tu leuita ſacer pœna purgate fideli,
Vnde prius flammas, hinc modò lumen habes.
His ita temporibus venerandi Antiſtitis acta,
Sed tamen æterno ſunt memoranda die,

De domo lignea.

Cede parum paries lapidum conſtructe metallo, Cap. xv.
F *Artificis merito profero ligna tibi.*
Æthera mole ſua tabulata palatia pulſant,
Quo neque prima patet conſolidante manu.
Quicquid ſaxa, ſablum calciſque argilla tuentur.
Singula ſylua fauens ædificauit opus.
Altior & mitis quadrataque porticus ambit,
Et ſculpturata luſit in arte faber.

Ad Chrodinum Ducem Italiæ.

Cy xvi. *Inclite Dux meritis eorum vulgate per orbem,*
Quem nimis egregium ſplendida fama refert.
Non ego præteream præconia celſa Chrodine,
Ne videar ſolus magna ſilere bonis.
Itala terra tibi pariter Germania plaudunt,
Laus tua cunctorum ſemper in ore ſonat.
Clarus ab antiquis digno generoſior ortu,
Regibus & patriæ qui placiturus eras.
Tutoremque alij nutritoremque fatentur,
A *Et ſit certamen de pietate tua.*
Vt habeant alij nulli tua dona recurſas,
Tu tibi plus auges quas bene fundis opes.
Cui poſſis præſtare libens exquiris & optas,
Vt ſis apud cunctos hoc facis eſſe tuos.
Et generale bonum, nullis grauis, omnibus æquus,
Iuſtitiæ ſocium nulla rapina tenet.
Mitis in alloquio, placidus, gratuſque modeſtus,
Omnia cui data ſunt vt decus omne geras.
Gentibus aſtrictus Romanis carus haberis,
Felix qui populis ſemper in ore manes.

AD VIRVM ILLVSTREM SALVTATORIVM.

INter humanæ conditionis ſubripientia vulnera, quæ ſemper incerto tramite nutantium amicorum ac labentium temporum reddunt vota, ſuſpectum nihil eſt in aliquo aliquid magis quod cruciet quàm quemquam aut non videre quod cupiat, aut videre quod perdat. Cum trepidans animus in vtroque non modico ſub falce ſuccumbat, dum pendulus ſpectat diuturne quod habeat, & vt habere cœpit, mox amittat. Scilicet afflictus donec impetret, eluſus ſi perdit: ſed grauius hoc iaculo res illa percellitur, quod inter ſpectata amittere illic ſpes tenditur, hîc damnatur: illic dubius mœror anhelat, illic certus dolor eſt, ſi relinquat. Habet hoc inſitum natura præuaricatione protoplaſti parentis ad nos decurſa morte multata, vt ſæpe quod vix adquiritur, morte relinquatur. Serpentis inueterati dens radicem ſic perculit, vt nec arbor ſteterit, ſed in ſtirpe fixa mortis viuat. Miſit hoc poſteris hæreditas parentalis, vt iacentes morti quæramus viuere morituri. Vulnificauit cunctos infelicis arboris adquiſita poſſeſſio quæ blandientibus pomis prolem prius nocuit quam nutriuit: quo certè ſub epuli ſpecie mors intrauit. Ferali tactu læſit hoc parentes, & poſteros illorum guſtus amaritudinis fecit ſocios, quoniam virulentæ ſuaſionis poculum, quod pater malè ſorbuit, in prolem transfudit, & vt ita dictum ſit, quod à fonte manauit in riuum defluxit. Intulit hoc igitur illa mater de genere, ſed nouerca de crimine: Infelix cunctis Eua mors adeſt, quod certè ſola ſic extruit, vt vniuerſa deſtrueret, quæ inueterata machinatione decipulæ tudem virum perderet. Sed proles quid boni faciat, ſi ſe in calumniam vel mali parentis extendat? Aut vt illum iterum detrahendo remordeat, qui ſimul morſu perierat; Cum ipſe ſibi ſuffecerit, ſuus lapſus noſter eſt occaſus. Itaque puto incongruum, ſi vel illum remorſero per quem gratis venit ingratum: Cuius occaſione vitalis alimoniæ mors cœpit depaſci, cui dum oculorum apertio promittitur, lux fugatur & diuinitate promiſſa homo lapſus redit in terrã Hinc eſt quod prolem genitam nocens eſca traxit in prædam. Fecit illa captiuas nos proſperis exules, aduerſis conſortes, & tantum peregrinario grauior, quàm mors dura notior. Naſcitur ab Adam vetere vſque ad nouum hominẽ vita noſtra cum morte. Hinc ſe nec Abel exuit, nec Enoch effugit, neque Noë ſe ſubtraxit, qui diluuio mortem diſtulit non mutauit. Hoc Abraham Patriarcha non renuit, hanc legem legifer non auertit, Prophera ſuſtinuit & pluſquam Propheta ſuccubuit. Sara quoque, Rebeca, Rachel, Anna, Elizabeth, licet ſexus inferior, tamen hoc ſimul bibit amarum. Quid conquerantur de reliqois, cum ipſe triumphator mortis pro re qua caro factus eſt morti ſubiectus eſt. Nec fuerat plenus homo ſi non ſenſiſſet & tumulum: nec Deus crederetur, niſi ſurgeret de ſepulcro. Hinc eſt quod loquor chariſſime & fide dilectionis mihi connexe, eo quod tu hos per apices natæ caræ tranſitum conqueraris, vix ſingultu rumpente indicans calamo triſti decennalis tempus ætatis, irruẽte funere, pubertatis teneræ floſculum marcuiſſe, cum pene nuptiali retracta eſt de limine, non ad patris votum thalamo datur, ſed tumulo cum diuerſo cantico irrogatur, non thoro traditur, ſed ſepulcro. Ad cuius forte vota iam feſtinans familia feruebat, ſedulo parentela exertabatur & patria. Mater erat prece ſuſpenſa, ipſa aſſurgebat cura nutricis pubertate iuncea, roſea pulcritudine feſtiua, arte ſui ſexus ornata Sed quo me rapit formæ decor ſe prodere tam cito fugax, quam caro mendax? Cum defunctæ ſi prędicetur gloria accreſcant lamẽta Habuiſti igitur iſtud pater, ſed non tuũ reddidiſti potius commodatum. Ploratur velut amiſſum, ſi conſideretur, non perditur quod ad Chriſtum redit intactum. An certè conquereris quaſi ſolus iſta perpeſſus ſis: cum caſus hic vincat & Reges. An felicior Auguſto, fortior Alexandro, fauorabilior Traiano, ſanctior eſt Theodoſio, cum hoc habeat obitu æquale tam miles quam princeps? Patienter dolendum eſt, quod habes cõmune cum mundo. Quanta ſit autem fœmina ſi ab ipſo primo complexu ſe traxit ad tumulum, & pertuliſti diſpendium non agnito viro non habet quæ lamentanda ſunt: antea vero oportebat pudorem quam perdere ſic periiſſe. Vnde quamuis conqueratis talem re tali caſu amiſiſſe ſobolem, nulli tamen nouum eſt vt non potuiſſet hoc vitare puella quod venit per fœminam. Illa po-

tuis inſpice, vt iſta res funeris ſit virtutis, & ad illorum exempla te coæqua, qui dolore victo ſurgunt ad palmam. Habes itaque inter ipſa patientiæ culmina primum velut in ſpecula Iob cenſurã & normam, qui pro filiis Domino ſic gratias retulit, tanquam ſi tunc acceperit, cum amiſit. Qui vir experientiæ voluntatis diuinę tradidit totum ne caderet. Quid vero Dauid fortis, licet Goliam ſubdiderit, non ſe velut fœnum nutui cœleſti ſubſtrauit cum filio amiſſo lauit, epulatus eſt Ne repugnet intelligens voi cedere qui cuncta formauit. Seruus fidelis timuit offenſam boni Domini prouocare vel murmurare, qui vt iungeret eam diuinas ad nuptias, tugiter deflebat pius pater per lacrymas. Poteſtis autem conicere, quia talem non tolleret, niſi ſuis thalamis placuiſſet. Vnde ooſti abyſſum diuini conſilij? vel tuæ natæ qualis in corde concupiſcentia latitauit? Fortaſſis hoc aotea elegit quod meruit, & illud prodiit quod optauit. Qua de re, vir optime, eſto tibi iudex & pater, hoc eſt, ſi per charitatem te temperes & re iudices non offendis, præſertim cum te mitiget promiſſio redemptoris, & præconis Pauli vox ſimilata tonitruo, quia in ictu oculi reſurgere maturabunt ſepulti, & viuent ſub vmbra Chriſti de virginitate ſecuri.

ITEM SALVTATORIVM.

DOminis pet cuncta magnificis omnique deſiderio complectentibus ſeruientibus Domino Dominorum. Si humanæ conſuetudinis iſto ſe generali defectu per omnes vnus vſus extendit, & ab antiquis atauis ipſo ttadente genere ad nos vſque naturali quodammodo lege peruenit, eo quod poſt triticei panis oblectante candore vel ſuauitate paſcente, ad hordeaceæ frugis ariſtoſa cibaria faſtidioſo nimium dente, nare, fauce tranſitur: cum delectabilis eſcæ dulcedine permutante, edere niſi fames vrgear, auſteritas epuli non inuitat. Hinc eſt quod immenſa ac magnifica celſitudinis veſtræ gratia, copioſa quotidianæ diſciplinæ doctrina ſuper inundante refecta & feruentis ingenij, ſtudio lucubrante polita, poſt illum, vt ita dixerim, deterſum eloquentiæ veſtræ nitorem, & perſpicuè clarum exercitatione purgante, ad linguæ noſtræ rubiginoſam facundiam faſtidioſè veſtri ſenſus fulgida lux inclinat cum tale ſit quod ſermonis noſtri rumores vacillantes auditu: ac ſi poſt epulas coturnicis aut phaſiani delicatiſſimis cibis ingerã pecuales: Sed inter hęc vna ſpe præſumptionis videor aoimari, eo quod aliquatenus poſt regales delitias, eſca deſideretur ruralis, & ſæpe ruſticus offerat, quod animum potentis oblectat. Nam quamuis Regum conuiuiis auro intermicante purpurata palla coruſcet, ſæpe tamen iocunditate placere menſa plus aſſolet, vel adumbrata ſoliis ordinatis ex palmite, vel ſupertecto hederæ corimbo criſpante. Igitur habet & de ſylua reductus paſtor quod proferat, cui ſi deſint reliqua, tamen dignantem conuiuam vel delectans diues inuitat. Quapropter dominationis celſitudini & teſte Domino loquor profuſas dulcedini veſtræ ſalutis venerabiliter ac deſideratiſſime perſoluens, æterni Regis clementiam deprecor, vt dominis præcellẽtiſſimis feliciter regnautibus ac veſtrę poteſtatis officiis creſcentibus, ita fugitiuæ huius vitæ ſpatia producantur, vt piiſſimo tramite gubetnando, & vos ſine macula fideliſſime ſeruiendo, Creatoris ac redẽptoris noſtri deſideratum pariter intretis in regnum. Sperãs in Chriſto de veſtræ charitatis affectu humilitatem noſtrã peculiariter omnibus Sanctis & Domini famulis, ſed etiam dominis regnantibus vel eorum fidelibus proflua dulcedine commendetis, hoc fiducialiter deprecans vt veneratorem veſtrum portitorem apicum pręſentium hominem domnę Radegundi matri veſtræ animæ ſanctæ, vel ea quæ pro vtilitate & neceſſitate prædictæ domuæ ſuggeſſerit, coram Chriſto & eius Angelis pro ſui neceſſaria quam prece noſtra proprium habere dignemini. Indubitabiliter intimamus, vt quod pro cauſa illius apud præſentes domnos Reges impenderetis, apud æternum Regem centuplicato munere ſuis orationibus adquiratis.

ALIVD.

CElſitndinis veſtræ legatis tranſcurrentibus omni charitate refectas nos inſaturabili voto ſuſcepiſſe gratificamur epiſtolas: in quibus & quod erat noſtræ reuelationis conſultum, de veſtri culminis incolumitate relegimus, inſerendo commemorationem dulciſſimæ filiæ quam de mœrore partimur. Denique quibus fuit in iuuentute participata lætitia ſint communes lacrymæ neceſſe eſt in defuncta: Nec ratio ſuadet vt ſolum tibi priuilegium defendas in fletu, quæ habuiſti in cuius nos compari ligaremus affectu. Quoniam licet formata veſtris ex viſceribus proceſſiſſet, tameo non minus adulta noſtris in pectoribus habitauit, quippe quæ producens partum ex vtero tranſmiſeras, quaſi noſtrô gremio recepturũ, vt cùm à vobis eſſet, etſi nõ corde, tamẽ corpore receſſura, nobis velut in veſtra charitate fieret amplectẽda. Hinc eſt quod matri de illa genitalis canſa contulerat, mihi totum velut adoptiuus amor explebat: quia cum vobis genita, nobis tamen erat renata. Equidem optaueram promeritis eius illa ſuperſtite vobiſcum loqui de gaudio, magis quàm triſtis collatio naſceretur ex fletu. Sed multa rerum ſeries quæ illud celerius ſubripit quod magis placere cogoouerit, rem mihi deſiderabilem pene vno momento & offerre valuit & auferre, vel quare nobis rem attulit, quam ſubducere feſtinauit? Cum nihil ſit io humana conditione crudelius aut noo videre quod aueat, aut videre quod perdat. Sed quouſque ſuum mœrorem dolor importunus ex hac vita præceps ſine fræno moderatæ conſolationis excurrit, cum intelligat hoc temperari debere, quod emendare nequiuerit, & æquanimiter toleret quod infectum face-

re non valebit, præſertim cum millia tot admiranda refulſerint, nec apud homines in ſermone defecerit, & apud Deum de opere præmia iuuentutis expectet. Nam præter reliqua bona, quæ cum illa laudanda fuor, nec tamen clauſa iacent in tumulo dum voluuntur per ora cunctorum. Hoc vnum breuiter aſſero, ſi fides & perſecutio Chriſti martyrem facit, non habes in tali filia quod deflere, quia illi & recte gradi contigit & perferre, & licet feſtinaſſet in iuuentute ſors debita, tamen eſt innocentia ſecura de palma.

LIBER IX.

DE ORATORIO ARTANENSE.

Cap. I. *QVisquis ad hæc properas venerandi limina templi,*
Dona precaturus quæ dat amore Deus.
Hæc in honore ſacri Gabrielis culta coruſcant,
Cur pia iuſſa Dei rite miniſter agit.
Zachariæ veniens qui nuntia detulit aſtris,
Eliſabeth datus eſt quando Propheta potens.
Quiſque redemptorem cælo Regem omnipotentem,
Poſt ait vt terris ventre Maria daret.
Quæ ſacer antiſtes noua tecta Gregorius effert,
Vt ſibi cæleſtes reſtituantur opes.

Ad Eccleſiam Turonicam, quæ per Gregorium Epiſcopum renouata eſt.

Cap. II. *Emicat altithroni cultu venerabile templum,*
Egregium meritis nobilis arcis apex.
Quo propria tunica dum operit Martinus egentem,
Geſtorum ſerie fulgida ſigna dedit.
Nam idem Antiſtes ſacra dum myſteria tractat,
Lumina gemmarum eſt viſus habere manu.
Ac de veſte fuit quantum ſua dextera nuda,
Tantum membra ſibi gemma coruſca tegit.
Sanctus item Domini almum dum benediceret altar,
De capite eſt viſus flammeus ire globus.
Quæ modo templa ſacer renouata Gregorius offert,
Et redit priſcus cultus honorque ſuus.
Fulgida præcipui nituerunt culmina templi,
Poſtque vſus veteres præmicat aula rudis.
In ſenium vergens melius reuireſcere diſcens,
Diruta poſt caſus firmius acta ſitu.
Martini auxilijs operando Gregorius idem,
Reddidit iſte nouus quo fuit ille vetus.

Item de eadem re.

Clara ſupercilio Domini delubra niteſcunt,
Alma licet merito, ſunt quoque celſa iugo.
Inuida ſubruerat quam funditus ipſa vetuſtas,
Vt paries liquidis forte ſolutus aquis.
Quam paſtor ſtuduit renouare Gregorius ædem,
Nec cecidiſſe dolet, quæ magis aucta fauet.

Vbi Martinus pauperem parte Clamydis veſtiuit.

Ambianis tremulum cernens Martinus egenum,
Dimidiæ chlamydis mox opit membra tegit.
Sed coram Angelicis turmis ſe hac nocte ſilenti,
Pauperis in ſpecie Chriſtus habere refert.
O ſacer Antiſtes meritis referende ſub aſtris,
A *Vnde tegis mundum, hinc tua palla Deum.*

Vbi leproſum oſculo purgauit.

Inter opima Deus figulus quæ vaſcula fecit, Cap. III.
Martinus meritis vas in honore nitet.
Leproſi maculas pretioſa per oſcula purgant,
Cui quod ab ore dedit pax medicina fuit.
Viſcera morboſi curans ſic fauce beatus,
Quod Iordanis agit, tracta ſaliua facit.

Vbi catechumenum à morte ſuſcitauit.

Quam generoſa fides Martini in ſæcula ciuis,
B *Qui quocunque fuit mors ibit perdit iter.*
Denique dum extincto catechumenus ore iaceret,
Se ſuper extendens effugat arma necis.
Sic viduæ genito laqueato deinde reducto,
Eſt vir iſte Dei non licet ire mori.

Vbi pinum ſuccidere fecit.

Fanaticam pinum Sanctus ſuccidere cogens,
Iuſtum ibi ſuppoſuit ruſtica turba premi.
Cæſaque ſecuri arbor cum iam daret alta ruinam,
Ad crucis imperium eſt ire coacta retro.
Quis vigor hic fidei validæ dum pondera pini,
Quo natura negat crux facit ire viam.

C

Vbi puerum à ſerpente percuſſum curauit.

Serpentis morſu tumidum ſuprema regentem,
Hic digitum vt poſuit peſtis iniqua fluit.
Collecto morbo hoc & ab vlcere pollice tracto,
Dùmque venena cadunt, erigit ille caput.
Vnguentùmque nouum digitis traxiſſe venenum,
Et tactu artificis ſic ſupereſſe neces.

Vbi falſæ religionis ſoluit errorem.

Cum latro extinctus falſo coleretur honore,
Voce hunc Martini cogitur vmbra loqui.
D *Publicè ſe referens ſcelerum pro mole peremptum,*
Se quoque nec iuſtum, ſed magis eſſe reum.
O vox ſancta loqui defuncta cadauera cogens,
Cui poſt fata iacens dat ſua verba cinis.

Vbi viperam à littore retroire coëgit.

Pergeret in fluuium dum vipera lapſa natatu,
Et prope littoreis tangeret ora ſolis.
Martini imperio liquidas reuocetur ad vndas,
Tranſactumque viæ laſſa recurrit iter.
Quantus amor Domini tali ſub corde calebat,
Quando venena potens ipſa retorquet aquis.

Vbi epiſtola Sancti Martini à febre curantur multi.

Martini meritis aliis quoque febre crematis,
Sudores refluos pagina ſicca dabat.
Vnde ſalutifero medicamine charta fouebat,
Atque graues ignes littera tingit aquis.
Peſtis abeſt cunctis huius ſermone rigatis,
Febre vbi ſuccenſis fons, ſuus ibat apax.

De Reſtauratione templi à Gregorio Epiſcopo facta.

Alme Deus rerum pie ſumme Gregorius arcis,
Tu cui das ſedem dat tibi templa ſacer.
Nam veteri fuerant hæc funditus eruta lapſu,
Tecta labore nouo quæ modo culta cluunt,
Iure poteſtatis cui tu bone conditor orbis,
Hæc dantis in terris culmina redde polis.
Victa vetuſtatis per tempora culminis alta,
Diruit vt melior ſurgeret aula ſolo.
Quo ſacra Martinus Domini myſteria tractans,
A capite igniferum miſit in aſtra globum.
Ne tamen ipſa ruens miſerando fine iaceret,
Pontificem meruit qui ſibi ferret opem
Quæ rediuiua micans inſtante labore Gregori,
Decidua in ſeñio floret honore nouo.
Fundamenta igitur reparans hæc priſca Sacerdos,
Extulit egregius quam ntuere prius.
Nunc placet aula decens patulis oculata feneſtris,
Quo noctis tenebris clauditur arce dies.
Lucidius fabricam picturæ pompa perornat,
Ductaque qua fucis viuere membra putes.

De Leproſo curato.

Pannonia æſtiuum miſit tibi Gallia fructum,
Gignens cæleſtem terra maligna dapem.
Martinum illuſtrem meritis qui munere diuo,
Culmen in ætheria ſede ſenator habet.
Qui lepræ maculas medicata per oſcula purgat,
Curat & infectum pura ſaliua virum.
Ad fluuium Domini cui non fuit ille labore,
Quod Iordanis habet Sanctus ab ore dedit.
Qui ſacer ipſe mihi te paſtor agente Gregori,
Fortunato adimat tot maculoſa reo.

De diuiſione Chlamydis.

Dum chlamydem Martinus inops diuiſit egeno,
Chriſtus ea memoret ſe bene veſte tegi,
Diues paupertas Dominum quæ texit amictu,
Cui Deus occurrit qui dedit aſtra faber.

De tunica pauperi data.

Noſcere qui manis Martini geſta beati,
Hic poteris breuiter diſcere mira viri.
Denique cum tunicam ſacer ipſe dediſſet egenti,
At ſibi pars tunicæ reddita parua foret.
Quod non texerunt telæ per brachia curtæ,
A Viſa tegi gemmis eſt manus illa viri.
O nimium felix cui contigit in vice lanæ,
Nobilium lapidum lumine membra tegi.
Vt cum adhuc cinere aſperſus foret atque fauillis,
Artifice Angelico gemmeus iret homo.

De mortuis reſuſcitatis.

Quid Deus in famulis operetur opimus amator,
Martini geſtis magna probare potes.
B Ducere qui meruit de morte cadauera vitæ,
Retulit atque diem reppulit vnde necem.

De ſucceſſione pinus.

Dum caderet Martinum arbor preſſura beatum,
Mox facit ipſe crucem, pinus abacta redit.
Quis non virtuti diuinæ commodet aurem,
Dum trabe conuerſa dant quoque ligna fugam?

C De ruina Idolorum.

Idola cum cuperet Martinus ſternere fulta,
Conterit hæc cælis magna columna ruens.
Auxilium ad iuſti dignando militat æther:
Quanta fides cuius currit ad arma polus.

De falſo Martyre.

Forte colebatur dum quis pro martyre latro,
Martini aduentu ſe probat eſſe reum.
D Virtutis merito fidei radiante coruſco,
Nec tacet extincti, nec latet vmbra rei.

Ad Childebertum Regem & Brunechildem Reginam: De Natali Sancti Martini.

Præcelſis dominis famulus nunc corde puſillus,
Proſpera ſint vobis ceu cupio ex animo.
Ecce ſuperuenit venerandi in ſæcula ciuis,
Martini meritis luce perenne dies.
E Qui modo de Gallis totum mirè occupat orbem,
Et virtus pergit quo pede nemo valet.
Qui velut alta pharus lumen pertendit ad Indos,
Que Hiſpanus, Morus, Perſa, Britannus amat.
Hunc oriens, occaſus habet, hunc Africa, & Arctos,
Martini decus eſt quæ loca mundus habet.
Quippe per Oceani diſcurrit marginis vndas,
Omnibus vt præſtet circuit orbis iter.
Per cinerem aſcendens, per dura cilicia cælos,
F Stat modo gemmatus pauper in orbe prius.
Quo Patriarcharũ decus eſt radiántq; Prophetæ,
Quo eſt ſacra turba ſenum bis duodena patrum.
Inter Apoſtolicum numerum rutilante Senatu,
Quo ſedet ipſe throno Rex ſibi Chriſtus amor.
Quo excellit cum claue Petrus, cũ dogmate Paulus,
Fulget & in reliquis palma, corona, fides.
Quo loca Martyribus vernanti lumine florent,
Atque libro vitæ eſt ſcriptus honore fluor.
Quo Confeſſores gemmata palatia complent,
Æternumque tenent aurea tecta diem.

Stat quoq; poſt lacrymas vbi nūc Radegūdis opima, A
Forſan & Eugenia hanc tenet illa manum.
Hos inter Martinus habet diademata pulcher,
Atque ſacris lumbis fulgida zona viret.
Cantat & egregios Chriſti de morte triumphos,
Atque reſurgenti plaudit amore Deo.
Hunc quoq; Martinū colitis quem regna patronū,
Vos hunc in terris, vos memor ille polit.
Vos intra Angelicas turmas canat ille ſub aſtris,
Cui vos ante homines fertis honore diem.
Nomina veſtra legat Patriarchis atque Prophetis, B
Cui hodie in templo diplicius hebet ebur.
Reddat Apoſtolicos proceres reliquoſque patronos,
Quem vos hic colitis, vel pia feſta datis.
Pergat & ad Chriſtum pro vobis ille precator,
Cui vos in templis vota precando datis.
Ante poli referat ſua hæc ſolemnia Regem,
Dentur vt hinc vobis regna ſalutis opes.
Deputet & Dominus veſtrum hunc eſſe patronum,
Vt modo qui colitur vos colat huius opus.
Qui dedit hic habitans miracula plurima terris,
Diſtribuit vobis hic quoque mira potens.
Cuius gemmata eſt tunc dextera viſa beati,
Vos ſimul & veſtros protegat illa manus.
Qui tunc promeruit reuocare cadauera vitæ,
Hic quoque pro veſtra dona ſalute ferat.
Qui percuſſo homini abſtraxit de carne venenum,
Noxia de vobis ipſe venena vetet.
Qui ſerpentis iter fecit reuocare retrorſum,
Ipſe graues caſus hinc agat ire retro.
Qui virtute domum ſaluam dedit eſſe fruenti,
Hæc domus incolumis floreat huius ope.
Cuius opima chlamis tremebundum texit egenum,
Eius Apoſtolici vos tegat ala viri.
Qui viduæ matri reuocauit ad vbera natum,
Ipſe tibi hæc tribuat pignora mater, aua.
Vt Childebertus maneat cum prole nouella,
Rex ſua regna tenens & noua regna trahens.
De genita vt videas genitrix vt dulcius optas,
Deque nuru chara quod tua vota rogant.
Vnde hic felices habeant ſua feſta fideles,
Et Domini famuli ſitis honoris apex.
Quem tibi plus libeat Brunichildis habere patronū,
Quando domum Dominus ſeruat in orbe pius.
Sic quoque te erudiat, regat, & ſic tramite ducat
Actibus ipſa piis vt ſibi iuncta mices.

Ad eoſdem in laude.

Si præſtaretur præconia pandere Regum
Non mihi ſufficeret nocte diéque loqui.
Qualiter hic populus dominorum pendet amore,
Et veſtris oculis lumina fixa tenet.
Vos quibus & ſpeculum & lux, & dulcedo manetis,
Charum ornamentum, his ſimul eſtis honos.
Præcipuum donum placidum & placabile regnum,
Eſt veſtrôque ſtatu culmen in orbe pium.
Hiſque parentela & patria & tutela coruſcat,
Hic decus atque gradus, hic pietatis opus.
Hic tranquilla dies, hic ſpes iocunda fideli,
Poſtque Deum in vobis dona ſalutis habent.
Hic ego cum populo mea vota & gaudia iungo,
Quæ pius amplificans creſcere Chriſtus agat.
Præſtet cura Dei vos longa in ſede tueri,
Cæleſti ac dono regna tenere diu.
Adquirens adhuc noua vel poſſeſſa regatis,
Ac pie participes has foueatis opes.
Vt tibi quæ flores de nato & germine meſſem,
Naturam videas mater honore micans.
Ex genito ſicut genitiſque nepotibus amplis,
Altera progenies inclita detur auæ.
De Childeberti dulcedine, flore, ſalute,
Fructum habeas genitrix plebs ſua vota videns,
De nata atque nuru cumulet tibi dona Creator,
Cúmque pio merito ſpes placitura Deo.
Hic mercar rediens vobis dare verba ſalutis,
Congaudens dominis paruulus ipſe piis.
Proſpera ſint regum, populorum gaudia creſcant,
Exultet regio, ſtet honor iſte diu.

De Nauigio ſuo.

C *Regibus occurrens vbi Mettica mœnia pollent,*
Viſus & à dominis ipſe retentor equo.
Muſellam hinc iubeor percurrere nauita remo,
Accelerans tremulis pergere lapſus aquis.
Aſcendenſque ratem gracili trabe nauta cucurri,
Nec compulſa Notis prora velabat aquis.
Interea locus eſt per ſaxa latentia ripis,
Littore conſtricto plus leuat vnda caput.
Huc proram implicitam rapuit celer impetus actā,
Nam prope iam tumidas ventre bibebat aquas.
Ereptum libuit patulos me cernere campos,
D *Et fugiens pelagus, ruris amœna peto.*
Gurgite ſuſcipior ſubter quoque fluminis Ornæ,
Quo duplicata fluens vnda ſecundat iter.
Inde per excluſas cautà rate pergimus vndas,
Ne veluti piſcem me quoque naſſa leuet.
Inter villarum fumantia culmina ripis,
Peruenio qua ſe voluere Sura valet.
Inde per extantes colles & concaua vallis,
Ad Suram pronis labitur amnis aquis.
Perducor Treuerum qua mœnia celſa pateſcunt,
Vrbs quoque nobilium nobilis atque caput.
E *Ducimur hinc fluuio quo culmina priſca Senatus*
Quo patet indiciis ipſa ruina potens.
Vndique proſpicimus minitantes vertice montes,
Nubila quo penetrans ſurgit acuta ſilex.
Qua celſos ſcopulos prærupta cacumina tendunt,
Hiſpidus & tumulis creſcit ad aſtra lapis.
Nec vacat hic rigidis ſine fructibus eſſe lapillis,
Denique parturiunt ſaxáque vina fluunt.
Palmite veſtitos hic reſpicis vndique colles,
F *Et vaga pampineas ventilat aura comas.*
Cautibus inſertæ denſantur in ordine vites,
Atque ſupercilium regula picta petit.
Culta nitent inter horrentia ſaxa coloni,
In pallore petræ vitis amœna rubet.
Aſpera mellitos pariunt ibi ſaxa racemos,
Et cote in ſterili fertilis vua placet.
Quo vineta iugo caluo ſub monte comantur,
Et tegit vmbroſus ſicca metalla viror.
Inde coloratas decerpit vinitor vuas,
Rupibus appenſus pendet & ipſe legens.

Delicias oculis habui dapiduſque cibatus,
Hac iocunda tenens nauita regna ſequens.
Hinc quoq; ducor aquis qua ſe rate Contrua cõplet,
Quo fuit antiquum nobilitate caput.
Tum venio qua ſe duo flumina conflua iungunt,
Hinc Rhenus ſpumans, inde Moſella ferax.
Omne per illud iter ſeruibant piſcibus vndæ,
Regibus & dominus copia feruet aquis.
Ne tamen vlla mihi dulcedo deeſſet eunti,
Paſcebar muſis aure bibente melos.
Vocibus excuſſi pulſabant organa montes,
Reddebántque ſuos pendula ſaxa tropos.
Laxabat placidos mox aerea tela ſuſurros,
Reſpondit cantus rurſus ab alpe frutex.
Nunc tremulo fremitu modo plano muſica cantu,
Talis rupe ſonat, qualis ab ære meat.
Carmina diuiſas iungunt dulcedine ripas,
Collibus & fluuiis vox erat vna tropis.
Quo recte populum primatum & lex bona Regum, Quo recreet populi, hoc exquirit gratia Regum.
Inuenit & semper quo ſua cura iubet.
Antonnacenſis caſtelli promptus ad arces,
Inde per accedens ſarcina pergo ratis.
Sint licet hic ſpatiis vineta in collibus amplis,
Altera par planis fertilis extat agri.
Plus tamen illa loci ſpecioſi copia pollet,
Altera quod populus fructus habetur aquis.
Denique dum præſunt Reges in ſedibus aulæ,
Ac menſæ officio prandia feſta colunt.
Retibus inſpiciunt quo ſalmo faſce leuatur,
Et numerat piſces cum ſit in arce ſedens.
Rex fauet immenſa reſilit dum piſcis ab vnda,
Atque animos reficit quod ſua præda venit.
Illuc fauſta videns, huc læta palatia reddens,
Paſcens ante oculis, poſt fouet ipſe cibis.
Præſentatur item Rheni ſimul aduena ciuis,
Turbaque quo reſidens gratificatur edens.
Iſta diu dominis ſpectacula plurima præſtent,
Et populis dulces detis habere dies.
Vultibus ex placidis tribuatis gaudia cunctis,
Veſter & ex veſtris lætificetur apex.

De oratorio Artannenſe.

Magna beatorum retinet hæc terra talenta:
Diuinis opibus diues habetur humus.
Pars dextra Angelico Gabrielis honore coruſcat,
Gaudia qui mundo detulit ore ſacro.
Quando æternalem concepit virgo ſalutem,
Dona Redemptoris nuncius iſte ferens.
Læua eſt parte lapis tumuli quem corpore Chriſtus,
Preſſit morte breui victor eundo patri.
Hic quoque relliquiis micat ille Gregorius almis,
Qui probus igne redit, nec pice merſus obit.
Sunt etiam Coſmas, Damianus & ipſe, ſalubres,
Non ferro artifices ſed medicante fide.
Aſt Iulianus item gladio iugulatus amico,
Plebs quem Aruerna colens arma ſalutis habet.
Martinuſque ſacer, retinet quem Gallicus orbis,
Cuius Chriſtum operit dimidiata chlamis.
Se tunica ſpolians nudum qui veſtit egenum,
Vnde data ſibi ſunt alba topazus onix.
Quæ meruere aliqui hoc in tempore cernere Sancti,
A *Gemmarúmque ſonus quod patefecit opus.*
Additur hic meritis cum nomine victor opimus,
Munere martyrij qui tenet alta poli.
Hic veteris virtute viri noua palma Niceti,
Vrbem Lugdunum qui fouet ore ſinu.
Horum paſtor opem corde, ore Gregorius ornat,
Viuat vt altithrono vir ſine fine Deo.

Immenſa; In villa Sancti Martini ante Deſcriptores. al. rigua

B *Cum videam cytharæ cantare loquacia ligna,*
Dulcibus & choris admodulare lyram
Quo placido cantu reſonare videntur & æra,
Mulceat atque aures fiſtula blanda tropis.
Quamuis hic ſtupidus habeas conuiua receptus, al. habeat
Et mea vult aliquid fiſtula muta loqui.
Ecce dies in quo ſurrexit Chriſtus ab imo,
Legis Auernalis rumpere vincla potens.
Quando & vinctorum lacrymantia millia ſoluit,
Et renouant multos Tartara fracta viros.
Additur hic aliud quod Martini aula beati
C *Emicat, hæc vbi nunc prandia feſta fluunt.*
Qui valuit geſtis aures pulſare Tonantis,
Obtinet & meritis quod petit alma fides.
Qui piæ reſtituit defuncta cadauera vitæ,
Atque Dei prompte præbet amicus opem.
Qui ſucceſſor ouans modo rite Gregorius extans,
Ille quod adquirit, hic regit, ore, fide. al. Cui
Qui rogat hic præſens alibi licet inſidet abſens,
Exhibet atque cibos paſtor in orbe bonus.
Hunc igitur celebrate diem ſolemniter omnes,
Quo Deus omnipotens hic dedit eſſe pares.
Quos ſibi Martinus collegit amore benignus,
D *Et facit ecce eſcas hic epulare ſuas.*
Ergo ſub incolumi Childeberto ac Brunichilde,
Quos tribuit celſos regna fouere Deus.
Vos quoque miſerunt populum moderare fidelem,
Et releuare inopes ſi quis & extat egens.
Ac bona da dominis noſcendo & agendo benigna,
Sint quoque lætitia pabula veſtra fide.
Quos inuitauit Martini menſa beati,
Sumite gaudentes quod dat amore dies.
Quæ bonus Antiſtes naſcendo Gregorius expers,
Plaudat, & hæc populis gaudia veſtra canat.
E *Omnia tranquilla diſponens tempore pace,*
Cum Rege & populos vt tegat arce Deus.

Pro puella à iudicibus capta: Ad Gregorium Epiſcopum.

Exemplo Domini mihi vel venerabilis orbi,
Qui minimas non vis perdere paſtor oues.
Sollicitis animis curam per paſcua tendens,
Ne deſint caulis circuis ore greges.
F *Hic igitur gerulus genitam flens impie demptam,*
Captiuam ſobolem tempore pacis habens.
Martinique pij ſucceſſor honore Gregori,
Qui pater es populi hanc rogo redde patri.
Iugiter ille ſacris meritis illuminat orbos,
Orbato hanc patri redde videndo diem.

Pro eadem re, ad Romulſum.

Si rapidis oculis te ſemper amice viderem,
Sic quoque vix auidum me ſatiaret amor.
Qui ſi præſentis non poſſem cernere vultum,
Te mihi vel ſcriptis chare ſaluto libens.
Hunc etiam famulum commendo benigne verenter,
Et ſi iuſta petit hunc tua lingua iuuet.
Qui tortus grauiter genitam ſibi luget abactam,
Per vos vt redeat filia capta rogat.
Paupere vt audito dum eſtis medicina dolenti,
Veſtris nempe choris ſit pia cura Deus.

Item pro ipſa re ad Gallienum.

Officiis exerce tuis moderamina ſollers,
Sollicitus ſtudiis vtilitate comes.
More mihi ſolito dulcis tibi debita ſoluo,
Qui colo deuictus reddo ſalutis opus.
Sit commendatus homo quem malè torſit iniquus,
Perdidit & genitam heu miſer iſte ſuam.
Huic da iuſtitiam de vulnere corporis emptam,
Et pie captiuam fac remeare ſuam.
Inter vtramque viam cui lex & filus deſit,
Vnus in ambabus rebus adeſto ſalus.

Pro eadem re, ad Florentinum.

Dum pergit hinc quiſque viam mea pagina currat,
Prodat vt eloquio quod ſibi debet amor.
Nunc quoque chare mihi bone ſemper amice fidelis,
Pectore deuotus redde ſalutis opus.
Commendo hunc etiam famulum dura ante redactum,
Tortus qui legem nec meruiſſe gemit.
Illa dolens grauius quæ vulnera corpore fixa,
Quod ſibi ſubducta eſt filia parua rudis.
Audiat hanc vocem pietas miſerando benigne,
Quæ ſibi cum tribuis hinc tibi magna dabis.

Ad Epiſcopos, pro commendatione peregrini.

Pontifices ſummi fidei via ſemita vitæ,
Quos dedit omnipotens luminis eſſe duces.
Cuſtodeſque gregi cæleſtis contulit agnus,
Vos bene paſtores vt foueantur oues.
Ecce viator adeſt peragens iter inſcius illud,
Finibus Italicis heu peregrina gemens.
Exulis auxilium, errantis via, norma ſalutis,
Ad reditum patriæ ſitis honore pares.
Semina præſentis mercedis vt ampla metatis,
Et redeat vobis centuplicata ſeges.
Fortunatus enim humilis commendor opimis,
Ac per vos Domino culmina ſancta precor.

De Platono Epiſcopo.

Prouida diſponunt Reges ſolatia plebi,
Pontificem dantes quem probat alma fides.
Vt colat Hilarium quem dat Martinus alumnum,

A *Et confeſſoris protegat ala potens.*
Hic regat hic populum ſucceſſor honore beato,
Et clerum Eccleſiæ qui moderetur ope.
Floreat arce decens Rex Childebertus in orbe,
Cùm genitis, populo, matre, ſorore, iugo.
Gaudia læta parit præſentia Sancte Gregori,
Et geminas vrbes adiuuet vna fides.
Qui modo diſcipulo Platono Antiſtite ſummo,
Solemnem Eccleſiæ hic dedit eſſe diem.

De Armentaria matre Gregorij Epiſcopi.

Felix bis meritis ſibi Machabæa vel orbi,
Nobilitas generis nobilior genitis.
Quæ ſeptem palma cælo tranſmiſit ab aluo,
Martyrijque decus protulit ille vterus.
Tu quoque prole potens recte Armentaria felix,
Nec minor ex partu quam prior illa ſinu.
Illa vetus numero maior, tu maxima cælo,
Quod poterant plures vnicus hoc tuus eſt.
C *Fœtu clara tuo, genitu circundata fructu,*
Eſt tibi Gregorius palma, corona nouus.
Me Fortunatum humilem commendo verenter,
Ac mihi cæleſtem quæſo preceris opem.

Pro Comitatu Sigoaldi.

Finibus Italiæ cumprimum ad regna venirem,
Te mihi conſtituit Rex Sigibertus opem.
Tutior vt graderer tecum comitando viator,
D *Atque pararetur hinc equ..., inde cibus.*
Impleſti officium, cuſtos reuoc... ...mico.
Et mihi vel tandem iam mea cura redit.
Dic meus vnde venis poſt tempora plurima dulcis,
Magnus honore tuo, maior amore meo.
Promptus in affectu Sigoalde benigne clientum,
Et Fortunato nomen, amice, pium.
Rex Childebertus creſcens te creſcere cogat,
Qui modo dat comitis, det tibi dona ducis.
Te domino tali videant ſua vota fideles,
E *Curſibus & fiat proſpera vita tua.*

Ad Sigoaldum Comitem, quando pauperes pro Rege pauit.

Actibus egregiis præconia fulgida pollens,
Laus tua Chriſte ſonet dum bona quiſque gerit,
Vnde genus hominum placeat tu ſumme miniſtra:
Nam niſi tu dederis, proſpera nullus agit.
Diuitibus largus, forte hinc non par... egenis,
F *Se vt redimat diues quando fouetur egens.*
Dulciter iſta tui pia ſunt commercia regni,
Dum eſcam ſumit egens diuitis auget opes.
Pauper ventre ſatur ſatiat mercede potentem,
Parua capit terris, præparat ampla polis.
Diuitibus plus præſtat egens, quàm diues egenti,
Dat moritura cibi ſumit opima Dei. forte ſibi
Dans terræ nummum miſſurus ad aſtra talentum,
Et modicis granis ſurgat vt alta ſeges. forte Ex
Dent, saciant, ſpargant, commendent ſemina Chriſto
Hic dare ne dubitent quæ reditura manent.

AAAa

A *Da, ſic Chriſtus erit tibi theſaurarius inde,*
Præſtat inops quidquid reddere Chriſtus habet. al. Præſta inopi.
Hac animaiue ope expoſcens meliora Tonantis,
Nec dubitante fide quod Deus iſta dabit.
Pro Childeberti Regis florente ſalute,
Surgat vt in ſolio qui fuit altus auo.
Fiat vt hic iuuenis validis robuſtior annis,
Ceu viguit proauus, ſic ſit in orbe nepos.
Ergo ſuus famulus Sigoaldus amore fidelis,
Pauperibus tribuit Regis vt extet apex.
Hinc ad Martini venerandi limina pergens,
Auxilium Domini dum rogat ipſe ſui.
B *Et dum illuc moderans Rex progenteſque laborat,*
Quod precibus Sanctus hunc iubet, illud agit.
Denique procedens ſolemnia ſacra tenere,
Pauperibus Chriſti præbuit eſſe dapem.
Diſpenſata placent alimenta per agmina Chriſti,
Paſcitur & populus quem fouet arce Deus.
Plurima cæcorum reſonetur turba virorum,
Eſt quibus vt tua pax, lux, Deus atque via.
Hinc aliter claudus quem dirigit ordine Chriſtus,
Quiſque ſui Domini pendulus implet opus.
C *Quis referat tantos memorare ſub ordine morbos,*
Occurrens pariter quos ſua cura fouet?
Vnde cateruatim coeuntia millia paſcens,
Erogat vt habeat, Rex quoque cuncta regat.
Te Fortunatus comes hinc Sigoalde ſalutans,
Regi ad auxilium des meliora precor.

De prandio Defenſoris.

Paſchale hic hodie donum memorabile floret,
Defenſor paſcit quos comes ipſe fouet.
Delitiæ Domini quæ tempora vota miniſtrant,
D al. quas. *Vndique conueniunt flumine, fruge, polo.*
Childeberti etiam dominatio longa refulgens,
Te Sigoalde diu ſubleuet arce gradu.
Sit regio felix, felicis Regis amore,
Atque boni comitis creſcat honore fides.

Ad Galactorium Comitem.

Veniſti tandem quo debebaris amice,
Ante Comes merito, quàm datus eſſet honor.
E *Burdegalenſis eras & cum Defenſor amore,*
Dignus habebaris hæc duo digna regens.
Iudicio Regis valuiſti creſcere iudex,
Famàque quod meruit, regia lingua dedit.
Debet & ipſe potens vt adhuc bene creſcere poſſis,
Præſtet vt arma ducis qui tibi reſtat apex.
Vt patria fines ſapiens tuearis & vrbes,
Adquiras vt ei qui dat opima tibi
Cantaber vt timeat Vaſco vagus arma paueſcat,
Atque Pyreneæ diſſerat Alpis opem.
Aut quaſi grãde loquor facit hoc ſacer vnic⁹ auctor,
F *A Domino erigitur paruus & altus homo.*
forte veniunt de *De tyrone duces venit, & de milite princeps:*
Vt reliquos taceam Iuſtinianus erat.
Hoc & in Eccleſia Chriſto tribuente refertur,
De exorciſta aliquo pontificalis honor.
Egregius merito Martinus teſtis habetur,
Qui fuit ante ſacer, quam ſacra iura daret.

A *Hoc agit Omnipotens totum qui condidit orbem,*
Magnique ſolis putes quæ facit ipſe potens.
Lætior ergo precor maneas in culmine, rector,
Sperans maiora vir ratione ſagax.
Rege ſub hoc florens æternàque regna requirens,
Immortale piis actibus auge decus.
Iuſtitia ac pietas tecum comitata coruſcent,
Illa tuum pectus protegat, illa latus.
Alta fides etiam dilectio fida niteſcat,
Et Fortunato ſis comes amplus amor.

B

INCIPIT LIBER X.

Ad Domnam Radegundem, quando ſe reclusit.

QVo ſine me mea lux oculis errantibus abdit,
Nec patitur viſu ſe reſerare meo.
Omnia conſpicio ſimul æthera, flumina, terram,
Cum te non video ſunt mihi cuncta parum.
Quamuis ſit cælum nebula fugiente ſerenum,
C *Te celante mihi ſtat ſine ſole dies.*
Sed precor horarum ducat rota concita curſus,
Et breuitate velint ſe celerare dies.
Conſultum nobis ſanctiſque ſororibus hac ſit,
Vt vultu releues quos in amore tenes.

Ad eandem, De natalitio Abbatiſſæ.

Mater opima decens voto lætare beato,
Gaude natalem filia dulcis habet.
Hanc tibi non vterus natam, ſed gratia fecit,
Non caro ſed Chriſtus hanc in amore dedit.
D *Quæ ſit in æterno tecum tibi contulit auctor,*
Perpetuam prolem dat ſine fine pater.
Felix poſteritas quæ nullo deficit æuo,
Quæ cum matre ſimul non moritura manet.
Si modo feſta dies ſancto Radegundis honore,
Agnetem hanc vobis agnus in ore dedit.
Gaudia diſtenſos pariter celebretis in annos,
Et per vos populus vota ſuperna colat.
Virgineoſque choros moderamina ſancta doteatis,
Perpetuæ vitæ diſtribuatis opes.
E *Sic longinqua ſalus teneat vos corpore iunctas,*
Rurſus in æterno lumine iungat amor.

Ad eandem, vt vinum bibat.

Si pietas & ſanctus amor dat vota petendi,
Exaudi famulos munere larga tuos.
Fortunatus agens Agnes quoque verſibus orant,
Vt laſſata nimis vina benigna bibas.
Sic tibi det Dominus quæcunque popoſceris ipſum,
Et tibi ſicut amas viuat vterque rogans.
F *Suppliciter petimus ſi non offendimus ambo,*
Vt releues natos mater opima duos.
Non gula vos ſed cauſa trahat modo ſumere vina,
Talis enim potus viſcera laſſa iuuat.
Sic quoque Timotheum Paulus tuba gentibus vna,
Ne ſtomachum infirmet ſumere vina iubet.

Ad Abbatiſſam, De natali ſuo.

Dulce decus noſtrum Chriſti ſanctiſſima virgo,
Agnes quæ meritis immaculata manes.
Hic tibi complacuit hodiernum ducere tempus,
Vt mihi inexpletam diſtribuiſſes opem.
al. vecto-lium *Nec dare nunc dominæ moderamina dulcia linguæ,*
Cui dum verba refers paſcitur ore tuo.
Abſtinuiſſe cibis etiam vos ipſe probaui,
Et quaſi pro vobis eſt mihi facta fames.
Audio ſomnus iners radiantes preſſit ocellos,
Ah! nimias noctes anticipare volens.
Cui non ſufficiant hæc tempora longa quietis,
Cum prope nox teneat quod duplicata dies.
Nubila cuncta tegunt, nec luna nec aſtra videntur,
Si ſis læta animo me nebulæ fugiunt.
Gaudia vera colat quæ nos hæc ſcribere iuſſit,
Et tecum faueat ducta ſub arce poli.

Item ad eandem.

Mater honore mihi, ſoror autem dulcis amore,
Quam pietate, fide, pectore, corde colo
Cæleſti affectu non crimine corporis vllo,
Non caro ſed hoc quod ſpiritus optat amo.
Teſtis adeſt Chriſtus Petro Pauloque miniſtris,
Cumque piis ſociis Sancta Maria videt.
Te mihi non aliis oculis animóque fuiſſe,
Quam ſoror ex animo tu Titiana fores.
al. vtero *Ac ſi vno partu mater Radegundis vtroſque,*
Viſceribus caſtis progenuiſſet, eram.
Et tanquam pariter nos vbera chara beatæ,
Pauiſſent vno lacte fluente duos.
Heu mea damna gemo, tenui ne forte ſuſurro,
Impediant ſenſum mollia verba meum.
Sed tamen eſt animus ſimili me viuere voto,
Si vos me dulci vultis amore coli.

Item ad eandem.

Quæ charæ matri, quæ dulcia verba ſorori,
Solus in abſenti cordis amore loquar.
Quas locus excludit mens anxia voce requiret,
Et ſimul vt videat per pia vota rogat.
Te peto chara ſoror mater pietate benigna,
Quod minus impedit hic, tu famulare velis.
Illa decens tecum longo mihi viuat in æuo,
Et tribus in Chriſto ſit precor vna ſalus.
Nos neque nunc præſens, nec vita futura ſequeſtret,
Sed tegat vna ſalus & ferat vna dies.
Hic tamen vt cupio vos tempora longa referuent,
Vt ſoror & mater ſit mihi certa quies.

Item ad eandem.

Acceſſit votis ſors iocundiſſima noſtris,
Dum meruere meæ ſumere dona preces.
Proficit almarum mihimet cibus ille ſororum,
Has ſatias epulis, me pietate foues.
Qua probitate micans partes componis vtraſque,
Me recreas animo has ſaturando cibo.
Paſcunt membra dapes, animam dilectio nutrit,
A *Quæ cui plus opus es dulcior eſca venis.*
Audiat omnipotens & te pia vota petentem,
Vt tibi perpetuos fundat in ore cibos.
Sæcula longa ſimul cum matre ſuperſtite vernes,
Et veſtro fræno ſtet charus ille Deo.

Ad eandem, pro eulogiis tranſmiſſis.

Sollicita pietate iubes cognoſcere ſemper,
Qualiter hic epulis te tribuente fouer.
B *Hæc quoque prima fuit hodiernæ copia cœnæ,*
Quod mihi perfuſum melle dediſtis olus.
Nec ſemel aut iterum, ſed térque quaterq; cucurrit,
Cuius me poterat paſcere ſolus odor.
Portitor ad tantos miſſos non ſufficit vnus,
Laſſarunt toties qui rediere pedes.
Præterea venit miſſus cum collibus altis,
Vndique carnali monte ſuperbus apex.
Delitiis cunctis quas terra vel vnda miniſtrant,
Compoſitis epulis hortulus intus erat.
Hæc ego nunc auidus ſuperaui cuncta guloſus,
C *Et mons ac ortus ventre tenetur iners.*
Singula nec refero, quia me tua munera vincunt,
Ad cælos vitrix & ſuper aſtra voles.

Item, de eadem re.

Multiplices epulæ concurrunt vndique fuſæ,
Quid prius excipiam me bonus error habet.
Carnea dona tumens grauata argentea perfert, al. argẽtea grabata
Quo nimium pingui iure natabat olus.
D *Marmoreus defert diſcus quod gignitur ortis,*
Quo mihi mellitus fluxit in ore ſapor.
Intumuit pullis vitreo ſcutella rotatu,
Subductis pennis quam graue pondus habet.
Plurima depictis concurrunt poma caniſtris,
Quorum blandifluus me ſaturauit odor.
Olla nigella nimis dat candida pocula lactis,
Atque ſuperba venit quæ placitura fuit.
Hæc dominæ matri famulans hæc munera nata,
Iunctus amore pio tertius ipſe loquar.

E

Item ad eandem, De floribus.

Reſpice delicias felix conuiua beatas,
Quas prius ornato quam probet ipſe ſapor.
Molliter arridet rutilantum copia florum,
Vix tot campus habet quot modo menſa roſas.
Albent purpureis vbi lactea lilia blattis,
Certatimque nouo fragrat odore locus.
Inſultant epulæ ſtillanti germine fultæ,
F *Quod mantile ſolet cur roſa pulcra tegit?*
Complacuit melius ſine textile tegmine menſa,
Munere quam vario ſuauis obumbrat odor.
Enituit paries viridi pendente chorimbo,
Quæ loca calcis habet, hic roſa preſſa rubet.
Vbertas rerum tanta eſt vt flore ſereno,
Mollia ſublectis prata virere putes.
Si fugitiua placent quæ tam cito lapſa recedunt,
Inuitent epulæ nos Paradiſe tuæ.
Dædalicis manibus nituit textura ſororis,
Tantum digna fuit mater habere decus.

A

De Eulogiis.

Munera direxi, ſed non mea, crede fatenti,
Ad te quæ veniunt ſunt tua dona magis.
Melle ſuperfuſas cunctorum porrigis eſcas,
Cuius ab ore pio dulcia mella fluunt.
Copia quanta mihi maneat de munere veſtro,
Credite dum ſpargit iam gula victa cibos.
Sed mihi da veniam venerando corde benigna,
Quod præſumpſit amor ſit veniale mihi.
B
Nunc Chriſtū pro me chorus ille venerandus adoret,
Nec peccatorem me mea culpa grauet.

Pro Caſtaneis.

Iſta meis manibus fiſcella eſt vimine texta,
Credite me charæ mater & alma ſoror.
Et quæ rura ferunt hic ruſtica dona miniſtro,
Caſtaneas molles, quas dedit arbor agris.

C

Pro Lacte.

Affixi digitos per lactea munera fixos,
Et ſtat picta manus hic vbi crama rapis.
Dic rogo quis teneros ſic ſculpere compulit vtres,
Dædalus an vobis doctor in arte fuit?
O venerandus amor cuius fugiente rapina,
Subtracta ſpecie venit imago mihi.
Spes fuit hæc quoniam tenui ſe tegmine rupit,
Nam neque ſic habuit pars mihi parua dari.
Hæc facias longos Domino tribuente per annos,
In hac luce ſimul matre manente diu.

D

Item pro Lacte.

Quid tam dulce darent mihimet matérque ſorórque,
Quam modo quod tribuunt congrue lactis opem?
Sicut Apoſtolico præcepit dogmate Paulus,
Cum infirmis animis lac iubet ipſe dari.
Sollicita ſoror & genitrix de nomine noſtro,
De vobis ſemper ſit pia cura Deo.

E

Pro Prandio.

Neſcini fateor mihi prandia laſſa parari,
Sic animo merear poſſe placere tuo.
Nec poterant aliqui vultu me auellere veſtro,
Si non artificis fraus latuiſſet inops.
Quis mihi det reliquas epulas vbi voce fideli,
Delicias animæ te loquor eſſe meæ?
A vobis abſens colui ieiunia prandens,
Nec ſine te poteram me ſaturare cibo.
F
Pro ſummis epulis auido tua lingua fuiſſet,
Repleſſent animum dulcia verba meum.
Ordine ſed verſo medicus fera vulnera gignit,
Et fallax artem decipiendo probat.
Quā nūquā ſaturat quicquid mare, terra miniſtrat,
Credebas ſolo me ſaturare cibo.
Sed modo da veniam quæſo pietate parata,
Alterius facinus ne mihi conſtet onus.

Pro munere ſuo.

Compoſui propriis manibus hoc munus amoris,
Sed tibi vel dominæ ſit rogo dulce meæ.
Quamuis exiguo videantur inepta paratu,
Creſcant affectu quæ modo parua fero.
Si bene perpendas apud omnes ſemper amantes,
Muneribus paruis gratia maior ineſt.

Pro prunellis.

Tranſmiſſas epulas quæ pruna nigella vocantur,
Ne rogo deſpicias quæ mihi ſylua dedit.
Si modo velle tuum eſt ſylueſtria ſumere poma,
Vnde placere queam dat meliora Deus.
Hoc quoque non metuas quod fumo vmbrante pependit,
Non tellus fungos ſed dedit arbor opes.
Non ego crudelis qui matri incongrua præſtem,
Ne dubites puros ſumere fauce cibos.

De deliciis & Lacte.

Inter multiplices epulas ieiunia mittis,
Atque meos animos plura videndo cremas.
Reſpiciunt oculi medicus quod non iubet vti,
Et manus illa vetat quod gula noſtra rogat.
Et tamen ante aliud cum lactis opima miniſtras,
Muneribus vincis regia dona tuis.
Nunc cum matre pia gaudens ſoror eſto precamur,
Nam nos lætitiæ menſa benigna tenet.

Pro ouis & prunis.

Hinc me deliciis, illic me paſcitis herbis,
Hinc oua excurrunt, hinc mihi pruna datur.
Candida dona ſimul præbentur & inde nigella,
Ventre vtinam pax ſit ſic variante cibo.
Me geminis ouis iuſſiſtis ſero cibari,
Vobis vera loquar quatuor ipſe bibi.
Atque vtinam merear cunctis parere diebus,
Sit animo ceu nunc hoc gula iuſſa facit.

De abſentia ſua.

Si me non nimium pluuiatilis aula vetaret,
Dum neſciretis vox repetiſſet amans.
Nec volo nunc abſens vna detenter vt hora,
Cum mea tunc lux eſt quando videtur amans.

De Conuiuio.

Per pietatis opus rogo qui pius imperat aſtris,
Per quod mater amat, frater & ipſe cupit.
Vt dum nos eſcam capimus quocunque tiberis,
Quod ſi tu facias bis ſatiabor ego.

De eadem re.

Deliciis variis tumido me ventre tetendi,
Omnia ſumendo lac, olus, oua, butyr.

Nunc inſtructa nouis epulis mihi fercula dantur,
Et permixta ſimul dulcius eſca placet.
Nam cum lacte mihi poſuerunt inde butyrum,
Vnde priùs fuerat, huc reuocatur adeps.

De verſibus in conuiuio factis.

Inter delicias varias mixtumque ſaporem,
Dum dormitarem, dumque cibarer ego.
Os aperibam, claudebam tunc rurſus ocellos,
Et manducabam omnia clauſa videns.
Confuſos animos habui mihi credite charæ,
Nec valui facie libera verba dare.
Non digitis poteram calamo neque pingere verſus,
Fecerat incertas ebria muſa manus.
Nam mihi vel reliquis ſic vina bibentibus apta,
Ipſa videbatur menſa natare mero.
Nunc tamen vt potui matri paritérque ſorori,
Alloquio dulci carmina parua dedi.
Et ſi me ſomnus multis impugnat habenis,
Hæc dubitante manu ſcribere cogit amor.

Pro eadem re.

Blanda magiſtra ſuum verbis recreauit & eſcis,
Et ſatiat vario deliciante ioco.

De munere ſuo.

Al. Si non compleſtis quod hic completa vocantur. *Si non compleui cupiens quod amator haberem,*
Hæc rogo ſuppliciter ſuſcipe dona libens,
Ne paruum ſpernas, nec tu mea vota requiras,
Munus in anguſtum cernitur amplus amor.

De itinere ſuo.

al. ſine el. Menere al. anguſto *Caſibus innumeris hominum momenta rotantur,*
Inſtabilique gradu pendula vita meat.
Ipſa futurarum titubans mens anxia rerum,
Ventura ignorat quod ſibi lux pariat.
Nam me digreſſum à vobis eo mundus amator,
A *Illa ſuſcepit qua bonitate ſolet.*
Hinc citus excurrens Cariacæ deuehor aulæ,
Tincillacenſi perferor inde loco.
Hinc ſacer Antiſtes rapuit me Domitianus,
Ad Sancti Albini gaudia feſta trahens.
Inde relaxatus per plura pericula feſſum,
Puppe ſub exigua fluctus & imber agit.
Quę grauis incumbens aliquo ſubuerterat amnem,
Et male curuatos extulit vnda ſinus.
Hæc ſua commotos cupiebant littora fluctus,
Inuadunt terras æquora fuſa nouas.
B *Paſcua, rura, nemus, ſegetes, viburna, ſalictum,*
Viribus iratis vna rapina tenet.
Tunc mihi commiſſo per confraga murmura Ponti,
Flatibus horrificis laxa fremebat hyems.
Surgebátque cadens per aquoſa cacumina puppis,
Aſcendens liquidas monte vacante vias.
Quo rate ſuſpenſa modo nubila nauta tenebat,
Gurgite ſubducto rurſus ad arua redit.
Fluctibus infeſtis, pelagi ſpumante procella,
Aſſidue rapidas prora bibebat aquas
C *Æquora lamb bant inimica pace carinam,*
Triſtius amplexu nos nocituræ ſuo.
Sed mora nulla vetat varias memorare querelas,
Poſt referenda ſimul murmura corde tego.
Hoc mihi præcipue diuina potentia præſtet,
Vt cito felices vos reuidere queam.

De glacie.

Paſſim ſtricta riget glacies concreta pruinis,
Nec leuat afflictas flexilis herba comas.
Terra iacet cruſtata gelu ſub cortice duro,
D *Mollis & arboreas nix tegit alta comas,*
Proflua cruſtatum ſtruxerunt flumina murum,
Et denſata grauem veſtit vnda cutem
Mole ſua frænantur aquæ, ſe lympha ligauit,
Obice ſub proprio vix ſibi præbet iter
Aſperius tumuit glacies Aquilone fremente,
Cui dabit illa viam quæ ſibi pugnat aqua?
Fluminibus mediis nata eſt cryſtallina ripa,
Nec capimus ſubter, nec ſuper itur iter.

DRACONTII HEXÆMERON,

SEV DE OPERE SEX DIERVM, LIBER I.

I. PRIMA *dies lux eſt terris mors vna tenebris,*
Lux datur ante polum, lux clara cauſa diei,
Lux iubar æthereum, lux noctis limes & vmbræ,
Lux facies rebus cunctis, & lux elementis,
Lux genitis factiſque calor, lux gratia ſolis,
Lux decus aſtrorum, lux aurea cornua lunæ,
Lux fulgor cæli, lux & primordia mundi,
Lux ſplendor flammæ, lux magni temporis index,
Lux honor agricolis, requies lux omnibus ægris,
Lux opus auctoris primum candórque pudoris,
Lux æui, metæ, lux quæ dat tempora metis:
A *Qua bene conſtructa mundi primordia lucent.*
Clarus vbique Deus, nunquam mutabilis auctor,
Quem non obſcurant quacunque ex parte tenebræ,
Nec celantur ei quacunque obſcura geruntur.
Principium factis lucem dat lucis origo,
Qua mundo vita præmiſſa eſt principe luce,
Quæ totum præceſſit opus quod continet orbis,
B *Quæ ſolis præuenit iter, lumenque coruſcum,*
Cuius iuſſit ope clareſcere cuncta creata.
Altera quippe dies cæli conuexa meretur. II.
Ac ſupra cælos ingentia flumina dantur,
Ac dominatur aqua glomeratis fontibus alma,
Ignibus æthereis cæleſti ſede locatis,
Vnde beata nimis meruit quæ tecta polorum,

Celſa fauore Dei iuſſu ſuſpenſa Tonantis,
Limitibus contenta ſuis elementa morantur,
Nec flammas reſtinguit aqua, glaciémve teporat,
Flammeus ignis aquæ, ſeruant ſub lege tenorem,
Incorrupta ſuum, nen impugnata viciſſim,
Non diſcreta quidem, ſed nec permixta morantur.
III. *Tertia cæruleum ponti lux edidit æquor,*
Fluctibus immenſis, pelagi freta glauca liqueſcunt,
Et mare nauigerum quatitur ſpumantibus vndis:
Ipſa dies terram meruit de fluctibus auctam.
Eruitur terra vaſto demerſa profundo,
Et ſolidante globo grauior per inane pependit.
Suſtentant ſolidam fluidis radicibus vndæ,
Quam molles portant ceu fundamenta liquores.
Arida materies rapitur de corde fluenti,
Nondum mater humus, cuius pars ſoluit arenam,
In glebas pars membra ligat, pars ſaxea turget,
Cautibus extat montis apex, pars flumina mergit,
Planitie pars tenſa iacet, pars littora curuat,
Pars datur in tumulos, pars aſpera rupibus horret,
Pars riget inculta, reſidet pars valle profunda:
Et colles tumidi cumulis iuga celſa ſupinant,
Atque humiles campos ſpatiis æqualibus aptant,
Pars data dulcifluis vndantis fontibus agri
Promitur herba virens, it ſurculus omnis in auras,
Et ſemper veſtita comis frondeſcit oliua.
Omnia poma virens profert, non parturit arbor,
Linguæ laurus honos ſoluit donanda poëtis.
Torta per obliquos it vitis in orbe, corymbos
Verberat & palmà calamos flutante flægello:
Vinea pampineos ſubarundinat ebria campos,
Munera lætitiæ ſpondens pendentibus vuis,
Fructibus & variis redolent florentia rura.
Vna parens tellus non vnum fundit odorem:
Sed quot ſunt herbæ, tot permiſcentur odores.
India tunc primum generans pigmenta per herbas,
Eduxit ſub ſole nouo, rudibuſque racemis.
Eſt locus interea diffundens quatuor amnes,
Floribus Ambroſiis gemmato ceſpite pictis,
Plenus odoriferis nunquam marcentibus herbis,
Hortus in orbe Dei cunctis felicior hortis:
Fructus ineſt anni, cum tempora neſciat anni.
Illic floret humus ſemper ſub vere perenni,
Arboreis hincinde comis veſtitur amœnis.
Frondibus intectis ramorum murus opacus
Stringitur, atque omni pendent ex arbore fructus,
Et paſſim per prata iacent: non ſolis anhelis
Flammatur radiis, quatitur nec flatibus vllis,
Nec coniuratis furit illic turbo procellis,
Non glacies diſtricta domat, non grandinis ictu;
Verberat, aut gelidis caneſcunt prata pruinis,
Sunt ibi ſed placitis fructus, quos mollior aura
Edidit exurgens nitidis de fontibus horti.
Arboribus mouet illa comas de flamine molli,
Frondibus impulſis immobilis vmbra vagatur.
Fluctuat omne nemus, & nutant pendula poma.
Ver ibi perpetuum communes temperat auras,
Ne lædat flores, & vt omnia poma coquantur.
Non apibus labor eſt ceris formare cicutas,
Nectaris ætherei ſudant ex arbore mella,
Et pendent foliis iam pocula blanda futuræ,
Pendet & optatæ vitæ medicina ſalutis.

A *Cætera depingit variis natura figuris.*
Auroram iam quarta dies præmiſerat vndis, IV.
Et rutilante polo compreſſerat aſtra rubore.
Mox ſolis radiare globum iubet igne ſalutis.
Flamma ſalutaris perfundit lumine mundum,
Cuncta ſalutifero rident elementa vapore,
Cuius ab igne ſuo lunam iubet ire ſecundam,
Nigra tenebrarum corrumpere tempora noctis,
Et trepidam proferre diem comitante quiete.
Candida ſomnigeris perluſtrat cornibus axem,
Quæ numero eſt maiore breuis, & plena minore.
B *Flammeus ornatus cæli per ſidera fulſit,*
Officia ſtellis, numeros & nomina iuſſit:
Tempora diſtribuit, loca contulit, ignibus egit,
Limitibus fixit, iubar induit, axe rotauit,
Curſibus aptauit, cæli regionibus addit.
Agminis innumeri, nec flammea ſidera cælum
Deſtituunt quocunque die, ſed luce premuntur,
Luminis immenſi radiato vertice Phœbi.
Nec mirum ſi clara latent ſub ſole coruſco
Sidera, quo mundum monſtrat menſura minorem.
Qui fouet igne pio cælum, mare, ſidera, terras,
C *Conceptum virtute Dei, quem ſphæra polorum*
Suſtinet, & ſentit Dominum per cuncta Tonantem:
Cuius ab imperio veniunt, quæcunque miniſtrat
Omnia iuſſus agit, totum ſub lege laborat,
Miles & ipſe Dei, cum luna & ſidera cuncta
Oſtentat, ſub vere nouo, ſub tempore primo,
Sub tirone die veterana in ſecla paratur.
Addit quinta dies animalia cuncta profundi, V.
In corpus ſolidantur aquæ, neruique ligantur.
Muſculus humor erat, fluctus dureſcit in oſſa,
D *Atque oculi gemmantur aquis humore gelato,*
Et quot ſunt fluctus, tot forſan in æquore piſces,
Luſerunt fluido per cærula vaſta natatu,
Et criſpante freto perflabant naribus vndas,
Terrigenis factura cibos poſt cuncta creandis.
Exilit inde volans gens plumea læta per auras.
Aëra concutiens pennis crepitante volatu,
Ac varias fundunt blando modulamine voces,
Et puto collaudant Dominum meruiſſe creari.
Hæ niueo candore nitent, has purpura veſtit,
His croceus plumæ color eſt, has aureus ornat,
E *Albentes aliis pennæ ſolidantur ocellis,*
Atque hyacinthus adeſt per colla & pectora fulgens:
Eminet his criſtatus apex, has lingua decorat,
Has virides pennæ reddunt, has diſcolor ornat,
Multa per innumeras currens pictura volucres,
Et leuibus tenuem ſubtexunt aëra plumis.
Ipſa dies folium ramis, & floribus herbas
Euomit, & ſpicis acuit ſeges omnis ariſtas.
Silua comis veſtita viret, nidoſque loquaces
Exhibet, & varias decantat garrula voces,
F *Cum vagabunda volat non motis plauſibus ales,*
Frondibus inſidens vento cum fronde mouetur,
Vnguibus ad ramos infixa tenacibus hærens,
Pennigerum vernare nemus vapor vrget in vſus,
Pignoris, & molli dureſcunt oua tepore,
Pennantur tunc membra globis, animantur, anhelant,
Rumpuntur, confracto ſonant, nutrita volatus
Tentant, & rudibus librantur in aëra pennis.
Sed cùm diſcordent inter ſe elementa coacta,

Digitized by Google

Fæcibus eductis concordant unda vel ignis:
Vnda creat piſces, producit flamma volucres:
Pabula montis erant, ſed non qui paſceret herbas
Affuit, intactæ ſenuiſſent floribus herbæ.
Ne paſcenda daret tellus iumenta per agros.
Sexta dies Phœbi rutilo proceſſerat ortu,
Cùm natura parens gignit animantia terris.
Cornibus erumpunt armata fronte iuuenci,
Et per prata vagus ſequitur ſua bucula taurus,
Ceruus in arua fugax palmatis cornibus errat,
Et velox prorumpit equus, pecus vtile bellis.
Impia terribiles producit terra leones,
Simplicitas ouium fraudes paſſura luporum,
Et raucos timuit diſcurrens dama moloſſos,
Spumat aper, mortes lunato dente minatur,
Et latus obliquans meditatur prælia toruus,
Ac maxilla ferox duros deſæuit in armos,
Audacter certans ſpumantia bella mouere:
Gignitur omne genus pecudum, genus omne ferarum,
Inter prata vagum, nullo cuſtode per herbas,
Inſtar montis habens incedit beſtia mole.
Promitur anguis hians, quatiens ſub dẽte venenum,
Et maculoſa repit ſquamas per viſcera ſerpens,
Atra venena nocens miſſura è flatibus oris,
Et ſubitò ſparſura graues per ſibila mortes,
Atque eadem membris impertitura medelas.
Sed ne cuncta ſimul paſſim permixta fuiſſent,
Diſtribuit loca certa Deus, & tempora fixit
Tempore non vno veniunt quæ ſæua vocantur:
Non ſemper mouet arma leo, nec ſcorpius ictus
Semper habet, nec ſemper agit fera vipera morſus,
Nec ſemper tollunt ad vulnera colla ceraſtæ:
Non ſemper furit vnda maris, non ſemper adurit
Solis vbique calor: pro tempore temperat ignes,
Pro regione plaga contemperat vnda vaporem,
Et modò bellantes fluctus freta pigra tacebunt.
Ipſe polus, qui grande tonat, ſine nube ſerenus
Iam tacet, & puro redeunt ſua lumina cælo.
Multa locis data ſunt variis diſperſa per orbem,
Arida vipereos angues ſuſcepit arena,
Humida ſortitur tellus fera colla leonum:
India cum gemmis & eburnea monſtra minatur,
Bellua diuinos inter generatur odores,
Ambroſiaſque ſanis malè frangens beſtia meſſes,
Incertuſque color tigris per mille colores,
Montibus Hircanis venit, atque effœta marito
Mittitur, vt vincat currens orbata procellas.
Cornibus erectis ſortita eſt Africa damas,
Concaua ſuſcipiunt per montes ſaxa dracones.
Cætera diſtribuit diuerſis ſemina terris,
Plurima coniunxit, ſed ceſpite multa diremit.
Munera prætera funduntur diuitis auri,
Protulit eximias illuſtris India gemmas:
Producunt niueos & littora rubra lapillos,
Flammantes virideſque tulit Babylonia cruſtas,
Perſida nobilitant precioſis littora gemmis,
Frigidus & roſeo carbunculus ardet honore.
Seres fila trahunt nullo ſub pollice ducta,
Balſama Cæſareos plorant virgulta per agros,
Et nimis Ambroſium lacrymæ dant munus odores,
Cinnamon interior profert Phœnicia tellus,
Solis amica nimis, nam non de ſole peruſta,
A Hæc nardi flores, hæc portio fundit amomum.
Omnibus his genitis, animal rationis amicum,
Formatur virtute Dei, limatur in artus,
Vt dominator eat moderatior omnibus vnus,
Naturæ iuſſu quæ protulit omnia princeps.
Aſt hominem non terra parit, non pontus ab vndis,
Non cælum, non aſtra creant, non purior aër:
Sed dominatorum dominator ſummus & auctor,
Limauit per membra virum de puluere factum.
Limus adhuc deformis erat: membratur in artus,
B Corporeas ſpecies hominis, cæleſtis imago:
Conſpicitur noua forma viri, ſine mente parumper,
Spiritus infuſus ſubitò per membra cucurrit,
Et calefacta rubens tenuit præcordia ſanguis.
Mox rubuere genæ, totos rubor inficit artus:
Iam cutis eſt qui puluis erat, iam terra medullas
Oſſibus includit, ſurgunt in meſſe capilli,
Orbe micant gemino geminantia lumina viſu,
Et vocem compago dedit noua machina ſurgens,
Auctorem laudare ſuum gauiſa quod eſſet.
Tunc oculos per cuncta iacit, miratur amœnum
C Sic florere locum, ſic puros fontibus amnes,
Quattuor vndiſluo ſtringentes gurgite ripas,
Ire per arboreos ſaltus, campoſque virentes:
Miratur ſe quid ſit homo, quos factus ad vſus
Scire cupit: ſimplex & non habet vnde requirat,
Quo merito ſibimet data ſit poſſeſſio mundi,
Atque domus æterna nemus per florea rura,
Parua procul ſpectat virides iumenta per agros:
Hac de re tacitus voluitque & corde requirit,
Vel quare ſecum non ſint hæc ipſa volutat:
D Nam conſorte carens, cum quo conferret, egebat.
Viderat omnipotens hæc illum corde mouentem,
Et miſeratus ait: Demus ſolatia facto,
Participem generis, tanquam ſi diceret auctor,
Non ſolum decet eſſe virum, conſortia blanda
Nouerit, vxor erit cuius tamen iſte maritus,
Coniugium ſe quiſque vocet, dulcedo recurrat,
Cordibus innocuis, & ſint ſibi pignus vterque
Velle pares, & nolle pares, ſtans vna voluntas,
Pars animi concors, paribus decurrere votis:
E Ambo ſibi requies, cordis ſint ambo fideles,
Et quicunque datur caſus, ſit cauſa duorum.
Nec mora, iam venit alta quies oculoſque ſupinat
Somnus, & in dulcem ſoluuntur membra ſoporem:
Sed cum iure Deus nullo prohibente valeret,
Demere particulam, de quo prius ipſe pararat:
Attamen ablata iuueni ne coſta doleret
Redderet & triſtem ſubitò, quem lædere nollet:
Fur opifex vult eſſe ſuus, nam poſſet alumnam
Puluere de ſimili princeps formare puellam,
F Sed quò plenus amor toto de corde veniret,
Noſcere in vxorem velut ſua membra maritum,
Diuiditur contexta cutis, ſubducitur vna
Senſim coſta viro, ſed mox reditura marito.
Nam iuuenis de parte breui formatur adulta
Virgo decora, rudis, matura tumentibus annis,
Coniugii ſoboliſque capax, quibus apta probatur,
Et ſine lacte pio creſcit iam infantia pubes.
Excutitur ſomno iuuenis, videt ipſe puellam
Ante oculos aſtare ſuos, pater inde maritus,
Non tantum ex coitu genitor, ſed coniugis auctor:

Digitized by Google

Somnus erat partus, conceptus ſemine nullo,
Materiem ſopita quies produxit amoris,
Affectuſque nouos blandi genuere ſopores.
Conſtitit ante oculos nullo velamine tecta,
Corpore nuda ſimul niueo, ceu nympha profundi:
Cæſaries intonſa comis, gena pulcra rubore,
Omnia pulcra gerens, oculos, os, colla, manuſque:
Vt qualem poſſent digiti formare Tonantis,
Neſcia mens illis fieri quæ cauſa fuiſſet.
Tunc Deus & princeps ambos coniunxit in vnum
Et remeat ſua coſta viro, ſua membra recepit:
Accipit & fœnus, cum non ſit debitor vllus.
His datur omnis humus, & quicquid iuſſa creauit,
Æris & pelagi fœtus, elementa duorum
Arbitrio commiſſa manent, his Creſcite, dixit
Omnipotens, replete ſonum de ſemine veſtro,
Sanguinis ingentis natos nutrite nepotes,
Et de prole nouos iterum reparate iugales.
Dumque fretum terra, dum cælum ſubleuat aer
Dum ſolis micat axe iubar, dum luna tenebras
Diſſipat, & puro lucens mea ſidera cælo,
Sumere quicquid habent pomaria noſtra licebit,
Deliciæque fluent vobis, & honeſta voluptas:
Arboris vnius tantum neſcite ſaporem.
Dixerat iſte Deus, ſanxit natura, quod inquit:
Omnipotens, migrare diem, diſcedere ſolem,
Nec lucem remeare putat terrena propago,
Subductiſque nigris collucet luna tenebris,
Sidera cuncta notant cælo radiare ſereno.
Aſt vbi purpureum ſurgentem ex æquore cernunt
Luciferum vibrare iubar, flammaſque ciere,
Et reducem ſuper aſtra diem de ſole rubentem,
Mox reuocata fouent heſterna in gaudia mentes,
Temporis & requiem noſcentes luce diurna
Cæperunt ſperare diem, ridere tenebras:
Tot bona facta Deus non obliuiſcitur vnquam,
Quæ propter homines fecit, ſanxitque manere.
His Dominus pietatis opem ſubducere non vult;
Proiicere nec plaſma ſuum vult conditor æui,
Eſſe nihil prorſus ſe præter vbique rogandum,
Et niſi ſubueniat, ſuccurrens non erit vllus.
Inde malo bonus eſt homini Deus, omnibus auctor,
Ipſe opifex, dominus, rector, dux, arbiter, index,
Continua bonitate pius, virtute modeſtus,
Simplicitate bonus, & culmine celſior omni,
Ibant per flores, & tota roſaria læti
Inter odoratas meſſes, lucoſque virentes,
Simpliciter pecudum ritu, vel more ferarum:
Corporibus nudis, & neſcia corda pudoris.
Quæ pars membrorum ſecretior eſſet habenda,
Vnde rudes ſcirent, quid moribus eſſet honeſtum?
Quod digitos oculoſque putāt, hoc membra pudenda
Publica iungebant affectibus oſcula paſſim
Nec rubor vllus erat cùm ſtaret origo pudoris,
Illicitumque ſibi prorſus nihil eſſe putabant,
Et bene credebant, quibus omnia iuſſit ad vſum,
Arboris vnius fructu ſub lege negato.
Vomere non tellus, non raſtris iuſſa domari,
Quærere nec ſudor fructus quocunque labore
Cogitur, aut campos aliquo de fonte rigare:
Imbriferis ſemper pluuiis abſentibus vber.
Ceſſes & arbitrio creſcit fœtura marito.

A Præterea ſolis datus eſt locus ille duobus
Deliciis hominum tantum constructus opacis,
Non placidas ſuſtentat aues, non ore cruentas,
Vnguibus armatas neſcit perferre volucres:
Omne genus pecudum, neſcit genus omne ferarum.
Solus ibi irrepſit ſquamoſo corpore ſerpens,
Fraudibus imbutus mortis, caput omne malorum,
Pectore vipereo mellitum ex ore venenum,
Funereo ſub dente parans ſpumante palato.
Ergo vbi liuor edax contuſum dente venenum
B Inuidiæ mordacis habens ſub fronte modeſta,
Quærit opem ſceleris, per quam fallatur honeſtas
Simplicitaſque cadat, vel credula corda reatus
Incurrant non fraude ſua, ſed clade perenni.
Fortia corda viri non expugnanda per anguem
Præſenſit, pietatis inops: ſed coniugis aures
Aggreditur ſub voce pia, ſermone maligno
Inſidioſus adit heu! mollia corda puellæ
Ingerit ore cibos crudeli funere plenos.
His ſemel aſſumptis reſerantur lumina cordis,
Ac permixto bonis patuit doctrina malorum:
C Pœnituit neſciſſe dapes, & damna putantur,
Temporis exacta ſpatio, procedere peius,
Auſum quippe nefas tentat ſeducta maritum,
Et capit inſontem iam noxia fœmina victum,
Circunuenta perit, ſed circunſcripta fefellit:
Nec circunſcripta ſerpens impune triumphat.
Ad ſcelus horrendum vel ſæua piacula mortis,
Supplicio ſociante duos releuare reatu
Credidit infelix: ſed par ſententia damnat,
Quos par culpa tenet, gradus illic temporis inter
D Eſt tantum, nam cauſa ligat communis vtrunque.
Exurgit cenſura Dei pietate ſeuera,
Et vitæ morbiſque ſimul ſententia fertur.
Supplicium infelix, quo mors datur, atque negatur.
Vltio vitalis cohibetur limite mortis,
Pœna mori crudelis erat, ſed viuere peius.
Ocia, delicias perdunt, diſcuntque labores,
Qui cultore Deo fructum telluris habebant,
Agricola Dominus quam nondum verterat vnquam
Ipſe rigator erat, ſator, auctor, meſſor, arator.
E Offendunt nunc ambo pium: truduntur ab horto
Perpetui floris, non eſt ſub iure piorum,
Et vitæ mors meta datur, cum pœna malorum.
Magna Dei pietas, ſemper qui temperat iras;
Vita grauis hominum ſubducitur interpete mortis,
Quæ recidiua magis viuaci corde reſurgit.
Mors mundanorum requies eſt certa laborum,
Et malè viuentis præſtatur fine ſalutis,
Continuās quodcūque nocet prauumque bonumque.
Solus in æternum Deus eſt regnator & auctor,
F Virtus vna Deus, trinus Deus omnis & vnus:
De quo ſperatum conceditur omne benignum,
Et quæcunque iubet præſumptio nulla refellit:
Nec deeſt effectus faciendi tempore eodem,
Quem penes & ſenſu primordia multa loquuntur,
Et voce reticente ſonat ſuper æthera ſermo,
Ac mens pura Deum potius quam lingua precatur.
Ergo operis memor ipſe ſui, tunc imperat ambos
Sedibus egreſſos, placido dominentur vt orbi.
Ac totum quod mundus habet, ſub iure tenerent:
Et quod floret humus, viridis quod germinat herba,

Digitized by Google

Quod ſpicat meſſis, quod ramis parturit arbor,
Quod gemmãt vites, quod amœna comãtia frondẽt
Flumina, quod mittunt fontes, quod fluctuat amnis,
Quod pelagi trahit vnda freti, quod littora tũdũt,
Murmure quod vẽti flantes vaga marmora criſpãt,
Quod generant terræ, quod flumina, pontus & aer,
Vſibus humanis data ſunt hæc cuncta venire.
Vt ſimilis qui factus erat de puluere Chriſto,
His dominaretur cunctis ſub carne creatis,
Corpora corporibus ſeruirent cuncta ſubacta.
Spiritus interea ſeruit ſine corpore ventus,
Ventus agit nubes, in nubila craſſior aer
Cogitur, hinc imbres veniunt, placidoſque ſerenus
Ventus alit fructus, & ventus ſpicat ariſtas,
Ventilat æſtiuo quos flatu mollior aura.
Deflorat fructus, & decutit arbore flores,
Flatibus accendit flammas, & temperat æſtus:
Flatibus alternis redeunt comitantia vitæ,
Itque reditque ſuos repetendo ſpiritus hauſtus,
Et reduci vento fibræ pulmonis anhelant,
Faucibus excurrens in naribus aura viciſſim,
Vitales recreat per membra tepentia ſenſus:
Atque modò gelidis, calidis nunc flatibus ora
Illuſtrata vigent, & tangunt flabra palatum.
Non hæc humanis tantum ſpiramina membris
Sunt data, ſed cunctis animantibus aura recurrit.
Spiritus ille Dei, quo corpora cuncta mouentur,
Omnia complectens agitat, fouet, inſerit, vrget:
Vnde genus diuerſa trahunt & ſemina rerum,
Mobilis immenſo veniens è fonte perenni.
Artificis formata manu digeſta mouentur
Ordine cuncta ſuo, manet irreuocabile munus,
Nec tamen intereunt pereuntia lege diurna.
Quis neges vndifluos procedere fontibus amnes,
Quorum iam reditus nunquam ſperauit origo?
Quas inceſſanter aquas licet euomat, impete plena,
Iacturam tamen vnda negat ſentire fluenti.
Omnibus hic mos eſt de flammis tollere flammas,
Nec minuit quicquam detractus ab ignibus ignis.
Damna aliena ſolent aliorum lucra parare:
His quæſtus, non damna parant, in fomite flammis
Detractis auferte iubar, ſuccenditur ignis:
Nec carnarle genus minuit fætura creando.
Ecce dedit homini pluſquam ſibi rex Deus auctor,
Formatur virtute Dei mas vnus & vna,
Et multos creat vnus homo, manſura propago
Maxima ſit generis, quam paruula fundit origo;
Paruula profuerat ſuccedere cura peremptis,
Ne conſumpta daret poſt ſecla reſurgere vita.
Sed ne ſit fixum, reditus non eſſe ſepultis
Cordibus, illorum qui leges ſancta profanant
Annua conſpiciunt agris frumenta renaſci
Mortua per ſulcos terram findentis aratri:
Maior & ex truncis ſurgit radicibus arbor,
Et foliis veſtita viret redeuntibus annis.
Pampinus vuiſera vitis ſarmenta reueſtit,
Et geminata ſui redeunt virgulta ruboris.
Ambroſio reduces rumpuntur cortice fructus,
Et cui vita fugax, & par cum flore ſenectus,
Fit rediuiua virens & crinibus herba renatis.
Ligna renaſcuntur, reduci ſub germine cuncta:
Quæ nunc herba fuit lignum iacet, herba futura.

A *Squammeus exuitur ſtellato tegmine ſerpens,*
Pelle renaſcenti, rurſus redeunte iuuenta,
Reptat hians anguis, per ſibila guttura pandens.
Frontibus arboreis amittunt cornua cerui,
Anguibus abſumptis, ſed mox palmata reſurgunt.
Aereæ nudantur aues, cum penna vetuſta,
Et noua ſubueſtit reparatas pluma volucres.
Mortua præterea cæcorum lumina dudum
Nube tenebrarum diſcuſſa luce recepta,
Ad viſus rediere ſuos, vultuſque ſepulti
Nocturnos perpeſſa dies oculatur imago.
B *Mortua pars hominis quoties pars vna iacebat,*
Funera viua gerens, viuax in morte cadauer
Ac ſine morte tamen vitali morte perempta
Et rediuiua ſalus reduci per membra vapore
Naſcitur, & calidus repetit vitalia ſenſus,
Oſſa tenens, venaſque ciens ſudanſque medullas.
Phœnicis exhauſtam renouat Deus igne iuuentã,
Combuſtuſque ſenex tumulo procedit adultus,
Conſumens dat membra rogus, ſine ſorte ſepulcri:
Ignibus extinctis, iam mortua flamma reſurgit,
Redditur ignis edax rediuiuo lumine candens,
C *Et ſcintilla volans incendia vaſta reducit,*
Et quod fumus erat, ſtridet iubar ignis anheli,
Igne vago rutilatur apex, fax cætera lambit,
Et cælum repetens erecto crine vagatur.
Mortua nox ſub luce cadit, perit aurea luna
Atque per aſcenſus & cornua colligit ignes,
Et dum cæca latet reparato lumine fulget,
Mentiturque diem lux frigida ſolis imago,
Lucifero redeunte polo moriuntur & aſtra:
Nuncius auroræ ſubductus morte diurna
Lucifer, extinctas reficit per ſidera flammas.
Exhinc nocturnum iubar emicat igne coruſco,
D *Roſcida puniceum ſpargens aurora ruborem,*
Ducit vbique diem periturum noctis ab vmbris:
Et tamen hæc de ſole perit, quo miſſa rubebat.
Sol oculis cæli, famulus ſuper aſtra Tonantis:
Cuius ab immenſis langueſcunt ſidera flammis,
Nigelidis animetur aquis per cærula ponti.
Occidit ipſe dies ſuper æquora ſole cadente:
Et quo demerſus, nouus æquore mane reſurgit,
Veſpere nocturno hunc radiata luce rubentem
Purpureis abſcondit aquis, redditque diurne
Depoſitum natura ſuum ſub nocte ſepultum,
E *Mane reſurgentem de fluctibus orbe recepto.*
Tot ſimul exemplis moniti, defuncta renaſci
Credamus virtute Dei, qua cuncta creauit,
Et generata vigent ſub nutritore Tonante.
Qui cum regna poli teneat ſtellantis, & alti.
Aera concludit, terram leuat, æquora ſoluit,
Et totum capit vna manus quod ſermo creauit:
Vnus vbique Deus, dum iuſſio rumperet vna,
Qui tantum pius eſt, quantum decet omnipotentem
Et nulla virtute minor, niſi verberis ira,
F *Sed votis & ſponte bonus, pietate & amore:*
Quem mens pura iuuat hominũ, non victima ſuplex
Vt ſe pœniteant ſceleris mala vota reorum,
Et noua ſuccedant animorum corda piorum.
Ille etenim Deus eſt, quem nulla retardat origo;
Cuius ab aſpectu montes & ſaxa fluiſcunt
In cineres: & puluis erit, quem dura ligabant:

Qui viſa tellure, ſimul mex pondera mundi
Concutit, & ſubitò monſtrat vaga terra tremorem,
Ac fermidatos oſtendit pendula motus.
Alueus expauit violato vertice turgens,
Dum reduces ſentiret aquas, & ſiſteret amnem
Viſa Dei facies, & marmora glauca fugaret
Gurgitis æquorei, quo mundus cingitur omnis,
Et pelago ſpaciante fretis ac littoris æſtu
Qui de theſauris venterum flumina mittit,
Et frænat rabidas in tempeſtate procellas,
Grandinis atque niuis qui nouit quæ ſit origo,
Qui dat fulmineos colliſis nubibus ignes,
Qui laxas abſcondit aquas, & continet imbres,
Qui ſcit quo nitidus cryſtallus ventre creatur,
Candida materies glacies imitatur aquarum.
Qui noctes hiemis producit ſole minore,
Et ſolis protendit iter flammantibus horis,
Qui Phœbi ſaltus ſtatuit, Lunæque labores,
Qui roſulis ſtellare nemus vel floribus agros
Imperat, autumni qui dulcia poma ſaporat,
Et fragiles gemmis variat in vitibus vuas,
Vt cibus & potus ſint vbera dulcia muſti
Qui dat ceruorum pullis alimenta, facitque
Nouerit vt vultur qua ſit regione cadauer,
Dux odor vſque ſagax quem mox mutat ad eſcam,
Præpetis aut aquilæ ſenio renouare iuuentam,
Quæ roſtro creſcente famem tolerabat abunco:
Qui paſcit quæcumque creat pietate parentis,
A *Vitæ certa ſalus, per mille pericula mortis.*
Debilibus virtus, opulentia maior egenis,
Auxilium miſeris, ſpes & defenſio preſſis,
Feſſorum virtus dans nutrimenta ſalutis:
Qui facit æternam vt mortalia lege latenti
Membra tegant animam, vento ſpirante loquaci:
Qui lunæ creſcente globo, iubet æquora creſcant
Fluctibus abiectis, creſcant cum fontibus amnes,
Creſcat & incluſum capite genus omne cerebri,
Et minuantur aquæ luna minuente, liquores
B *Ac decreſcenti decreſcant lege perenni.*
Qui reges & regna domat, ſternitque petentes,
Deiicit elatos, & mergit ab arce ſuperbos,
Atque oppreſſores Deus opprimit, & pius vltor
Eleuat eliſos, & conſolatur adactos
Luctibus & damnis, & vulnera ſaua dolentes.
Tu nobis inuicte Deus pietate medelam
Impendis, cui ſancta ſalus medicamine nullo eſt,
Quod ſpecies terrena parat languoris adeſtus,
Spes hominum cernens & vota precantia complens.
C *Aſpice deſpectum, deiectum tolle parumper,*
Confeſſumque iuua, quem pœnitet eſſe nocentem,
Vt valeam narrare tuas hoc carmine laudes,
Quas petero: nam nemo valet narrare creatus
Vel modicum facientis opus, quod mens rea clamat,
Pectore contuſo lacrymans, & voce fideli.
Obſes ſermo tuus: noſtro nam corde tenetur,
Quo te promittis nimia pietate parentem.

MEROBAVDIS HISPANI
SCOLASTICI, DE CHRISTO.

PReles vera Dei cunctiſque antiquior annis,
Nunc genitus qui ſemper eras, luciſque repertor,
Ante tuæ matriſque parens, quem miſit ab aſtris
Æquæuus genitor, verbique in ſemina fuſum
Virgineos habitare ſinus, & corporis artus
Iuſſit inire vias, paruaque in ſede morari:
Quem ſedes non vlla capit, qui lumine primo
Vidiſti, quidquid mundo naſcente creares,
Ipſe opifex, opus ipſe tui dignatus iniquas
Ætatis ſentire vices, & corporis huius
Diſſimiles perferre modos, hominemque ſubire,
Vt poſſe monſtrare Deum, ne lubricus error
Et decepta diu varij ſolertia mundi
D *Pectora tam multis fineret mortalia ſeclis.*
Auctorem ſciuere Deum te, conſcia partus
Mater, & attoniti pecudum ſenſere timores:
Te noua ſollicito luſtrantes ſidere viſu
In cælo videre prius, lumenque ſecuti
Inuenere Magi: tu noxia pectora ſoluis,
Elapſaſque animas in corpora functa reducis,
Mundus & ad manes penetras, mortiſque latebras
Immortalis adis, tibi tantum non fuit vni
E *Principium finiſve mori, ſed nocte refuſa*
In cælum ad patrem ſcandis, rurſuſque perenni
Ordine purgatis admis contagia terris.
Tu ſolus patriſque comes, tu ſpiritus inſons,
Et toties vnus, triplicique in lumine ſimplex.
Quis niſi pro cunctis aliud, quis credere poſſit:
Te potuiſſe mori, poteras qui reddere vitam?

AVCTORIS INCERTI DE
LAVDIBVS DOMINI.

QVis queritur ſera virtutis dote iuuari?
Quis promiſſa Dei lento procedere paſſu?
Quis ſine humano metitur iudicis vrnã
Perpetui, tardumque putat quod ſecula debent
Accelerare diem meritis qui præmia reddat?
Nobilis ingenti teſtatur gloria facto.
Nam quà ſtagnanti prælabitur agmine ripas
Tardus Arar, pigrumque diu vix explicat amnem
Qua fratrum Rheno progignitur Hedua pubes.

Coniugium memini ſumma pietate fideque,
Lex diuina tamen meritum cumulabat amoris.
Et votum ambobus, ſocium præcedere morte,
Mærorique pio curam mandare ſepulcri,
Sed prior vxorem decreti pagina legit.
Tunc vir ſollicitus largo iubet ore cauari,
Poſt mortem ſiunt quæ membris hoſpita ſaxa:
Suſcipies veniens, æternaque fœdera iunges,
Vt quos viuentes tenuiſſet lectulus idem,
Poſt præcepta Dei, buſtum commune leuaret.
Senſit vota ſui coniunx præſaga mariti,
Magnaque temporibus tribuit miracula caſtis.
Nam cum defunctis iunguntur brachia membris,
Et repetita manus conſtringat vincula trunco,
Ne quibus humanæ complentur munera vitæ,
Accidat informis ſtultatio diſſociatis.
Immenſum dictu, quo tempore vita peracta eſt,
Iungendus sociæ proſpecta ſede maritus.
Poſtquam morte viri reſerata eſt ianua lethi,
Horrendumque larem iam lux ingrata retexit:
Deprenſa eſt leuam protendens fœmina palmam,
Inuitans ſocium geſtu viuentis amoris.
Quis dedit affectum tumulo? quis vincula ſoluit?
Vnde ſepulta videt venturæ coniugis vmbram?
Tu facis hæc, Tu Chriſte Deus, tua ſigna mouentur,
Plautimque doces ſopita reſurgere membra:
Tu quem venturum ſancti cecinere prophetæ.
Incorrupta Dei ſoboles, rectorque regentis,
Quo ſine nil magnum genitor deliberat ingens.
Cuius ad imperium certis mare conſtitit oris,
Nec licet immenſo terris excurrere ponto,
Planaque montanos includunt littora fluctus:
Qui vario ſtabilem dotaſti munere terram,
In noſtros vſus, largus pietate paterna:
Te vade mortales committunt ſemina ſulcis,
Et nouus arenti procedit ceſpite partus:
Tu manare iubes fœcundo nectare vites,
Tu gratos epulis hominum, medicoſque ſaluti
Arboribus ſuccos, tu trudis dulcia mella.
Tu ſeruire iubes homini genus omne animantum,
Inſuper & grauibus lucos curueſcere pomis,
Atque nouos reditus nullo de ſemine naſci:
Tu varios amnes noſtro prodeſſe labori,
Et renouare ſacris benedictum fontibus æuum.
Te duce velinolis patuerunt æquora roſtris,
Diuiſoſque fretis luſtrauit nauita portus.
Tu poſtquam certis ſunt acta elementa figuris,
Ne torpere rudi cæleſtis machina vultu
Inciperet, vario ſignaſti munere mundum:
Et quicquid cælo radiat, tua dextera finxit.
His aulam domini placuit contexere ſignis.
Iam freta ne nullis agerentur inhoſpita terris,
Aſſiduumque alacer numeraret nauita portum:
Crebra ſatis tumido defigitur inſula ponto,
Nec tamen inſano metuit circundata fluctu,
Exiguoque fretis innitens orbe reſiſtit,
Te duce confidens, cuius venerabile pactum
Nexum lege pari ſummumque imumque peræquat,
Nec ſinit impoſitos quoquam tranſcendere fines.
Ac ne plana nimis tellus vel nuda iaceret,
Vitibus aptandos iuſſiſti aſſurgere colles
Grandibus, & largos umbracula texere lucos.

A *Tum ne vaſtus agat ſiluis torpentibus horror,*
Innumeros fœtus proceris tu ſaltibus addis:
Incola ne nemori, neu deſit præda petenti.
Tum volucres multas, tum mille examina vocum
Mortali harmonia lucis reſonare canoris:
Sic annum placuit variis intexere formis,
Et vice iucunda mortalibus addere fructum:
Neu ſemper prolixa dies nimis vreret orbem,
Neu breuis inuiſum raperet naſcentibus ignem,
Ac ne perpetuo quateret labor omnia niſu,
Dat requiem feſſis hominum nox roſcida curis:
B *Vtque humana ſalus ſecurum duceret æuum,*
Sponte ſalutares de ceſpite ſurgitis herbæ,
Has pater ipſe ſerit nutu, non vomere diues.
Non ego ferrato tegerer ſi viſcera muro,
Ferrea vox linguæque forent mihi mille cauenti,
Munera cuncta queam veſtræ pietatis obire.
Sed pater ille tuus ſecreta in ſede locatus,
Nec cuiquam viſu facilis, cunctiſque tremendus
Te miſit dominum terris vitæque magiſtrum.
Et quiſquis natum iuſto veneratur honore,
Ambobus ſua vota dicat vitamque perennem.
Tu caſti rectique tenax, & flectere leges
C *Poſt crimen facilis, ſi quem vecordia præceps*
Depulit à vobis præſcripto limite vitæ.
Te genitor noſtra, paterentur vt ora tueri,
Induit humana facie membriſque caducis.
Quis tentaret enim fragiles attollere viſus,
Si talem trepidis voluiſſet ſiſtere terris,
Qualis es, ingenti cum torques fulmina dextra,
Præſentemque iubes directa paueſcere pœnam:
Vel cum placatus, campis ſitientibus imbres
Diuidis, & dubias ſulcis producis ariſtas.
D *Nec tamen inſignem res nulla oſtenderet ortum,*
Virgine conciperis, non ſufficit eſſe pudicam,
Nec quæ nupta queat Domino coniungere fratrem
Ne procul ex vtero contagio turpis abeſſet.
Mox vbi proceſſu felix maturuit ætas,
Indociles animos monitis ſeruare paternis
Aggrederis, rectamque viam labentibus offers.
Atque vt miſſa Deo penitus præcepta paterent,
Imperium tu morti adimis, morboque ſoluto
Deſperata iubes apprendere munia vitæ,
E *Reſtituiſque diem cæcis, & ne quid inanſum*
Reſtaret penitus, quod perfidus error obiret,
Indicis ſenſum tumulis, & condita pridem
Membra iubes iterum ſuperas conſurgere in auras,
Agnoſcunt que ſuum dilecta cadauera nomen.
At poſtquàm legem ſectator idoneus hauſit,
Vt ſe mortali cæleſtis ſpiritus aula
Exueret, legi intentum quò cuncta doceres
Pro ſummo toleranda Deo, recteque perennem
Contemptu mortis ſibi quemque aſſumere vitam:
Sic completa ferens genitoris iuſſa, rediſti
F *Ad ſummi ſecreta poli, qua lucidus æther*
Pigra vetat proprio ſuccendere nubila cælo:
Atque vt certa foret pereuntis copia turbæ,
Quæ præcepta Dei miſerandis auribus arcet,
Nec noua defunctos iampridem iura tenerent:
Carceris inferni feralia, libera nobis,
Innumeramque iubes tenebris emergere plebem,
His tantum clauſis, quos impia vita notarit:

Et loca pœnarum venturis diuidis vmbris,
Quæ tibi non credant, vel quæ ſe credere fingant.
Sancte Deus ſummique Dei venerabile pignus,
Ad cuius nomen violenta morte fugatæ,
Pectoribus proprijs alienaque pectora nactæ,
Exclamant, pallentque animæ, iuſſæque recedunt,
Sicut multa prius de te miracula produnt,
Cum terram cælumque inter ſuſpenſa tenentur,
A *Obſtricto per te quia nil permittitur hoſti.*
At nunc tu Dominum meritis, pietate parentem,
Imperio facilem, viuendi lege magiſtrum.
Edictiſque parem, quæ lex tibi condita ſancit:
Victorem lætúmque pares mihi Conſtantinum,
Hoc melius fœtu, terris nihil ante dediſti,
Nec dabis: exæquent vtinam ſua pignora patrem.

Verſus Papæ Damaſi in laude Pauli

S. DAMASI PONTIFICIS MAXIMI, ALIQVOT SANCTORVM ELOGIA.

De Pavlo Apostolo.

IAmdudum Saulus procerum præcepta ſecutus,
Cum Domini patrias vellet præponere leges,
Abnueret ſanctos Chriſtum laudaſſe prophetas,
Cædibus aſſiduis cuperet diſcerpere plebem,
Cùm laceraret ſanctæ matris pia fœdera cœtus,
Poſt tenebras verum meruit cognoſcere lumen.
Tentatus ſenſit, poſſit quid gloria Chriſti.
Auribus vt Domini vocem lucémque recepit,
Compoſuit mores, Chriſti præcepta ſecutus.
Mutatos poſtquam placuit de nomine Paulus;
Mira fides rerum! ſubitò trans æthera vectus,
Noſcere promeruit poſſint quid præmia vitæ.
Conſcendit raptus martyr penetralia Chriſti:
Tertia lux cæli tenuit Paradiſus euntem,
Colloquiis Domini fruitur, ſecretaque ſeruat
Gentibus & populis iuſſus prædicere vera;
Profundum penetrare maris, noctémque diemque
Viſere quum magnum ſatis eſt vixiſſe latentem.
Verbera, vincla, famem, lapides, rabiémque ferarū;
Carceris illuuiem, virgas, tormenta, catenas,
Naufragium, lacrymas, Serpentis dira venena,
Stigmata non metuit portare in corpore Chriſti.
Credentes docuit, poſſent qui vincere mortem.
Dignus amore Dei viuit per ſecla magiſter.
Verſibus his breuiter fateor, ſanctiſſime doctor
Paule, tuos Damaſus volui monſtrare triumphos.

De Agnete Martyre.

Fama refert ſanctos dudum genuiſſe parentes
Augmentum lugubris cantus: tuba cùm crepuiſſet.
Nutricis gremium ſubitò liquiſſe puellam,
Sponte, truces calcaſſe minas rabiémque tyranni,
Vrere cum flammis voluiſſet nobile corpus.
Viribus immenſum paruis ſuperaſſe timorem:
Nudam perfuſos crines & membra dediſſe,
Ne Domini templum facies peritura videret.
O Agnes, verum decus, alma pudoris imago:
Vt Damaſi precibus faueas, precor, inclyta virgo.

De eadem.

Conſtantina, Deum venerans, Chriſtóque dicata,
Omnibus impenſis deuota mente paratis,
B *Numine diuino multùm Chriſtóque iuuante,* X.
Sacrauit templum victricis virginis Agnes.
Templorum quod vincit opus, terrenáque cuncta:
Aurea nam rutilant ſummi faſtigia tecti,
Nomen enim Chriſti celebratur ſedibus iſtis,
Tartaream ſolus potuit qui vincere mortem,
Inuictum ſolus cælis inferre triumphum.
Dignum Agnes munus, martyr deuotáque Chriſto.
Ex opibus noſtris per ſæcula longa tenebris,
O felix virgo, memorandi nominis Agnes!

De Andrea Apoſtolo.

C Decus ſacrati nominis,
Vitámque nomine exprimens:
Hoc te decorum prædicat,
Crucis beatæ gloria.
Andrea Chriſti Apoſtole,
Hoc ipſo iam vocabulo:
Signaris iſto nomine,
Decôrus idem myſticè.
Quem crux ad alta prouehit,
Crux quem beata diligit;
Cui Crux amara præparat
D *Lucis futuræ gaudia*
In te Crucis myſterium
Cluit gemello ſtigmate,
Dum probra vincis per Crucem,
Crucíſque pandis ſanguinem.
Iam nos foueto languidos,
Curámque noſtri ſuſcipe,
Quo per Crucis victoriam
Cæli petamus patriam. X.

De Agatha martyre.

Martyris ecce dies Agathæ,
Virginis emicat eximiæ,
E *Chriſtus eam ſibi qua ſociat,*
Et diadema duplex decorat.
Stirpe decens, elegans ſpecie,
Sed magis actibus atque fide:
Terrea proſpera nil reputans,
Iuſſa Dei ſibi corde ligans.
Fortior hæc, trucibúſque, viris,
Expoſuit ſua membra flagris,

Pectore

Pectore quàm fuerit valido,
Torta mamilla docet patulo.
Deliciæ cui carcer erat,
Paſtor ouem Petrus hanc recreat:
Lætior inde magiſque flagrans,
Cuncta flagella cucurrit ouans.
Ethnica turba rogum fugiens,
Huius & ipſa meretur opem,
Quos fidei titulus decorat,
His Venerem magis ipſa premat.
Iam renidens quaſi ſponſa polo,
Pro miſero rogita Damaſo:
Sic ſua feſta coli faciat,
Se celebrantibus vt faueat.

De Felice.

Corpore, mente, animo pariter te nomine Felix
Sanctorum in numero Chriſti ſacrate triumphis,
Qui ad te ſollicitè venientibus omnia præſtas,
Nec quemquam pateris triſtem repedare viantem
Te duce ſeruatus, mortis quod vincula rupi,
Verſibus his Damaſus ſupplex tibi vota rependo.

DE NOMINE IESV.

In rebus tantis trina coniunctio mund I
Erigit humanum ſenſum, laudare venuſt E
Sola ſalus nobis, & mundi ſumma poteſta S
Venit peccati nodum diſſoluere fruct V
Summa ſalus cunctis nituit per ſecula terri S.

De eodem.

Iure pari regnat, communis conditor æu I
Et cum patre pia regnat ſublimis in arc E
Sidereo ſanctis inſidit numine regni S
Vnde mare & terras ſolo videt omnia nnt V
Suggerit humanis & donat munera rebu S.

A
De Chriſto.

Chriſte potens rerum, redeuntis conditor æui,
Vox ſummi ſenſúſque Dei quem fundit ab alta
Mente pater, tantique dedit conſortia regni,
Impia tu noſtræ domuiſti crimina vitæ,
Paſſus corporeæ mundum veſtire figura,
Affarique palam populos, hominémque fateri
Quem verbo incluſum Mariæ, mox numine viſo
Virginei tumuêre ſinus, innuptáque mater
Arcano obſtupuit compleri viſcera partu,
Auctorem paritura ſuum: mortalia corda
B *Artificem texère poli: mundique repertor,*
Pars fuit humani generis, latuitque ſub imo
Pectore, qui totum latè complectitur orbem:
Et qui non ſpatiis terræ, non æquoris vndis,
Nec capitur cælo, paruos confluxit in artus.
Quin & ſupplicij nomen nexúſque ſubiſti,
Vt nos ſurriperes letho, mortemque fugares,
Morte tua: mors æthereas euectus in auras;
Purgata reparans letum te luce, parentem
Auguſtum foueas: feſtis vt ſæpe diebus
C *Annua ſinceri celebret ieiunia ſacri.*

De Aſcenſione Chriſti.

Ad ſedem propriam Deus exule morte reſurgit,
Vt vitam doceat credentibus eſſe futuram,
Angelus hoc verbũ cecinit, quod vterque reportans
Sic venturus erit, ſic Chriſtum credere fas eſt.

De cognomentis Saluatoris.

Spes, & vita, ſalus, ratio, ſapientia, lumen,
D *Iudex, porta, gigas, rex, gemma, propheta, ſacerdos,*
Meſſias, Zebaoth, Rabbi, ſponſus, mediator,
Virga, columna, manus, petra, filius, Emanuélque,
Vinea, paſtor, ouis, pax, radix, vitis, oliua,
Fons, paries, agnus, vitulus, leo, propiciator,
Verbũ, homo, rete, lapis, dom⁹, omnia Chriſt⁹ Ieſus.

15. ... nha- ami-

S. COLVMBANI ABBATIS EPISTOLA IN QVA DETESTATVR AVARITIAM.

Cantatici me, Eccleſiæ Patris,

COLVMBANVS HYBERNVS HVNALDO DISCIPVLO.

SVſcipe quæſo libens, & perlege mente ſerenæ
Dicta Columbani, fida te voce monentis:
Quæ licet ornatu careant ſermonis honeſti,
Vota tamen mentiſque pie teſtantur amorem.
Viue Deo fidens, Chriſti præcepta ſequendo,
Dummodò vita manet, dum tempora certa ſalutis.
Tempus & hora volat, momentis labitur ætas.
Deſpice, quæ pereunt, fugitiuæ gaudia vitæ.
Non fragiles ſceleris opes & inania lucra.
Nec te ſollicitet circumflua copia rerum.
Sint tibi diuitiæ diuinæ dogmata legis,
Sanctorúmque patrum caſtæ moderamina vitæ,
A *Omnia quæ dociles ſcripſerunt ante magiſtri,*
Vel quæ doctiloqui cecinerunt carmine vates:
Has cape diuitias, ſemper contemne caducas,
In mentémque tibi veniat tremebunda ſenectus,
Quam gelidæ tandem ſequitur violentia mortis.
Vltima iam ſapiens meditatur tempora vitæ,
Torpentes ſenio vires, morbóſque frequentes,
Incertúmque diem lethi, certóſque dolores.
Multa ſenem fragilis vexant incommoda carnis,
Nam macie turpi tabeſcunt languida membra,
Tunc genuum iunctura riget, venáſque per omnes
Illius in toto frigeſcit corpore ſanguis.
Sic baculo nitens, artus ſuſtentat inertes.
Quid triſtes memorem gemitus? quid tædia mentis?
Somnus abeſt oculis, illum ſonus excitet omnis.

Quid tunc argenti, fului quid proderit auri
Improba congeries, multos collecta per annos?
Munera quid procerum? ditis quid prandia menſæ?
Quid meminiſſe iuuat tranſactæ gaudia vitæ,
Venerit extremi tandem cum terminus æui?
Hæc dum vita volat, vigilique mente retractat,
Spernit auaritiam, vanóſque refutat honores.
Quid modo terrenis mentes intendere curis,
Mortales cupiunt? quid turpia lucra ſequuntur?
Semper auarus eget nummo, teſtante poëta.
Creſcit amor nummi quantum iſta pecunia creſcit,
Indiget inter opes nec habet, quod habere videtur,
Ille domi ſolus nummos abſcondit in arca,
Diuitias cumulans, dum ſeſe neſcit amare,
Plus amat hæredem, ſeruat cui cuncta fidelis.
O nimium felix, parcus cui ſufficit vſus,
Corporis vt curam moderamine temperet æquo,
Non miſera capitur cæcáque cupidine rerum,
Nec maiora cupit, quàm quæ natura repoſcit;
Non lucri cupidus nummis marſupia replet,
Nec molles cumulat tinearum ad pabula veſtes,
Paſcere non pingui procurat fruge caballos,
Nec trepido tales voluit ſub pectore curas,
Ne ſubitis pereat collecta pecunia flammis,
Aut fracta nummos rapiat fur improbus arca.

A *Viuitur argento ſine, iam ſine viuitur auro;*
Nudi naſcuntur, nudos quos terra receptat,
Diuitibus nigri reſerantur limina ditis,
Pauperibúſque piis cæleſtia regna pateſcunt.
Temnere diuitias monuit ſaluator auaros,
Quiſquis amat Chriſtum, ſequitur veſtigia Chriſti,
Nam breuis & fragilis morituræ gloria carnis
Quicquid habet, rapidis velox fuga temporis aufert.
Pulcrè veridici cecinit vox talia vatis
Tempora dinumerans, æui vitæque caducæ.
B *Omnia tempus agit, cum tempore cuncta trahuntur;*
Alternant elementa vices & tempora mutant.
Accipiunt augmenta dies, noctéſque viciſſim.
Tempora ſunt florum, retinet ſua tempora meſſis,
Sic iterum ſpiſſo veſtitur gramine campus.
Tempora gaudendi, ſunt tempora certa dolendi;
Tempora ſunt vitæ, ſunt triſtia tempora mortis,
Omnia dat, tollit, minuitque volatile tempus.
Ver, æſtas, autumnus, hiems, redit annus in annum;
Omnia cùm redeant, homini ſua non redit ætas,
C *Hanc ſapiens omni ſem per reminiſcitur hora,*
Atque domum luctus epulis præponit opimis.
Vltima nunc humili concludam verba precatu;
Sis memor ipſe mei verſus cum legeris iſtos,
Tempora ſic habeas optatæ longa ſenectæ.

AVTHORIS INCERTI DE BEBIANI BAPTISMO, ET VXORIS APRÆ OBITV.

O Vir beatus, cui remiſſa iniquitas,
Nec imputata eſt pigra credēdi mora,
Operúmque caſſa contulit vitam fides:
En iſte celſi quem ſub auro culminis
Pictura veris exprimit miraculis,
Clarus ſuperbo veterum nomine
Et conſulari Bebianus ſanguine,
Ipſe eſt potentis larga Chriſti gratia;
Prius iſte captus vinculis mortalibus,
Opes & inter ſæculi, pauper Deo,
Vitam vt peracti blandientem copiis
Mortalitatis immemor cucurrerat,
Vt ſe ſubacto fine mortalem videt,
Feſſo benignum quærit aſpectu Deum.
Statimque Chriſtum illuminatus inuenit:
Veniam precatur, & ſacerdotum pedis
Supplex adorat, ipſe culpator ſui,
Negánſque dignum, gratia dignum facit;
Vouétque vitam ſi ſuperſit, integram,
Et obire gaudet, ſi renatus oppetat.
Credidit oranti, & ſitientem flumina vitæ;
Præcinctus puro perfudit Epiſcopus amne:
Quo peragente pios ſolito mox ordine ritus,
Et diuale ſacrum libans, & chriſmate fragrans;
Attonitum mira ſe maieſtate fatetur.
Sed quis odor, quærit, quem ſentiat in ſua labi
Pectora, prædulci medicantem nectare fibras?
Sedula tunc coniux omen de nomine Chriſti
Vnguentum ſpirare docet, ſpondétque ſacerdos
Et monet, vt longi ſpatium ſibi poſtulet æui.

A *Ille Dei iam totus, ad hæc, ſatis hoc mihi donum*
Quo potior: nunc mors lucrū mihi, vitaque Chriſtus;
Ecce per æternum terris data gratia Chriſtum.
Hic eſt ille latro felix, qui ſine ſub ipſo
Confeſſus Chriſtum, meruit reus aſtra fidelis:
Hic donatus abit ſolida mercede diei,
Serus ab vndecima tam mercenarius hora.
Ergo vt ſanctifica nituit renouatus ab vnda;
Ipſe graues artus in mollia fulcra refuſus,
Vnanimem alloquitur recreato corde iugalem:
Ætatis ſpatium luſtra nouem mihi,
B *Annum viia ſuper ducere cœperat,*
Felix vnanimo coniugio mihi
Dulcis pignoribus clara & honoribus;
Et nunc mortificis eluta ſordibus,
Sancto fine pium tranſmeat in Deum;
Hæc ad verba piis ſedula fletibus,
Coniux, ores adhuc, viuere ſupplicat.
Tunc ille; ô mulier neſcia quid petas,
Iam ſcis an valeam viuere tam piè,
Vt tanti maneam muneris integer?
C *Et quid vita iuuat, qua moritur ſalus?*
Hæc vt fortis ait, toruum oculis micans,
Et cælum ſtupidè ſuſpiciens ait:
Flammantem video luminis ambitum;
In quem nulla venit femina circulum,
O felix cui adhuc corporeo datum
Æterni ſpeciem cernere ſeculi,
In quo connubij nulla neceſſitas;
Sexus perpetuis corporibus perit!

Rurſus vt hæc dixit, ſubita quaſi morte ſolutus,
Exanguem porrecta trahit per membra rigorem.
At trepida & viſis exterrita talibus vxor,
Soluitur in ſpeciem lethi, iam muta trementes
Tendit in ora manus; membriſque intenta, lacertis,
Pendit in exanimum pallentior ipſa maritum.
Ipſa fidem mortis ſuadet mora: namque bis acto
Orbe, duplex reuoluta dies, bis veſpera clauſa eſt,
Mortales oculos dum fallit mortis imago.
Ille autem angelicis manibus per nubila raptus,
Liquerat hoſpitium repetendi corporis & tunc
Ætherij ſecreta poli, ſedéſque beatas
Expectat monſtrante Deo, dignatáque Chriſto
Mens pia, dum fletur terris, gaudebat in aſtris,
Hoc vnum tantum mœrens quòd adhuc remearet.
Ex curſu medio redit, vt conſpecta referret,
Firmarétque fidem dubitantum viuere functos.
Vtque redux membris admotæ coniugis ora
Vidit pollicitus quiddam mirabile ſeſe
Dicturum, in lucem ſua diſtulit orſa ſequentem.
Ergo dies primos vbi craſtina fulſit in ortus,
Mane nouo ſacris (adorat nam fortè ſacerdos)
Fungitur, vtque pio geſſis ſolemnia cultu,
Suſpiciens cælum, ille manus diſpandit, & in ſe
Brachia conſtringens quaſi quædam munera cælo
Miſſa auido premit amplexu, meáne omnia ſũt hæc?
Percunctans, cuncti dictis ſtupuère, rogántque
Quidnam conſpiciat clauſum? mortalibus ille,
πάντα καλῶς *inquit, patriarcham ſæpius Iſaac*
Commemorans, Græce ὀδμὴν υἱοῦ ὀδμὴν ἀγαθὴν
Horreſcens veneránſque refert, vtque angelus illũ
Suſtulerit per inane vehens, vt millia multa
Viderit Angelicis mixta magniſque cateruis,
Regnantémq; Deũ ſuper omnia cũ Patre Chriſtum.
Narrat & æternam portis gemmantibus vrbem,
A *Narrat & ætherij cæleſte nemus paradiſi.*
Inter & hæc dextram ſecreta in pectora miſit
Coniugis, hoc dicens: Vnum ſumus ambo & idẽ illud
Ingeminans, ſancto placidam ſic ordine complent
Finem euangelico vitam in ſermene refudit.
Et nunc ille Deo fruitur curámque beatæ,
Coniugis æterno vinctus amore tenet.
Attamen vnius rapuit ſolatia nati,
Impatiens tota prole carere pater.
Sed poſtquam iuſto tua tempora clauſeris æuo
Edoctis genitrix inclita pignoribus:
Tunc puer ille tuus florentem luce coronam
B *Præditus occurret cum genitore tibi:*
Quo comite adueniens tibi lætus ab æthere coniunx,
Dextram cum blandis porriget alloquiis:
Tempus adeſt, curis iam ſoluere, ſoluere membris
Vixiſti natis, nunc redhibere mihi.
Iam non coniugium nobis mortale, vt in ægris
Ante dedit breuitas inuida corporibus:
Quod nobis tenui fructu rapida abſtulit ætas,
Orbibus accumulans vix duo luſtra tribus.
Nam tua viginti luſtro cumulauerat annos,
Præceſſit curſus cum mea vita tuos.
C *At mihi bis decies maior te fluxerat ætas,*
Sed tamen æquæuas fecerat vnus amor.
Nunc meliore iugo ſtabiles, & in ore piorum,
Aurea viuemus ſecula rege Deo.
Surge virum natúmque ſequens: patet ecce ſereni
Porta poli, meritis angelus ante volans,
Ipſe pia de nube manum Deus exuret, & te
In cælum dextra ſollicitante vocat.
Felix Apra cui licuit terráque polóque,
Coniugis vnicubæ iuge tenere bonum:
Quo terris tibi clarus honor ſub nomine eodem
In cælis etiam gloria perpes erit.

D. FVLBERTI CARNOTENSIS
EPISCOPI, IN DIE PASCHATIS.

Chorus nouæ Hieruſalem
Nouam meli dulcedinem
Promat, colens cum ſobriis
Paſchale feſtum gaudiis.
Quo Chriſtus, inuictus Deo,
Dracone ſurgens obruto
Dum voce viua perſonat,
A morte functos excitat.
Quam deuorârat improbus,
Prædam refudit tartarus:
A *Captiuitate libera*
Ieſum ſequuntur agmina.
Triumphat ille ſplendidè
Præcelſus amplitudine,
Soli polique patriam
Vnam facit rempublicam.
Ipſum canendo ſupplices,
Regem precemur milites,
Vt in ſuo clariſſimo
Nos ordinet palatio.

DE MOSIS CANTICO; POEMA,
AVTHORIS INCERTI.

Cantemus Domino, Deóque noſtro,
Cui ſit gloria, cui honórque pollens.
Seſe magnificis decôrat actis,
Dum currus celeres Ægyptiorum
Rubri marmoris enecat fluentis.
Adiutor validus meæ iuuentæ,
A *Cuſtos, & genitor, ſalúſque vera.*
Ipſum conſpicua ſacrabo laude,
Ipſum vocibus arduis fatebor.
Dignus nomine quod Deus vocatur
Plebem de medio tulit profundo,
Hic eſt, hic Dominus potens & vltor.

Hic eſt progenitor mei parentis
Qui bellum, tulit obruitque fortes.

DE NATIVITATE CHRISTI, AVTHORIS INCERTI.

NVncium vobis fere de ſupernis,
Natus eſt Chriſtus, dominator orbis
In Bethleem Iudæ, veluti propheta
Dixerat antè.
Hunc canit lætus chorus Angelorum,
Stella declarat, veniunt Eoi
Principes, dignum celebrare cultum
Myſtica dona.
Thus Deo, myrram trocleten humando,
Bracteas regi chryſeas tulère,
Dum colunt vnum meminère trino
Tres dare terna.

DE DIE PASCHATIS. AVTHORIS INCERTI.

VIta ſanctorum decus Angelorum,
Vita cunctorum pariter piorum
Chriſte, qui mortis moriens miniſtrum
Exuperaſti.
Tu tuo lætos famulos trophæe,
Nunc in his ſerua placidus diebus,
In quibus ſacrum celebratur omnem
Paſcha per orbem.
Paſcha quo victor rediens ab imo,
Atque cum multis aliis reſurgens,
Ipſe ſuſceptum ſuper alta carnem
Aſtra leuaſti.

A *Nunc in excelſis Dominus refulgens,*
Et ſupra cælos Deus eleuatus,
Inde venturus homo iudicatus,
Denuo iudex.
Corda tu ſurſum modo noſtra tolle,
Quo patri dexter reſidens in alto,
Ne reſurgentes facias in alto,
Præcipitari.
Hoc pater tecum, hoc idem ſacratus
Præſtet amborum pie Chriſte flatus,
Cum quibus regnas Deus vnus omni
B *Iugiter æuo,*

IN DIE ASCENSIONIS, AVTHORIS INCERTI.

FEſtum nunc celebre, magnáque gaudia,
Compellunt animos carmina promere
Cum Chriſtus ſolium ſcandit ad arduum
Cælorum pius arbiter.
Conſcendit iubilans lætus ad æthera,
C *Sanctorum populus prædicat inclytum,*
Concinit pariter angelicus chorus
Victoris boni gloriam.
Qui ſcandens ſuperos vincula vinxerat,
Donans terrigenis munera plurima,
Diſtrictus rediens arbiter omnium
Qui mitis modo tranſiit.
Oramus Domine, conditor inclyte,
Deuotos famulos reſpice protegens,
Ne nos liuor edax dæmonis obruat,
Demergat vel in inferos.
D *Vt cum flammiuoma nube reuerteris,*
Occulta hominum pandere iudicans,
Ne des ſupplicia horrida noxiis,
Sed iuſtis bona præmia.

D. THEODVLPHI AVRELIANENSIS EPISCOPI; VERSVS IN FRONTE BIBLIORVM QVÆ IPSE DESCRIBI FECIT.

QVicquid ab Hebræo ſtilus Atticus, atque Latinus A
Sumpſit, in hoc totum Codice lector habes.
Quo loca prima tenent Geneſis primordia Mundi,
Diluuiumque canens, geſtáque magna patrum.
Exodus Ægyptum ſpoliat, ſecat æquora rubra:
Pandit iter eremi lympha ibi, lèxque datur.
Inde ſacerdotum gentem Leuiticus ornat; B
Et typica exponit dona ſacris typicis.
Bella viróſque liber Numeri deſcribit & actus:
Queis fregit Moyſes Idola, ſceptra, duces.
Poſt repetit legem, populo benedicit, & alma
Iura dat; ac dicto carmine victor obit.
Diuidit hinc proprio terram Nauegius Heros,
Libra, delectis vrbibus atque locis.
Pridem Iudicibus quis & ordo cucurrit & actus,

A *Continuante ſtylo, concinit inde ſequens.*
Móxque ſedent quæ Ruth Moabitis fœmina geſſit,
Clara piis meritis, clara nepote pie.
Pſalmicanique actus, & iniqui geſta Saülis,
Prima ſequénſque liber hinc Samuelis, habes,
Tertius & quartus; Malachim queis nomẽ inhæſit,
Regum Hebræorum ex ordine geſta canunt.
Hinc ſedet Eſaïas, Chriſtum de Virgine naſci
Qui canit, & gentes ad pia iura vocat.
B *Hunc prope Hieremias qui virgã Ollámque tuetur,*
Ordine quadruplici flebile texit opus.
Partibus Ezechiel ſummis obſcurus & imis
Hinc eſt, ſtirpsque hominis more vocatur Heri.
Poſt duodenus ineſt Vatum pius ordo minorum,
Longè aliud ſignans quàm ſua verba ſonent.
Nã Mœchã & prolẽ & Ioſeph, creber intonat Oſe,
Samariam Effraim, Ieſdrahel & viduam.
Hinc Iohel, euerſum prius atris cladibus Orbem,

Digitized by Google

Flaminis aduentum concinit inde pij.
Quattuor éque tribus probris regna increpat Amos
Se & vidiſſe boat myſtica plura ſatis.
Percutit Abdias Edom almi cuſpide verbi,
Æmulus & fratris illius ore ruit
Naufragio Ionæ ſignatur Paſſio Chriſti,
Niniuis & vitam nomine Mundus habet.
Filia latronis vaſtatur famine Michæ,
Quod Ducis Iſraël læſerit illa genas.
Voce Naum pulſat conſtanti ſanguinis vrbem,
Pacicanoſque boat montis in arce pedes.
Abbacuc interno in cruce Chriſtum ſpectat ocello,
Cornibus his vis eſt, eius operta tonat.
Promit Sophonias à porta & colle quod audit,
Plangórem indigenis fert quoque pila suis.
Aggeus inſtaurat templum; celſúmque Tonantem,
Moturum cecinit æquora, rura, polum.
Myſtica Zacharias poſtquam videt ordine plura,
Seſſorem dominum dicit, Aſelle, tuum.
Munera Malachias Populi inquit abacta prioris,
Agmina cúmque ſuis gentium amata Deo.
Iob quoque verba tenens cum geſtis inde libellus
Ponitur, hic paruus pondera magna vehit.
Mox dulcis dulcem depromit cantio Chriſtum,
Pſalmorum lyrici quos ſtatuêre pedes.
Protinus hinc reſident iuncti tres ordine libri,
Cui nomen Salomonſiis Cohelet ineſt.
Alloquitur primus ſub prolis nomine cunctos,
Corrigit & mores, Ethica, lege tua.
Omnia vana canit rutilo ſub ſole, ſecundus,
Cui res eſt phyſicas enumerare labor.
Tertius, Eccleſiæ thalamum Chriſtique perornat;
Rebus & in Logicis vertitur eius opus.
Inde Philoſtoricus Daniel eſt totius Orbis,
Omnia qui lapidem frangere regna canit.
Hinc duo ponuntur quis nomen verba dierum eſt,
Promere ſiue labor geſta genúſque ducum.
Ponitur hinc Heſdras, legem templúmq; reformãs,
Et reditum Iſraël ad ſua rura canit;
Eccleſiæque typum referens mox ſcribitur Heſter,
Quæ plebi extorri lauſque decuſque fuit.
Poſt liber eſt poſitus cui dat Sapientia nomen,
Quod Chriſti aduentus morſque pateſcit ibi.
Protinus aptatur liber Eccleſiaſticus iſtic,
Quo pia iura ſonant lauſque beata patrum.
Hinc pia pauperies pietas & opima, beato
Eſt Tobi libro rite notata tuo.
Scribitur inſignis Iudit mox fœmina facti:
Inceſtus cecidit qua feriente furor.
Hinc gemini libri ponuntur Machabæorum,
Geſtæ quibus fratrum quatuor alma ſedent.
Promit aperta nouæ Chriſtũ hinc, hinc Buccina legis
Tegmine hinc typico prompſit operta vetus.
Matthæus, Marcus, Lucas, ſanctuſque Ioannes,
Vox tonat hunc horum quatuor vna ſimul.
Primus ab humana quia cæpit promere gente,
Humani formam ſtemmatis inde vehit,
Auia terribili perſtringit voce ſecundus,
Scribitur & ſpecies inde leonis ei.
Eſtque ſacerdotij quia rebus tertius orſus,
Forma iuuencalis hinc ſibi ritè datur.
At quia verborum pinnis ſuper æthera quartus,

A Hinc Aquilæ ſpeciem celſa petentis habet.
Quattuor atque decem hos Pauli ſcripta ſequũtur,
Quæ Orbi miſit ouis, qui lupus ante fuit.
Romulidas reuocat à legis pondere prima,
Atque Euangelicam cenſet habere fidem.
Arcades in lectos diuerſo errore ſecunda,
Ad veram ſcriptis conuocat alma fidem.
Pœnituiſſe placet, ſolatur tertia eoſdem,
Laudanſque hortatur ad meliora ſimul.
Ad fidei Galatas deducit quarta vigorem,
B Qua ſpreta pronos grande premebat onus.
Quinta Epheſi populos venerandis laudibus effert,
Quod ſanctum haudqoaquam deſeruere fidem.
Sexta Philippenſes ſolatur, laudat & ornat,
Conſtanter fidei quod tenuere decus.
Móxque Coloſſenſes præuentos ſeptima, falſis
Vatibus inſtituit, corrigit atque docet
Theſſala quam genuit ſancit hinc octaua cateruæ,
Tempora quòd cùm eſſent nubila firma ſtetit.
Extima queis etiam etiam prædicit tempora nona;
Quòve ſit atra lues deiicienda modo.
C Ad decimæ textus Timotheum informat & aptat,
Eccleſiæ in rebus. ordinibuſque ſacris.
Temporis vndecima ſupremi probra canuntur,
Inſtruitúrque viis omnibus ille bonis.
Inſtruit inde Titum: decimæ ſubiuncta ſecunda,
Quo vitet hæreſes, Presbyter eſſe queat.
Tertia poſt decimam, pia dat tibi verba Filemon,
Quæ Roma vinctus miſit ab vrbe Pater,
Vltima per legis vatúmque oracula, Chriſtum
Hebræis prolem prædicat eſſe Dei.
D His ſunt, Canonicæ ſubiunctæ ex ordine ſeptem
Paginæ, Apoſtolico quas capit ore ſtylus.
Scilicet vna pij Iacobi, Petrique gemellæ,
Sunt tres Ioannis; vna ibi, Iuda, tua eſt:
Compléntque Eccleſiam generali dogmate totam,
Inſtituúntque fidem, inſque ſalutis habent.
Hinc ad Apoſtolicos quos Lucas protulit Actus,
It ſtilus Eccleſiæ; qui noua geſta canunt.
Viſio ſancta libros, quæ ſancto viſa Ioanne eſt,
Claudit, & arcano limite ſignat eos.
E Hoc teſtamenti veteriſque nouique ſub vno
Calle patens biuium, ducit ad alta poli.
Hic cibus æterno ſatiat præcordia paſtu;
Iuſtitiæque famem quo mage habetur, alit.
Hic paradiſigeno veniens de gurgite potus;
Quem, quo plus quis adit, plus ſitit omne bonum.
Hæc tuba terribilis mugit per compita Mundi,
Mittit terrigenum ad cælica regna decus.
Hæc lux horrendas errorum decutit vmbras,
Qua retinent mentis te via, tecta, pedes.
F Sunt hic iura Dei tenebris nudantia Mundum,
Splendidiora Aſtris, candidiora niue.
Iuſta iubent, iniuſta vetant, mala cuncta reſidunt;
Virtutes gignunt, probra fugant vitia.
Lex pretioſa Dei eſt; quid enim pretioſius illa,
Quam dat fons vitæ, lux & origo boni?
Eſt doctrina potens, ſuperanſque ſcientias cunctas,
Cui valet æquari, nulla ſub axe poli:
Cui ſi quam cupias ſenſu conferre vel arte,
Vt cælo tellus, hæc ita cedet ei
Quicquid in ingenuis mundana diſcitur arte,

Artibus, hic currit liberiore via.
Quòd ratione viget, vel quicquid amatur in illis:
Hoc à fonte meat, huius ab amne fluit.
Cumque has in cunctis vincat fandi ordine, vincit,
Quod ſermone vno multa notando docet:
Verborum atque vnum non mutans tramite callem,
Sic plures vnus res bene ſermo tonat.
Sic narrat textum, tamen vt myſteria prodat;
Maiora inſinuat dum modo magna canit.
Magnáque ſic paruis componit paruula magnis,
Actum vt per vilem, tu pretioſa ſones,
In re præterita monſtrat narrando futura;
Hæc referens, miro prædicat illa modo.
Acta ita deſcribit vt agendi conferat Artem,
In re ceu facta, te facienda monet.
Pondere de rerum taceo: quis ſingula fando,
Expediet; decus hoc queis cluit atque viget?
Quæ, non clauſa metum, faſtidia non dat aperta:
Non hic deterret, non ibi vilis meſt.
Hic ſpes quærit eam, tenet illic prompta facultas,
Quo latet, exercet, quo patet, iſta cibat:
Fortium in obſcuris exercet prælia dictis,
Te ſermone humili paruula turba fouet.
Fortibus es panis, puſillis lacteus humor:
Hos ſolidis dapibus, hos ope lactis alis.
Curat more meri, ritu demulcet oliui:
Multimodo affatu ſic datur vna ſalus,
Hæc etiam aſſiduo faſtidia derogat vſu,
Quóque magis capitur quæritur inde magis.
Pluraque cum ſoleant meditatu horreſcere grandi:
Huius amor, quò plus hæc meditatur, adeſt.
Adiuuat hæc animum, humili ſermone legentis;
Senſibus & celſis ad potiora leuat.
Nam ſe Lectorum rudium bene noſſe caterua,
Hanc ratur, at doctis hæc noua ſemper ineſt.
Quid quod ad æthereas populi vocat agmina ſedes,
Et vita ad ſociat non peritura tibi?
Qua mundanus amor refugit, creſcitque ſupernus,
Vertit & ad melius corda legentis opus..
Adde quod exemplis, mundanos inſtruit actus,
Et via conſiliis hac tribuente patet
Scilicet vt quiſquam, didicit dum geſta priorum,
Quid vitare queat, quidve ſequatur habet.
Erudit externis proprios ſic actibus actus,
Nónque ſuis ſua ſit dicta vel acta regit.
Singula quis referat? numero tranſcendit arenam,
Et pluuiæ guttas, Legis opimus honos.
Cui qui lecturum totis te niſibus addis,
Quiſquis es, intenta poſcito mente Deum.
Vt tua clementer cum hoc nectare corda reuiſat,
Cúmque hoc inhabitet pectoris antra tui.
Hac veniente, tuæ pandatur ianua mentis,
Qua nitidante, omni ſorde carere queas.
Hoſpitium quo præſtet ei qui condidit illam,
Cum lege hanc adeat legis & ipſe dator.
Non te peruadat faſtus, non gloria fallax,
Non vanæ aut vacuæ ſit tibi laudis amor.
Spiritus effugiet ſanctus fera pectora ficti,
Nec habitator adit corpora preſſa malis.
Sit tibi mens humilis, cor prudens, actio munda;
Sit florens ſtudium, ſit pietatis opus.
Crebra ſit in ſancta tibimet meditatio lege,

A *Inſtato monitis, nocte diéque ſuis.*
Hanc gere corde, manu; proprio non deſit ab ore:
Túque aliorum actûs, corrigat illa, tuos.
Hæc in parte thori ſedeat, hanc lumina cernant,
Hanc colla, hãc genua, hãc brachia curua vehãt,
Ad caput hæc ſedeat, ſolito dum tempore ſtertis,
Dúmque fugit ſomnus, te petat illa celer.
Nec ſolum, vt doctus; ſed & vt ſis iuſtus, amato:
Eminet vnum alto, cum ſit vtrumque bonum.
Nam tibi cunctipotens actûs non verba requiret,
Illi in vtroque tamen ipſe placere vales.
B *Diſce legens, adſueſce frequens, facienda doceto,*
Sitque tibi hic trames, Legis in arte piæ:
Quatenus erudiat mentem tibi lectio crebra,
Détque tuis pulchram ſenſibus illa viam.
Ne citò labatur, vires ſibi colligat vſu:
Lectio crebra tenet, mens quod acuta capit.
Semita ſic cæſo dumoſæ robore ſiluæ,
Dum teritur, crebro fit via lata pede.
Sancta ferant ſanctis verbis exempla vigôrem:
Quæ canis & facito, quæ facis ipſa cane.
Non verbis actus, non illis verba repugnent:
Nobile par tecum currat vtrumque ſimul.
C *Quod bene mente capis, humili ſermone profato,*
Ne faſtu amittas, quod ſtudioſus habes.
Plura referre mora eſt: in paucis collige multa,
Lector, cui fuluum mentis acumen ineſt.
Semine ſic meſſor prouiſo, plurima, paruo,
Grana vehit; voto fertiliore cluens.
Dúmque opus id cernis, relegis dum carmina noſtra,
THEODVLPHI *clemens ſis memor, oro, vale.*

Diſtichon.

D *Viue Deo felix per plurima tempora lector,*
THEODVLPHI *nec ſis immemor, oro tui.*
Aliud.
Finis adeſt operis quibus eſt peragẽtibus actum:
Sit pax, vita, ſalus, & tibi, Lector, aue.

Hæc infra poſt verſis vt mihi poſt mortem.

Theodulphi Verſus præfixi breui Chronico quod Biblii adiectum fuit.

Codicis huius opus ſtruxit Theodulphus amore
E *Illius, hic cuius lex benedicta tonat.*
Nam foris hoc gemmis, auro ſplendeſcit & oſtro,
Splendidiore tamen intus honore micat.
Quo poſt Catholica veneranda volumina Legis,
Parua tenet modicum ſcriptio cerne locum.
Scilicet initio ſumens exordia ab ipſo,
Per Patrum Regum nomina texit opus.
Et notat annorum numerum, notat ordine regna,
Heracli princeps, tempus adúſque tuum.
Geſtáque dat paucis reminiſci plurima verbis,
F *Sic modico in nutu grande notatur opus.*
Hinc ad aperta ſedent Hebrææ nomina linguæ,
Quæ ſacræ Legis inclytus vſus habet.
Attica poſt reſident, fidei, quæ ſacra vetuſtas
Contulit Eccleſiæ, queis vocitantur opes.
Conficitur Latio de nomine ſiluula parua,
Quæ magni fructus pondera digna vehit.
Corpore ſub paruo myſteria magna retentant,
Hæres quas limes Codicis huius habet.

A His fluuium Legis poterit luſtrare lucernis,
Quærere qui piſces legis in amne cupit.
Retibus his poterit pretioſam prendere prædam,
Ars eſt cui in ſancta quærere lege cibum.
Non has, lector ouans, quaſi quædam vilia temne:
Nilis rem pulcram capſa tenere ſolet.
Ferrea nam clauis de vili facta metallo,
Argenti atque auri dat penetrare locum.
Quæque eſt ſeruanti ſeu ſarcina parua ferenti,
Quo grauis eſt pretij ſarcina, monſtrat iter.
Nec tibi diſpliceant quoniam ſunt corpore parua,
Tegmine ſub paruo pondera magna latent.
Nam modicis clauis grandis ſtructura tenetur,
B Marculus & paruus magna metalla polit.
Sic ſegetes magnæ naſcuntur ſemine paruo,
Pondus & arboreum germine déque leui,
Obſtruſa aperiunt panduntque latentia; plura,
Paruáque velamen virgula grande leuat.
Quoſque tenent flores librorum grandia prata,
En ſimul hic calatus dat tibi; pande manum.
Vtere ſeu felix vt ſis felicior ipſe,
Cum tua perpetuas vitæ capeſſet opes.
Et memor eſſe mei dignàre per omnia, quæſo,
Dum legis & relegis, dúmque adis iſtud opus.
Dúmque adis iſtud opus quod condidit actio noſtra,
Mercedem ſtudij tu mihi redde mei.
C Hanc rogo mercedem, pro me depoſce Tonantem,
Vt mihi det veniam, ſeu pius addat opem.
Noxia depellat, concedat proſpera quæque,
Participem & faciat vita beata tibi:
Componat mores, firmet ſpem, corrigat actus,
Atque animæ adueniat, hoc tribuente, ſalus.
Atque ita me clemens peccamine purget ab omni,
Vt mihi poſt mortem, det ſuper aſtra locum.
Cœtibus Angelicis & iungat, munere cuius,
Terrea progenies ſcandit ad aſtra poli.

Eiuſdem S. Theodulphi Hymnus,
In die Palmarum.

GLoria, laus, & honor, tibi ſit rex Chriſte redēpt.
Cui puerile decus prompſit Oſanna pium.
Iſraël es tu, Dauidis & inclyta proles,
Nomine qui in Domini rex benedicte venis.
Cœtus in excelſis te laudat cælicus omnis,
Et mortalis homo, & cuncta creata ſimul.
Plebs Hebræa tibi cum palmis obuia venit,
Cum prece, voto, hymnis aſſumus ecce tibi.
Hi tibi paſſuro ſoluebant munia laudis:
Nos tibi regnanti pangimus ecce melos.
Hi placuère tibi, placeat deuotio noſtra,
Rex pie, rex clemens, cui bona cuncta placent.
Fecerat Hebræos hos gratia ſanguinis alti,
Nos facit Hebræos tranſitus ecce pius.
Inclyta terrenis tranſitur ad æthera victis,
Virtus à vitiis nos capit alma teris.
Nequitia ſimus pueri, virtute vieti,
Quod tenuere patres, dat vt teneamus iter,
Degenereſque patrum ne ſimus ab arce piorum,
Nos tua poſt illos gratia ſancta trahat.
His pius aſcenſor, tuus & nos ſumus aſellus,
Tecum nos capiat vrbs veneranda Dei.
Veſtis Apoſtolicæ rutilo fulgore tegamur,
Te bene docta vt eis noſtra caterua vehat.
Tegmina ſic animæ ſternamus corpora noſtra,
Quo per nos ſemper ſit via tuta tibi.
Sit pia pro palmæ nobis victoria carnis,
Vt tibi victrici ſorte canamus ita.
Caſtaque pro ramis ſalicis præcordia ſunto,
Noſque operum ducat prata ad amæna viror.
Pro ramis oleæ pietas lux dogmaque ſancti
Flaminis in nobis ſit tibi rite patens.
Arbore de legis cædamus dogmata quædam,
Queis veniendi ad nos ſit via tuta tibi.
Noſtroque ſic præſens celebret deuotio feſtum,
Continuo vt valeant annua feſta ſequi.

PAVLINI AQVITANI V. I.
ET SENATORII DEMVM EPISCOPI NOLANI,
de vita Sancti Martini Epiſcopi Turonenſis libri ſex.

Eiuſdem de Nepotulo ſuo verſus.

Ad Perpetuum Epiſcopum Turonenſem.

Omnia nunc primum in lucem edita ex vetere manuſcripto codice Petri Pithoëi I. C. V C.

Studio & diligentia Franciſci Iureti, cuius etiam notæ & emendationes adiunctæ ſunt.

FRANC. IVRETVS PETRO PITHOEO
I. C. PRÆSTANTISSIMO S.

PAVLINI libros de vita & geſtis Diui Martini quos ad me nunc nuper miſiſti Pithoe præſtantiſſime, legi cum voluptate cúmque ſtomacho: Voluptati fuit ſanctiſſimi doctiſſimique poëtæ memoria, & ingenij tabulæ tanquam è naufragio ſuperſtites, ſtomachum mouit innumerus mēdorum & errorum numerus, quibus adeo indigne membranæ corruptæ, vt inter legendum ſæpiuſcule librarij manibus pœnam imprecarer quæ falſi crimen admiſerant. Quid enim? vix vnus hic verſus exiit quin euerſus. Orationis plus erat quam rationis: nutabant ſyllabæ, mutabātur verba, cum pedibus claudis nihil

Celſa fauore Dei iuſſu ſuſpenſa Tonantis,
Limitibus contenta ſuis elementa morantur,
Nec flammas reſtinguit aqua, glaciémve teporat,
Flammeus ignis aquæ, ſeruant ſub lege tenorem,
Incorrupta ſuum, non impugnata viciſſim,
Non diſcreta quidem, ſed nec permixta morantur.
III. Tertia cæruleum ponti lux edidit æquor,
Fluctibus immenſis, pelagi freta glauca liqueſcunt,
Et mare nauigerum quatitur ſpumantibus vndis:
Ipſa dies terram meruit de fluctibus auctam.
Eruitur terra vaſto demerſa profundo,
Et ſolidante globo grauior per inane pependit.
Suſtentant ſolidam fluidis radicibus vndæ,
Quam molles portant ceu fundamenta liquores.
Arida materies rapitur de corde fluenti,
Nondum mater humus, cuius pars ſoluit arenam,
In glebas pars membra ligat, pars ſaxea turget,
Cautibus extat montis apex, pars flumina mergit,
Planitie pars tenſa iacet, pars littora curuat,
Pars datur in tumulos, pars aſpera rupibus horret,
Pars riget inculta, reſidet pars valle profunda:
Et colles tumidi cumulis iuga celſa ſupinant,
Atque humiles campos ſpatiis æqualibus aptant,
Pars data dulcifluis vndantis fontibus agri
Promitur herba virens, it ſurculus omnis in auras,
Et ſemper veſtita comis frondeſcit oliua.
Omnia poma virent profert, non parturit arbor,
Linguæ laurus honos ſoluit donanda poëtis.
Torta per obliquos it vitis in orbe, corymbos
Verberat & palmâ calamos fluitante flagello:
Vinea pampineos ſubarundinat ebria campos,
Munera lætitiæ ſpondens pendentibus vuis,
Fructibus & variis redolent florentia rura.
Vna parens tellus non vnum fundit odorem:
Sed quot ſunt herbæ, tot permiſcentur odores.
India tunc primum generans pigmenta per herbas,
Eduxit ſub ſole nouo, rudibuſque racemis.
Eſt locus interea diffundens quatuor amnes,
Floribus Ambroſiis gemmato ceſpite pictus,
Plenus odoriferis nunquam marcentibus herbis,
Hortus in orbe Dei cunctis felicior hortis:
Fructus ineſt anni, cum tempora neſciat anni.
Illic floret humus ſemper ſub vere perenni,
Arboreis hinc inde comis veſtitur amœnis.
Frondibus intectis ramorum murus opacus
Stringitur, atque omni pendent ex arbore fructus,
Et paſſim per prata iacent: non ſolis anhelis
Flammatur radiis, quatitur nec flatibus vllis,
Nec coniuratis furit illic turbo procellis,
Non glacies diſtricta domat, non grandinis ictus
Verberat, aut gelidis caneſcunt prata pruinis,
Sunt ibi ſed placitis fructus, quos mollior aura
Edidit exurgens nitidis de fontibus horti.
Arboribus mouet illa comas de flamine molli,
Frondibus impulſis immobilis vmbra vagatur.
Fluctuat omne nemus, & nutant pendula poma.
Ver ibi perpetuum communes temperat auras,
Ne lædas flores, & vt omnia poma coquantur.
Non apibus labor eſt ceris formare cicutas,
Nectaris æthereï ſudant ex arbore mella,
Et pendent foliis iam pocula blanda futura,
Pendet & optatæ viuax medicina ſalutis.

A Cætera depingit variis natura figuris.
Auroram iam quarta dies præmiſerat vndis, IV.
Et rutilante polo compreſſerat aſtra rubore.
Mox ſolis radiare globum iubet igne ſalutis.
Flamma ſalutaris perfundit lumine mundum,
Cuncta ſalutifero rident elementa vapore,
Cuius ab igne ſuo lunam iubet ire ſecundam,
Nigra tenebrarum corrumpere tempora noctis,
Et trepidam proferre diem comitante quiete.
Candida ſomnigeris perluſtrat cornibus axem,
Quæ numero eſt maiore breuis, & plena minore.
B Flammeus ornatus cæli per ſidera fulſit,
Officia ſtellis, numeros & nomina iuſſit:
Tempora diſtribuit, loca contulit, ignibus egit,
Limitibus fixit, iubar induit, axe rotauit,
Curſibus aptauit, cæli regionibus addit.
Agminis innumeri, nec flammea ſidera cælum
Deſtituunt quocunque die, ſed luce premuntur,
Luminis immenſi radiato vertice Phœbi.
Nec mirum ſi clara latent ſub ſole coruſco
Sidera, quo mundum monſtrat menſura minorem.
Qui fouet igne pio cælum, mare, ſidera, terras,
C Conceptum virente Dei, quem ſphæra polorum
Suſtinet, & ſentit Dominum per cuncta Tonantem:
Cuius ab imperio veniunt, quæcunque miniſtrat
Omnia iuſſus agit, totum ſub lege laborat,
Miles & ipſe Dei, cum luna & ſidera cuncta
Oſtentat, ſub vere nouo, ſub tempore primo,
Sub tirone die veterana in ſecla paratus.
Addit quinta dies animalia cuncta profundi, V.
In corpus ſolidantur aquæ, neruique ligantur.
Muſculus humor erat, fluctus dureſcit in oſſa,
Atque oculi gemmantur aquis humore gelato,
D Et quot ſunt fluctus, tot forſan in æquore piſces,
Luſerunt fluido per cærula vaſta natatu,
Et criſpante freto perflabant naribus vndas,
Terrigenis factura cibos poſt cuncta creandis.
Exilit inde volans gens plumea læta per auras.
Aëra concutiens pennis crepitante volatu,
Ac varias fundunt blando modulamine voces,
Et puto collaudant Dominum meruiſſe creari.
Hæ niueo candore nitent, has purpura veſtit,
His croceus plumæ color eſt, has aureus ornat,
E Albentes aliis pennæ ſolidantur ocellis,
Atque hyacinthus adeſt per colla & pectora fulgens:
Eminet his criſtatus apex, has lingua decorat,
Has virides pennæ reddunt, has diſcolor ornat,
Multa per innumeras currens pictura volucres,
Et leuibus tenuem ſubtexunt aëra plumis.
Ipſa dies folium ramis, & floribus herbas
Euomit, & ſpicis acuit ſeges omnis ariſtas.
Silua comis veſtita viret, nidoſque loquaces
Exhibet, & varias decantat garrula voces,
F Cum vagabunda volat non motis plauſibus ales,
Frondibus inſidens vento cum fronde mouetur,
Vnguibus ad ramos infixa tenacibus hærens,
Pennigerum vernare nemus vapor vrget in vſus,
Pignoris, & molli dureſcunt oua tepore,
Pennantur tunc membra globis, animantur, anhelant,
Rumpuntur, confracta ſonant, nutrita volatus
Tentant, & rudibus librantur in aëra pennis.
Sed cùm diſcordent inter ſe elementa coacta,

Fæcibus eductis concordant vnda vel ignis:
Vnda creat piſces, producit flamma volucres:
Pabula montis erant, ſed non qui paſceret herbas
Affuit, intactæ ſenuiſſent floribus herbæ.
Ne paſcenda daret tellus iumenta per agros.
Sexta dies Phœbi rutilo proceſſerat ortu,
Cùm natura parens gignit animantia terris.
Cornibus erumpunt armata fronte iuuenci,
Et per prata vagus ſequitur ſua bucula taurus,
Ceruus in arua fugax palmatis cornibus errat,
Et velox prorumpit equus, pecus vtile bellis.
Impiæ terribiles producit terra leones,
Simplicitas ouium fraudes paſſura luporum,
Et raucos timuit diſcurrens dama moloſſos,
Spumat aper, mortes lunato dente minatur,
Et latus obliquans meditatur prælia toruus,
Ac maxilla ferox duros deſæuit in armos,
Audacter certans ſpumantia bella mouere:
Gignitur omne genus pecudum, genus omne ferarum,
Inter prata vagum, nullo cuſtode per herbas,
Inſtar montis habens incedit beſtia mole.
Promitur anguis hians, quatiens ſub dēte venenum,
Et maculoſa repit ſquamas per viſcera ſerpens,
Atra venena nocens miſſura è flatibus oris,
Et ſubitò ſparſura graues per ſibila mortes,
Atque eadem membris impertitura medelas.
Sed ne cunctis ſimul paſſim permixta fuiſſent,
Diſtribuit loca certa Deus, & tempora fixit.
Tempore non vno veniunt quæ ſæua vocantur:
Non ſemper mouet arma leo, nec ſcorpius ictus
Semper habet, nec ſemper agit fera vipera morſus,
Nec ſemper tollunt ad vulnera colla ceraſtæ:
Non ſemper furit vnda maris, non ſemper adurit
Solis vbique calor: pro tempore temperat ignes,
Pro regione plagæ contemperat vnda vaporem,
Et modò bellantes fluctus freta pigra iacebunt.
Ipſe polus, qui grande tonat, ſine nube ſerenus
Iam tacet, & puro redeunt ſua lumina cælo.
Multa locis data ſunt variis diſperſa per orbem,
Arida vipereos angues ſuſcepit arena,
Humida ſortitur tellus fera colla leonum:
India cum gemmis & eburnea monſtra minatur,
Bellua diuino ſint[en]generatur odores,
Ambroſiaſque ſ[...]nimalè frangens beſtia meſſes,
Incertuſque colo[r] tigris per mille colores,
Montibus Hircanis venit, atque effœta marito
Mittitur, vt vincat currens orbatæ procellas.
Cornibus erectis ſortita eſt Africa damas,
Concaua ſuſcipiunt per montes ſaxa dracones.
Cætera diſtribuit diuerſis ſemina terris,
Plurima coniunxit, ſed ceſpite multa diremit.
Munera præterea funduntur diuitis auri,
Protulit eximias illuſtris India gemmas:
Producunt niueos & littora rubra lapillos,
Flammantes virideſque tulit Babylonia cruſtas,
Perſida nobilitant precioſis littora gemmis,
Frigidus & roſeo carbunculus ardet honore.
Seres fila trahunt nullo ſub pollice ducta,
Balſama Cæſareos plorant virgulta per agros,
Et nimis Ambroſium lacrymæ dant munus odores,
Cinnamon interior profert Phœnicia tellus,
Solis amica nimis, nam non de ſole peruſta,
A Hæc nardi floret, hæc portio fundit amomum.
Omnibus his genitis, animal rationis amicum,
Formatur virtute Dei, limatur in artus,
Vt dominator eat moderatior omnibus vnus;
Naturæ iuſſu quæ protulit omnia princeps.
Aſt hominem non terra parit, non pontus ab vndis,
Non cælum, non aſtra creant, non purior aër:
Sed dominatorum dominator ſummus & auctor,
Limauit per membra virum de puluere factum.
Limus adhuc deformis erat: membratur in artus,
B Corporeas ſpecies hominis, cæleſtis imago:
Conſpicitur noua forma viri, ſine mente parumper,
Spiritus infuſus ſubitò per membra cucurrit,
Et calefacta rubens tenuit præcordia ſanguis.
Mox rubuere genæ, totos rubor inficit artus:
Iam cutis eſt qui puluis erat, iam terra medullas
Oſſibus includit, ſurgunt in meſſe capilli,
Orbe micant gemino geminantia lumina viſu,
Et vocem compago dedit noua machina ſurgens,
Auctorem laudare ſuum gauiſa quod eſſet.
Tunc oculos per cuncta iacit, miratur amœnum
C Sic florere locum, ſic puros fontibus amnes,
Quattuor vndifluo ſtringentes gurgite ripas,
Ire per arboreos ſaltus, campoſque virentes:
Miratur ſe quid ſit homo, quos factus ad vſus
Scire cupit: ſimplex & non habet vnde requirat,
Quo merito ſibimet data ſit poſſeſſio mundi,
Atque domus æterna nemus per florea rura,
Parua procul ſpectat virides iumenta per agros:
Hac de re tacitus voluitque & corde requirit,
Vel quare ſecum non ſint hæc ipſa volutat:
D Nam conſorte carens, cum quo conferret, egebat.
Viderat omnipotens hæc illum corde mouentem,
Et miſeratus ait: Demus ſolatia facto,
Participem generis, tanquam ſi diceret auctor,
Non ſolum decet eſſe virum, conſortia blanda
Nouerit, vxor erit cuius tamen iſte maritus,
Coniugium ſe quiſque vocet, dulcedo recurrat;
Cordibus innocuis, & ſint ſibi pignus vterque
Velle pares, & nolle pares, ſtans vna voluntas,
Pars animi concors, paribus decurrere votis:
E Ambo ſibi requies, cordis ſint ambo fideles,
Et quicunque datur caſus, ſit cauſa duorum.
Nec mora, iam venit alta quies oculoſque ſupinat
Somnus, & in dulcem ſoluuntur membra ſoporem:
Sed cum iure Deus nullo prohibente valeret,
Demere particulam, de quo prius ipſe pararat:
Attamen ablata iuuenis ne coſta doleret
Redderet & triſtem ſubitò, quem lædere nollet:
Fur opifex vult eſſe ſuus, nam poſſet alumnam
Puluere de ſimili princeps formare puellam,
F Sed quò plenus amor toto de corde veniret,
Noſcere in vxorem voluit ſua membra maritum.
Diuiditur contexta cutis, ſubducitur vna
Senſim coſta viro, ſed mox reditura marito.
Nam iuuenis de parte breui formatur adulta
Virgo decora, rudis, matura tumentibus annis,
Coniugii ſoboliſque capax, quibus aptæ probatur,
Et ſine lacte pio creſcit iam infantia pubes.
Excutitur ſomno iuuenis, videt ipſe puellam
Ante oculos aſtare ſuos, pater inde maritus,
Non tantum ex coitu genitor, ſed coniugii auctor:

Somnus erat partus, conceptus ſemine nullo,
Materiem ſopita quies produxit amoris,
Affectuſque nouos blandi genuere ſopores.
Conſtitit ante oculos nullo velamine tecta,
Corpore nuda ſimul niueo, ceu nympha profundi:
Cæſaries intonſa comis, gena pulcra rubore,
Omnia pulcra gerens, oculos, os, colla, manuſque:
Vt qualem poſſent digiti formare Tonantis,
Neſcia mens illis fieri quæ cauſa fuiſſet.
Tunc Deus & princeps ambos coniunxit in vnum
Et remeat ſua coſta viro, ſua membra recepit:
Accipit & fœnus, cum non ſit debitor vllus.
His datur omnis humus, & quicquid iuſſa creauis,
Æris & pelagi fœtus, elementa duorum
Arbitrio commiſſa manent, his Creſcite, dixit
Omnipotens, replete ſonum de ſemine veſtro,
Sanguinis ingenisi natos nutrite nepotes,
Et de prole nouos iterum reparate iugales.
Dumque fretum terra, dum cælum ſubleuat aer
Dum ſolis micat axe iubar, dum luna tenebras
Diſſipat, & puro lucens mea ſidera cælo,
Sumere quicquid habent pomaria noſtra licebit,
Deliciæque fluent vobis, & beneſta voluptas:
Arboris vnius tantum neſcite ſaporem.
Dixerat iſte Deus, ſanxit natura, quod inquit
Omnipotens, migrare diem, diſcedere ſolem,
Nec lucem remeare putat terrena propago,
Subductiſque nigris collucet luna tenebris,
Sidera cuncta notant cælo radiare ſereno.
Aſt vbi purpureum ſurgentem ex æquore cernunt
Luciferum vibrare iubar, flammaſque ciere,
Et reducem ſuper aſtra diem de ſole rubentem,
Mox reuocata fouens heſterna in gaudia mentes,
Temporis & requiem noſcentes luce diurna
Cœperunt ſperare diem, ridere tenebras:
Tot bona facta Deus non obliuiſcitur vnquam,
Quæ propter homines fecit, ſanxitque manere.
His Dominus pietatis opem ſubducere non vult;
Proiicere nec plaſma ſuum vult conditor æus,
Eſſe nihil prorſus ſe præter vbique rogandum,
Et niſi ſubueniat, ſuccurrens non erit vllus.
Inde malo bonus eſt homini Deus, omnibus auctor,
Ipſe opifex, dominus, rector, dux, arbiter, index,
Continua bonitate pius, virtute modeſtus,
Simplicitate bonus, & culmine celſior omni,
Ibant per flores, & tota roſaria læti
Inter odoratas meſſes, lucoſque virentes,
Simpliciter pecudum ritu, vel more ferarum:
Corporibus nudis, & neſcia corda pudoris.
Quæ pars membrorum ſecretior eſſet habenda,
Vnde rudes ſcirent, quid moribus eſſet honeſtum?
Quod digitos oculoſque putãt, hoc membra pudenda
Publica iungebant affectibus oſcula paſſim
Nec rubor vllus erat cùm ſtaret origo pudoris,
Illicitumque ſibi prorſus nihil eſſe putabant,
Et bene credebant, quibus omnia iuſſit ad vſum,
Arboris vnius fructu ſub lege negato.
Vomere non tellus, non raſtris iuſſa domari,
Quærere nec ſudor fructus quocunque labore
Cogitur, aut campos aliquo de fonte rigare:
Imbriferis ſemper pluuiis abſentibus vber.
Ceſpes & arbitrio creſcit ſatura marito.

A Præterea ſolis datus eſt locus ille duobus.
Deliciis hominum tantum conſtructus opacis,
Non placidas ſuſtentat aues, non ore cruentas,
Vnguibus armatas neſcit perferre volucres:
Omne genus pecudum, neſcit genus omne ferarum.
Solus ibi irrepſit ſquamoſo corpore ſerpens,
Fraudibus imbutus mortis, caput omne malorum,
Pectore vipereo mellitum ex ore venenum,
Funereo ſub dente parans ſpumante palato.
Ergo vbi liuor edax contuſum dente venenum
B Inuidiæ mordacis habens ſub fronte modeſta,
Quærit opem ſceleris, per quam fallatur honeſtas
Simplicitaſque cadat, vel credula corda reatus
Incurrant non fraude ſua, ſed clade perenni.
Fortia corda viri non expugnanda per anguem
Præſenſit, pietatis inops: ſed coniugis aures
Aggreditur ſub voce pia, ſermone maligno
Inſidioſus adit heu! mollia corda puellæ
Ingerit ore cibos crudeli funere plenos.
His ſemel aſſumptis reſerantur lumina cordis,
Ac permixto bonis patuit doctrina malorum:
C Pœnituit neſciſſe dapes, & damna putantur,
Temporis exacta ſpatio, procedere peius,
Auſum quippe nefas tentat ſeducta maritum,
Et capit inſontem iam noxia fœmina victum,
Circunuenta perit, ſed circunſcripta fefellit:
Nec circunſcripta ſerpens impune triumphat.
Ad ſcelus horrendum vel ſæua piacula mortis,
Supplicio ſociante duos releuare reatu
Credidit infelix: ſed par ſententia damnat,
Quos par culpa tenet, gradus illic temporis inter
D Eſt tantum, nam cauſa ligat communis vtrunque.
Exurgit cenſura Dei pietate ſeuera,
Et vitæ morbiſque ſimul ſententia fertur.
Supplicium infelix, quo mors datur, atque negatur.
Vltio vitalis cohibetur limite mortis,
Pœna mors crudelis erat, ſed viuere peius.
Ocia, delicias perdunt, diſcuntque labores,
Qui cultore Deo fructum telluris habebant,
Agricola Dominus quam nondum verterat vnquam
Ipſo rigator erat, ſator, auctor, meſſor, arater.
E Offendunt nunc ambo pium: truduntur ab horto
Perpetui floris, non eſt ſub iure ſuorum,
Et vitæ mors meta datur, cum pœna malorum.
Magna Dei pietas, ſemper qui temperat iras;
Vita grauis hominum ſubducitur hoſpite mortis,
Quæ recidiua magis viuaci corde reſurgit.
Mors mundanorum requies eſt certa laborum,
Et malè viuenti præſtatur fine ſalutis,
Continuãs quodcũque nocet prauumque bonumque.
Solus in æternum Deus eſt regnator & auctor,
F Virtus vna Deus, trinus Deus omnis & vnus:
De quo ſperatum conceditur omne benignum,
Et quæcunque iubet præſumptio nulla refellit:
Nec deeſt effectus faciendi tempore eodem,
Quem penes & ſenſu primordia multa loquuntur,
Et voce reticente ſonat ſuper æthera ſermo,
Ac mens pura Deum potius quam lingua precatur.
Ergo operis memor ipſe ſui, tunc imperat ambos
Sedibus egreſſos, placido dominentur vt orbi.
Ac totum quod mundus habet, ſub iure tenerent:
Et quod floret humus, viridis quod germinat herba,

Digitized by Google

Quod ſpicat meſſis, quod ramis parturit arbor,
Quod gemmãt vites, quod amœna comãtia frondẽt
Flumina, quod mittunt fontes, quod fluctuat amnis,
Quod pelagi trahit vnda freti, quod littora tũdũt,
Murmure quod vẽti flantes vaga marmora criſpãt,
Quod generant terræ, quod flumina, pontus & aer,
Vſibus humanis data ſunt hæc cuncta venire.
Vt ſimilis qui factus erat de puluere Chriſto,
His dominaretur cunctis ſub carne creatis,
Corpora corporibus ſeruirent cuncta ſubacta.
Spiritus interea ſeruit ſine corpore ventus,
Ventus agit nubes, in nubila craſſior aer
Cogitur, hinc imbres veniunt, placidoſque ſerenus
Ventus alit fructus, & ventus ſpicat ariſtas,
Ventilat æſtiuo quos flatu mollior aura.
Deflorat fructus, & decutit arbore flores,
Flatibus accendit flammas, & temperat æſtus:
Flatibus alternis redeunt comitantia vitæ,
Itque reditque ſuos repetendo ſpiritus hauſtus,
Et reduci vento fibræ pulmonis anhelant,
Faucibus excurrens in naribus aura viciſſim,
Vitales recreat per membra tepentia ſenſus:
Atque modò gelidis, calidis nunc flatibus ora
Illuſtrata vigent, & tangunt flabra palatum.
Non hæc humanis tantum ſpiramina membris
Sunt data, ſed cunctis animantibus aura recurrit.
Spiritus ille Dei, quo corpora cuncta mouentur,
Omnia complectens agitat, fouet, inſerit, vrget:
Vnde genus diuerſa trahunt & ſemina rerum,
Mobilis immenſo veniens è fonte perenni.
Artificis formata manu digeſta mouentur
Ordine cuncta ſuo, manet irreuocabile munus,
Nec tamen intereunt pereuntia lege diurna.
Quis neget vndiſluos procedere fontibus amnes,
Quorum iam reditus nunquam ſperauit origo?
Quas inceſſanter aquas licet euomat, impete pleno,
Iacturam tamen vnda negat ſentire fluenti.
Omnibus hic mos eſt de flammis tollere flammas,
Nec minuit quicquam detractus ab ignibus ignis.
Damna aliena ſolent aliorum lucra parare:
His quæſtus, non damna parant, in fomite flammis
Detractis auferte iubar, ſuccenditur ignis:
Nec carnale genus minuit fœtura creando.
Ecce dedit homini pluſquam ſibi rex Deus auctor,
Formatur virtute Dei mas vnus & vna,
Et multos creat vnus homo, manſura propago
Maxima ſit generis, quam paruula fundit origo;
Paruula profuerat ſuccedere cura peremptis,
Ne conſumpta daret poſt ſecla reſurgere vita.
Sed ne ſit fixum, reditus non eſſe ſepultis
Cordibus, illorum qui legis ſancta profanant
Annua conſpiciunt agris frumenta renaſci
Mortua per ſulcos terram findentis aratri:
Maior & ex truncis ſurgit radicibus arbor,
Et foliis veſtita viret redeuntibus annis.
Pampinus vuifera vitis ſarmenta reueſtit,
Et geminata ſui redeunt virgulta ruboris.
Ambroſio reduces rumpuntur cortice fructus,
Et cui vita fugax, & par cum flore ſenectus,
Fit rediuiua virens & crinibus herba renatis.
Ligna renaſcuntur, reduci ſub germine cuncta:
Quæ nunc herba fuit lignum iacet, herba futura.

A Squammeus exuitur ſtellato tegmine ſerpens,
Pelle renaſcenti, rurſus redeunte iuuenta,
Reptat hians anguis, per ſibila guttura pandens.
Frontibus arboreis amittunt cornua cerui,
Anguibus abſumptis, ſed mox palmata reſurgunt.
Aereæ nudantur aues, cum penna vetuſta,
Et noua ſubueſtit reparatas pluma volucres.
Mortua præterea cæcorum lumina dudum
Nube tenebrarum diſcuſſa luce recepta,
Ad viſus rediere ſuos, vultuſque ſepulti
Nocturnos perpeſſa dies oculatur imago.
B Mortua pars hominis quoties pars vna iacebat,
Funera viua gerens, viuax in morte cadauer
Ac ſine morte tamen vitali morte perempta
Et rediuiua ſalus reduci per membra vapore
Naſcitur, & calidus repetit vitalia ſenſus,
Oſſa tenens, venaſque ciens ſudanſque medullas.
Phœnicis exhauſtam renouat Deus igne iuuentã,
Combuſtuſque ſenex tumulo procedit adultus,
Conſumens dat membra rogus, ſine ſorte ſepulcri:
Ignibus extinctis, iam mortua flamma reſurgit,
Redditur ignis edax rediuiuo lumine candens,
C Et ſcintilla volans incendia vaſta reducit,
Et quod fumus erat, ſtridet iubar ignis anheli,
Igne vago rutilatur apex, fax cætera lambit,
Et cælum repetens erecto crine vagatur.
Mortua nox ſub luce cadit, perit aurea luna
Atque per aſcenſus & cornua colligit ignes,
Et dum cæca latet reparato lumine fulget,
Mentiturque diem lux frigida ſolis imago,
Lucifero redeunte polo moriuntur & aſtra:
Nuncius auroræ ſubductus morte diurna
Lucifer, extinctas reficit per ſidera flammas.
Exhinc nocturnum iubar emicat igne coruſco,
D Roſcida puniceum ſpargens aurora ruborem,
Ducit vbique diem periturum noctis ab vmbris:
Et tamen hæc de ſole perit, quo miſſa rubebat.
Sol oculis cæli, famulus ſuper aſtra Tonantis:
Cuius ab immenſis langueſcunt ſidera flammis,
Ni gelidis animetur aquis per cærula ponti.
Occidit ipſe dies ſuper æquora ſole cadente:
Et quo demerſus, nouus æquore mane reſurgit,
Veſpere nocturno hunc radiata luce rubentem
Purpureis abſcondit aquis, redditque diurne
Depoſitum natura ſuum ſub nocte ſepultum,
E Mane reſurgentem de fluctibus orbe recepto.
Tot ſimul exemplis moniti, defuncta renaſci
Credamus virtute Dei, qua cuncta creauit,
Et generata vigent ſub nutritore Tonante.
Qui cum regna poli teneat ſtellantis, & alti.
Aera concludit, terram leuat, æquora ſoluit,
Et totum capit vna manus quod ſermo creauit:
Vnus vbique Deus, dum iuſſio rumperet vna,
Qui tantum pius eſt, quantum decet omnipotentem
Et nulla virtute minor, niſi verberis ira,
F Sed votis & ſponte bonus, pietate & amore:
Quem mens pura iuuat hominũ, non victima ſuplex
Vt ſe pœniteant ſceleris mala vota reorum,
Et noua ſuccedant animorum corda piorum.
Ille etenim Deus eſt, quem nulla retardat origo;
Cuius ab aſpectu montes & ſaxa fluiſcunt
In cineres: & puluis erit, quem dura ligabant:

Qui viſa tellure, ſimul mox pondera mundi
Concutit, & ſubitò monſtrat vaga terra tremorem,
Ac formidatos oſtendit pendula motus.
Alueus expauit violato vertice turgens,
Dum reduces ſentiret aquas, & ſiſteret amnem
Viſa Dei facies, & marmora glauca fugaret
Gurgitis æquorei, quo mundus cingitur omnis,
Et pelago ſpaciante fretis ac littoris æſtu
Qui de theſauris ventorum flumina mittit,
Et frænat rabidas in tempeſtate procellas,
Grandinis atque niuis qui nouit quæ ſit origo,
Qui dat fulmineos colliſis nubibus ignes,
Qui laxas abſcondit aquas, & continet imbres,
Qui ſcit quo nitidus cryſtallus ventre creatur,
Candida materies glacies imitatur aquarum.
Qui noctes hiemis producit ſole minore,
Et ſolis protendit iter flammantibus horis,
Qui Phœbi ſaltus ſtatuit, Lunæque labores,
Qui roſulis ſtellare nemus vel floribus agros
Imperat, autumni qui dulcia poma ſaporat,
Et fragiles gemmis variat in vitibus vuas,
Vt cibus & potus ſint vbera dulcia muſti
Qui dat cornorum pullis alimenta, facitque
Nouerit vt vultur quæ ſit regione cadauer,
Dux odor vſque ſagax quem mox inuitat ad eſcam,
Præpetis aut aquilæ ſenio renouare iuuentam,
Quæ roſtro creſcente famem tolerabat abunco:
Qui paſcis quæcumque creat pietate parentis,
A *Vitæ certa ſalus, per mille pericula mortis.*
Debilibus virtus, opulentia maior egenis,
Auxilium miſeris, ſpes & defenſio preſſis,
Feſſorum virtus dans nutrimenta ſalutis:
Qui facit æternam vt mortalia lege latenti
Membra tegant animam, vento ſpirante loquaci:
Qui lunæ creſcente globo, iubet æquora creſcant
Fluctibus abiectis, creſcant cum fontibus amnes,
Creſcat & incluſum capite genus omne cerebri,
Et minuantur aquæ luna minuente, liquores
B *Ac decreſcenti decreſcant lege perenni.*
Qui reges & regna domat, ſternitque potentes,
Deiicit elatos, & mergit ab arce ſuperbos,
Atque oppreſſores Deus opprimit, & pius vltor
Eleuat eliſos, & conſolatur adactos
Luctibus & damnis, & vulnera ſæua dolentis.
Tu nobis inuicte Deus pietate medelam
Impendis, cui ſancta ſalus medicamine nullo eſt,
Quod ſpecies terrena parat languoris adeſtus,
Spes hominum cernens & vota precantia complens.
C *Aſpice deſpectum, deiectum tolle parumper,*
Confeſſumque iuua, quem pœnitet eſſe nocentem,
Vt valeam narrare tuas hoc carmine laudes,
Quas potero: nam nemo valet narrare creatus
Vel modicum facientis opus, quod mens rea clamat,
Pectore contuſo lacrymans, & voce fideli.
Obſes ſermo tuus: noſtro nam corde tenetur,
Quo te promittis nimia pietate parentem.

MEROBAVDIS HISPANI
SCOLASTICI, DE CHRISTO.

PRoles vera Dei cunctiſque antiquior annis,
Nunc genitus qui ſemper eras, luciſque repertor,
Ante tuæ matriſque parens, quem miſit ab aſtris
Æquæuus genitor, verbique in ſemina fuſum
Virgineos habitare ſinus, & corporis artus
Iuſſit inire vias, paruaque in ſede morari:
Quem ſedes non vlla capit, qui lumine primo
Vidiſti, quidquid mundo naſcente creares,
Ipſe opifex, opus ipſe tui dignatus iniquas
Ætatis ſentire vices, & corporis huius
Diſſimiles perferre modos, hominemque ſubire,
Vt poſſe monſtrare Deum, ne lubricus error
Et decepta diu varij ſolertia mundi
D *Pectora tam multis fineret mortalia ſeclis.*
Auctorem ſciuere Deum te, conſcia partus
Mater, & attoniti pecudum ſenſere timores:
Te noua ſollicito luſtrantes ſidere viſu
In cælo videre prius, lumenque ſecuti
Inuenere Magi: tu noxia pectora ſoluis,
Elapſaſque animas in corpora functa reducis,
Mundus & ad manes penetras, mortiſque latebras
Immortalis adis, tibi tantum non fuit vno
E *Principium finiſve mori, ſed nocte refuſa*
In cælum ad patrem ſcandis, rurſuſque perenni
Ordine purgatis adimis contagia terris.
Tu ſolus patriſque comes, tu ſpiritus inſons,
Et toties vnus, triplicique in lumine ſimplex.
Quis niſi pro cunctis aliud, quis credere poſſit:
Te potuiſſe mori, poteras qui reddere vitam?

AVCTORIS INCERTI DE
LAVDIBVS DOMINI.

QVis queritur ſera virtutis dote iuuari?
Quis promiſſa Dei lento procedere paſſu?
Quis ſine humano metitur iudicis vrnã
Perpetui, tardumque putat quod ſecula debent
Accelerare diem meritis qui præmia reddat?
Nobilis ingenti teſtatur gloria facto.
Nam quà ſtagnanti prælabitur agmine ripas
Tardus Arar, pigrumque dι vix explicat amnem
Quæ fratrum Rheno progignitur Hedua pubes.

Coniugium memini ſumma pietate fideque,
Lex diuina tamen meritum cumulabat amoris.
Et votum ambobus, ſocium præcedere morte,
Mœrorique pio curam mandare ſepulcri,
Sed prior vxorem decreti pagina legit.
Tunc vir ſollicitus largo iubet ore cauari,
Poſt mortem fiunt quæ membris hoſpita ſaxa:
Suſcipies veniens, æternaque fœdera iunges,
Vt quos viuentes tenuiſſet lectulus idem,
Poſt præcepta Dei, buſtum commune leuaret.
Senſit vota ſui coniunx præſaga mariti,
Magnæque temporibus tribuit miracula caſtis.
Nam cum defunctis iungantur brachia membris,
Et repetita manus conſtringat vincula trunco,
Ne quibus humanæ complentur munera vitæ,
Accidit informis flutatio diſſociatis.
Immenſum dictu, quo tempore vita peracta eſt,
Iungendus ſociæ proſpecta ſede maritus.
Poſtquam morte viri reſerata eſt ianua lethi,
Horrendumque larem iam lux ingrata retexit:
Depræenſa eſt leuam protendus fœmina palmam,
Inuitans ſocium geſtu viuentis amoris.
Quis dedit affectum tumulo? quis vincula ſoluit?
Vnde ſepulta videt venturæ coniugis vmbram?
Tu facis hæc, Tu Chriſte Deus, tua ſigna mouentur,
Plautimque doces ſopita reſurgere membra:
Tu quem venturum ſancti cecinere prophetæ.
Incorrupta Dei ſoboles, rectorque regentis,
Quo ſine nil magnum genitor deliberat ingens.
Cuius ad imperium certis mare conſtituit oris,
Nec licet immenſo terris excurrere ponto,
Planaque montanos includunt littora fluctus:
Qui vario ſtabilem dotaſti munere terram,
In noſtros vſus, largus pietate paterna:
Te vade mortales committunt ſemina ſulcis,
Et nouus arenti procedit ceſpite partus:
Tu manare iubes fœcundo nectare vites,
Tu gratos epulis hominum, medicoſque saluti
Arboribus ſuccos, tu trudis dulcia mella.
Tu ſeruire iubes homini genus omne animantum,
Inſuper & grauibus lucos curueſcere pomis,
Atque nouos reditus nullo de ſemine naſci:
Tu varios amnes noſtro prodeſſe labori,
Et renouare ſacris benedictum fontibus æuum.
Te duce veliuolis patuerunt æquora roſtris,
Diuiſoſque fretis luſtrauit nauita portus.
Tu poſtquam certis ſunt acta elementa figuris,
Ne torpere rudi cæleſtis machina vultu
Inciperet, vario ſignaſti munere mundum:
Et quicquid cælo radiat, tua dextera finxit.
His aulam domini placuit contexere ſignis.
Iam freta ne nullis agerentur inhoſpita terris,
Aſſiduumque alacer numeraret nauita portum:
Crebra ſatis tumido defigitur inſula ponto,
Nec tamen inſano metuit circundata fluctu,
Exiguoque fretis innitens orbe reſiſtit,
Te duce confidens, cuius venerabile pactum
Nexum lege pari ſummumque imumque peræquat,
Nec ſinit impoſitos quoquam tranſcendere fines.
Ac ne plana nimis tellus vel nuda iaceret,
Vitibus aptandos iuſſiſti aſſurgere colles
Grandibus, & largos vmbracula texere lucos.

A *Tum ne vaſtus agat ſiluis torpentibus horror,*
Innumeros fœtus proceris tu ſaltibus addis:
Incola ne nemori, neu deſit præda petenti.
Tum volucres multas, tum mille examina vocum.
Mortali harmonia lucis reſonare canoris:
Sic annum placuit variis intexere formis,
Et vice iucunda mortalibus addere fructum:
Neu ſemper prolixa dies nimis vreret orbem,
Neu breuis inuiſum raperet naſcentibus ignem,
Ac ne perpetuo quateret labor omnia niſu,
Dat requiem feſſis hominum nox roſcida curis:
B *Vtque humana ſalus ſecurum duceret æuum,*
Sponte ſalutares de ceſpite ſurgitis herbæ,
Has pater ipſe ſerit nutu, non vomere diues.
Non ego ferrato tegerer ſi viſcera muro,
Ferrea vox linguæque forent mihi mille canenti,
Munera cuncta queam veſtræ pietatis obire.
Sed pater ille tuus ſecreta in ſede locatus,
Nec cuiquam viſu facilis, cunctiſque tremendus
Te miſit dominum terris vitæque magiſtrum.
Et quiſquis natum iuſto veneratur honore,
Ambobus ſua vota dicat vitamque perennem.
Tu caſti rectique tenax, & flectere leges
C *Poſt crimen facilis, ſi quem vecordia præceps*
Depulit à vobis præſcripto limite vitæ.
Te genitor noſtra, paterentur vt ora tueri,
Induit humana facie membriſque caducis.
Quis tentaret enim fragiles attollere viſus,
Si talem trepidis voluiſſet ſiſtere terris,
Qualis es, ingenti cum torques fulmina dextra,
Præſentemque iubes directa pauescere pœnam:
Vel cum placatus, campis ſitientibus imbres
Diuidis, & dubias ſulcis producis ariſtas.
D *Nec tamen inſignem res nulla oſtenderet ortum,*
Virgine conciperis, non ſufficit eſſe pudicam.
Nec quæ nupta queat Domino coniungere fratrem
Ne procul ex vtero contagio turpis abeſſet.
Mox vbi proceſſu felix maturuit ætas,
Indociles animos monitis ſeruare paternis
Aggrederis, rectamque viam labentibus offers.
Atque vt miſſa Deo penitus præcepta paterent,
Imperium tu morti adimis, morboque ſoluto
Deſperata iubes apprendere munia vitæ,
E *Reſtituiſque diem cæcis, & ne quid in auſum*
Reſtaret penitus, quod perfidus error obiret,
Indicis ſenſum tumulis, & condita pridem
Membra iubes iterum ſuperas conſurgere in auras,
Agnoſcunt que ſuum dilecta cadauera nomen.
At poſtquàm legem ſectator idoneus hauſit,
Vt ſe mortali cæleſtis ſpiritus aula
Exueret, legi intentum quò cuncta doceres
Pro ſummo toleranda Deo, recteque perennem
Contemptu mortis ſibi quemque aſſumere vitam:
Sic completa ferens genitoris iuſſa, rediſti
F *Ad ſummi ſecreta poli, qua lucidus æther*
Pigra vetat proprio ſuccendere nubila cælo:
Atque vt certa foret pereuntis copia turbæ,
Quæ præcepta Dei miſerandis auribus arcet,
Nec noua defunctos iampridem iura tenerent:
Carceris inferni feralia, libera nobis,
Innumeramque iubes tenebris emergere plebem,
His tantum clauſis, quos impia vita notarit:

Et loca pœnarum venturis diuidis vmbris,
Quæ tibi non credant, vel quæ ſe credere fingant.
Sancte Deus ſummique Dei venerabile pignus,
Ad cuius nomen violenta morte fugatæ,
Pectoribus propriis alienaque pectora nactæ,
Exclamant, pallentque animæ, iuſſæque recedunt,
Sicut multa prius de te miracula produnt,
Cum terram cælumque inter ſuſpenſa tenentur,
A *Obſtricto per te quia nil permittitur hoſti.*
At nunc tu Dominum meritis, pietate parentem,
Imperio facilem, viuendi lege magiſtrum.
Edictiſque parem, quæ lex tibi condita ſancit:
Victorem lætúmque pares mihi Conſtantinum,
Hoc melius fœtu, terris nihil ante dediſti,
Nec dabis: exæquent vtinam ſua pignora patrem.

Verſus Papæ Damaſi in laude Pauli.

S. DAMASI PONTIFICIS MAXIMI, ALIQVOT SANCTORVM ELOGIA.

De Pavlo Apostolo.

X.

IAmdudum Saulus procerum præcepta ſecutus,
Cum Domini patrias vellet præponere leges,
Abnueret ſanctos Chriſtum laudaſſe prophetas,
Cædibus aſſiduis cuperet diſcerpere plebem,
Cùm laceraт ſanctæ matris pia fœdera cæcus,
Poſt tenebras verum meruit cognoſcere lumen.
Tentatus ſenſit, poſſit quid gloria Chriſti.
Auribus vt Domini vocem lucémque recepit,
Compoſuit mores, Chriſti præcepta ſecutus.
Mutatos poſtquam placuit de nomine Paulus;
Mira fides rerum! ſubitò trans æthera vectus,
Noſcere promeruit poſſint quid præmia vitæ.
Conſcendit raptus martyr penetralia Chriſti:
Tertia lux cæli tenuit Paradiſus euntem,
Colloquiis Domini fruitur, ſecretaque ſeruat
Gentibus & populis iuſſus prædicere vera;
Profundum penetrare maris, noctémque diemque
Viſere quum magnum ſatis eſt vixiſſe latentem.
Verbera, vincla, famem, lapides, rabiémque ferarũ;
Carceris illuuiem, virgas, tormenta, catenas,
Naufragium, lacrymas, Serpentis dira venena,
Stigmata non metuit portare in corpore Chriſti.
Credentes docuit, poſſent qui vincere mortem.
Dignus amore Dei viuit per ſecla magiſter.
Verſibus his breuiter fateor, ſanctiſſime doctor
Paule, tuos Damaſus volui monſtrare triumphos.

De Agnete Martyre.

Fama refert ſanctos dudum genuiſſe parentes
Augmentum lugubris cantus: tuba cùm crepuiſſet,
Nutricis gremium ſubitò liquiſſe puellam,
Sponte, truces calcaſſe minas rabiémque tyranni,
Vrere cum flammis voluiſſet nobile corpus.
Viribus immenſum paruis ſuperaſſe timorem:
Nudam perfuſos crines & membra dediſſe,
Ne Domini templum facies peritura videret.
O Agnes, verum decus, alma pudoris imago:
Vt Damaſi precibus faueas, precor, inclyta virgo.

De eadem.

Conſtantina, Deum venerans, Chriſtóque dicata,
Omnibus impenſis deuota mente paratis,
B *Numine diuino multùm Chriſtóque iuuante,*
Sacrauit templum victricis virginis Agnes.
Templorum quod vincit opus, terrenáque cuncta:
Aurea nam rutilant ſummi faſtigia tecti,
Nomen enim Chriſti celebratur ſedibus iſtis,
Tartaream ſolus potuit qui vincere mortem,
Inuictum ſolus cælis inferre triumphum.
Dignum Agnes munus, martyr deuotáque Chriſto.
Ex opibus noſtris per ſæcula longa tenebris,
O felix virgo, memorandi nominis Agnes!

De Andrea Apoſtolo.

C *Decus ſacrati nominis,*
Vitámque nomine exprimens:
Hoc te decorum prædicat,
Crucis beatæ gloria.
Andrea Chriſti Apoſtole,
Hoc ipſo iam vocabulo:
Signaris iſto nomine,
Decòrus idem myſticè.
Quem crux ad alta prouehit,
Crux quem beata diligit;
Cui Crux amara præparat
D *Lucis futuræ gaudia*
In te Crucis myſterium
Cluit gemello ſtigmate,
Dum probra vincis per Crucem,
Cruciſque pandis ſanguinem.
Iam nos fouèto languidos,
Curámque noſtri ſuſcipe,
Quo per Crucis victoriam
Cæli petamus patriam. X.

De Agatha martyre.

Martyris ecce dies Agathæ,
Virginis emicat eximiæ,
E *Chriſtus eam ſibi qua ſociat,*
Et diadema duplex decorat.
Stirpe decens, elegans ſpecie,
Sed magis actibus atque fide:
Terrea proſpera nil reputans,
Iuſſa Dei ſibi corde ligans.
Fortior hæc, trucibúſque, viris,
Expoſuit ſua membra flagris,

Pectore quàm fuerit valido,
Torta mamilla docet patulo.
Deliciæ cui carcer erat,
Paſtor ouem Petrus hanc recreat:
Lætior inde magiſque flagrans,
Cuncta flagella cucurrit ouans.
Ethnica turba rogum fugiens,
Huius & ipſa meretur opem,
Quos fides titulus decorat,
His Venerem magis ipſa premat.
Iam renidens quaſi ſponſa polo,
Pro miſero rogita Damaſo:
Sic ſua feſta coli faciat,
Se celebrantibus vt faueat.

De Felice.

Corpore, mente, animo pariter te nomine Felix
Sanctorum innumero Chriſti ſacrate triumphis,
Qui ad te ſollicitè venientibus omnia præſtas,
Nec quemquam pateris triſtem repedare viantem
Te duce ſeruatus, mortis quod vincula rupi,
Verſibus his Damaſus ſupplex tibi vota rependo.

DE NOMINE IESV.

In rebus tantis trina coniunctio mund I
Erigit humanum ſenſum, laudare venuſt E
Sola ſalus nobis, & mundi ſumma poteſta S
Venit peccati nodum diſſoluere fruct V
Summa ſalus cunctis nituit per ſecula terri S.

De eodem.

Iure pari regnat, communis conditor æu I
Et cum patre pia regnat ſublimis in arc E
Sidereo ſanctis inſidit numine regni S
Vnde mare & terras ſolo videt omnia nut V
Suggerit humanis & donat munera rebu S.

A

De Chriſto.

Chriſte potens rerum, redeuntis conditor æui,
Vox ſummi ſenſúſque Dei quem fundit ab alta
Mente pater, tantéique dedit conſortia regni,
Impia tu noſtræ domuiſti crimina vitæ,
Paſſus corporea mundum veſtire figura,
Affarique palam populos, hominémque fateri
Quem verbo incluſum Mariæ, mox numine viſo
Virginei tumuêre ſinus, innuptáque mater
Arcano obſtupuit compleri viſcera partu,
Auctorem paritura ſuum: mortalia corda
B *Artificem texêre poli: mundique repertor,*
Pars fuit humani generis, latuitque ſub imo
Pectore, qui totum latè complectitur orbem:
Et qui non ſpatiis terræ, non æquoris vndis,
Nec capitur cælo, paruos confluxit in artus.
Quin & ſupplicij nomen nexúſque ſubiſti,
Vt nos ſurriperes letho, mortemque fugares,
Morte tua: mors æthereas euectus in auras,
Purgata reparans lætum te luce, parentem
Auguſtum foueas: feſtis vt ſæpe diebus
C *Annua ſinceri celebret ieiunia ſacri.*

De Aſcenſione Chriſti.

Ad ſedem propriam Deus exule morte reſurgit,
Vt vitam doceat credentibus eſſe futuram,
Angelus hoc verbũ cecinit, quod vterque reportans
Sic venturus erit, ſic Chriſtum credere fas eſt.

De cognomentis Saluatoris.

Spes, & vita, ſalus, ratio, ſapientia, lumen,
D *Iudex, porta, gigas, rex, gemma, propheta, ſacerdos,*
Meſſias, Zebaoth, Rabbi, ſponſus, mediator,
Virga, columna, manus, petra, filius, Emanuélque,
Vinea, paſtor, ouis, pax, radix, vitis, oliua,
Fons, paries, agnus, vitulus, leo, propiciator,
Verbũ, homo, rete, lapis, dom⁹, omnia Chriſt⁹ Ieſus.

...s. ...nba- ...umi-

S. COLVMBANI ABBATIS

Centuria ms. Eccleſiæ Paris.

EPISTOLA IN QVA DETESTATVR AVARITIAM.

COLVMBANVS HYBERNVS HVNALDO DISCIPVLO.

SVſcipe quæſo libens, & perlege mente ſerena
Dicta Columbani, fida te voce monentis:
Quæ licet ornatu careant ſermonis honeſti,
Voca tamen mentiſque pie teſtantur amorem.
Viue Deo fidens, Chriſti præcepta ſequendo,
Dummodò vita manet, dum tempora certa ſalutis.
Tempus & hora volat, momentis labitur ætas.
Deſpice, quæ pereunt, fugitiuæ gaudia vitæ.
Non fragiles flecterit opes & inania lucra.
Nec te ſollicitet circumflua copia rerum.
Sint tibi diuitiæ diuinæ dogmata legis,
Sanctorúmque patrum caſtæ moderamina vitæ,
A *Omnia quæ dociles ſcripſerunt ante magiſtri,*
Vel quæ doctiloqui cecinerunt carmine vates:
Has cape diuitias, ſemper contemne caducas,
In mentémque tibi veniat tremebunda ſenectus,
Quam gelidæ tandem ſequitur violentia mortis.
Vltima iam ſapiens meditatur tempora vitæ,
Torpentes ſenio vires, morbóſque frequentes,
Incertúmque diem lethi, certóſque dolores.
Multa ſenem fragilis vexant incommoda carnis,
Nam macie turpi tabeſcunt languida membra,
Tunc genuum iunctura riget, venáſque per omnes
Illius in toto frigeſcit corpore ſanguis.
Sic baculo nitens, artus ſuſtentat inertes.
Quid triſtem memorem gemitus? quid tædia mentis?
Somnus abeſt oculis, illum ſonus excitet omnis.

A *Quid tunc argenti, fului quid proderit auri*
Improbæ congeries, multos collecta per annos?
Munera quid procerum? ditis quid prandia menſæ?
Quid meminiſſe iuuat tranſactæ gaudia vitæ,
Venerit extremi tandem cum terminus æui?
Hæc dum vita volat, vigilique mente retractat,
Spernit auaritiam, vanóſque refutat honores.
Quid modò terrenis mentes intendere curis,
Mortales cupiunt? quid turpia lucra ſequuntur?
Semper auarus eget nummo, teſtante poëta.
B *Creſcit amor nummi quantum iſta pecunia creſcit,*
Indiget inter opes nec habet, quod habere videtur,
Ille domi ſolus nummos abſcondit in arca,
Diuitias cumulans, dum ſeſe neſcit amare,
Plus amat hæredem, ſeruat cui cuncta fidelis.
O nimium felix, parcus cui ſufficit vſus,
Corporis vt curam moderamine temperet æquo,
Non miſera capitur cæcáque cupidine rerum,
Nec maiora cupit, quàm quæ natura repoſcit:
Non lucri cupidus nummis marſupia replet,
C *Nec molles cumulat tinearum ad pabula veſtes,*
Paſcere non pingui procurat fruge caballos,
Nec trepido tales voluit ſub pectore curas,
Ne ſubitis pereat collecta pecunia flammis,
Aut fracta nummos rapiat fur improbus arca.

A *Viuitur argento ſine, iam ſine viuitur auro;*
Nudi naſcuntur, nudos quos terra receptat,
Diuitibus nigri reſerantur limina ditis,
Pauperibúſque piis cæleſtia regna pateſcunt.
Temnere diuitias monuit ſaluator auaros,
Quiſquis amat Chriſtum, ſequitur veſtigia Chriſti,
Nam breuis & fragilis morituræ gloria carnis
Quicquid habet, rapidi velox fuga temporis aufert.
Pulcrè veridici cecinit vox talia vatis
Tempora dinumerans æui vitæque caducæ.
B *Omnia tempus agit, cum tempore cuncta trahuntur,*
Alternant elementa vices & tempora mutant.
Accipiunt augmenta dies, noctéſque viciſſim.
Tempora ſunt florum, retinet ſua tempora meſſis,
Sic iterum ſpiſſo veſtitur gramine campus.
Tempora gaudendi, ſunt tempora certa dolendi;
Tempora ſunt vitæ, ſunt triſtia tempora mortis,
Omnia dat, tollit, minuitque volatile tempus.
Ver, æſtas, autumnus, hiems, redit annus in annum;
Omnia cùm redeant, homini ſua non redit ætas,
C *Hanc ſapiens omni ſemper reminiſcitur hora,*
Atque domum luctus epulis præponit opimis.
Vltima nunc humili concludam verba precatu;
Sis memor ipſe mei verſus cum legeris iſtos,
Tempora ſic habeas optatæ longa ſenectæ.

AVTHORIS INCERTI DE BEBIANI BAPTISMO, ET VXORIS APRÆ OBITV.

O Vir beatus, cui remiſſa iniquitas,
Nec imputata eſt pigra credēdi mora,
Operúmque caſſa contulit vitam fides:
En iſte celſi quem ſub auro culminis
Pictura veris exprimit miraculis,
Clarus ſuperbo veriorum nomine
Et conſulari Bebianus ſanguine,
Ipſe eſt potentis larga Chriſti gratia;
Prius iſte captus vinculis mortalibus,
Opes & inter ſæculi, pauper Deo,
Vitam vt peractis blandientem copiis
Mortalitatis immemor cucurrerat,
Vt ſe ſubacto ſine mortalem videt,
Feſſo benignum quærit aſpectu Deum.
Statimque Chriſtum illuminatus inuenit:
Veniam precatur, & ſacerdotum pedes
Supplex adorat, ipſe culpator ſui,
Negánſque dignum, gratia dignum facit;
Vouétque vitam ſi ſuperſit, integram,
Et obire gaudet, ſi renatus oppetat.
Credidit oranti, & ſitientem flumina vitæ;
Præcinctus puro perfudit Epiſcopus amne:
Quo peragente pios ſolito mox ordine ritus,
Et diuale ſacrum libans, & chriſmate fragrans;
Attonitum mira ſe maieſtate fatetur.
Sed quis odor, quærit, quem ſentiat in ſua labi
Pectora, prædulci medicantem nectare fibras?
Sedula tunc coniux omen de nomine Chriſti
Vnguentum ſpirare docet, ſpondétque ſacerdos
Et monet, vt longi ſpatium ſibi poſtulet æui.

A *Ille Dei iam totus, ad hæc, ſatis hoc mihi donum*
Quo potior: nunc mors lucrū mihi, vitáque Chriſtus;
Ecce per æternum terris data gratia Chriſtum.
Hic eſt ille latro felix, qui ſine ſub ipſo
Confeſſus Chriſtum, in ruit reus aſtra fidelis:
Hic donatus abit ſolida mercede diei,
Seruus ab vndecima iam mercenarius hora.
Ergo vt ſanctificanti tuit renouatus ab vnda;
Ipſe graues artus in mollia fulcra refuſus,
Vnanimem alloquitur recreato corde iugalem:
Ætatis ſpatium luſtra nouem mihi,
B *Annum vita ſuper ducere cœperat,*
Felix vnanimo coniugio mihi
Dulcis pignoribus clara & honoribus;
Et nunc mortificis eluta ſordibus,
Sancto ſine pium tranſmeat in Deum;
Hæc ad verba piis ſedula fletibus,
Coniux, oret adhuc, viuere ſupplicat.
Tunc ille; ô mulier neſcia quid petas,
Iam ſcis an valeam viuere tam piè,
Vt tanti maneam muneris integer?
C *Et quid vita iuuat, qua moritur ſalus?*
Hæc vt fortis ait, toruum oculis micans,
Et cælum ſtupidè ſuſpiciens ait:
Flammantem video luminis ambitum;
In quem nulla venit femina circulum,
O felix cui adhuc corporeo datum
Æterni ſpeciem cernere ſeculi,
In quo connubij nulla neceſſitas;
Sexus perpetuis corporibus perit!

Rurſus vt hæc dixit, ſubita quaſi morte ſolutus,
Exanguem porrecta trahit per membra rigorem.
At trepida & viſis exterrita talibus vxor,
Soluitur in ſpeciem lethi, iam muta trementes
Tendit in ora manus; membriſque intenta, lacertis,
Pendit in exanimum pallentior ipſa maritum.
Ipſa fidem mortis ſuadet mora: namque bis acto
Orbe, duplex reuoluta dies, bis veſpera clauſa eſt,
Mortales oculos dum fallit mortis imago.
Ille autem angelicis manibus per nubila raptus,
Liquerat hoſpitium repetendi corporis & tunc
Ætherij ſecreta poli, ſedéſque beatas
B Expectat monſtrante Deo, dignatáque Chriſto
Mens pia, dum fletur terris, gaudebat in aſtris,
Hoc vnum tantum mœrens quòd adhuc remearet.
Ex curſu medio redit, vt conſpecta referret,
Firmarétque fidem dubitantium viuere functos.
Vtque redux membris admotæ coniugis ora
Vidit pollicitus quiddam mirabile ſeſe
Dicturum, in lucem ſua diſtulit orſa ſequentem.
Ergo dies primos vbi craſtina fulſit in ortus,
Mane nouo ſacris (aderat nam fortè ſacerdos)
Fungitur, vtque pio geſſit ſolemnia cultu,
Suſpiciens cælum, ille manus diſpandit, & in ſe
C Brachia conſtringens quaſi quædam munera cælo
Miſſa auido premit amplexu, meáne omnia sūt hæc?
Percunctans, cuncti dictis ſtupuère, rogántque
Quidnam conſpiciat clauſum? mortalibus ille,
πάντα καλῶς inquit, patriarcham ſæpius Iſaac
Commemorans, Græce ὄζων γ' υἱοῦ ὄζων ἀγαθοῦ
Horreſcens veneránſque refert, vtque angelus illū
Suſtulerit per inane vehens, vt millia multa
Viderit Angelicis mixta magníſque cateruis,
Regnantémq; Deū ſuper omnia cū Patre Chriſtum.
Narrat & æternam portis gemmantibus vrbem,
A Narrat & ætherij cæleſte nemus paradiſi.
Inter & hæc dextram ſecreta in pectora miſit
Coniugis, hoc dicens: Vnum ſumus ambo & idē illud
Ingeminans, ſancto placidam ſic ordine complens
Finem euangelico vitam in ſermone refudit.
Et nunc ille Deo fruitur curámque beatæ,
Coniugis æterno vinctus amore tenet.
Attamen vnius rapuit ſolatia nati,
Impatiens tota prole carere pater.
Sed poſtquam iuſto tua tempora clauſeris æuo
Edoctis genitrix inclita pignoribus:
Tunc puer ille tuus florentem luce coronam
B Præditus occurret cum genitore tibi:
Quo comite adueniens tibi lætus ab æthere coniunx,
Dextram cum blandis porriget alloquiis:
Tempus adeſt, curis iam ſoluere, ſoluere membris
Vixiſti natis, nunc redhibere mihi.
Iam non coniugium nobis mortale, vt in ægris
Ante dedit breuitas inuida corporibus:
Quod nobis tenui fructu rapida abſtulit ætas,
Orbibus accumulans vix duo luſtra tribus.
Nam tua viginti luſtro cumulauerat annos,
Præceſſit curſus cum mea vita tuos.
C At mihi his decies maior te fluxerat ætas,
Sed tamen æquæuas fecerat vnus amor.
Nunc meliore iugo ſtabiles, & in ore piorum,
Aurea viuemus ſecula rege Deo.
Surge virum natúmque ſequens: patet ecce ſereni
Porta poli, meritis angelus ante volans,
Ipſe pia de nube manum Deus exuret, & te
In cælum dextra ſollicitante vocat.
Felix Apra cui licuit terráque polóque,
Coniugis vnicubæ iuge tenere bonum:
Quo terris tibi clarus honor ſub nomine eodem
In cælis etiam gloria perpes erit.

D. FVLBERTI CARNOTENSIS
EPISCOPI, IN DIE PASCHATIS.

CHorus nouæ Hieruſalem
Nouam meli dulcedinem
Promat, colens cum ſobriis
Paſchale feſtum gaudiis.
Quo Chriſtus, inuictus Deo;
Dracone ſurgens obruto
Dum voce viua perſonat,
A morte functos excitat.
Quam deuorárat improbus,
Prædam refudit tartarus:
A Captiuitate libera
Ieſum ſequuntur agmina.
Triumphat ille ſplendidè
Præcelſus amplitudine,
Soli polique patriam
Vnam facit rempublicam.
Ipſum canendo ſupplices,
Regem precemur milites,
Vt in ſuo clariſſimo
Nos ordinet palatio.

DE MOSIS CANTICO; POEMA,
AVTHORIS INCERTI.

CAntemus Domino, Deóque noſtro,
Cui ſit gloria, cui honórque pollens.
Seſe magnificis decòrat actis,
Dum currus celeres Ægyptiorum
Rubri marmoris enecat fluentis.
Adiutor validus meæ iuuentæ,
A Cuſtos, & genitor, ſalúſque vera.
Ipſum conſpicua ſacrabo laude,
Ipſum vocibus arduis fatebor.
Dignus nomine quod Deus vocatur
Plebem de medio tulit profundo,
Hic eſt, hic Dominus potens & vltor.

Hic eſt progenitor mei parentis
Qui bellum, tulit obruitque fortes.

DE NATIVITATE CHRISTI, AVTHORIS INCERTI.

NVncium vobis fero de ſupernis,
Natus eſt Chriſtus, dominator orbis
In Bethleem Iudæ, veluti propheta
Dixerat antè.
Hunc canit lætus chorus Angelorum,
Stella declarat, veniunt Eoi
Principes, dignum celebrare cultum
Myſtica dona.
Thus Deo, myrram trocleten humando,
Bracteas regi chryſeas tulère,
Dum colunt vnum meminère trino
Tres dare terna.

DE DIE PASCHATIS. AVTHORIS INCERTI.

VIta ſanctorum decus Angelorum,
Vita cunctorum pariter piorum
Chriſte, qui mortis moriens miniſtrum
Exuperaſti.
Tu tuo lætos famulos trophæo,
Nunc in his ſerua placidus diebus,
In quibus ſacrum celebratur omnem
Paſcha per orbem.
Paſcha quo victor rediens ab imo,
Atque cum multis aliis reſurgens,
Ipſe ſuſceptum ſuper alta carnem
Aſtra leuaſti.
A *Nunc in excelſis Dominus refulgens,*
Et ſupra cælos Deus eleuatus,
Inde venturus homo iudicatus,
Denuo iudex.
Corda tu ſurſum modo noſtra tolle,
Quo patri dexter reſidens in alto,
Ne reſurgentes fatias in alto,
Præcipitari.
Hoc pater tecum, hoc idem ſacratus
Præſtet amborum pie Chriſte flatus,
Cum quibus regnas Deus vnus omni
B *Iugiter æuo,*

IN DIE ASCENSIONIS, AVTHORIS INCERTI.

FEſtum nunc celebre, magnáque gaudia,
Compellunt animos carmina promere
Cum Chriſtus ſolium ſcandit ad arduum
Cælorum pius arbiter.
Conſcendit iubilans lætus ad æthera,
C *Sanctorum populus prædicat inclytum,*
Concinit pariter angelicus chorus
Victoris boni gloriam.
Qui ſcandens ſuperos vincula vinxerat,
Donans terrigenis munera plurima,
Diſtrictus rediens arbiter omnium
Qui mitis modo tranſiit.
Oramus Domine, conditor inclyte,
Deuotos famulos reſpice protegens,
Ne nos liuor edax dæmonis obruat,
Demergat vel in inferos.
D *Vt cum flammiuoma nube reuerteris,*
Occulta hominum pandere iudicans,
Ne des ſupplicia horrida noxiis,
Sed iuſtis bona præmia.

D. THEODVLPHI AVRELIANENSIS EPISCOPI; VERSVS IN FRONTE BIBLIORVM QVÆ IPSE DESCRIBI FECIT.

QVicquid ab Hebræo ſtilus Atticus, atque Latinus A
Sumpſit, in hoc totum Codice lector habes.
Quo loca prima tenent Geneſis primordia Mundi,
Diluuiúmque canens, geſtáque magna patrum.
Exodus Ægyptum ſpoliat, ſecat æquora rubra:
Pandit iter eremi lympha ibi, léxque datur.
Inde ſacerdotum gentem Leuiticus ornat;
Et typica exponit dona ſacris typicis.
Bella viróſque liber Numeri deſcribit & actus:
Queis fregit Moyſes Idola, ſceptra, duces.
Poſt repetit legem, populo benedicit, & alma
Iura dat; ac dicto carmine victor obit.
Diuidit hinc proprio terram Nauegius Heros,
Libro, delectis vrbibus atque locis.
Pridem Iudicibus quis & ordo cucurrit & actus,
Continuante ſtylo, concinit inde ſequens.
Móxque ſedent quæ Ruth Moabitis fœmina geſſit,
Clara pius meritis, clara nepote pio.
Pſalmicanique actus, & iniqui geſta Saülis,
Prima ſequénſque liber hinc Samuelis, habes,
Tertius & quartus, Malachim queis nomẽ inhæſit,
Regum Hebræorum ex ordine geſta canunt.
Hinc ſedet Eſaïas, Chriſtum de Virgine naſci
Qui canit, & gentes ad pia iura vocat.
B *Hunc prope Hieremias qui virgã Ollámque tuetur,*
Ordine quadruplici flebile texit opus.
Partibus Ezechiel ſummis obſcurus & imis
Hinc eſt, ſtirpsqui hominis more vocatur Heri.
Poſt duodenus ineſt Vatum pius ordo minorum,
Longè aliud ſignans quàm ſua verba ſonent.
Nã Mœchã & prolẽ & Ioſeph, creber intonat Oſi,
Samariam Effraim, Ieſdrahel & viduam.
Hinc Iohel, euerſum priùs atris cladibus Orbem,

Flaminis aduentum concinit inde pij.
Quattuoréque tribus probris regna increpat Amos
Se & vidiſſe boat myſtica plura ſatis.
Percutit Abdias Edom almi cuſpide verbi,
Æmulus & fratris illius ore ruit.
Naufragio Ionæ ſignatur Paſſio Chriſti,
Niniuus & vitam nomine Mundus habet.
Filia latronis vaſtatur famine Michæ,
Quod Ducis Iſraël læſerit illa genas.
Voce Naum pulſat conſtanti ſanguinis vrbem,
Pacificoſque boat montis in arce pedes.
Abbacuc interno in cruce Chriſtum ſpectat ocello,
Cornibus his vis eſt, eius operta tonat.
Promit Sophonias à porta & colle quod audit,
Plangórem indigenis fert quoque pila tuis.
Aggeus inſtaurat templum; celſúmque Tonantem,
Moturum cecinit æquora, rura, polum.
Myſtica Zacharias poſtquam videt ordine plura,
Seſſorem dominum dicit, Aſelle, tuum.
Munera Malachias Populi inquit abacta prioris,
Agmina cúmque ſuis gentium amata Deo.
Iob quoque verba tenens cum geſtis inde libellus
Ponitur, hic paruus pondera magna vehit.
Mox dulcis dulcem depromit cantio Chriſtum,
Pſalmorum lyrici quos ſtatuêre pedes.
Protinus hinc reſident iuncti tres ordine libri,
Cui nomen Salomon ſiue Cohelet ineſt.
Alloquitur primus ſub prolis nomine cunctos,
Corrigit & mores, Ethica, lege tua.
Omnia vana canit rutilo ſub ſole, ſecundus,
Cui res eſt phyſicas enumerare labor.
Tertius, Eccleſiæ thalamum Chriſtique perornat;
Rebus & in Logicis vertitur eius opus.
Inde Philoſtoricus Daniel eſt totius Orbis,
Omnia qui lapidem frangere regna canit.
Hinc duo ponuntur quis nomen verba dierum eſt,
Promere ſiue labor geſta genúſque ducum.
Ponitur hinc Heſdras, legem templúmq; reformãs,
Et reditum Iſraël ad ſua rura canit;
Eccleſiæque typum referens mox ſcribitur Heſter,
Quæ plebi extorri lauſque decuſque fuit.
Poſt liber eſt poſitus cui dat Sapientia nomen,
Quod Chriſti aduentus morſque pateſcit ibi.
Protinus aptatur liber Eccleſiaſticus iſtic,
Quo pia iura ſonant lauſque beata patrum.
Hinc pia pauperies pietas & opima, beato
Eſt Tobi libro ritè notata tuo.
Scribitur inſignis Iudit mox fœmina facti:
Inceſtus cecidit qua feriente furor.
Hinc gemini libri ponuntur Machabæorum,
Geſta quibus fratrum quatuor alma ſedent.
Promit aperta nouæ Chriſtũ hinc, hinc Buccina legis
Tegmine hinc typico prompſit operta vetus.
Matthæus, Marcus, Lucas, ſanctuſque Ioannes,
Vox tonat hunc horum quatuor vna ſimul.
Primus ab humana quia cæpit promere gente,
Humani formam ſtemmatis inde vehit,
Auia terribili perſtringit voce ſecundus,
Scribitur & ſpecies inde leonis ei.
Eſtque ſacerdotij quia rebus tertius orſus,
Forma iuuencalis hinc ſibi ritè datur.
At quia verborum pinnis ſuper æthera quartus,

A Hinc Aquilæ ſpeciem celſa petentis habet.
Quattuor atque decem hos Pauli ſcripta ſequũtur,
Quæ Orbi miſit ouis, qui lupus ante fuit.
Romulidas reuocat à legis pondere prima,
Atque Euangelicam cenſet habere fidem.
Arcades in lectos diuerſo errore ſecunda,
Ad veram ſcriptis conuocat alma fidem.
Pœnituiſſe placet, ſolatur tertia eoſdem,
Laudanſque hortatur ad meliora ſimul.
Ad fidei Galatas deducit quarta vigorem,
B Qua ſpreta pronos grande premebat onus.
Quinta Epheſi populos venerandis laudibus effert,
Quod ſanctum haudquaquam deſeruere fidem.
Sexta Philippenſes ſolatur, laudat & ornat,
Conſtanter fidei quod tenuere decus.
Mòxque Coloſſenſes præuentos ſeptima, falſis
Vatibus inſtituit, corrigit atque docet
Theſſala quam genuit ſinet hinc octaua cateruæ,
Tempora quòd cùm eſſent nubila firma ſtetit.
Extima queis etiam etiam prædicit tempora nona,
Quòve ſit atra lues deiicienda modo.
C Ad decimæ textus Timotheum informat & aptat,
Eccleſiæ in rebus. ordinibuſque ſacris.
Temporis vndecima ſupremi probra canuntur,
Inſtruitúrque viis omnibus ille bonis.
Inſtruit inde Titum; decimæ ſubiuncta ſecunda,
Quo vitet hæreſes, Presbyter eſſe queat.
Tertia poſt decimam, pia dat tibi verba Filemon,
Quæ Roma vinctus miſit ab vrbe Pater,
Vltima per legis vatúmque oracula, Chriſtum
Hebræis prolem prædicat eſſe Dei.
D His ſunt, Canonicæ ſubiuncta ex ordine ſeptem
Paginæ, Apoſtolico quas capit ore ſtylus.
Scilicet vna pij Iacobi, Petrique gemellæ,
Sunt tres Ioannis; vna ibi, Iuda, tua eſt:
Compléntque Eccleſiam generali dogmate totam,
Inſtituúntque fidem, iuſque ſalutis habent.
Hinc ad Apoſtolicos quos Lucas protulit Actus,
It ſtilus Eccleſiæ; qui noua geſta canunt.
Viſio ſancta libros, quæ ſancto viſa Ioanne eſt,
Claudit, & arcano limite ſignat eos.
E Hoc teſtamenti veteriſque nouique ſub vno
Calle patens biuium, ducit ad alta poli.
Hic cibus æterno ſatiat præcordia paſtu;
Iuſtitiæque famem quo mage habetur, alit.
Hic paradiſigeno veniens de gurgite potus;
Quem, quo plus quis adit, plus ſitit omne bonum.
Hæc tuba terribilis mugit per compita Mundi,
Mittit terrigenum ad cælica regna decus.
Hæc lux horrendas errorum decutit vmbras,
Qua retinent mentis te via, tecta, pedes.
F Sunt hic iura Dei tenebris nudantia Mundum,
Splendidiora Aſtris, candidiora niue.
Iuſta iubent, iniuſta vetant, mala cuncta recidunt;
Virtutes gignunt, probra fugant vitia.
Lex pretioſa Dei eſt; quid enim pretioſius illa,
Quam dat fons vitæ, lux & origo boni?
Eſt doctrina potens, ſuperanſque ſcientia cunctas,
Cui valet æquari, nulla ſub axe poli:
Cui ſi quam cupias ſenſu conferre vel arte,
Vt cælo tellus, hæc ita cedet ei
Quicquid in ingeniis mundana diſcitur arte,

Artibus, hic currit liberiore via.
Quòd ratione viget, vel quicquid amatur in illis:
Hoc à fonte meat, huius ab amne fluit.
Cumque has in cunctis vincat fandi ordine, vincit,
Quod ſermone vno multa notando docet:
Verborum atque vnum non mutans tramite callem,
Sic plures vnus res bene ſermo tonat.
Sic narrat textum, tamen vt myſteria prodat;
Maiora inſinuat dum modo magna canit.
Magnáque ſic paruis componit paruula magnis,
Actum vt per vilem, tu pretioſa ſones,
In re præterita monſtrat narrando futura;
Hæc referens, miro prædicat illa modo.
Acta ita deſcribit vt agendi conferat Artem,
In re ceu facta, te facienda monet.
Pondere de rerum taceo: quis ſingula fando,
Expediet; decus hoc queis cluit atque viget?
Quæ, non clauſa metum, faſtidia non dat aperta:
Non hic deterret, non ibi vilis ineſt.
Hic ſpes quærit eam, tenet illic prompta facultas,
Quo latet, exercet, quo patet, iſta cibat:
Fortium in obſcuris exercet prælia dictis,
Te ſermone humili paruula turba fouet.
Fortibus es panis, puſillis lacteus humor:
Hos ſolidis dapibus, hos ope lactis alis.
Curat more meri, ritu demulces olini:
Multimodo affatu ſic datur vna ſalus,
Hac etiam aſſiduo faſtidia derogat vſu,
Quóque magis capitur quæritur inde magis.
Pluraque cum ſoleant meditatu horreſcere grandi:
Huius amor, quò plus hæc meditatur, adeſt.
Adiuuat hæc animum, humili ſermone legentis;
Senſibus & celſis ad potiora leuat.
Nam ſe Lectorum rudium bene noſſe caterua,
Hanc ratur, at doctis hæc noua ſemper ineſt.
Quid quod ad æthereas populi vocat agmina ſedes,
Et vita adſociat non peritura tibi?
Qua mundanus amor refugit, creſcitque ſupernus,
Vertit & ad melius corda legentis opus..
Adde quod exemplis, mundanos inſtruit actus,
Et via conſiliis hac tribuente patet
Scilicet vt quiſquam, didicit dum geſta priorum,
Quid vitare queat, quidve ſequatur habet.
Erudit externos proprios ſic actibus actus,
Nónque ſuis ſua ſit dicta vel acta regit.
Singula quis referat? numero tranſcendit arenam,
Et pluuiæ guttas, Legis opimus honos.
Cui qui lecturum totis te niſibus addis,
Quiſquis es, intenta poſcito mente Deum.
Vt tua clementer cum hoc nectare corda reuiſat,
Cúmque hoc inhabitet pectoris antra tui.
Hac veniente, tua pandatur ianua mentis,
Qua nitidante, omni ſorde carere queas.
Hoſpitium quo præſtet ei qui condidit illam,
Cum lege hanc adeat legis & ipſe dator.
Non te peruadat faſtus, non gloria fallax,
Non vanæ aut vacuæ ſit tibi laudis amor.
Spiritus effugiet ſanctus fera pectora ficti,
Nec habitator adit corpora preſſa malis.
Sit tibi mens humilis, cor prudens, actio munda,
Sit florens ſtudium, ſit pietatis opus.
Crebra ſit in ſancta tibimet meditatio lege,
A Inſtato monitis, nocte diéque ſuis.
Hanc gere corde, manu; proprio non deſit ab ore:
Túque aliorum actus, corrigat illa, tuos.
Hæc in parte thori ſedeat, hanc lumina cernant,
Hanc colla, hãc genua, hãc brachia curua vehãt,
Ad caput hæc ſedeat, ſolito dum tempore ſtertis,
Dúmque fugit ſomnus, te petat illa celer.
Nec ſolum, vt doctus; ſed & vt ſis iuſtus, amato:
Eminet vnum alio, cum ſit vtrumque bonum.
Nam tibi cunctipotens actus non verba requiret,
Illis in vtroque tamen ipſe placere vales.
B Diſce legens, adſueſce frequens, facienda doceto,
Sitque tibi hic trames, Legis in arte piæ:
Quatenus erudiat mentem tibi lectio crebra,
Détque tuis pulchram ſenſibus illa viam.
Ne citò labatur, vires ſibi colligat vſu:
Lectio crebra tenet, mens quod acuta capit.
Semita ſic cæſo dumoſæ robore ſiluæ,
Dum teritur, crebro ſit via lata pede.
Sancta ferant ſanctis verbis exempla vigorem:
Quæ canis & facito, quæ facis ipſa cane.
Non verbis actus, non illis verba repugnent:
Nobile par tecum currat vtrumque ſimul.
C Quod bene mente capis, humili ſermone profare,
Ne faſtu amittas, quod ſtudioſus habes.
Plura referre mora eſt: in paucis collige multa,
Lector, cui fuluum mentis acumen ineſt.
Semine ſic meſſor prouiſo, plurima, paruo,
Grana vehit; voto fertiliore cluens.
Dúmque opus id cernis, relegis dum carmina noſtra,
THEODVLPHI clemens ſis memor, oro, vale.

Diſtichon.

D Viue Deo felix per plurima tempora lector,
THEODVLPHI nec ſis immemor, oro tui.
Aliud.
Finis adeſt operis quibus eſt peragẽtibus actum:
Sit pax, vita, ſalus, & tibi, Lector, aue.

Hæc initi poſt reui vt mihi poſt not- tem.

Theodulphi Verſus præfixi breui Chronico quod Biblii adiectum fuit.

Codicis huius opus ſtruxit Theodulphus amore
E Illius, hic cuius lex benedicta tonat.
Nam foris hoc gemmis, auro ſplendeſcit & oſtro,
Splendidiore tamen intus honore micat.
Quo poſt Catholicæ veneranda volumina Legis,
Parua tenet modicum ſcriptio cerne locum.
Scilicet initio ſumens exordia ab ipſo,
Per Patrum Regum nomina texit opus.
Et notat annorum numerum, notat ordine regna,
Heracli princeps, tempus adúſque tuum.
Geſtaque dat paucis reminiſci plurima verbis,
F Sic modico in nutu grande notatur opus.
Hinc ad aperta ſedent Hebrææ nomina linguæ,
Quæ ſacræ Legis inclytus vſus habet.
Attica poſt reſident, fidei, quæ ſacra vetuſtas
Contulit Eccleſiæ, queis vocitantur opes.
Conficitur Latio de nomine ſilulula parua,
Quæ magni fructus pondera digna vehit.
Corpore ſub paruo myſteria magna retentant,
Hæres quas limes Codicis huius habet.

A

His fluminum Legis poterit luſtrare lucernis,
Quærere qui piſces legis in amne cupit.
Retibus his poterit pretioſam prendere prædam,
Ars eſt cui in ſancta quærere lege cibum.
Non has, lector ouans, quaſi quædam vilia temne:
Nilis rem pulcram capſa tenere ſolet.
Ferrea nam clauis de vili facta metallo,
Argenti atque auri dat penetrare locum.
Quæque eſt ſeruanti ſeu ſarcina parua ferenti,
Quo grauis eſt pretij ſarcina, monſtrat iter.
Nec tibi diſpliceant quoniam ſunt corpore parua,
Tegmine ſub paruo pondera magna latent.
Nam modicis clauis grandis ſtructura tenetur,
B *Marculus & paruus magna metalla polit.*
Sic ſegetes magnæ naſcuntur ſemine paruo,
Pondus & arboreum germine déque leni,
Obſtruſa aperiunt panduntque latentia; plura,
Paruaque velamen virgula grande leuat.
Quoſque tenent flores librorum grandia prata,
En ſimul hic calatus dat tibi; pande manum.
Vtere ſeu felix vt ſis felicior ipſe,
Cum tua perpetuas vita capeſſet opes.
Et memor eſſe mei dignare per omnia, quæſo,
Dum legis & relegis, dúmque adis iſtud opus.
Dúmque adis iſtud opus quod condidit actio noſtra,
Mercedem ſtudij tu mihi redde mei.
C *Hanc rogo mercedem, pro me depoſce Tonantem,*
Vt mihi det veniam, ſeu pius addat opem
Noxia depellat, concedat proſpera quæque,
Participem & faciat vita beata tibi:
Componat mores, firmet ſpem, corrigat actus,
Atque animæ adueniat, hoc tribuente, ſalus.
Atque ita me clemens peccamine purget ab omni,
Vt mihi poſt mortem, det ſuper aſtra locum.
Cœtibus Angelicis & iungat, munere cuius,
Terrea progenies ſcandit ad aſtra poli.

Eiuſdem S. Theodulphi Hymnus;
In die Palmarum.

GLoria, laus, & honor, tibi ſit rex Chriſte redempt.
Cui puerile decus prompſit Oſanna pium.
Iſraël es tu, Dauidis & inclyta proles,
Nomine qui in Domini rex benedicte venis.
Cœtus in excelſis te laudat cælicus omnis,
Et mortalis homo, & cuncta creata ſimul.
Plebs Hebræa tibi cum palmis obuia venit,
Cum prece, voto, hymnis aſſumus ecce tibi.
Hi tibi paſſuro ſoluebant munia laudis:
Nos tibi regnanti pangimus ecce melos.
Hi placuere tibi, placeat deuotio noſtra,
Rex pie, rex clemens, cui bona cuncta placent.
Fecerat Hebræos hos gratia ſanguinis alti,
Nos facit Hebræos tranſitus ecce pius.
Inclyta terrenis tranſitur ad æthera victis,
Virtus à vitiis nos capit alma terris.
Nequitia ſimus pueri, virtute vieti,
Quod tenuere patres, dat vt teneamus iter,
Degenereſque patrum ne ſimus ab arce piorum,
Nos tua poſt illos gratia ſancta trahat.
His pius aſcenſor, tuus & nos ſumus aſellus,
Tecum nos capiat vrbs veneranda Dei.
Veſtis Apoſtolicæ rutilo fulgore tegamur,
Te bene docta vt eis noſtra caterua vehat.
Tegmina ſic animæ ſternamus corpora noſtra,
Quo per nos ſemper ſit via tuta tibi.
Sit pia pro palmæ nobis victoria carnis,
Vt tibi victrici ſorte canamus ita.
Caſtaque pro ramis ſalicis præcordia ſunto;
Noſque operum ducat prata ad amæna viror.
Pro ramis oleæ pietas lux dogmaque ſancti
Flaminis in nobis ſit tibi rite patens.
Arbore de legis cædamus dogmata quædam,
Quis veniendi ad nos ſit via tuta tibi.
Noſtroque ſic præſens celebret deuotio feſtum,
Continuo vt valeant annua feſta ſequi.

PAVLINI AQVITANI V. I.
ET SENATORII DEMVM EPISCOPI NOLANI,
de vita Sancti Martini Epiſcopi Turonenſis libri ſex.

Eiuſdem de Nepotulo ſuo verſus.

Ad Perpetuum Epiſcopum Turonenſem.

Omnia nunc primum in lucem edita ex vetere manuſcripto codice Petri Pithoëi I. C. V. C.

Studio & diligentia Franciſci Iureti, cuius etiam notæ & emendationes adiunctæ ſunt.

FRANC. IVRETVS PETRO PITHOEO I. C. PRÆSTANTISSIMO S.

PAVLINI libros de vita & geſtis Diui Martini quos ad me nunc nuper miſiſti Pithoe præſtantiſſime, legi eum voluptate cúmque ſtomacho: Voluptati fuit ſanctiſſimi doctiſſimique poëtæ memoria, & ingenij tabulæ tanquam è naufragio ſuperſtites, ſtomachum mouit innumerus mendorum & errorum numerus, quibus adeo indigne membranæ corruptæ, vt inter legendum ſæpiuſculè librarij manibus pœnam imprecarer quæ falſi crimen admiſerant. Quid enim? vix vnus hic verſus extitit quin euerſus. Orationis plus erat quam rationis: nutabant ſyllabæ, mutabãtur verba, cum pedibus claudis nihil

prorſus ſtabat. Denique vix ſenſus vllus quin nullus, vt quot litteræ, tot lituræ potius viderentur. Credo voluit deſcriptor poëtam ſibi in omnibus fieri ſimilem Vt enim Paulinus dum vixit maximis fortunæ opibus abiectis, ſua ipſemet profudit, factus inopibus diues, inops ſibi diuitiis: Sic librarius in Paulini ſcriptis nouas opes vidit, & ſimul inuidit. Itaque prodidit & perdidit, qui timebat dominum proderet, ne perderent. Sed hac æqualitate quid inæqualius? Abiecerit olim Paulinus bona fortunæ, volens & conſulto conſilio. Bonis quidem ingenij, libellis dico ſuis, non niſi inuitus carere poteſt. Illa enim pro ſtolidis duxit, iſta pro ſolidis. Ego vero ferre nec debui nec volui nudum toties denudari. Quare vſus iudicio veteris tui codicis, veſtigia rerum amiſſarum perſecutus ſum, & multa detracta Paulino tandem reddidi, omnia redditurus ornamenta ſi alterum exemplar adfuiſſet auxilio. Spero tamen, Pithoe, futurum aliquando ſingulari tua diligentia, vt ſecundum exemplar habeam, quo poſſit plane reſtitui in integrum. Nam cur hoc non ſperem, qui hoc fato natus es, vt veterum libros ſagaciter quæras, quæſito feliciter reperias, repertos benigne ſtudioſis communices? Perge igitur, oro te, perge alacriter, & Paulini cæteras reliquias è tenebris erue Sic enim ſacrum vatem habebimus, qui lyram argutam manibus, qui fronti pallentes hederas, & lauros reuireſcentes, palmaſq; lemniſcatas recipiet. Ad me quod attinet præſtabo quam licebit operam iſtiuſmodi ſcriptoribus, in quibus etſi hactenus alij laborarunt, non pauca tamen caſtiganda ſuperſunt, vt non videatur actum agere qui quod egerunt iterum aget ſedulo. De ſingulis alias. Nunc de Paulino, quem tuis conſecro virtutibus, quando placuit vnum vel alterum è numero ſeligi, qui ſubeat iudiciorum aleam. Tuum erit, Pithoe, manum redeunti porrigere, & molliter amplexari hoſpitē, qui nudus & hiſpidus à te miſſus, à me remiſſus cum cultu & nitore, prodibit audeotius ſi habitum & faciem nouam in illo probaueris. Vale, vir præſtantiſſime, & cum ſtudioſos ames quia merentur, ama me vt merear. Dat. Cal. Iul M.D.LXXXV.

AD PERPETVVM EPISCOPVM TVRONENSEM.

Eiuſdem De Nepotulo ſuo verſus.

Omnia nunquam antea excuſa, nunc primum in lucem edita, ex Bibliotheca Petri Pithoei. v.c.

SParſerat in toto lumen venerabile mundo
Chriſtus, euangelici reſerãs myſteria regni.
Sed quia non omnes virtutum operatio gentes
Mouerat, & fragili dubitabant credere ſenſu
Quicquid ab æternis vulgaſſet nuncius oris,
(Nam verbis comperta mouent præſentia rebus.
Suadentur non viſa quidem, ſed viſa probantur.)
Ille ergo in totum: cui per miſeratio mundum,
Seuit & in noſtris miracula plurima terris
Donans extremis Martini inſignia Gallis.
Quem procul in noſtram miſit fœcunda ſalutem
Pannonia, haud humili generatum ſtirpe Tribuni
Nam genitor clarus meritorum laude, ſed iſte
Nobilior patribus tam clarus qui patre Chriſto
Spreuit ſacrilegos bene deneger in patre ritus.
Vix etenim decimo ſenior iam moribus anno
Tranſiit ad ſacram conſtanti pectore legem,
Signauitque crucis Sanctam numine frontem.
Non illi in tenero mens lubrica pectore, tota
Præceptum ſeruare Dei, vel noſſe voluntas.
Conuentus vitare hominum, ſecreta beati
Scire heremi, ſpretóque Deum cognoſcere mundo,
Linquere terrenas ſublimi pectore curas,
Hæc, vix biſſenis cum moliretur in annis,
Præcluſa eſt tanti ſublimis gloria facti,
Sed meritum numerante Deo qui velle probauit,
Præcipit Auguſtus delecta ad bella parando,
Accingi cunctam veterano è germine prolem.
Quid non liuor agat? prodit pater, armaque nato,
A *Ingerit heu tanti pietas oblita pericli.*
Quin potius ſi quem recipit mens ſaxea ſenſum,
Creſce tuis titulis, mage laus eſt munere vinci.
Cerne pio tantum quæ geſſerit omnia voto.
Si bona ſunt, imitare libens Si in ardua, gaude,
Vincitur Chriſti miles pro milite ſæcli,
Sed mens non trahitur, nec cor cum carne ligatur.
Vana tyrocinij ſunt nomina, militat olim
Qui captus proprij per plurima prælia Regis,
Vicit auaritiam, debellauitque ſuperbam
Luxuriem, proſtrata iacet iam viribus huius
Ambitio, & firmam fugit furor, iraque mentem,
Excedenſque omnes funeſta ſuperbia culpas.
Vnum progreſſus ſociam ſibi vix ſinit ire
Non opere adſtrictum, ſed ſolo nomine ſeruum.
O felix, cui tale iugum tam grata parauit
Conditio, vt de ſorte tua contendere tecum
B *Si liceat ſeruire tamen, ſed tu quoque duram*
Cogeris ad legem naſcendi lege ſolutus.
Nam tibi ſubiecti ſeruit deuotio Sancti,
Idem habitus parcæ communis copia menſæ.
Hic prior obſequiis, ne ſaltem noſcere poſſit
Prælatum domino quæuis ſolertia ſeruum.
Hic iam cum paribus quæ gratia, quãque modeſte
Ipſos ſubdiderat dilectio vera priores,
Tum ſumendorum diſtrictio quanta ciborum
Ne diſtenta citum vitiarent viſcera ſenſum,
Nec premeret vigilem membrorum ſarcina mentem
Vt diuiſa inopi præberet copia patrem,
Quaque vnum obrueret, melius refoueret vtrumque,
Nam ſic ſupplicibus diuiſerat omnia egenus
Vt ſola exeſis ſupereſſent tegmina membris.

Pauperem veſtit apud Ambianenſes. Sulpit. Seuerus li. 1. cap. 2. & Fortunatus li. 1 c. 1.

Cum ſubito horrentis glaciali frigore brumæ
Nudus in occurſum properat, vix verba frementi
Dimidians præfacta ſono, ſed cauſa loquelam
Expedit, & linguæ partes proclamat erumna.
Prætereunt cuncti faſtiditamque querelam
Deſpexit miſero locupletum inſania riſu.
Subſtitit incertus confuſo pectore ſanctus
Quid faceret, nam votum aderat, ſubſtantia deerat,
Suſpendit ſaltim cunctantis vel mora factum.
Sola ſuperfuerat corpus tectura beatum
Vt ſemper duplicata clamis, quæ frigus & imbrem,
Ventorum & rabiem geminato arceret amictu,
Nam ſic truncatam compenſat pendula partem,
Si quod defuerit capiti tremiſſe calori
Sentiat, adiecto tepefactum vellere corpus.
Verum hæc diſtricti felix ſententia voti,
Amouet, & tanquam cordis diſpendia damnat
Quod ſic maluerit trepidæ cautelæ 6 fidei
Adiectam membris duplicato tegmine partem
Conceſſiſſe vni quàm diuiſiſſe duobus,
Nec mora tardat opus, ſed tranſit dextera votum.
Expedit & factum 7 quicquid mens vidit agendum
Stringitur inuictus ſine crimine vulneris enſis.

Veſtem Martinus diuidit.

Et mediam reſecat miſeratio prodiga partem
Peiorem ſibi credo legens, Tum membra trementis
Obtegit, & tradens aliquem de veſte teporem.
Iam lentore habitu 8 recipit de frigore partem:
O felix virtute tua miracula vincens
Omnia, & excedens domini præcepta iubentis:
Ille etenim modico contentos nos iubet eſſe,
Nec ſeruare duas veſtes, tu diuidis vnam.
Aſpiciunt omnes, alij deformia rident
Tegmina, nec cernunt mage verum in corde decorem.
Aſt alij ſecum compuncto corde queruntur,
Iuſtitiam potuiſſe inopis decernere egenti,
Diuite quod cenſu ſubſtantia larga negaſſet.
Nec mora quin tanto reddatur palma triumpho.
Nam vix defeſſus ſtrates reiecerat artus
Admittens tenuem vigili ſed corde ſoporem,
Nec ſopor illuderat, quia mens attenta vigebat.

Martino Chriſtus apparet.

Cum ſubito ante oculos larga mercede benignus
Adſtitit, inque ſuo veſtitus paupere Chriſtus
Aptauit proprius felicia tegmina membris:
O vere 9 precioſa clamis: quid tale vel oſtro
Vel ducto in filum penſis rutilantibus 10 auro
Inſignes meruere habitus? quid 11 ſerica tactu
Læuia, vel docte expreſſis viuentia ſignis.
Ille hominum terræque Deus, Pontique, polique
Omnia qui tribuit, ſine quo nihil, ipſaque cuius
Quæ dedimus, vel qui dedimus, donumque datórq;
Hac ope ditatur, numeret ſi lucra ſalutis.
Nec tamen hinc ſaltim ſtabilem iactantia mentem
Concutit, aut vanum perſenſit corde tumorem.
O virtus vicina Deo 12 nil ducere laudi
Cum laudanda geras, nec noſtro adſcribere fate
Quæ facimus, 13 cunctóque Deum laudarier actu.
Iam certe ſecurus erat de Iudice tanto.
Sed non erigitur, vel per conſortia Chriſti
Augens viſa fidem, Sancto renouata lauacro

Baptizatur Martinus.

Mēbra 14 nitent, ſumuntq; parem cum corde decorē
Atque nouum pariunt fontis myſteria corpus.
Et tamen hoc ſenie morum, cariuſque refulgens

A *Quatuor 15 à luſtris geminos minus egerat annos.*
Credo equidem quod tota prius præcordia ſanctus
Spiritus irrigui ditaret flumine doni.
Vt quondam ſanctus felicia munera Petrus
Præmiſſa à domino iam tali in milite vidit.
Quiſnam quæſo bonus ſic conſummare valebit
Vt 16 cœpit teneris felix Martinus in annis?
Et tamen iſta gerens 17 ſe nec cœpiſſe putabat
Quod vix dum geminis paulum tardauerat annis,
Iam meritis monachus, ſed ſolo nomine miles
Rumpere calcati iam vana vocabula mundi
B *Spondentes ſpectant conſortia ſancta Tribuni;*
Vt paruam inſtámque moram mox Iudice Chriſto
Penſaret geminata ſalus per vota duorum.

Barbari Galliam irrumunt. Sulpitius Seuerus li. 1. ca. 4. Fortunatus li. 1. cap. 2.

Interea fractis irrupto limite clauſtris
Gallica rura ferus populari cœperat hoſtis.
Obuius ire parat Princeps, cunctoſque maniplos
Imperio, hortatu, prece, largitione vocatos
In bellum cogit, nam quos formido retentat
Munera ſollicitant & vincunt dona timorem.
Sed mens plena Deo metuit nihil, omnia temnit,
Terrorem irridet, terrena & munera calcat.
C *Ergo vbi prægreſſi 18 donum ſumpſere priores*
Ordine tranſcurſo Sanctus de more citatur.
Reſpuit inſtantis præſentia munera Regis,
Talibus & dictis 19 it contra dicta Tyranni,

Militiam mundi deſerit, vt ſequatur Chriſtum.

Trade alij Princeps terrena hæc munera nummo,
Me maiora manent maioris præmia regis,
Hæc merces belli eſt, ſumant pugnare volentes.
His igitur dictis ſæuas flammatur in iras
Princeps, ignauum cauſatus tempore belli,
Immemorem laudis cauſas 20 finxiſſe timoris.
Illi autem nulla inſtantis formido pericli eſt,
Nec metuunt facilem conſtantia pectora mortem.
D *Denique quod verba expediunt, & facta probabūt:*
Primus ego abiectis præcedens agmina telis
Non arma arripiens hominis, ſed ſigna ſalutis
Tegmina nec fidens clypei, ſed nomine Chriſti
Atque crucem fronti auxilium pro caſſide ponens,
Intrepido cunctis occurram corde periclis:
Adnuit, vtque fidem dicti documenta probarent,
Adſeruare pium cuſtodia dira iubetur.
Et iam prima nouo ſpargebat lampade terras
Orta dies, venit ad Regem legatio ſupplex
Subdita ſubmittens ditioni colla iubentis.
E *Quidnā hic quæſo viris, quid geſtū cernimus armis?*
Quid ferrata acies valuit, quid terror & enſis?
Quis pilis cecidit cuneus, quæ turma ſagittis?
Vnus homo, & ſola æterni fiducia Regis
Innumeras vicit ſine cædis vulnere gentes.
Hic Martine tuus Chriſto pugnante triumphus,
Ne ſaltim 21 Sancti violaret ſanguine vultum,
Neve piam adficerent morientum funera mentem.
Ergo alacer merito ſucceſſuque acrior ipſe
F *Hoſtibus oppreſſis feſtinat vincere mundum*
Doctorem fidei per tot documenta probatum,
Expetit Hilarium, ne quod iactantia vulnus
Inferat, vt proprie extollat 22 ſententia cordis
Diſcipulum iam Doctor agit, maiórque probatur
Dum 23 cupit eſſe minor, nam laudem temnere laus eſt.
Sic & præcipuæ iam dignus honore cathedræ,
Abnuit vt ſaltim 24 Diaconi clareſcat honore

Ad Hilarium Pictau. Epiſcop. feſtinat. Sulpit. Seuer. li. 1. cap 4.

Digitized by Google

Celſa fauore Dei iuſſu ſuſpenſa Tonantis,
Limitibus contenta ſuis elementa morantur,
Nec flammas reſtinguit aqua, glaciémue teporat,
Flammeus ignis aquæ, ſeruant ſub lege tenorem,
Incorrupta ſuum, non impugnata viciſſim,
Non diſcreta quidem, ſed nec permixta morantur.
III. *Tertia cæruleum ponti lux edidit æquor,*
Fluctibus immenſis, pelagi freta glauca liqueſcunt,
Et mare nauigerum quatitur ſpumantibus vndis:
Ipſa dies terram meruit de fluctibus auctam.
Eruitur terra vaſto demerſa profundo,
Et ſolidante globo grauior per inane pependit.
Suſtentant ſolidam fluidis radicibus vndæ,
Quam molles portant ceu fundamenta liquores.
Arida materies rapitur de corde fluenti,
Nondum mater humus, cuius pars ſoluit arenam,
In glebas pars membra ligat, pars ſaxea turget,
Cautibus extat montis apex, pars flumina mergit,
Planitie pars tenſa iacet, pars littora curuat,
Pars datur in tumulos, pars aſpera rupibus horret,
Pars riget inculta, reſidet pars valle profunda:
Et colles tumidi cumulis iuga celſa ſupinant,
Atque humiles campos ſpatiis æqualibus aptant,
Pars data dulcifluis vndantis fontibus agri
Promitur herba virens, it ſurculus omnis in auras,
Et ſemper veſtita comis frondeſcit oliua.
Omnia poma virens profert, non parturit arbor,
Linguæ laurus honos ſoluit donanda poëtis.
Torta per obliquos it vitis in orbe, corymbos
Verberat & palmà calamos fluitante flagello:
Vinea pampineos ſubarundinat ebria campos,
Munera lætitiæ ſpondens pendentibus vuis,
Fructibus & variis redolent florentia rura.
Vna parens tellus non vnum fundit odorem:
Sed quot ſunt herbæ, tot permiſcentur odores.
India tunc primum generans pigmenta per herbas,
Eduxit ſub ſole nouo, rudibuſque racemis.
Eſt locus interea diffundens quatuor amnes,
Floribus Ambroſiis gemmato ceſpite pictis,
Plenus odoriferis nunquam marcentibus herbis,
Hortus in orbe Dei cunctis felicior hortis:
Fructus ineſt anni, cum tempora neſciat anni.
Illic florit humus ſemper ſub vere perennis,
Arboreis hinc inde comis veſtitur amœnis.
Frondibus intectis ramorum murus opacus
Stringitur, atque omni pendens ex arbore fructus,
Et paſſim per prata iacent: non ſolis anhelis
Flammatur radiis, quatitur nec flatibus vllis,
Nec coniuratis furit illic turbo procellis,
Non glacies diſtricta domat, non grandinis ictu;
Verberat, aut gelidis caneſcunt prata pruinis,
Sunt ibi ſed placiti fructus, quos mollior aura
Edidit exurgens nitidis de fontibus horti.
Arboribus mouet illa comas de flamine molli,
Frondibus impulſis immobilis vmbra vagatur.
Fluctuat omne nemus, & nutant pendula poma.
Veris perpetuum communes temperat auras,
Ne lædat flores, & vt omnia poma coquantur.
Non apibus labor eſt ceris formare cicutas,
Nectaris ætherei ſudant ex arbore mella,
Et pendent foliis tam pocula blanda futura,
Pendet & optatæ viuax medicina ſalutis.

A *Cætera depingit variis natura figuris.*
Auroram iam quarta dies præmiſerat vndis, IV.
Et rutilante polo compreſſerat aſtra rubore.
Mox ſolis radiare globum iubet igne ſalutis.
Flamma ſalutaris perfundit lumine mundum,
Cuncta ſalutifero rident elementa vapore,
Cuius ab igne ſuo lunam iubet ire ſecundam,
Nigra tenebrarum corrumpere tempora noctis,
Et trepidam proferre diem comitante quiete.
Candida ſomnigeris perluſtrat cornibus axem,
Quæ numero eſt maiore breuis, & plena minore.
B *Flammeus ornatus cæli per ſidera fulſit,*
Officia ſtellis, numeros & nomina iuſſit:
Tempora diſtribuit, loca contulit, ignibus egit,
Limitibus fixit, iubar induit, axe rotauit,
Curſibus aptauit, cæli regionibus addit.
Agminis innumeri, nec flammea ſidera cælum
Deſtituunt quocunque die, ſed luce premuntur,
Luminis immenſi radiato vertice Phœbi.
Nec mirum ſi clara latens ſub ſole coruſco
Sidera, quo mundum monſtrat menſura minorem.
Qui fouet igne pio cælum, mare, ſidera, terras,
C *Conceptum virtute Dei, quem ſphæra polorum*
Suſtinet, & ſentit Dominum per cuncta Tonantem:
Cuius ab imperio veniunt, quæcunque miniſtrat
Omnia iuſſus agit, totum ſub lege laborat,
Miles & ipſe Dei, cum luna & ſidera cuncta
Oſtentat, ſub vere nouo, ſub tempore primo,
Sub tirone die veterana in ſecla paratus.
Addit quinta dies animalia cuncta profundi, V.
In corpus ſolidantur aquæ, neruique ligantur.
Muſculus humor erat, fluctus dureſcit in oſſa,
Atque oculi gemmantur aquis humore gelato,
D *Et quot ſunt fluctus, tot forſan in æquore piſces,*
Luſerunt fluido per cærula vaſta natatu,
Et criſpante freto perflabant naribus vndas,
Terrigenis factura cibos poſt cuncta creandis.
Exilit inde volans gens plumea læta per auras.
Aëra concutiens pennis crepitante volatu,
Ac varias fundunt blando modulamine voces,
Et puto collaudant Dominum meruiſſe creari.
Has niueo candore nitent, has purpura veſtit,
His croceus plumæ color eſt, has aureus ornat,
E *Albentes aliis pennæ ſolidantur ocellis,*
Atque hyacinthus adeſt per colla & pectora fulgens:
Eminet his criſtatus apex, has lingua decorat,
Has virides pennæ reddunt, has diſcolor ornat,
Multa per innumeras currens pictura volucres,
Et leuibus tenuem ſubtexunt aëra plumis.
Ipſa dies folium ramis, & floribus herbas
Euomit, & ſpicis acuit ſeges omnis ariſtas.
Silua comis veſtita viret, nidoſque loquaces
Exhibet, & varias decantat garrula voces,
F *Cum vagabunda volat non motis plauſibus ales;*
Frondibus inſidens vento cum fronde mouetur,
Vnguibus ad ramos infixa tenacibus hærens,
Pennigerum vernare nemus vapor vrget in vſus,
Pignoris, & molli dureſcunt oua tepore,
Penantur tunc membra globis, animantur, anhelant,
Rumpuntur, confracta ſonant, nutrita volatus
Tentant, & rudibus librantur in aëra pennis.
Sed cùm diſcordent inter ſe elementa coacta,

Fæcibus eductis concordant vnda vel ignis:
Vnda creat piſces, producit flamma volucres:
Pabula montis erant, ſed non qui paſceret herbas
Affuit, intactæ ſenuiſſent floribus herbæ.
Ne paſcenda daret tellus iumenta per agros.
Sexta dies Phœbi rutilo proceſſerat ortu,
Cùm natura parens gignit animantia terris.
Cornibus erumpunt armata fronte iuuenci,
Et per prata vagus ſequitur ſua bucula taurus,
Ceruus in arua fugax palmatis cornibus errat,
Et velox prorumpit equus, pecus vtile bellis.
Impia terribiles producit terra leones,
Simplicitas ouium fraudes paſſura luporum,
Et raucos timuit diſcurrens dama moloſſos,
Spumat aper, mortes lunato dente minatur,
Et latus obliquans meditatur prælia toruus,
Ac maxilla ferox duros deſæuit in armos,
Audacter certans ſpumantia bella mouere:
Gignitur omne genus pecudum, genus omne ferarum,
Inter prata vagum, nullo cuſtode per herbas,
Inſtar montis habens incedit beſtia mole.
Promitur anguis hians, quatiens ſub dēte venenum,
Et maculoſa repit ſquamas per viſcera ſerpens,
Atra venena nocens miſſura è flatibus oris,
Et ſubitò ſparſura graues per ſibila mortes,
Atque eadem membris impertitura medelas.
Sed ne cuncta ſimul paſſim permixta fuiſſent,
Diſtribuit loca certa Deus, & tempora fixit.
Tempore non vno veniunt quæ ſæua vocantur:
Non ſemper mouet arma leo, nec ſcorpius ictus
Semper habet, nec ſemper agit fera vipera morſus,
Nec ſemper tollunt ad vulnera colla ceraſtæ:
Non ſemper furit vnda maris, non ſemper adurit
Solis vbique calor: pro tempore temperat ignes,
Pro regione plagæ contemperat vnda vaporem,
Et modò bellantes fluctus freta pigra tacebunt.
Ipſe polus, qui grande tonat, ſine nube ſerenus
Iam tacet, & puro redeunt ſua lumina cælo.
Multa locis data ſunt variis diſperſa per orbem,
Arida vipereos angues ſuſcepit arena,
Humida ſortitur tellus fera colla leonum:
India cum gemmis & eburnea monſtra minatur,
Bellua diuinos in[illegible] generatur odores,
Ambroſiaſque ſa[illegible] malè frangens beſtia meſſet,
Incertuſque colo[illegible] tigris per mille colores,
Montibus Hircanis venit, atque effœta marito
Mittitur, vt vincat currens orbata procellas.
Cornibus erectis ſortita eſt Africa damas,
Concaua ſuſcipiunt per montes ſaxa dracones.
Cætera diſtribuit diuerſis ſemina terris,
Plurima coniunxit, ſed ceſpite multa diremit.
Munera præterea funduntur diuitis auri,
Protulit eximias illuſtris India gemmas:
Producunt niueos & littora rubra lapillos,
Flammantes virideſque tulit Babylonia cruſtas,
Perſida nobilitant precioſis littora gemmis,
Frigidus & roſeo carbunculus ardet honore.
Seres fila trahunt nullo ſub pollice ducta,
Balſama Cæſareos plorant virgulta per agros,
Et nimis Ambroſium lacrymæ dant munus odores,
Cinnamon interior profert Phœnicia tellus,
Solis amica nimis, nam non de ſole peruſta,
A *Hæc nardi floret, hæc portio fundit amomum.*
Omnibus his genitis, animal rationis amicum,
Formatur virtute Dei, limatur in artus,
Vt dominator eat moderatior omnibus vnus;
Naturæ iuſſu quæ protulit omnia princeps.
Aſt hominem non terra parit, non pontus ab vndis,
Non cælum, non aſtra creant, non purior aër:
Sed dominatorum dominator ſummus & auctor,
Limauit per membra virum de puluere factum.
Limus adhuc deformis erat: membratur in artus,
B *Corporeas ſpecies hominis, cæleſtis imago:*
Conſpicitur noua forma viri, ſine mente parumper,
Spiritus infuſus ſubitò per membra cucurrit,
Et calefacta rubens tenuit præcordia ſanguis.
Mox rubuere genæ, totos rubor inficit artus:
Iam cutis eſt qui puluis erat, iam terra medullas
Oſſibus includit, ſurgunt in meſſe capilli,
Orbe micant gemino geminantia lumina viſu,
Et vocem compago dedit noua machina ſurgens,
Auctorem laudare ſuum gauiſa quod eſſet.
Tunc oculos per cuncta iacit, miratur amœnum
C *Sic florere locum, ſic puros fontibus amnes,*
Quattuor vndiſluo ſtringentes gurgite ripas,
Ire per arboreos ſaltus, campoſque virentes:
Miratur ſe quid ſit homo, quos factus ad vſus
Scire cupit: ſimplex & non habet vnde requirat,
Quo merito ſibimet data ſit poſſeſſio mundi,
Atque domus æterna nemus per florea rura,
Parua procul ſpectat virides iumenta per agros:
Hæc de re tacitus voluitque & corde requirit,
Vel quare ſocium non ſint hæc ipſa volutat:
D *Nam conſorte carens, cum quo conferret, egebat.*
Viderat omnipotens hæc illum corde mouentem,
Et miſeratus ait: Demus ſolatia facto,
Participem generis, tanquam ſi diceret auctor,
Non ſolum decet eſſe virum, conſortia blanda
Nouerit, vxor erit cuius tamen iſte maritus,
Coniugium ſe quiſque vocet, dulcedo recurrat,
Cordibus innocuis, & ſint ſibi pignus vterque
Velle pares, & nolle pares, ſtans vna voluntas,
Pars animi concors, paribus decurrere votis:
E *Ambo ſibi requies, cordis ſint ambo fideles,*
Et quicunque datur caſus, ſit cauſa duorum.
Nec mora, iam venit alta quies oculoſque ſupinat
Somnus, & in dulcem ſoluuntur membra ſoporem:
Sed cum iure Deus nullo prohibente valeret,
Demere particulam, de quo prius ipſe pararat:
Attamen ablata iuueni ne coſta doleret
Redderet & triſtem ſubitò, quem lædere nollet:
Fur opifex vult eſſe ſuus, nam poſſet alumnam
Puluere de ſimili princeps formare puellam,
F *Sed quò plenus amor toto de corde veniret,*
Noſcere in vxorem voluit ſua membra maritum.
Diuiditur contexta cutis, ſubducitur vna
Senſim coſta viro, ſed mox reditura marito.
Nam iuuenis de parte breui formatur adulta
Virgo decora, rudis, matura tumentibus annis,
Coniugii ſoboliſque capax, quibus apta probatur,
Et ſine lacte pio creſcit iam infantia pubes.
Excutitur ſomno iuuenis, videt ipſe puellam
Ante oculos aſtare ſuos; pater inde maritus,
Non tantum ex coitu genitor, ſed coniugis auctor:

Somnus erat partus, conceptus ſemine nullo,
Materiem ſopita quies produxit amoris,
Affectuſque nouos blandi genuere ſopores.
Conſtituit ante oculos nullo velamine tecta,
Corpore nuda ſimul niueo, ceu nympha profundi:
Cæſaries intonſa comis, gena pulcra rubore,
Omnia pulcra gerens, oculos, os, colla, manuſque:
Vt qualem poſſent digiti formare Tonantis,
Neſcia mens illis fieri quæ cauſa fuiſſet.
Tunc Deus & princeps ambos coniunxit in vnum
Et remeat ſua coſta viro, ſua membra recepit:
Accipit & fœnus, cum non ſit debitor vllus.
His datur omnis humus, & quicquid iuſſa creauit,
Æris & pelagi fœtus, elementa duorum
Arbitrio commiſſa manent, his Creſcite, dixit
Omnipotens, replete ſonum de ſemine veſtro,
Sanguinis ingenitis natos nutrite nepotes,
Et de prole nouos iterum reparate iugales.
Dumque fretum terra, dum cælum ſubleuat aer
Dum ſolis micat axe iubar, dum luna tenebras
Diſſipat, & puro lucens mea ſidera cælo,
Sumere quicquid habent pomaria noſtra licebit,
Deliciæque fluent vobis, & honeſta voluptas:
Arboris vnius tantum neſcite ſaporem.
Dixerat iſte Deus, ſanxit natura, quod inquit
Omnipotens, migrare diem, diſcedere ſolem,
Nec lucem remeare putat terrena propago,
Subductiſque nigris collucet luna tenebris,
Sidera cuncta notant cælo radiare ſereno.
Aſt vbi purpureum ſurgentem ex æquore cernunt
Luciferum vibrare iubar, flammaſque ciere,
Et reducem ſuper aſtra diem de ſole rubentem,
Mox reuocata fouent heſterna in gaudia mentes,
Temporis & requiem noſcentes luce diurnæ
Cœperunt ſperare diem, ridere tenebras:
Tot bona facta Deus non obliuiſcitur vnquam,
Quæ propeer homines fecit, ſanxitque manere.
His Dominus pietatis opem ſubducere non vult,
Proiicere nec plaſma ſuum vult conditor æui,
Eſſe nihil prorſus ſe præter vbique rogandum,
Et niſi ſubueniat, ſuccurrens non erit vllus.
Inde malo bonus eſt hemini Deus, omnibus auctor,
Ipſe opifex, dominus, rector, dux, arbiter, index,
Continua bonitate pius, virtute modeſtus,
Simplicitate bonus, & culmine celſior omni,
Ibant per flores, & tota roſaria læti
Inter odoratas meſſes, lucoſque virentes,
Simpliciter pecudum ritu, vel more ferarum:
Corporibus nudis, & neſcia corda pudoris.
Quæ pars membrorum ſecretior eſſet habenda,
Vnde rudes ſcirent, quid moribus eſſet honeſtum?
Quod digitos oculoſque putãt, hoc membra pudenda
Publica iungebant affectibus oſcula paſſim
Nec rubor vllus erat cùm ſtaret origo pudoris,
Illicitumque ſibi prorſus nihil eſſe putabant,
Et bene credebant, quibus omnia iuſſit ad vſum,
Arboris vnius fructu ſub lege negato.
Vomere non tellus, non raſtris iuſſa domari,
Quærere nec ſudor fructus quocunque labore
Cogitur, aut campos aliquo de fonte rigare:
Imbriferis ſemper pluuiis abſentibus vber.
Ceſpes & arbitrio creſcit fœtura marito.

A *Præterea ſolis datus eſt locus ille duobus.*
Deliciis hominum tantum conſtructus opacis,
Non placidas ſuſtentat aues, non ore cruentas,
Vnguibus armatas neſcit perferre volucres:
Omne genus pecudum, neſcit genus omne ferarum.
Solus ibi irrepſit ſquamoſo corpore ſerpens,
Fraudibus imbutus mortis, caput omne malorum,
Pectore vipereo mellitum ex ore venenum,
Funereo ſub dente parans ſpumante palato.
Ergo vbi liuor edax contuſum dente venenum
B *Inuidiæ mordacis habens ſub fronte modeſta,*
Quærit opem ſceleris, per quam fallatur honeſtas
Simplicitaſque cadat, vel credula corda reatus
Incurrant non fraude ſua, ſed clade perenni.
Fortia corda viri non expugnanda per anguem
Præſenſit, pietatis inops: ſed coniugis aures
Aggreditur ſub voce pia, ſermone maligno
Inſidioſus adit heu! mollia corda puellæ
Ingerit ore cibos crudeli funere plenos.
His ſemel aſſumptis reſerantur lumina cordis,
Ac permixto bonis patuit doctrina malorum:
C *Pœnituit neſciſſe dapes, & damna putantur,*
Temporis exacta ſpatio, procedere peius,
Auſum quippe nefas tentat ſeducta maritum,
Et caput inſontem iam noxia fœmina victum,
Circunuenta perit, ſed circunſcripta fefellit:
Nec circunſcripta ſerpens impune triumphat.
Ad ſcelus horrendum vel ſæua piacula mortis,
Supplicio ſociante duos releuare reatu
Credidit infelix: ſed par ſententia damnat,
Quos par culpa tenet, gradus illic temporis inter
D *Eſt tantum, nam cauſa ligat communis vtrunque.*
Exurgit cenſura Dei pietate ſeuera,
Et vitæ morbiſque ſimul ſententia fertur.
Supplicium infelix, quo mors datur, atque negatur.
Vltio vitalis cohibetur limite mortis,
Pœna mori crudelis erat, ſed viuere peius.
Ocia, delicias perdunt, diſcuntque labores,
Qui cultore Deo fructum telluris habebant,
Agricola Dominus quam nondum verterat vnquam
Ipſe rigator erat, ſator, auctor, meſſor, arator.
E *Offendunt nunc ambo pium: truduntur ab horto*
Perpetui floris, non eſt ſub iure … vum,
Et vitæ mors meta datur, cum … malorum.
Magna Dei putas, ſemper qui te… perat iras;
Vita grauis hominum ſubducitur inſpete mortis,
Quæ recidiua magis viuaci corde reſurgit.
Mors mundanorum requies eſt certa laborum,
Et malè viuenti præſtatur fine ſalutis,
Continuãs quodcũque nocet prauumque bonumque.
Solus in æternum Deus eſt regnator & auctor,
F *Virtus vna Deus, trinus Deus omnis & vnus:*
De quo ſperatum conceditur omne benignum,
Et quæcunque iubet præſumptio nulla refellit:
Nec deeſt effectus faciendi tempore eodem,
Quem penes & ſenſu primordia multa loquuntur,
Et voce reticente ſonat ſuper æthera ſermo,
Ac mens pura Deum potius quam lingua precatur.
Ergo operis memor ipſe ſui, tunc imperat ambos
Sedibus egreſſos, placido dominentur vt orbi.
Ac totum quod mundus habet, ſub iure tenerent:
Et quod floret humus, viridis quod germinat herba,

Digitized by Google

Quod ſpicat meſſis, quod ramis parturit arbor,
Quod gemmãt vites, quod amœna comãtia frondẽt
Flumina, quod mittunt fontes, quod fluctuat amnis,
Quod pelagi trahis vnda freti, quod littora tũdũt,
Murmure quod vẽti flantes vaga marmora criſpãt,
Quod generant terræ, quod flumina, pontus & aer,
Vſibus humanis data ſunt hæc cuncta venire.
Vt ſimilis qui factus erat de puluere Chriſto,
His dominaretur cunctis ſub carne creatis,
Corpora corporibus ſeruirent cuncta ſubacta.
Spiritus interea ſeruit ſine corpore ventus,
Ventus agit nubes, in nubila craſſior aer
Cogitur, hinc imbres veniunt, placidoſque ſerenus
Ventus alit fructus, & ventus ſpicat ariſtas,
Ventilat æſtiuo quos flatu mollior aura.
Deflorat fructus, & decutit arbore flores,
Flatibus accendit flammas, & temperat æſtus:
Flatibus alternis redeunt comitantia vitæ,
Itque reditque ſuos repetendo ſpiritus hauſtus,
Et reduci vento fibra pulmonis anhelant,
Faucibus excurrens in naribus aura viciſſim,
Vitales recreat per membra tepentia ſenſus:
Atque modò gelidis, calidis nunc flatibus ora
Illuſtrata vigent, & tangunt flabra palatum.
Non hac humanis tantum ſpiramina membris
Sunt data, ſed cunctis animantibus aura recurrit.
Spiritus ille Dei, quo corpora cuncta mouentur,
Omnia complectens agitat, fouet, inſerit, vrget:
Vnde genus diuerſa trahunt & ſemina rerum,
Mobilis immenſo veniens è fonte perenni.
Artificis formata manu digeſta mouentur
Ordine cuncta ſuo, manet irreuocabile munus,
Nec tamen intereunt pereuntia lege diurna.
Quis neget vndifluos procedere fontibus amnes,
Quorum iam reditus nunquam ſperauit origo?
Quas inceſſanter aquas licet euomat, impete pleno,
Iacturam tamen vnda negat ſentire fluenti.
Omnibus hic mos eſt de flammis tollere flammas,
Nec minuit quicquam detractus ab ignibus ignis.
Damna aliena ſolent aliorum lucra parare:
His quæſtus, non damna parant, in fomite flammis
Detractis auferte iubar, ſuccenditur ignis:
Nec carnarle genus minuit fatura creando.
Ecce dedit homini pluſquam ſibi rex Deus auctor,
Formatur virtute Dei mas vnus & vna,
Et multos creat vnus homo, manſura propago
Maxima ſit generis, quam paruula fundit origo;
Paruula profuerat ſuccedere cura peremptis,
Ne conſumpta daret poſt ſecla reſurgere vita.
Sed ne ſit fixum, reditus non eſſe ſepultis
Cordibus, illorum qui legis ſancta profanant
Annua conſpiciunt agris frumenta renaſci
Mortua per ſulcos terram findentis aratri:
Maior & ex truncis ſurgit radicibus arbor,
Et folijs veſtita viret redeuntibus annis.
Pampinus vuifera vitis ſarmenta reneſtit,
Et geminata ſui redeunt virgulta ruboris.
Ambroſio reduces rumpuntur cortice fructus,
Et cui vita fugax, & par cum flore ſenectus,
Fit rediuiua virens & crinibus herba renatis.
Ligna renaſcuntur, reduci ſub germine cuncta:
Quæ nunc herba fuit lignum iacet, herba futura.

A *Squammeus exuitur ſtellato tegmine ſerpens,*
Pelle renaſcenti, rurſus redeunte iuuenta,
Reptat hians anguis, per ſibila guttura pandens.
Frontibus arboreis amittunt cornua cerui,
Auguibus abſumptis, ſed mox palmata reſurgunt.
Aereæ nudantur aues, cum penna vetuſta,
Et noua ſubueſtit reparatas pluma volucres.
Mortua præterea cæcorum lumina dudum
Nube tenebrarum diſcuſſa luce recepta,
Ad viſus rediere ſuos, vultuſque ſepulti
Nocturnos perpeſſa dies oculatur imago.
B *Mortua pars hominis quoties pars vna iacebat,*
Funera viua gerens, viuax in morte cadauer
Ac ſine morte tamen vitali morte perempta
Et rediuiua ſalus reduci per membra vapore
Naſcitur, & calidus repetit vitalia ſenſus,
Oſſa tenens, venaſque ciens ſudanſque medullas.
Phœnicis exhauſtam renouat Deus igne iuuentã,
Combuſtuſque ſenex tumulo procedit adultus,
Conſumens dat membra rogus, ſiue ſorte ſepulcri:
Ignibus extinctis, iam mortua flamma reſurgit,
Redditur ignis edax rediuiuo lumine candens,
C *Et ſcintilla volans incendia vaſta reducit,*
Et quod fumus erat, ſtridet iubar ignis anheli,
Igne vago rutilatur apex, fax cætera lambit,
Et cælum repetens erecto crine vagatur.
Mortua nox ſub luce cadit, perit aurea luna
Atque per aſcenſus & cornua colligit ignes,
Et dum cæca latet reparato lumine fulget,
Mentiturque diem lux frigida ſolis imago,
Lucifero redeunte polo moriuntur & aſtra:
Nuncius auroræ ſubductus morte diurna
Lucifer, extinctas reficit per ſidera flammas.
Exhinc nocturnum iubar emicat igne coruſco,
D *Roſcida puniceum ſpargens aurora ruborem,*
Ducit vbique diem periturum noctis ab vmbris:
Et tamen hæc de ſole perit, quo miſſa rubebat.
Sol oculis cæli, famulus ſuper aſtra Tonantis:
Cuius ab immenſis langueſcunt ſidera flammis,
Nigelidis animetur aquis per cærula ponti.
Occidit ipſe dies ſuper æquora ſole cadente:
Et quo demerſus, nouus æquore mane reſurgit,
Veſpere nocturno hunc radiata luce rubentem
Purpureis abſcondit aquis, redditque diurne
Depoſitum natura ſuum ſub nocte ſepultum,
E *Mane reſurgentem de fluctibus orbe recepto.*
Tot ſimul exemplis moniti, defuncta renaſci
Credamus virtute Dei, qua cuncta creauit,
Et generata vigent ſub nutritore Tonante.
Qui cum regna poli teneat ſtellantis, & alti.
Aera concludit, terram leuat, æquora ſoluit,
Et totum capit vna manus quod ſermo creauit:
Vnus vbique Deus, dum iuſſio rumperet vna,
Qui tantum pius eſt, quantum decet omnipotentem
Et nulla virtute minor, niſi verberis ira,
F *Sed votis & ſponte bonus, pietate & amore:*
Quem mens pura iuuat hominũ, non victima ſuplex
Vt ſe pœniteant ſceleris mala vota reorum,
Et noua ſuccedant animorum corda piorum.
Ille etenim Deus eſt, quem nulla retardat origo;
Cuius ab aſpectu montes & ſaxa fluiſcunt
In cineres: & puluis erit, quem dura ligabant:

Qui viſa tellure, ſimul mox pondera mundi
Concutit, & ſubitò monſtrat vaga terra tremorem,
Ac formidatos oſtendit pendula motus.
Alueus expauit violato vertice turgens,
Dum reduces ſentiret aquas, & ſiſteret amnem
Viſa Dei facies, & marmora glauca fugaret
Gurgitis æquorei, quo mundus cingitur omnis,
Et pelago ſpaciante fretis ac littoris æſtu
Qui de theſauris ventorum flumina mittit,
Et frænat rabidas in tempeſtate procellas,
Grandinis atque niuis qui nouit quæ ſit origo,
Qui dat fulmineos colliſis nubibus ignes,
Qui laxas abſcondit aquas, & continet imbres,
Qui ſcit quo nitidus cryſtallus ventre creatur,
Candida materies glacies imitatur aquarum.
Qui noctes hiemis producit ſole minore,
Et ſolis protendit iter flammantibus horis,
Qui Phœbi ſaltus ſtatuit, Lunæque labores,
Qui roſulis ſtellare nemus vel floribus agros
Imperat, autumni qui dulcia poma ſaporat,
Et fragiles gemmis variat in vitibus vuas,
Vt cibus & potus ſint vbera dulcia muſti
Qui dat coruorum pullis alimenta, facitque
Nouerit vt vultur qua ſit regione cadauer,
Dux odor vſque ſagax quem mox inuitat ad eſcam,
Præpetis aut aquilæ ſenio renouare iuuentam,
Quæ roſtro creſcente famem tolerabat abunco:
Qui paſcis quæcumque creat pietate parentis,

A *Vitæ certa ſalus, per mille pericula mortis.*
Debilibus virtus, opulentia maior egenis,
Auxilium miſeris, ſpes & defenſio preſſis,
Feſſorum virtus dans nutrimenta ſalutis:
Qui facit æternam vt mortalia lege latenti
Membra tegant animam, vento ſpirante loquaci:
Qui lunæ creſcente globo, iubet æquora creſcant
Fluctibus abiectis, creſcant cum fontibus amnes,
Creſcat & incluſum capite genus omne cerebri,
Et minuantur aquæ luna minuente, liquores
B *Ac decreſcenti decreſcant lege perenni.*
Qui reges & regna domat, ſternitque potentes,
Deiicit elatos, & mergit ab arce ſuperbos,
Atque oppreſſores Deus opprimit, & pius vltor
Eleuat eliſos, & conſolatur adactos
Luctibus & damnis, & vulnera ſaua dolentes.
Tu nobis inuicte Deus pietate medelam
Impendis, cui ſancta ſalus medicamine nullo eſt,
Quod ſpecies terrena parat languoris adeſtus,
Spes hominum cernens & vota precantia complens.
C *Aſpice deſpectum, deiectum tolle parumper,*
Confeſſumque iuua, quem pœnitet eſſe nocentem,
Vt valeam narrare tuas hoc carmine laudes,
Quas potero: nam nemo valet narrare creatus
Vel modicum facientis opus, quod mens rea clamat,
Pectore contuſo lacrymans, & voce fideli.
Obſes ſermo tuus: noſtro nam corde tenetur,
Quo te promittis nimia pietate parentem.

MEROBAVDIS HISPANI
SCOLASTICI, DE CHRISTO.

P Roles vera Dei cunctiſque antiquior annis,
Nunc genitus qui ſemper eras, luciſque repertor,
Ante tuæ matriſque parens, quem miſit ab aſtris
Æquæuus genitor, verbique in ſemina fuſum
Virgineos habitare ſinus, & corporis artus
Iuſſit inire vias, paruaque in ſede morari:
Quem ſedes non vlla capit, qui lumine primo
Vidiſti, quidquid mundo naſcente creares,
Ipſe opifex, opus ipſe tui dignatus iniquas
Ætatis ſentire vices, & corporis huius
Diſſimiles perferre modos, hominemque ſubire,
Vt poſſe monſtrare Deum, ne lubricus error
Et decepta diu varij ſolertia mundi

D *Pectora tam multis fineret mortalia ſeclis.*
Auctorem ſciuere Deum te, conſcia partus
Mater, & attoniti pecudum ſenſere timores:
Te noua ſollicito luſtrantes ſidere viſu
In cælo videre prius, lumenque ſecuti
Inuenere Magi: tu noxia pectora ſoluis,
Elapſaſque animas in corpora functa reducis,
Mundus & ad manes penetras, mortiſque latebras
Immortalis adis, tibi tantum non fuit vna
E *Principium finiſue mori, ſed nocte refuſa*
In cælum ad patrem ſcandis, rurſuſque perenni
Ordine purgatis adimis contagia terris.
Tu ſolus patriſque comes, tu ſpiritus inſons,
Et totus vnus, triplicique in lumine ſimplex.
Quis niſi pro cunctis aliud, quis credere poſſit:
Te potuiſſe mori, poteras qui reddere vitam?

AVCTORIS INCERTI DE
LAVDIBVS DOMINI.

Q Vis queritur ſera virtutis dote iuuari?
Quis promiſſa Dei lento procedere paſſu?
Quis ſine humano metitur iudicis vrnã
Perpetui, tardumque putat quod ſecula debent
Accelerare diem meritis qui præmia reddat?
Nobilis ingenti teſtatur gloria facto.
Nam quà ſtagnantis prælabitur agmine ripas
Tardus Arar, pigrumque dis vix explicat amnem
Qua fratrum Rheno progignitur Hedua pubes.

Coniugium memini ſumma pietate fideque,
Lex diuina tamen meritum cumulabat amoris.
Et votum ambobus, ſocium præcedere morte,
Mœrorique pio curam mandare ſepulcri,
Sed prior vxorem decreti pagina legit.
Tunc vir ſollicitus largo iubet ore cauari,
Poſt mortem fiunt quæ membris hoſpita ſaxa:
Suſcipies veniens, æternaque fœdera iunges,
Vt quos viuentes tenuiſſet lectulus idem,
Poſt præcepta Dei, buſtum commune leuaret.
Senſit vota ſui coniunx præſaga mariti,
Magnaque temporibus tribuit miracula caſtis.
Nam cum defunctis iungantur brachia membris,
Et repetita manus conſtringat vincula trunco,
Ne quibus humanæ complentur munera vitæ,
Accidit informis ſluitatio diſſociatis.
Immenſum dictu, quo tempore vita peracta eſt,
Iungendus ſociæ proſpecta ſede maritus.
Poſtquam morte viri reſerata eſt ianua lethi,
Horrendumque larem iam lux ingrata retexit:
Depræenſa eſt leuam protendus fœmina palmam,
Inuitans ſocium geſtu viuentis amoris.
Quis dedit affectum tumulo? quis vincula ſoluit?
Vnde ſepulta videt venturæ coniugis vmbram?
Tu ſ.cis hæc, Tu Chriſte Deus, tua ſigna mouentur,
Plantimque doces ſopita reſurgere membra:
Tu quem venturum ſancti cecinere prophetæ.
Incorrupta Dei ſoboles, rectorque regentis,
Quo ſine nil magnum genitor deliberat ingens.
Cuius ad imperium certis mare conſtitit oris,
Nec licet immenſo terris excurrere ponto,
Planaque montanos includunt littora fluctus:
Qui vario ſtabilem dotaſti munere terram,
In noſtros vſus, largus pietate paterna:
Te vade mortales committunt ſemina ſulcis,
Et nouus arenti procedit ceſpite partus:
Tu manare iubes fœcundo nectare vites,
Tu gratos epulis hominum, medicoſque ſaluti
Arboribus ſuccos, tu trudis dulcia mella.
Tu ſeruire iubes homini genus omne animantum,
Inſuper & grauibus lucos curueſcere pomis,
Atque nouos reditus nullo de ſemine naſci:
Tu varios amnes noſtro prodeſſe labori,
Et renouare ſacris benedictum fontibus æuum.
Te duce veliuolis patuerunt æquora roſtris,
Diuiſoſque fretis luſtrauit nauita portus.
Tu poſtquam certis ſunt acta elementa figuris,
Ne torpere rudi cæleſtis machina vultu
Inciperet, vario ſignaſti munere mundum:
Et quicquid cælo radiat, tua dextera finxit.
His aulam domini placuit contexere ſignis.
Iam freta ne nullis agerentur inhoſpita terris,
Aſſiduumque alacer numeraret nauita portum:
Crebra ſatis tumido defigitur inſula ponto,
Nec tamen inſano metuit circundata fluctu,
Exiguoque fretis innitens orbe reſiſtit,
Te duce confidens, cuius venerabile pactum
Nexum lege pari ſummumque imumque peræquat,
Nec ſinit impoſitos quoquam tranſcendere fines.
Ac ne plana nimis tellus vel nuda iaceret,
Vitibus aptandos iuſſiſti aſſurgere colles
Grandibus, & largos vmbracula texere lucos.

A *Tum ne vaſtus agat ſiluis torpentibus horror,*
Innumeros fœtus proceris tu ſaltibus addis:
Incola ne nemori, neu deſit præda petenti.
Tum volucres multas, tum mille examina vocum
Mortali harmonia lucis reſonare canoris:
Sic annum placuit variis intexere formis,
Et vice iucunda mortalibus addere fructum:
Neu ſemper prolixa dies nimis vreret orbem,
Neu breuis inuiſum raperet naſcentibus ignem,
Ac ne perpetuo quateret labor omnia nixu,
Dat requiem feſſis hominum nox roſcida curis:
B *Vtque humana ſalus ſecurum duceret æuum,*
Sponte ſalutares de ceſpite ſurgitis herbæ,
Has pater ipſe ſerit nutu, non vomere diues.
Non ego ferrato tegerer ſi viſcera muro,
Ferrea vox linguæque forent mihi mille canenti,
Munera cuncta queam veſtræ pietatis obire.
Sed pater ille tuus ſecreta in ſede locatus,
Nec cuiquam viſu facilis, cunctiſque tremendus
Te miſit dominum terris vitæque magiſtrum.
Et quiſquis natum iuſto veneratur honore,
Ambobus ſua vota dicat vitamque perennem.
C *Tu caſti rectique tenax, & flectere leges*
Poſt crimen facilis, ſi quem vecordia præceps
Depulit à vobis præſcripto limite vitæ.
Te genitor noſtra, paterentur vt ora tueri,
Induit humana facie membriſque caducis.
Quis tentaret enim fragiles attollere viſus,
Si talem trepidis voluiſſet ſiſtere terris,
Qualis es, ingenti cum torques fulmina dextra,
Præſentemque iubes directa paueſcere pœnam:
Vel cum placatus, campis ſitientibus imbres
D *Diuidis, & dubias ſulcis producis ariſtas.*
Nec tamen inſignem res nulla oſtenderet ortum,
Virgine conciperis, non ſufficit eſſe pudicam.
Nec quæ nupta queat Domino coniungere fratrem
Ne procul ex vtero contagio turpis abeſſet.
Mox vbi proceſſu felix maturuit ætas,
Indociles animos monitis ſeruare paternis
Aggrederis, rectamque viam labentibus offers.
Atque vt miſſa Deo penitus præcepta paterent,
Imperium tu morti adimis, morboque ſoluto
Deſperata iubes apprendere munia vitæ,
E *Reſtituiſque diem cæcis, & ne quid in vſum*
Reſtaret penitus, quod perfidus error obiret,
Indicis ſenſum tumulis, & condita pridem
Membra iubes iterum ſuperas conſurgere in auras,
Agnoſcunt que ſuum dilecta cadauera nomen.
At poſtquàm legem ſectator idoneus hauſit,
Vt ſe mortali cæleſtis ſpiritus aula
Exueret, legi intentum quò cuncta doceres
Pro ſummo toleranda Deo, recteque perennem
Contemptu mortis ſibi quemque aſſumere vitam:
Sic completa ferens genitoris iuſſa, rediſti
F *Ad ſummi ſecreta poli, qua lucidus æther*
Pigra vetat proprio ſuccendere nubila cælo:
Atque vt certa foret pereuntis copia turbæ,
Quæ præcepta Dei miſerandis auribus arcet,
Nec noua defunctos iampridem iura tenerent:
Carceris inferni feralia, libera nobis,
Innumeramque iubes tenebris emergere plebem;
His tantum clauſis, quos impia vita notarit:

Et loca pœnarum venturis diuidis vmbris,
Quæ tibi non credant, vel quæ ſe credere fingant.
Sancte Deus ſummique Dei venerabile pignus,
Ad cuius nomen violenta morte fugatæ,
Pectoribus propriis alienaque pectora nactæ,
Exclamant, pallentque animæ, iuſſæque recedunt,
Sicut multa prius de te miracula produnt,
Cum terram cælumque inter ſuſpenſa tenentur,
A *Obſtricto per te quia nil permittitur hoſti.*
At nunc tu Dominum meritis, pietate parentem,
Imperio facilem, viuendi lege magiſtrum.
Edictiſque parem, quæ lex tibi condita ſancit:
Victorem lætúmque pares mihi Conſtantinum,
Hoc melius fœtu, terris nihil ante dediſti,
Nec dubis: exæquent vtinam ſua pignora patrem.

Verſus Papæ Damaſi in laude Pauli

S. DAMASI PONTIFICIS MAXIMI, ALIQVOT SANCTORVM ELOGIA.

De Pavlo Apostolo.

IAmdudum Saulus procerum præcepta ſecutus,
Cum Domini patrias vellet præponere leges,
Abnueret ſanctos Chriſtum laudaſſe prophetas,
Cædibus aſſiduis cuperet diſcerpere plebem,
Cùm laceraat ſanctæ matris pia fœdera cæcus,
Poſt tenebras verum meruit cognoſcere lumen.
Tentatus ſenſit, poſſit quid gloria Chriſti.
Auribus vt Domini vocem lucémque recepit,
Compoſuit mores, Chriſti præcepta ſecutus.
Mutatos poſtquam placuit de nomine Paulus;
Mira fides rerum! ſubitò trans æthera vectus,
Noſcere promeruit poſſint quid præmia vitæ.
Conſcendit raptus martyr penetralia Chriſti:
Tertia lux cæli tenuit Paradiſus euntem,
Colloquiis Domini fruitur, ſecretaque ſeruat
Gentibus & populis iuſſus prædicere vera;
Profundum penetrare maris, noctémque diemque
Viſere quum magnum ſatis eſt vixiſſe latentem.
Verbera, vincla, famem, lapides, rabiémque ferarũ;
Carceris illuuiem, virgas, tormenta, catenas,
Naufragium, lacrymas, Serpentis dira venena,
Stigmata non metuit portare in corpore Chriſti.
Credentes docuit, poſſent qui vincere mortem.
Dignus amore Dei viuit per ſecla magiſter.
Verſibus his breuiter fateor, ſanctiſſime doctor
Paule, tuos Damaſus volui monſtrare triumphos.

De Agnete Martyre.

Fama refert ſanctos dudum genuiſſe parentes
Augmentum lugubris cantus: tuba cùm crepuiſſet.
Nutricis gremium ſubitò liquiſſe puellam,
Sponte, truces calcaſſe minas rabiémque tyranni,
Vrere cum flammis voluiſſet nobile corpus.
Viribus immenſum paruis ſuperaſſe timorem:
Nudam perfuſos crines & membra dediſſe,
Ne Domini templum facies peritura videret.
O Agnes, verum decus, alma pudoris imago:
Vt Damaſi precibus faueas, precor, inclyta virgo.

De eadem.

Conſtantina, Deum venerans, Chriſtóque dicata,
Omnibus impenſis deuota mente paratis,
B *Numine diuino multùm Chriſtóque iuuante,* X.
Sacrauit templum victricis virginis Agnes.
Templorum quod vincit opus, terrenáque cuncta:
Aurea nam rutilant ſummi faſtigia tecti,
Nomen enim Chriſti celebratur ſedibus iſtis,
Tartaream ſolus potuit qui vincere mortem,
Inuictum ſolus cælis inferre triumphum.
Dignum Agnes munus, martyr deuotáque Chriſto.
Ex opibus noſtris per ſæcula longa tenebris,
O felix virgo, memorandi nominis Agnes!

De Andrea Apoſtolo.

C *Decus ſacrati nominis,*
Vitámque nomine exprimens:
Hoc te decorum prædicat,
Crucis beatæ gloria.
Andrea Chriſti Apoſtole,
Hoc ipſo iam vocabulo:
Signaris iſto nomine,
Decôrus idem myſticè.
Quem crux ad alta prouehit,
Crux quem beata diligit;
Cui Crux amara præparat
D *Lucis futuræ gaudia*
In te Crucis myſterium
Cluit gemello ſtigmate,
Dum probra vincis per Crucem,
Crucíſque pandis ſanguinem.
Iam nos fouèto languidos,
Curámque noſtri ſuſcipe,
Quo per Crucis victoriam
Cæli petamus patriam. X.

De Agatha martyre.

Martyris ecce dies Agathæ,
Virginis emicat eximiæ,
E *Chriſtus eam ſibi qua ſociat,*
Et diadema duplex decorat.
Stirpe decens, elegans ſpecie,
Sed magis actibus atque fide:
Terrea proſpera nil reputans,
Iuſſa Dei ſibi corde ligans.
Fortior hæc, trucibúſque, viris,
Expoſuit ſua membra flagris,

Pectore

Pectore quàm fuerit valido,
Torta mamilla docet patulo.
Deliciæ cui carcer erat,
Paſtor ouem Petrus hanc recreat:
Lætior inde magiſque flagrans,
Cuncta flagella cucurrit ouans.
Ethnica turba rogum fugiens,
Huius & ipſa meretur opem,
Quos fides titulus decorat,
His Venerem magis ipſa premat.
Iam renidens quaſi ſponſa polo,
Pro miſero rogita Damaſo:
Sic ſua feſta coli faciat,
Se celebrantibus vt faueat.

De Felice.

Corpore, mente, animo pariter te nomine Felix
Sanctorum in numero Chriſti ſacrate triumphis,
Qui ad te ſollicitè venientibus omnia præſtas,
Nec quemquam pateris triſtem repedare viantem
Te duce ſeruatus, mortis quod vincula rupi,
Verſibus his Damaſus ſupplex tibi vota rependo.

DE NOMINE IESV.

In rebus tantis trina coniunctio mund I
Erigit humanum ſenſum, laudare venuſt E
Sola ſalus nobis, & mundi ſumma poteſta S
Venit peccati nodum diſſoluere fruct V
Summa ſalus cunctis nituit per ſecula terri S.

De eodem.

Iure pari regnat, communis conditor æu I
Et cum patre pia regnat ſublimis in arc E
Sidereo ſanctis inſidit numine regni S
Vnde mare & terras ſolo videt omnia nut V
Suggerit humanis & donat munera rebu S.

A

De Chriſto.

Chriſte potens rerum, redeuntis conditor æui,
Vox ſummi ſenſuſque Dei quem fundit ab alta
Mente pater, tantique dedit conſortia regni,
Impia tu noſtræ domuiſti crimina vitæ,
Paſſus corporea mundum veſtire figura,
Affarique palam populos, hominémque fateri
Quem verbo incluſum Mariæ, mox numine viſo
Virginei tumuère ſinus, innuptáque mater
Arcano obſtupuit compleri viſcera partu,
Auctorem paritura ſuum: mortalia corda
B *Artificem texère poli: mundique repertor,*
Pars fuit humani generis, latuitque ſub imo
Pectore, qui totum latè complectitur orbem:
Et qui non ſpatiis terræ, non æquoris vndis,
Nec capitur cælo, paruos confluxit in artus.
Quin & ſupplicij nomen nexúſque ſubiſti,
Vt nos ſurriperet letho, mortemque fugares,
Morte tua: mors æthereas euectus in auras,
Purgata reparans lætum te luce, parentem
Auguſtum foueas: feſtis vt ſæpe diebus
C *Annua ſinceri celebret ieiunia ſacri.*

De Aſcenſione Chriſti.

Ad ſedem propriam Deus exule morte reſurgit,
Vt vitam doceat credentibus eſſe futuram,
Angelus hoc verbũ cecinit, quod vterque reportans
Sic venturus erit, ſic Chriſtum credere fas eſt.

De cognomentis Saluatoris.

Spes, & vita, ſalus, ratio, ſapientia, lumen,
D *Iudex, porta, gigas, rex, gemma, propheta, ſacerdos,*
Meſſias, Zebaoth, Rabbi, ſponſus, mediator,
Virga, columna, manus, petra, filius, Emanuélque,
Vinea, paſtor, ouis, pax, radix, vitis, oliua,
Fons, paries, agnus, vitulus, leo, propiciator,
Verbũ, homo, rete, lapis, dom⁹, omnia Chriſt⁹ Ieſus.

S. COLVMBANI ABBATIS

Verſus S. Columbani ad amicum.

Cantica... ms. Eccleſiæ Paris.

EPISTOLA IN QVA DETESTATVR AVARITIAM.

COLVMBANVS HYBERNVS HVNALDO DISCIPVLO.

SVſcipe quæſo libens, & perlege mente ſerena
Dicta Columbani, fida te voce monentis:
Quæ licet ornatu careant ſermonis honeſti,
Vota tamen mentiſque pie teſtantur amorem.
Viue Deo fidens, Chriſti præcepta ſequendo,
Dum modò vita manet, dum tempora certa ſalutis.
Tempus & hora volat, momentis labitur ætas.
Deſpice, quæ pereunt, fugitiuæ gaudia vitæ.
Non fragiles ſcelleris opes & inania lucra.
Nec te ſollicitet circumflua copia rerum.
Sint tibi diuitiæ diuinæ dogmata legis,
Sanctorúmque patrum caſtæ moderamina vitæ,

A *Omnia quæ dociles ſcripſerunt ante magiſtri,*
Vel quæ doctiloqui cecinerunt carmine vates:
Has cape diuitias, ſemper contemne caducas,
In mentémque tibi veniat tremebunda ſenectus,
Quam gelidæ tandem ſequitur violentia mortis.
Vltima iam ſapiens meditatur tempora vitæ,
Torpentes ſenio vires, morbóſque frequentes,
Incertúmque diem lethi, certóſque dolores.
Multa ſenem fragilis vexant incommoda carnis,
Nam macie turpi tabeſcunt languida membra,
Tunc genuum iunctura riget, venaſque per omnes
Illius in toto frigeſcit corpore ſanguis.
Sic baculo nitens, artus ſuſtentat inertes.
Quid triſtes memorem gemitus? quid tædia mentis?
Somnus abeſt oculis, illum ſonus excitet omnis.

Quid tunc argenti, fului quid proderit auri
Improba congeries, multos collecta per annos?
Munera quid procerum? ditis quid prandia menſæ?
Quid meminiſſe iuuat tranſactæ gaudia vitæ,
Venerit extremi tandem cum terminus æui?
Hæc dum vita volat, vigilique mente retractat,
Spernit auaritiam, vanóſque refutat honores.
Quid modò terrenis mentes intendere curis,
Mortales cupiunt? quid turpia lucra ſequuntur?
Semper auarus eget nummo, teſtante poëta.
Creſcit amor nummi quantum iſta pecunia creſcit,
Indiget inter opes nec habet, quod habere videtur,
Ille domi ſolus nummos abſcondit in arca,
Diuitias cumulans, dum ſeſe neſcit amare,
Plus amat hæredem, ſeruat cui cuncta fidelis.
O nimium felix, parcus cui ſufficit vſus,
Corporis vt curam moderamine temperet æquo,
Non miſera capitur cæcáque cupidine rerum,
Nec maiora cupit, quàm quæ natura repoſcit;
Non lucri cupidus nummis marſupia replet,
Nec molles cumulat tinearum ad pabula veſtes,
Paſcere non pingui procurat fruge caballos,
Nec trepido tales voluit ſub pectore curas,
Ne ſubitis pereat collecta pecunia flammis,
Aut fracta nummos rapiat fur improbus arca.

A Viuitur argento ſine, iam ſine viuitur auro;
Nudi naſcuntur, nudos quos terra receptat;
Diuitibus nigri reſerantur limina ditis,
Pauperibúſque piis cæleſtia regna pateſcunt.
Temnere diuitias monuit ſaluator auaros,
Quiſquis amat Chriſtum, ſequitur veſtigia Chriſti,
Nam breuis & fragilis moriſuræ gloria carnis
Quicquid habet, rapidi velox fuga temporis aufert.
Pulcrè veridici cecinit vox talia vatis
Tempora dinumerans, æui vitæque caducæ.
B Omnia tempus agit, cum tempore cuncta trahuntur,
Alternant elementa vices & tempora mutant.
Accipiunt augmenta dies, noctéſque viciſſim.
Tempora ſunt florum, retinet ſua tempora meſſis,
Sic iterum ſpiſſo veſtitur gramine campus.
Tempora gaudendi, ſunt tempora certa dolendi,
Tempora ſunt vitæ, ſunt triſtia tempora mortis,
Omnia dat, tollit, minuitque volatile tempus.
Ver, æſtas, autumnus, hiems, redit annus in annum;
Omnia cùm redeant, homini ſua non redit ætas,
C Hanc ſapiens omni ſemper reminiſcitur hora,
Atque domum luctus epulis præponit opimis.
Vltima nunc humili concludam verba precatu;
Sis memor ipſe mei verſus cum legeris iſtos,
Tempora ſic habeas optata longa ſenectæ.

AVTHORIS INCERTI DE BEBIANI BAPTISMO, ET VXORIS APRÆ OBITV.

O Vir beatus, cui remiſſa iniquitas,
Nec imputata eſt pigra credēdi mora,
Operúmque caſſa contulit vitam fides:
En iſte celſi quem ſub auro culminis
Pictura veris exprimit miraculis,
Clarus ſuperbo veriorum nomine
Et conſulari Bebianus ſanguine,
Ipſe eſt potentis larga Chriſti gratia;
Prius iſte captus vinculis mortalibus,
Opes & inter ſæculi, pauper Deo,
Vitam vt peractis blandientem copiis
Mortalitatis immemor cucurrerat,
Vt ſe ſubacto ſine mortalem videt,
Feſſo benignum quærit aſpectu Deum.
Statimque Chriſtum illuminatus inuenit:
Veniam precatur, & ſacerdotum pedes
Supplex adorat, ipſe culpator ſui,
Negánſque dignum, gratia dignum facit;
Vouétque vitam ſi ſuperſit, integram,
Et obire gaudet, ſi renatus oppetat.
Credidit oranti, & ſitientem flumina vitæ;
Præcinctus puro perfudit Epiſcopus amne:
Quo peragente pios ſolito mox ordine ritus,
Et diuale ſacrum libans, & chriſmate fragrans,
Attonitum mira ſe maieſtate fatetur.
Sed quis odor, quærit, quem ſentiat in ſua labi
Pectora, prædulci medicantem nectare fibras?
Sedula tunc coniux omen de nomine Chriſti
Vnguentum ſpirare docet, ſpondétque ſacerdos
Et monet, vt longi ſpatium ſibi poſtulet æui.

A Ille Dei iam totus, ad hæc, ſatis hoc mihi donum
Quo potior: nunc mors lucrū mihi, vitáque Chriſtus;
Ecce per æternum terris data gratia Chriſtum.
Hic eſt ille latro felix, qui ſine ſub ipſo
Confeſſus Chriſtum, in ruit reus aſtra fidelis:
Hic donatus abit ſolida mercede diei,
Serus ab vndecima iam mercenarius hora.
Ergo vt ſanctifica nituit renouatus ab vnda;
Ipſe graues artus in mollia fulcra refuſus,
Vnanimem alloquitur recreato corde iugalem:
Ætatis ſpatium luſtra nouem mihi,
B Annum vita ſuper ducere cœperat,
Felix vnanimo coniugio mihi
Dulcis pignoribus clara & honoribus;
Et nunc mortificis eluta ſordibus,
Sancto ſine pium tranſmeat in Deum;
Hæc ad verba piis ſodula fletibus,
Coniux, oret adhuc, viuere ſupplicat.
Tunc ille; ô mulier neſcia quid petas,
Iam ſcis an valeam viuere tam piè,
Vt tanti maneam muneris integer?
C Et quid vita iuuat, qua moritur ſalus?
Hæc vt fortis ait, toruum oculis micans,
Et cælum ſtupidè ſuſpiciens ait:
Flammantem video luminis ambitum;
In quem nulla venit femina circulum,
O felix cui adhuc corporeo datum
Æterni ſpeciem cernere ſeculi,
In quo connubij nulla neceſſitas;
Sexus perpetuis corporibus perit!

Rurſus vt hæc dixit, ſubita quaſi morte ſolutus,
Exanguem porrecta trahit per membra rigorem.
At trepida & viſis exterrita talibus vxor,
Soluitur in ſpeciem lethi, iam muta trementes
Tendit in ora manus; membriſque intenta, lacertis,
Pendit in exanimum pallentior ipſa maritum.
Ipſa fidem mortis ſuadet mora: namque bis acto
Orbe, duplex reuoluta dies, bis veſpera clauſa eſt,
Mortales oculos dum fallit mortis imago.
Ille autem angelicis manibus per nubila raptus,
Liquerat hoſpitium repetendi corporis & tunc
Ætherij ſecreta poli, ſedéſque beatas
Expectat monſtrante Deo, dignatáque Chriſto
Mens pia, dum fletur terris, gaudebat in aſtris,
Hoc vnum tantum mœrens quòd adhuc remearet.
Ex curſu medio redit, vt conſpecta referret,
Firmarétque fidem dubitantum viuere functos.
Vtque redux membris admotæ coniugis ora
Vidit pollicitus quiddam mirabile ſeſe
Dicturum, in lucem ſua diſtulit orſa ſequentem.
Ergo dies primos vbi craſtina fulſit in ortus,
Mane nouo ſacris (aderat nam fortè ſacerdos)
Fungitur, vtque pio geſſit ſolemnia cultu,
Suſpiciens cælum, ille manus diſpandit, & in ſe
Brachia conſtringens quaſi quædam munera cælo
Miſſa auido premit amplexu, meáne omnia sũt hæc?
Percunctans, cuncti dictis ſtupuère, rogántque
Quidnam conſpiciat clauſum? mortalibus ille,
πάντα καλῶς *inquit, patriarcham ſæpius Iſaac*
Commemorans, Græce [illegible]
Horreſcens veneránſque refert, vtque angelus illũ
Suſtulerit per inane vehens, vt millia multa
Viderit Angelicis mixta magniſque cateruis,
Regnantémq; Deũ ſuper omnia cũ Patre Chriſtum.
Narrat & æternam portis gemmantibus vrbem,
A *Narrat & ætherij cæleſte nemus paradiſi.*
Inter & hæc dextram ſecreta in pectora miſit
Coniugis, hoc dicens: Vnum ſumus ambo & idẽ illud
Ingeminans, ſancto placidam ſic ordine complens
Finem euãgelico vitam in ſermone refudit.
Et nunc ille Deo fruitur curámque beatæ,
Coniugis æterno vinctus amore tenet.
Attamen vnius rapuit ſolatia nati,
Impatiens tota prole carere pater.
Sed poſtquam iuſto tua tempora clauſeris æuo
Edoctis genitrix inclita pignoribus:
Tunc puer ille tuus florentem luce coronam
B *Præditus occurret cum genitore tibi:*
Quo comite aduenìens tibi lætus ab æthere coniunx,
Dextram cum blandis porriget alloquiis:
Tempus adeſt, curis iam ſoluere, ſoluere membris
Vixiſti natis, nunc redhibere mihi.
Iam non coniugium nobis mortale, vt in ægris
Ante dedit breuitas inuida corporibus:
Quod nobis tenus fructu rapida abſtulit ætas,
Orbibus accumulans vix duo luſtra tribus.
Nam tua viginti luſtro cumulauerat annos,
Præceſſit curſus cum mea vita tuos.
C *At mihi bis decies maior te fluxerat ætas,*
Sed tamen æquæuas fecerat vnus amor.
Nunc meliore iugo ſtabiles, & in ore piorum,
Aurea viuemus ſecula rege Deo.
Surge virum natúmque ſequens: patet ecce ſereni
Porta poli, meritis angelus ante volans,
Ipſe pia de nube manum Deus exuret, & te
In cælum dextra ſollicitante vocat.
Felix Apra cui licuit terráque polóque,
Coniugis vnicubæ iuge tenere bonum:
Quo terris tibi clarus honor ſub nomine eodem
In cælis etiam gloria perpes erit.

D. FVLBERTI CARNOTENSIS
EPISCOPI, IN DIE PASCHATIS.

CHorus nouæ Hieruſalem
Nouam meli dulcedinem
Promat, colens cum ſobriis
Paſchale feſtum gaudiis.
Quo Chriſtus, inuictus Deo;
Dracone ſurgens obruto
Dum voce viua perſonat,
A morte functos excitat.
Quam deuorârat improbus,
Prædam refudit tartarus:
A *Captiuitate libera*
Ieſum ſequuntur agmina.
Triumphat ille ſplendidè
Præcelſus amplitudine,
Soli polique patriam
Vnam facit rempublicam.
Ipſum canendo ſupplices,
Regem precemur milites,
Vt in ſuo clariſſimo
Nos ordinet palatio.

DE MOSIS CANTICO; POEMA,
AVTHORIS INCERTI.

CAntemus Domino, Deóque noſtro,
Cui ſit gloria, cui honórque pollens.
Seſe magnificis decôrat actis,
Dum currus céleres Ægyptiorum
Rubri marmoris enecat fluentis.
Adiutor validus meæ iuuentæ,
A *Cuſtos, & genitor, ſalúſque vera.*
Ipſum conſpicua ſacrabo laude,
Ipſum vocibus arduis fatebor.
Dignus nomine quod Deus vocatur
Plebem de medio tulit profundo,
Hic eſt, hic Dominus potens & vltor.

Hic eſt progenitor mei parentis
Qui bellum, tulit obruitque fortes.

DE NATIVITATE CHRISTI, AVTHORIS INCERTI.

NVncium vobis fero de ſupernis,
Natus eſt Chriſtus, dominator orbis
In Bethleem Iudæ, veluti propheta
Dixerat antè.
Hunc canit læthus chorus Angelorum,
Stella declarat, veniunt Eoi
Principes, dignum celebrare cultum
Myſtica dona.
Thus Deo, myrram trocleten humando,
Bracteas regi chryſe is tulère,
Dum colunt vnum meminère trino
Tres dare terna.

DE DIE PASCHATIS. AVTHORIS INCERTI.

VIta ſanctorum decus Angelorum,
Vita cunctorum pariter piorum
Chriſte, qui mortis moriens miniſtrum
Exuperaſti.
Tu tuo lætos famulos trophæo,
Nunc in his ſerua placidus diebus,
In quibus ſacrum celebratur omnem
Paſcha per orbem.
Paſcha quo victor rediens ab imo,
Atque cum multis aliis reſurgens,
Ipſe ſuſceptum ſuper altæ carnem
Aſtra leuaſti.

A *Nunc in excelſis Dominus refulgens,*
Et ſupra cælos Deus eleuatus,
Inde venturus homo iudicatus,
Denuo iudex.
Corda tu ſurſum modo noſtra tolle,
Quo patri dexter reſidens in alto,
Ne reſurgentes facias in alto,
Præcipitari.
Hoc pater tecum, hoc idem ſacratus
Præſtet amborum pie Chriſte flatus,
Cum quibus regnas Deus vnus omni
B *Iugiter æuo,*

IN DIE ASCENSIONIS, AVTHORIS INCERTI.

FEſtum nunc celebre, magnáque gaudia,
Compellunt animos carmina promere
Cum Chriſtus ſolium ſcandit ad arduum
Cælorum pius arbiter.
Conſcendit iubilans lætus ad æthera,
C *Sanctorum populus prædicat inclytum,*
Concinit pariter angelicus chorus
Victoris boni gloriam.
Qui ſcandens ſuperos vincula vinxerat,
Donans terrigenis munera plurima,
Diſtrictus rediens arbiter omnium
Qui mitis modo tranſiit.
Oramus Domine, conditor inclyte,
Deuotos famulos reſpice protegens,
Ne nos liuor edax dæmonis obruat,
Demergat vel in inferos.
D *Vt cum flammiuoma nube reuerteris,*
Occulta hominum pandere iudicans,
Ne des ſupplicia horrida noxiis,
Sed iuſtis bona præmia.

D. THEODVLPHI AVRELIANENSIS EPISCOPI; VERSVS IN FRONTE BIBLIORVM QVÆ IPSE DESCRIBI FECIT.

QVicquid ab Hebræo ſtilus Atticus, atque Latinus A
Sumpſit, in hoc totum Codice lector habes.
Quo loca prima tenent Geneſis primordia Mundi,
Diluuiúmque canens, geſtáque magna patrum.
Exodus Ægyptum ſpoliat, ſecat æquora rubra:
Pandit iter eremi lympha ibi, léxque datur.
Inde ſacerdotum gentem Leuiticus ornat;
Et typica exponit dona ſacris typicis.
Bella viróſque liber Numeri deſcribit & actus:
Queis fregit Moyſes Idola, ſceptra, duces.
Poſt repetit legem, populo benedicit, & alma
Iura dat; ac dicto carmine victor obit.
Diuidit hinc proprio terram Nauegius Heros,
Libra, delectis vrbibus atque locis.
Pridem Iudicibus quis & ordo cucurrit & actus,
A *Continuante ſtylo, concinit inde ſequens.*
Móxque ſedent quæ Ruth Moabitis fœmina geſſit,
Clara piis meritis, clara nepote pio.
Pſalmicanique actus, & iniqui geſta Saülis,
Prima ſequénſque liber hinc Samuelis, habes,
Tertius & quartus; Malachim queis nomē inhæſit,
Regum Hebræorum ex ordine geſta canunt.
Hinc ſedet Eſaias, Chriſtum de Virgine naſci
Qui canit, & gentes ad pia iura vocat.
B *Hunc prope Hieremias qui virgā Ollámque tuetur,*
Ordine quadruplici flebile texit opus.
Partibus Ezechiel ſummis obſcurus & imis
Hinc eſt, ſtirpsqui hominis more vocatur Heri.
Poſt duodenus ineſt Vatum pius ordo minorum,
Longè aliud ſignans quàm ſua verba ſonent.
Nā Mæchā & prolē & Ioſeph, creber intonat Oſe,
Samariam Effraim, Ieſdrahel & viduam.
Hinc Iohel, euerſum priùs atris cladibus Orbem,

Flaminis aduentum concinit inde pij.
Quattuoréque tribus probris regna increpat Amos
Se & vidiſſe boat myſtica plura ſatis.
Percutit Abdias Edom almi cuſpide verbi,
Æmulus & fratris illius ore ruit.
Naufragio Ionæ ſignatur Paſſio Chriſti,
Niniuis & vitam nomine Mundus habet.
Filia latronis vaſtatur famine Michæ,
Quod Ducis Iſraël læſerit illa genas.
Voce Naum pulſat conſtanti ſanguinis vrbem,
Pacicanoſque boat montis in arce pedes.
Abbacuc interno in cruce Chriſtum ſpectat ocello,
Cornibus his vis eſt, eius operta tonat.
Promit Sophonias à porta & colle quod audit,
Plangòrem indigenis fert quoque pila tuis.
Aggeus inſtaurat templum; celſúmque Tonantem,
Moturum cecinit æquora, rura, polum.
Myſtica Zacharias poſtquam videt ordine plura,
Seſſorem dominum dicit, Aſelle, tuum.
Munera Malachias Populi inquit abacta prioris,
Agmina cúmque ſuis gentium amata Deo.
Iob quoque verba tenens cum geſtis inde libellus
Ponitur, hic paruus pondera magna vehit.
Mox dulcis dulcem depromit cantio Chriſtum,
Pſalmorum lyrici quos ſtatuêre pedes.
Protinus hinc reſident iuncti tres ordine libri,
Cui nomen Salomon ſiue Cohelet ineſt.
Alloquitur primus ſub prolis nomine cunctos,
Corrigit & mores, Ethica, lege tua.
Omnia vana canit rutilo ſub ſole, ſecundus,
Cui res eſt phyſicas enumerare labor.
Tertius, Eccleſiæ thalamum Chriſtique perornat;
Rebus & in Logicis vertitur eius opus.
Inde Philoſtoricus Daniel eſt totius Orbis,
Omnia qui lapidem frangere regna canit.
Hinc duo ponuntur quis nomen verba dierum eſt,
Promere ſiue labor geſta genúſque ducum.
Ponitur hinc Heſdras, legem templúmq; reformãs,
Et reditum Iſraël ad ſua rura canit;
Eccleſiæque typum referens mox ſcribitur Heſter,
Quæ plebi extorri lauſque decuſque fuit.
Poſt liber eſt poſitus cui dat Sapientia nomen,
Quod Chriſti aduentus morſque pateſcit ibi.
Protinus aptatur liber Eccleſiaſticus iſtic,
Quo pia iura ſonant lauſque beata patrum.
Hinc pia pauperies pietas & opima, beato
Eſt Tobi libro rite notata tuo.
Scribitur inſignis Iudit mox fœmina facti:
Inceſtus cecidit qua feriente furor.
Hinc gemini libri ponuntur Machabæorum,
Geſta quibus fratrum quatuor alma ſedent.
Promit aperta nouæ Chriſtũ hinc, hinc Buccina legis
Tegmine hinc typico prompſit operta vetus.
Matthæus, Marcus, Lucas, ſanctuſque Ioannes,
Vox tonat hunc horum quatuor vna ſimul.
Primus ab humana quia cæpit promere gente,
Humani formam ſtemmatis inde vehit,
Auia terribili perſtringit voce ſecundus,
Scribitur & ſpecies inde leonis ei.
Eſtque ſacerdotij quia rebus tertius orſus,
Forma iuuencalis hinc ſibi ritè datur.
At quia verborum pinnis ſuper æthera quartus,

A Hinc Aquilæ ſpeciem celſa petentis habet.
Quattuor atque decem hos Pauli ſcripta ſequũtur,
Quæ Orbi miſit ouis, qui lupus ante fuit.
Romulidas reuocat à legis pondere prima,
Atque Euangelicam cenſet habere fidem.
Arcades in lectos diuerſo errore ſecunda,
Ad veram ſcriptis conuocat alma fidem.
Pœnituiſſe places, ſolatur tertia eoſdem,
Laudanſque hortatur ad meliora ſimul.
Ad fidei Galatas deducit quarta vigorem;
B Qua ſpreta pronos grande premebat onus.
Quinta Epheſi populos venerandis laudibus effert,
Quod ſanctum haudquaquam deſeruere fidem.
Sexta Philippenſes ſolatur, laudat & ornat,
Conſtanter fidei quod tenuere decus.
Mòxque Coloſſenſes præuentos ſeptima, falſis
Vatibus inſtituit, corrigit atque docet.
Theſſala quam genuit fauet hinc octaua cateruæ,
Tempora quòd cùm eſſent nubila firma ſtetit.
Extima queis etiam etiam prædicit tempora nona;
Quò ve ſit atra lues deuicienda modo.
C Ad decimæ textus Timotheum informat & aptat,
Eccleſiæ in rebus. ordinibúſque ſacris.
Temporis vndecima ſupremi probra canuntur,
Inſtruitúrque vtis omnibus ille bonis.
Inſtruit inde Titum; decimæ ſubiuncta ſecunda,
Quo vitet hæreſes, Presbyter eſſe queat.
Tertia poſt decimam, pia dat tibi verba Filemon,
Quæ Roma vinctus miſit ab vrbe Pater,
Vltima per legis vatúmque oracula, Chriſtum
Hebræis prolem prædicat eſſe Dei.
D His ſunt, Canonicæ ſubiunctæ ex ordine ſeptem
Paginæ, Apoſtolico quas capit ore ſtylus.
Scilicet vna pij Iacobi, Petrique gemellæ,
Sunt tres Ioannis; vna ibi, Iuda, tua eſt:
Compléntque Eccleſiam generali dogmate totam,
Inſtituúntque fidem, iuſque ſalutis habent.
Hinc ad Apoſtolicos quos Lucas protulit Actus,
It ſtilus Eccleſiæ; qui noua geſta canunt.
Viſio ſancta libros, quæ ſancto viſa Ioanno eſt,
Claudit, & arcano limite ſignat eos.
E Hoc teſtamenti veteriſque nouique ſub vno
Calle patens biuium, ducit ad alta poli.
Hic cibus æterno ſatiat præcordia paſtu;
Iuſtitiæque famem quo mage habetur, alit.
Hic paradiſigeno veniens de gurgite potus;
Quem, quo plus quis adit, plus ſitit omne bonum.
Hæc tuba terribilis mugit per compita Mundi,
Mittit terrigenum ad cælica regna decus.
Hæc lux horrendas errorum decutit vmbras,
Qua retinent mentis te via, tecta, pedes.
F Sunt hic iura Dei tenebris nudantia Mundum,
Splendidiora Aſtris, candidiora niue.
Iuſta iubent, iniuſta vetant, mala cuncta reſidunt;
Virtutes gignunt, probra fugant vitia.
Lex pretioſa Dei eſt; quid enim pretioſius illa,
Quam dat fons vitæ, lux & origo boni?
Eſt doctrina potens, ſuperanſque ſcientia cunctas,
Cui valet æquari, nulla ſub axe poli:
Cui ſi quam cupias ſenſu conferre vel arte,
Vt cælo tellus, hæc ita cedet ei
Quicquid in ingenuis mundana diſcitur arte,

Artibus, hic currit liberiore via.
Quòd ratione viget, vel quicquid amatur in illis:
Hoc à fonte meat, huius ab amne fluit.
Cumque has in cunctis vincat fandi ordine, vincit,
Quod ſermone vno multa notando docet:
Verborum atque vnum non mutans tramite callem,
Sic plures vnus res bene ſermo tonat.
Sic narrat textum, tamen vt myſteria prodat;
Maiora inſinuat dum modo magna canit.
Magnáque ſic paruis componit paruula magnis,
Actum vt per vilem, tu pretioſa ſones,
In re præterita monſtrat narrando futura;
Hæc referens, miro prædicat illa modo.
Acta ita deſcribit vt agendi conferat Artem,
Iure ceu facta, te facienda monet.
Pondere de rerum taceo: quis ſingula fando,
Expediet; decus hoc queis cluit atque viget?
Quæ, non clauſa metum, faſtidia non dat aperta:
Non hic deterret, non ibi vilis ineſt.
Hic ſpes quærit eam, tenet illic prompta facultas,
Quo latet, exercet, quo patet, iſta cibat:
Fortium in obſcuris exercet prælia dictis,
Te ſermone humili paruula turba fouet.
Fortibus es panis, puſillis lacteus humor:
Hos ſolidis dapibus, hos ope lactis alis.
Curat more meri, ritu demulcet oliui:
Multimodo affatu ſic datur vna ſalus,
Hac etiam aſſidue faſtidia derogat vſu,
Quóque magis capitur quæritur inde magis.
Pluraque cum ſoleant meditatu horreſcere grandi:
Huius amor, quò plus hæc meditatur, adeſt.
Adiuuat hæc animum, humili ſermone legentis;
Senſibus & celſis ad potiora leuat.
Nam ſe Lectorum rudium bene noſſe caterua,
Hanc ratur, at doctis hæc noua ſemper ineſt.
Quid quod ad æthereas populi vocat agmina ſedes,
Et vita ad ſociat non peritura cibis?
Qua mundanus amor refugit, creſcitque ſupernus,
Vertit & ad melius corda legentis opus.
Adde quod exemplis, mundanos inſtruit actus,
Et via conſiliis hac tribuente patet
Scilicet vt quiſquam, didicit dum geſta priorum,
Quid vitare queat, quidve ſequatur habet.
Erudit externis proprios ſic actibus actus,
Nónque ſuis ſua ſit dicta vel acta regit.
Singula quis referat? numero tranſcendit arenam,
Et pluuiæ guttas, Legis opimus honos.
Cui qui lecturum totis te viſibus addis,
Quiſquis es, intenta poſcito mente Deum.
Vt tua clementer cum hoc nectare corda reuiſat,
Cúmque hoc inhabitet pectoris antra tui.
Hac veniente, tuæ pandatur ianua mentis,
Qua nitidante, omni ſorde carere queas.
Hoſpitium quo præſtet ei qui condidit illam,
Cum lege hanc adeat legis & ipſe dator.
Non te peruadat faſtus, non gloria fallax,
Non vanæ aut vacuæ ſit tibi laudis amor.
Spiritus effugiet ſanctus fera pectora fictis,
Nec habitator adit corpora preſſa malis.
Sit tibi mens humilis, cor prudens, actio munda,
Sit florens ſtudium, ſit pietatis opus.
Crebra ſit in ſancta ſibimet meditatio lege,

A *Inſtato monitis, nocte diéque ſuis.*
Hanc gere corde, manu; proprio non deſit ab ore:
Túque aliorum actus, corrigat illa, tuos.
Hæc in parte thori ſedeat, hanc lumina cernant,
Hanc colla, hæc genua, hæc brachia curua vehãt,
Ad caput hæc ſedeas, ſolito dum tempore ſtertis,
Dúmque fugit ſomnus, ſe petat illa celer.
Nec ſolum, vt doctus; ſed & vt ſis iuſtus, amato:
Eminet vnum alio, cum ſit vtrumque bonum.
Nam tibi cunctipotens actus non verba requiret,
Illi in vtroque tamen ipſe placere vales.
B *Diſce legens, adſueſce frequens, facienda doceto,*
Sitque tibi hic trames, Legis in arte piæ:
Quatenus erudiat mentem tibi lectio crebra,
Détque tuis pulchram ſenſibus illa viam.
Ne citò labatur, vires ſibi colligat vſu:
Lectio crebra tenet, mens quod acuta capit.
Semita ſic cæſo dumoſæ robore ſiluæ,
Dum teritur, crebro ſit via lata pede.
Sancta ferant ſanctis verbis exempla vigorem:
Quæ canis & facito, quæ facis ipſa caue.
Non verbis actus, non illis verba repugnent:
Nobile par tecum currat vtrumque ſimul.
C *Quod bene mente capis, humili ſermone profare,*
Ne faſtu amittas, quod ſtudioſus habet.
Plura referre mora eſt: in paucis collige multa,
Lector, cui fuluum mentis acumen ineſt.
Semine ſic meſſor prouiſo, plurima, paruo,
Grana vehit; voto fertiliore cluens.
Dúmque opus id cernis, relegis dum carmina noſtra,
THEODVLPHI *clemens ſis memor, ore, vale.*

Diſtichon.

D *Viue Deo felix per plurima tempora lector,*
THEODVLPHI *nec ſis immemor, oro tui.*

Aliud.

Finis adeſt operis quibus eſt peragẽtibus actum:
Sit pax, vita, ſalus, & tibi, Lector, aue.

Hæc infra poſt verſi vt mihi poſt mortem.

Theodulphi Verſus præfixi breui Chronico quod Biblii adiectum fuit.

Codicis huius opus ſtruxit Theodulphus amore
E *Illius, hic cuius lex benedicta tonat.*
Nam foris hoc gemmis, auro ſplendeſcit & oſtro,
Splendidiere tamen intus honore micat.
Quo poſt Catholicæ veneranda volumina Legis,
Parua tenet modicum ſcriptio cerne locum.
Scilicet initio ſumens exordia ab ipſo,
Per Patrum Regum nomina texit opus.
Et notat annorum numerum, notat ordine regna,
Heracli princeps, tempus adúſque tuum.
Geſtáque dat paucis reminiſci plurima verbis,
F *Sic modico in nutu grande notatur opus.*
Hinc ad aperta ſedent Hebrææ nomina linguæ,
Quæ ſacræ Legis inclytus vſus habet.
Attica poſt reſident, fidei, quæ ſacra vetuſtas
Contulit Eccleſiæ, queis vocitantur opes.
Conficitur Latio de nomine ſilaula parua,
Quæ magni fractus pondera digna vehit.
Corpore ſub paruo myſteria magna retentant,
Hæres quas limes Codicis huius habet.

His fluuium Legis poterit luſtrare lucernis,
Quærere qui piſces legis in amne cupit.
Retibus his poterit pretioſam prèndere prædam,
Ars eſt cui in ſancta quærere lege cibum.
Non has, lector ouans, quaſi quædam vilia temne:
Nilis rem pulcram capſa tenere ſolet.
Ferrea nam clauis de vili facta metallo,
Argenti atque auri dat penetrare locum.
Quæque eſt ſeruantis ſeu ſarcina parua ferenti,
Quo grauis eſt pretij ſarcina, monſtrat iter.
Nec tibi diſpliceant quoniam ſunt corpore parua,
Tegmine ſub paruo pondera magna latent.
Nam modicis clauis grandis ſtructura tenetur,
Marculus & paruus magna metalla polit.
Sic ſegetes magnæ naſcuntur ſemine paruo,
Pondus & arboreum germine déque leui,
Obſtruſa aperiunt panduntque latentia; plura,
Paruaque velamen virgula grande leuat.
Quoſque tenent flores librorum grandia prata,
En ſimul hic calatus dat tibi; pande manum.
Vtere ſeu felix vt ſis felicior ipſe,
Cum tua perpetuas vita capeſſet opes.
Et memor eſſe mei dignàre per omnia, quæſo,
Dum legis & relegis, dúmque adis iſtud opus.
Dúmque adis iſtud opus quod condidit actio noſtra,
Mercedem ſtudij tu mihi redde mei.
Hanc rogo mercedem, pro me depoſce Tonantem,
Vt mihi det veniam, ſeu pius addat opem.
Noxia depellat, concedat proſpera quæque,
Participem & faciat vita beata tibi:
Componat mores, firmet ſpem, corrigat actus,
Atque animæ adueniat, hoc tribuente, ſalus.
Atque ita me clemens peccamine purget ab omni,
Vt mihi poſt mortem, det ſuper aſtra locum.
Cœtibus Angelicis & iungat, munere cuius,
Terrea progenies ſcandit ad aſtra poli.

A Eiuſdem S. Theodulphi Hymnus, In die Palmarum.

GLoria, laus, & honor, tibi ſit rex Chriſte redẽpt.
Cui puerile decus promp ſit Oſanna pium.
Iſraël es tu, Dauidis & inclyta proles,
Nomine qui in Domini rex benedicte venit.
Cœtus in excelſis te laudat cælicus omnis,
Et mortalis homo, & cuncta creata ſimul.
Plebs Hebræa tibi cum palmis obuia venit,
Cum prece, voto, hymnis aſſumus ecce tibi.
Hi tibi paſſuro ſoluebant munia laudis:
Nos tibi regnanti pangimus ecce melos.
Hi placuère tibi, placeat deuotio noſtra,
B *Rex pie, rex clemens, cui bona cuncta placent.*
Fecerat Hebræos hos gratia ſanguinis alti,
Nos facit Hebræos tranſitus ecce pius.
Inclyta terrenis tranſitur ad æthera victis,
Virtus à vitiis nos capit alma teris.
Nequitia ſimus pueri, virtute vieti,
Quod tenuere patres, dat vt teneamus iter,
Degeneresque patrum ne ſimus ab arce piorum,
Nos tua poſt illos gratia ſancta trahat.
His pius aſcenſor, tuus & nos ſumus aſellus,
Tecum nos capiat vrbs veneranda Dei.
Veſtis Apoſtolicæ rutilo fulgore tegamur,
Te bene docta vt eis noſtra caterua vehat.
C *Tegmina ſic animæ ſternamus corpora noſtra,*
Quo per nos ſemper ſit via tuta tibi.
Sit pia pro palmæ nobis victoria carnis,
Vt tibi victrici ſorte canamus ita.
Caſtaque pro ramis ſalicis præcordia ſunto,
Noſque operum ducat prata ad amæna viror.
Pro ramis oleæ pietas lux dogmaque ſancti
Flaminis in nobis ſit tibi rite patens.
Arbore de legis cædamus dogmata quædam,
Quis veniendi ad nos ſit via tuta tibi.
Noſtroque ſic præſens celebret deuotio feſtum,
Continuo vt valeant annua feſta ſequi.

PAVLINI AQVITANI V. I.

ET SENATORII DEMVM EPISCOPI NOLANI, de vita Sancti Martini Epiſcopi Turonenſis libri ſex.

Eiuſdem de Nepotulo ſuo verſus.

Ad Perpetuum Epiſcopum Turonenſem.

Omnia nunc primum in lucem edita ex vetere manuſcripto codice Petri Pithoëi I. C. V. C.

Studio & diligentia Franciſci Iureti, cuius etiam notæ & emendationes adiunctæ ſunt.

FRANC. IVRETVS PETRO PITHOEO I. C. PRÆSTANTISSIMO S.

PAVLINI libros de vita & geſtis Diui Martini quos ad me nunc nuper miſiſti Pithoe præſtantiſſime, legi eum voluptate eúmque ſtomacho: Voluptati fuit ſanctiſſimi doctiſſimique poëtæ memoria, & ingenij tabulæ tanquam è naufragio ſuperſtites, ſtomachum mouit innumerus mẽdorum & errorum numerus, quibus adeo indigne membranæ corruptæ, vt inter legendum ſæpiuſcule librarij manibus pœnam imprecarer quæ falſi crimen admiſerant. Quid enim? vix vnus hic verſus exritit quin euerſus. Orationis plus erat quam rationis: mutabant ſyllabæ, mutabãtur verba, cum pedibus claudis nihil

protſus ſtabat. Denique vix ſenſus vllus quin nullus, vt quot litteræ, tot lituræ potius viderentur. Credo voluit deſcriptor poëtam ſibi in omnibus fieri ſimilem Vt enim Paulinus dum vixit maximis fortunæ opibus abiectis, ſua ipſemet profudit, factus inopibus diues, inops ſibi diuiti: Sic librarius in Paulini ſcriptis nouas opes vidit, & ſimul inuidit. Itaque prodidit & perdidit, qui timebat dominum proderet, ne perderent. Sed hac æqualitate quid inæqualius? Abiecerit olim Paulinus bona fortunæ, volens & conſulto conſilio. Bonis quidem ingenij, libellis dico ſuis, non niſi inuitus carere poteſt. Illa enim pro ſtolidis duxit, iſta pro ſolidis. Ego vero ferre nec debui nec volui nudum toties denudari. Quare vſus iudicio veteris tui codicis, veſtigia rerum amiſſarum perſecutus ſum, & multa detracta Paulino tandem reddidi, omnia redditurus ornamenta ſi alterum exemplar adfuiſſet auxilio. Spero tamen, Pithoe, futurum aliquando ſingulari tua diligentia, vt ſecundum exemplar habeam, quo poſſit plane reſtitui in integrum. Nam cur hoc non ſperem, qui hoc fato natus es, vt veterum libros ſagaciter quæras, quæſito feliciter reperias, repertos benigne ſtudioſis communices? Perge igitur, oro te, perge alacriter, & Paulini cæteras reliquias è tenebris erue Sic enim ſacrum vatem habebimus, qui lyram argutam manibus, qui fronti pallentes hederas, & lauros reuireſcentes, palmaſq; lemniſcatas recipiet. Ad me quod attinet præſtabo quam licebit operam iſtiuſmodi ſcriptoribus, in quibus etſi hactenus alij laborarunt, non pauca tamen caſtiganda ſuperſunt, vt non videatur actum agere qui quod egerunt iterum aget ſedulo. De ſingulis alias. Nunc de Paulino, quem tuis conſecro virtutibus, quando placuit vnum vel alterum è numero ſeligi, qui ſubeat iudiciorum aleam. Tuum erit, Pithoe, manum redeunti porrigere, & molliter amplexari hoſpitē, qui nudus & hiſpidus à te miſſus, à me remiſſus cum cultu & nitore, prodibit audentius ſi habitum & faciem nouam in illo probaueris. Vale, vir præſtantiſſime, & cum ſtudioſos ames quia merentur, ama me vt merear. Dat. Cal Iul M.D.LXXXV.

AD PERPETVVM EPISCOPVM TVRONENSEM.

Eiuſdem De Nepotulo ſuo verſus

Omnia nunquam antea excuſa, nunc primum in lucem edita, ex Bibliotheca Petri Pithoei. v.c.

SParſerat in toto lumen venerabile mundo A
Chriſtus, euangelici reſerās myſteria regni.
Sed quia non omnes virtutum operatio gentes
Mouerat, & fragili dubitabant credere ſenſu
Quicquid ab æternis vulgaſſet nuncius oris,
(Nam verbis comperta mouent præſentia rebus.
Suadentur non viſa quidem, ſed viſa probantur.)
Ille ergo in totum: cui per miſeratio mundum,
Seuit & in noſtris miracula plurima terris
Donans extremis Martini inſignia Gallis.
Quem procul in noſtram miſit fœcunda ſalutem
Pannonia, haud humili generatum ſtirpe Tribuni
Nam genitor clarus meritorum laude, ſed iſte
Nobilior patribus tam clarus qui patre Chriſto
Spreuit ſacrilegos bene deneger in patre ritus. B
Vix etenim decimo ſenior iam moribus anno
Tranſiit ad ſacram conſtanti pectore legem,
Signauitque crucis Sanctam munimine frontem.
Non illi in tenero mens lubrica pectore, tota
Præceptum ſeruare Dei, vel noſſe voluntas.
Conuentus vitare hominum, ſecreta beati
Scire heremi, ſpretóque Deum cognoſcere mundo,
Linquere terrenas ſublimi pectore curas,
Hæc, vix biſſenis cum moliretur in annis,
Præcluſa eſt tanti ſublimis gloria facti,
Sed meritum numerante Deo qui velle probauit,
Præcipit Auguſtus delecta ad bella parando,
Accingi cunctam æterno è germine prolem.
Quid non liuor agat? prodit pater, armaque nato,

A *Ingerit heu tanti pietas oblita pericli.*
Quin potius ſi quem recipit mens ſaxea ſenſum,
Creſce tuis titulis, mage laus eſt munere vinci.
Cerne pio tantum quæ geſſeris omnia voto.
Si bona ſunt, imitare libens Sin ardua, gaude,
Vincitur Chriſti miles pro milite ſæcli,
Sed mens non trahitur, nec cor cum carne ligatur.
Vana tyrocinij ſunt nomina, militat olim
Qui captus proprij per plurima prælia Regis,
Vicit auaritiam, debellauitque ſuperbam
Luxuriem, proſtrata iacet iam viribus huius
Ambitio, & firmam fugit furor, iraque mentem,
Excedenſque omnes funeſta ſuperbia culpas.
Vnum progreſſus ſociam ſibi vix ſinit ire
Non opere adſtrictum, ſed ſolo nomine ſeruum.
O felix, cui tale iugum tam grata parauit
Conditio, vt de ſorte tua contendere tecum
B *Si liceat ſeruire tamen, ſed tu quoque duram*
Cogeris ad legem naſcendi lege ſolutus.
Nam tibi ſubiectis ſeruit deuotio Sanctē,
Idem habitus parcæ communis copia menſæ.
Hic prior obſequiis, ne ſaltim noſcere poſſit
Prælatum domino quæuis ſolertia ſeruum.
Hic iam cum paribus quæ gratia, quāque modeſte
Ipſos ſubdiderat dilectio vera priores,
Tum ſumendorum diſtrictio quanta ciborum
Ne diſtenta citum vitiarent viſcera ſenſum,
Nec premeret vigilem membrorum ſarcina mentem
Vt diuiſa inopi præberet copia patrem,
Quaque vnum obrueret, melius refoueret vtrumque,
Nam ſic ſupplicibus diuiſerat omnia egens
Vt ſola exeſis ſupereſſent tegmina membris.

Pauperem veſtit apud Ambianenſes. Sulpit. Seuerus li. 1. cap. 2. & Fortunatus li. 1. c. 1.

A *Cum ſubito horrentis glaciali frigore brumæ*
Nudus in occurſum properat, vix verba frementi
Dimidians præfacta ſono, ſed cauſa loquelam
Expedit, & linguæ partes proclamat ærumnæ.
Prætereunt cuncti faſtiditamque querelam
Diſpexit miſero locupletum inſania riſu.
Subſtitit incertus confuſo pectore ſanctus
Quid faceret, nam votum aderat, ſubſtantia deerat,
Suſpendit ſaltim cunctantis vel mora factum.
Sola ſuperfuerat corpus tectura beatum
Vt ſemper duplicata clamis, quæ frigus & imbrem,
B *Ventorum & rabiem geminato arceret amictu,*
Nam ſic truncatam compenſat pendula partem,
Si quod defuerit capiti creuiſſe calori
Sentiat, adiecto tepefactum vellere corpus.
Verum hæc diſtricti felix ſententia voti,
Amouet, & tanquam cordis diſpendia damnat
Quod ſic maluerit trepidæ cautela 6 fidei
Adiectam membris duplicato tegmine partem
Conceſſiſſe vni quàm diuiſiſſe duobus,
Nec mora tardat opus, ſed tranſit dextera votum.
Expedit & factum 7 quicquid mens vidit agendum
C *Stringitur inuictus ſine crimine vulneris enſis.*

Veſtem Martinus diuidit.

Et mediam reſecat miſeratio prodiga partem
Peiorem ſibi credo legens, Tum membra trementis
Obtegit, & tradens aliquem de veſte teporem.
Iam leuiore habitu 8 recipit de frigore partem:
O felix virtute tua miracula vincens
Omnia, & excedens domini præcepta iubentis:
Ille etenim modico contentos nos iubet eſſe,
Nec ſeruare duas veſtes, tu diuidis vnam.
Aſpiciunt omnes, alij deformia rident
Tegmina, nec cernunt mage verum in corde decorem.
Aſt alij ſecum compuncto corde queruntur,
D *Iuſtitiam potuiſſe inopis decernere egenti,*
Diuite quod cenſu ſubſtantia larga negaſſet.
Nec mora quin tanto reddatur palma triumpho.
Nam vix defeſſus ſtratos reiecerat artus
Admittens tenuem vigili ſed corde ſoporem,
Nec ſopor illuderat, quia mens attenta vigebat.

Martino Chriſtus apparet.

Cum ſubito ante oculos larga mercede benignus
Adſtitit, inque ſuo veſtitus paupere Chriſtus
Aptauit propriis felicia tegmina membris:
O vere 9 precioſa clamis! quid tale vel oſtro
E *Vel ducto in filum penſis rutilantibus 10 auro*
Inſignes meruere habitus? quid 11 ſerica tactu
Læuia, vel docte expreſſis viuentia ſignis.
Ille hominum terræque Deus, Pontique, polique
Omnia qui tribuit, ſine quo nihil, ipſaque cuius
Quæ dedimus, vel qui dedimus, donumque dator q;
Hac ope ditatur, numeret ſi lucra ſalutis.
Nec tamen hinc ſaltim ſtabilem iactantia mentem
Concutet, aut vanum perſenſit corde tumorem.
O virtus vicina Deo 12 nil ducere laudi
F *Cum laudanda geras, nec noſtro adſcribere fato*
Quæ facimus, 13 cunctóque Deum laudariter actu.
Iam certe ſecurus erat de Iudice tanto.
Sed non erigitur, vel per conſortia Chriſti
Augent viſa fidem, Sancto renouata lauacro

Baptizatur Martinus.

Mẽbra 14 nitent, ſumuntq; parem cum corde decorẽ
Atque nouum pariunt fontis myſteria corpus.
Et tamen hoc ſenio morum, carniſque refulgens

A *Quatuor 15 à luſtris geminos minus egerat annos.*
Credo equidem quod tota prius præcordia ſanctus
Spiritus irrigui ditaret flumine doni.
Vt quondam ſanctus felicia munera Petrus
Præmiſſa à domino iam tali in milite vidit.
Quiſnam quæſo bonus ſic conſummare valebit
Vt 16 cœpit teneris felix Martinus in annis?
Et tamen iſta gerens 17 ſe nec cœpiſſe putabat
Quod vix dum geminis paulum tardauerat annis,
Iam meritis monachus, ſed ſolo nomine miles
Rumpere calcati iam vana vocabula mundi
B *Spondentes ſpectant conſortia ſancta Tribuni;*
Vt paruam iuſtámque moram mox Iudice Chriſto
Penſaret geminata ſalus per vota duorum.

Barbari Galliam irruunt. Sulpitius Seuerus li. 1. cap. 3. Fortunatus li. 1. cap. 2.

Interea fractis irrupto limite clauſtris
Gallica rura ferus populari cœperat hoſtis.
Obuius ire parat Princeps, cunctoſque maniplos
Imperio, hortatu, prece, largitione vocatos
In bellum cogit, nam quos formido retentat
Munera ſollicitant & vincunt dona timorem.
Sed mens plena Deo metuit nihil, omnia temnit,
Terrorem irridet, terrena & munera calcat.
C *Ergo vbi prægreſſi 18 donum ſumpſere priores*
Ordine tranſcurſo Sanctus de more citatur.
Reſpuit inſtantis præſentia munera Regis,
Talibus & dictis 19 it contra dicta Tyranni,
Trade alij Princeps terrena hæc munera nummo,
Me maiora manent maioris præmia regis,

Militiam mundi deſerit, vt ſequatur Chriſtum.

Hæc merces belli eſt, ſumant pugnare volentes.
His igitur dictis ſæuas flammatur in iras
Princeps, ignauum cauſatus tempore belli,
Immemorem laudis cauſas 20 finxiſſe timoris.
Illi autem nulla inſtantis formido pericli eſt,
Nec metuunt facilem conſtantia pectora mortem.
D *Denique quod verba expediunt, & facta probabũt:*
Primus ego abiectis præcedens agmina telis
Non arma arripiens hominis, ſed ſigna ſalutis
Tegmina nec fidens clypei, ſed nomine Chriſti
Atque crucem fronti auxilium pro caſſide ponens,
Intrepido cunctis occurram corde periclis:
Adnuit, vtque fidem dicti documenta probarent,
Adſeruare pium cuſtodia dira iubetur.
Et iam prima nouo ſpargebat lampade terras
Orta dies, venit ad Regem legatio ſupplex
Subdita ſubmittens ditioni colla iubentis.
E *Quidnã hic quæſo viris, quid geſtũ cernimus armis?*
Quid ferrata acies valuit, quid terror & enſis?
Quis pilis cecidit cuneus, quæ turma ſagittis?
Vnus homo, & ſola æterni fiducia Regis
Innumeras vicit ſine cædis vulnere gentes.
Hic Martine tuus Chriſto pugnante triumphus,
Ne ſaltim 21 Sancti violaret ſanguine vultum,
Neve piam adficerent morientum funera mentem.
Ergo alacer merito ſucceſſuque acrior ipſo
F *Hoſtibus oppreſſis feſtinat vincere mundum*
Doctorem fidei per tot documenta probatum,
Expetit Hilarium, ne quod iactantia vulnus
Inferat, vt proprie extollat 22 ſententia cordis

Ad Hilarium Pictau. Epiſcop. feſtinat. Sulpit. Seuer. li. 1. cap 4.

Diſcipulum iam Doctor agit, maiórque probatur
Dum 23 cupit eſſe minor, nam laudem tenere laus eſt.
Sic & præcipuæ iam dignus honore cathedræ,
Abnuit vt ſaltim 24 Diaconi clareſcat honore

Digitized by Google

25 *Velle locum, Sanctoque quem dudũ exceſſerat actu,* A
Inferiora ſibi depoſcens 26 munia ſumpſit,
Exorciſta gradu, ſed iam virtute ſacerdos.

Exorciſta fit.

Exin ne pietas ſaltim terrena notaret
Quem tam præcipue pietas diuina regebat,
Auctores generis feſtino viſere voto
Optat, & auerſas melius conuertere mentes.
Namq; Patrẽ & matrẽ 27 præceps ac deuius error
Sacrilegos ritus, & ſaxa vel æra colentes
Præualida nimium viuentes morte 28 premebat.

Parentes Martini gentiles.

B *Ergo iter adgreſſo pietas comes ibat, & omnes*
A Domino miſſus 29 præſtauerat angelus oras
Mollis vt aſcenſus demerſo colle faceſſat,
Nec traherẽt pronos 30 prærupta & cõcaua lapſus.
Ac dum nubiferas properè tranſcenderet Alpes,
Sæuorum inſidiis exceptus forte latronum
Inſtantes gladios manibus poſt terga reuinctis
Riſit, & immoto tempſit diſcrimina vultu,
Quin etiam vt tanti recolam miracula facti,
Cuſtodem fertur monitis ſeruaſſe ſalutis,

A latronibus capitur. Sulpit. Seuer. li. 2. c. 4. Fortunat. lib. 1. ca. 3.

C *Verior hic cuſtos animi, quam corporis ille.*
Alter enim nec membra ſuæ ditionis habebat,
Alter & aduerſæ vinxit penetralia mentis.
Sed tamen ambo viam ſcite docuere ſequendam.
Aggeris hic monſtrauit iter 31 didicitque ſalutis.

Latronem ad fidem conuertit.

Ergo iter incœptũ peragit, Patriæq; propinquat,
Heſperia ingreſſus tranſcurſis Alpibus arua.
Hic rurſum iugis ſanctis conatibus hoſtis
Humanam ſpeciem mentito corpore fingens
Obuius aduerſo ſe ſe obtulit, auſus ab ipſo
Quærere quo tendat, quidve hæc properatio poſcat.
D *Ille ſub hæc, mihi ſola via eſt dux Chriſtus in illo*
Effectus voti eſt à quo donata voluntas.
Aſt ille infrendens cunctis conatibus ibat
Obuius, offenſus tanto molimine Dæmon.

Diabolus occurrit illi. Sulpit. Seuer. li. 1. c. 4. Fortunatus li. 1. cap. 4.

Cui ſanctus, dominus defendit non nocet hoſtis.
Adiutore Deo virtus aduerſa timeri
Nulla poteſt, metuens dominum contemno periclum.
Ne timeam timor ille facit. Qui talia poſtquam
Effatus pulſa ex oculis euanuit vmbra.
Aſt ille vt Domino duce contigit ora parentum,
E *Cumque patrem durata vſu ſuadente teneret*
Perditio ingeſtæ renuentem verba ſalutis,
Tum ſaltim matrem Chriſto donante recepit.
O tanto partu fœlix, enixáque natum
Per quẽ nata Deo eſt, vnáque 32 & mater & infans
Facta puerperio genitrix generanda beato.
Ante vtero peperit per quem nunc orta lauacro eſt.
Attamen exemplo plures ceſſere ſalubri
Mirantes recte tantorum inſignia morum.

matrem ad fidem conuertit. Sulpit. Seuer. ibi. & Fortun. c. 5. l. 1.

Ac tum forte malus funeſti dogmatis error
Sparſerat in populos incauto corde ſequaces
F *Virus ab inſano quod fuderat Arrius ore,*
Præcipue tamen infectum lues iſta tenebat
Illyricum, toto penitus graſſata veneno:
Hic ſtabili virtute potens tum tendere contra
Audet, & oppoſito fluctus dum pectore frangit,
Sæpe ſacerdotes, populum dum ſæpe coërcet:
Cunctorum inſidiis oppreſſus, verbera paſſus
Pulſus ad extremum terrena habitacula liquit:
Attamen ore fidem tenuit, vel corde ſalutem.
Ergo vt cedendum ratus eſt ne forte morantem

Arrianis reſiſtens virgis cæditur, & expellitur. Sulpit. Seuer. & Fortunat. ib.

A *Obrueret ſanctum ſubuerſi inſania mundi*
Gallica rura petit, rurſum & veſtigia retro
Obſeruata legis non immemor ille fidei.
Sed cum funeſtus toto 33 ſæuiret in orbe
Error, & extremos premerent hæc crimina Gallos,
Cúmque ipſum murum fidei, validámque columnam
Hilarium inſani truſiſſet factio mundi
Paulum conſtructa ſtatuit requieſcere cella,
Hic vbi gaudentem nemoris, vel palmitis vmbris
Italiam pingit pulcherrima Mediolanus.

Mediolani monaſterium ſtatuit.

Hilarius exulat.

B *Hinc quoq; pulſus abit, terras & mœnia linquẽs,*
Et pelagum fluctuſque potens, quia fœdior vnda,
Hoſpitio magis & populi, vulgique procellæ,
Quam Ponti metuenda fuit comitatur eundem
Presbyter eiuſdem meriti ſimiliſque pericli.
Inſula in hoſpitium legitur procul hoſpite ab omni
Herba cibo ſatis eſt, cuius radicibus vſi
Tam ſterili victu duplicant ieiunia Sancti.
Dúmque indiſcrete tenuem rimantur in eſcam
Quicquid inexpertæ 34 promebant viſcera terræ,

Ad inſulã Gallinariam fecedit. Sulpit. Seuer. ib. & Fortun. li. 1. cap. 4.

C *Ellebori gramen ſubito ſenſere venenum*
Mortiferum totis 35 virus diffundere membris.
Pergitur ad Dominum tota virtute precandi.
Sed prægreſſa preces pietas, nil artibus 36 actum,
Sed præſens medicina fuit ſpes ſola ſalutis.
Cernamus toto qui vitam quærere cenſu
Effuſa in medicos pretij mercede ſolemus,
Vt creſcant noſtris viuendi tempora nummis,
Quidnam hic electis egerunt pocula ſuccis
37 *Lectaq; in antiquis quondam medicamina libris,*
Hic certe celerem ſine ſumptu aut aree ſalutem

Radice hellebori vititur.

D *Cor meruit, verbumque dedit, miremur ouantes.*
Vox ſilet, & cauſa adſtruitur clamore tacentum,
Sentitur medicus, nec cernitur, omnia cauſis
Membra 38 poris totam admittunt ad viſcera curã.

Sic initiali ſine remedio ſanatur.

Interea iniuſto tandem remeare refertur
Sanctus ab exilio per Regis iuſſa Sacerdos,
Cum quo præclaræ fuerant conſortia vitæ
Dum Pictauorum Doctor floreret in oris
Indomitis tradens populis præcepta ſalutis.
Et quamquam propere Sanctum rapuiſſet ouantem
E *Velox affectu pietas, tamen ille morarum*
Impatiens celſæ iam liquerat ardua Romæ
Mœnia, Pictonicas citius reuehendus ad oras.

Hilario reuerſo ad eum pergit. Sulpit. Seuer. lib. 1. cap. 4. & Fortunat. lib. 1. ca. 5.

Ergo legens prægreſſa pio veſtigia curſu
Promeruit votum cordis finémque laboris.
Conſtruit hic cellam feſſis ſolatia membris:
Nam mens plena Deo celeſti in ſede manebat.
Hic modo ſe veterum recolamus carmina vatum
Cum ſubito attonitos quaterent miracula ſenſus
Clamaret miſerum væcors inſania Phœbum,
Nec ſineret falſas ſaltim requieſcere Muſas.
F *Delfica mentito quaterentur Apolline templa,*
Cunctáque ſurdarum raperetur turba ſororum
Excita vi totum complerent monſtra furorem.
Nos quibus à Chriſto ſenſus vel verba petuntur,
Chriſticola inſpires paulum, Martine, precamur.
Tu qui defunctis potuiſti reddere vitam,
Auxilio Domini vultus 39 mihi redde ſalutem.
Primus ego indultæ 40 faciam miracula vitæ.
Primus 41 fatentis diſrumpam clauſtra ſepulcri,
Iuſta precor, toto defunctus corde Patronum

Paulinus opem Martini inuocat, ut ſcribendo ...

Vt tantæ laudis titulos mens viua loquatur.
Ergo licet fandi vires ſublimia vincant
Geſta, nec orandi 42 moduli ſe laudibus æquent,
Adgrediar. Tu quiſque legens tam vilia temnis
Carmina, dum verba irrides, mirabere facta.

Catechumenum ſine baptiſmate mortuum ſuſcit. Sulpic. Seuer. li. 1. ca. 5. Fortunatus l. 1. ca. 8.

Quidam tam claræ cernens miracula vitæ
Elegit tanto ſemet ſociare magiſtro
Myſtica quem nondum fontis renouauerat vnda.
Huic febris totas penitus depaſta medullas
Exterſit tenuem conſumpto corpore vitam.
Ac tum forte abſens Doctor, ſed ſedula fratrum
Religio exanimum plangebat mæſta cadauer,
Mærens ſupplicio fratris, non funere carnis.
Adueniens ſanctus fletu rigat vbere vultum,
Defuncti triſtem caſum 43 miſeratus, & omnem
Impleuit clamore locum, mox teſte remoto
Irrupit mæſtam tam triſti funere cellam.
Tum ſuper exanimum ſe ſe proiecit amicum
Cunctis frigentes membris complectitur artus,
Aſpirans tenuem ſuper ora rigentia flatum.
Attamen ad dominum penitus ſpes tota refertur,
Adſueta oratur pietas, miſeratio nota
Poſcitur, & meritum fides credendo meretur.
Vidit adeſſe Deum puri fiducia cordis,
Effectúmque piis ſenſerunt viſcera fibris,
Nec mora, vix geminis votum ſuſpenditur horis,
Paulatim incuſſis 44 motantur lintea membris,
Arentéſque artus venarum humore rigantur,
Afflatúque animæ pectus glaciale tepeſcit.
Obducti infuſa reſerantes lumine viſus
Felices quibus inducti ſub liminis ortu
Contigit in primo Martinum cernere 45 mundo.
Erigitur totum ſubito molimine corpus,
Et cutis exæſis dudum iam lurida membris,
Purpureum recipit ſucco meliore ruborem,
Vox facilis, ingreſſus ſtabilis, manus apta, vigẽs cor
Totus homo ex variis conflato corpore cauſis
Vnam ſuſcepit diuerſo in munere vitam.
Eliciunt magnam mox gaudia maxima vocem.
Laudes lingua ſonat gratantis nuncia mentis:
Affectum cordis clamor pronunciat oris.
Irrupit mox turba fores, cellámque repleuit,
Et ſanctas cecinit concors Symphonia laudes.
Ille autem vt penitus vitam 46 poſt facta nouaret,
Confeſtim æterna niſuit renouatus ab vnda,

Sine baptiſmate mori periculoſum.

Et multos felix ſenium protraxit in annos
Tam clari teſtis non paruo tempore facti.
Sæpe etenim multis idem narrare ſolebat
Iudicis æterni ſemet 47 tremuiſſe tribunal
Vilibus addictum turbis, merſumque tenebris.
Angelicis donec prolata oratio verbis
Offerret votum domino, vitamque referret.
Hic primus noſtris Martinum prodiditoris,
Hoc aditu ad reliquas peruenit gloria laudes.
Nec multum ſane poſthæc miracula tempus
Fluxerat, 48 accelerat clarum noua gloria factum.
Nam dum contiguum 49 Paulini præterit agrum
Non humilis paruique hominis, ſed penè per orbem
Inſignis 50 virtute viri, quo clarior inde
Gloria 51 per tantum teſtem firmata pateret.
Indoctam illiciens tot per miracula plebem,
Audito clamore procul, miſerabile, fletum

A *Subſtitit; inquirit cauſam diſcitque viciſſim,*
Exciuitque pium miſeratio iuſta dolorem.
Vnus enim laqueo fauces ſtringente miniſter
Ruperat, extortæ demens confinia vitæ.
Accurrit propere complexus triſte cadauer,
Eliſos oculos & ſiccas ſanguine fauces,
Lumina torrua 52 nimis 53 vultũq; in morte minacẽ
Ad dominum rurſus fletus, ſuſpiria ſurſum,
Et gemitus clamor, cordis vox magna tacentis,
Vna fides meriti nec diſpar gratia doni
Excipitur gratante choro, ſtipante caterua,
B *Oſtentans cunctis Domini miracula Chriſti,*
Atque 54 hoſtis ſpolium credentis gloria plebis.

Finit * in Chriſto liber primus, habens verſus 385.

* In v. c. verſuum numerus additus erat in fine cuiuſque libri.

PAVLINI, DE VITA MARTINI,

LIBER II.

C *PAnditur ecce nouum pelagus, flatuſque benigni*
Rimoſam in medios fluctus traxere carinam,
Ac dum placati rapiunt me gaudia Ponti
Irrupit vaſtum temeraria cymba profundum.
Vix vel vicinis bene radens littora terris.
Numquid ago, & dubiã trepidus quò dirigo prorã?
Flamina ſollicitant curſum, formido regreſſum.

Paulinus inuocat opem Martini.

Pergamus, quia terra procul, quo traxerat vnda.
Tantum vt 2 placatam Martini ſpiritus auram
Diffundat ſtatúmque leuem ſic præſtet eunti
Vt putre ſuſtineat felicia flamina velum.
D *Hactenus vt mores monachi vel geſta referrem*
Ripa fuit, nunc Pontus erit doctrina cathedræ
Clara Sacerdotis magni nunc geſta retexam.
Gallorum quondam valde florebat in oris
Vrbe Turonum diſtenta agris populiſque referta;
Sed pollere magis cupiens antiſtite tali
Ardebat totis Martinum adſciſcere votis.
Sed penitus ſancto depellens corde tumorem
Mens humilis, precibus crebris immota manebat.
Donec compoſitis verbis lacrymiſque coactis
E *Vicerunt nimium mendacia iuſta rigorem.*
Nam quidam tanto pietatis conſcius, orat
Coniugis infirmæ triſtem miſeretur 3 ærumnam;

Ruricius [illegible] vt [illegible] e [illegible] & [illegible] nare vo [illegible] ſupe [illegible] b [illegible] vacant in nomine. Nam quidam vulgari voce Rhicium, quem veteres Ruſtic[illegible].

Dignetur 4 Sancto poſcentem viſcere votum.
Se ferre vel cauſam propere veniendo ſalutis
Vel mortis ſi dura preces ſententia tardet.
Iunguntur fictis ſimul & ſuſpiria verbis.
Si ſequitur, cogente Deo, námque ipſe doloſum
Proderet ingenium mage iuſfacienda probaret.
Excipit egreſſum populorum turba, benignam
F *Vim faciens, ſtipatque viam numeroſa precantum*
Seditio, metus 6 placidi, ſine felle tumultus.
Diſponitque etiam vigilis cuſtodia pernox
Excubias, ſeruátque ſuum ſeruanda magiſtrum.
Exultant paribus concordia 7 pectora votis,
Itur in occurſum, portis ruit obuia totis
Ambitio, & certans populi fauor, vna voluntas
Omnibus, & nulla in ſtudiis diuortia mentis.
Quoſdam liuor edax 8 nigrantes felle veneni
Inficit, & ſtimulis miſerorum corda perurens

Carnea in aduerſam retrahit ſententia partem.
Quoſdã etiã perhibẽt (nefas eſt quod credere) docta
Mente ſacerdotes ſimilem traxiſſe furorem,
Ridentes gaudenda ſibi, quod nulla verendam
Gratia conſiſtet 10 faciem, 11 quod crine reciſo
Proferret tetum Domini frons libera ſignum,
Lumina nec premeret tremularum nube comarum
Sordida quod vaſtus cordis 12 teſtata nitorem
Proderet orantis ſtudium, quia ſæpe voluto
Ad terram membris poſtrato corpore preſſus
Hæſerat horridulus ſordenti in vellere puluis.
Recte igitur ceſſit populo tam prona voluntas,
Sanior & proceres vicit ſententia vulgi.
Nam vere nulli licuit neſcire vocantis
Iudicium Chriſti per tot documenta probatum,
Nam reliquis quos ſæua ſibi ſociarat inique
Factio diuerſum cupiens, violentior vnus
Antiſtes Defenſor 13 erat, quo nomine falſi
Defendenda ſui molimina forte putabant
Conſilij renuente Deo, qui iuſta probabat.
Nam ſolitum ſancto cœtu celebrabat honorem
Plebs pia, conuentu celebri myſteria viſens,
Dum mage condenſæ ſtipant altaria turbæ,
Ac ſua fautoris pendent inuoſa frequentes,
Nec præſenta poteſt tranſire obſtacula lector.
Sed Diaconus qui forte aderat vix codice raptu
Quem primum propere reſerati pagina pſalmi
Obtulerat, ſubito feſtinus tempore verſum
Arripit, hæc priſci decantans verba prophetæ.
Ex ore infantum paruôque ex murmure laudem
Lactantum teneras feciſti euoluere linguas.
Exoſos propter peruerſum vt deſtruat iſtæ
Prolata à paruis laudatio 14 defenſorem.
Tollitur in cælum clamor, præſenſque probatur
Iudicium clamante Deo ſententia Chriſti.
Obruit aduerſam 15 verborum flumine partem,
Nâmque idem verſus laudantum verba probauit,
Atque obſiſtentum liuentia corda repreſſit.
Nec minor inde labor monachi quia gloria creuit
Iure ſacerdotis factis facienda docentur.
Exemplum 16 mage ſuadet opus quã gratia verbi.
Sic illi adtrito viliſſima veſtis amictu,
Sic humilis ſancto precioſa modeſtia cordis,
Sic manet aſſiduè 17 felix ſententia vitæ.
Primum igitur coniuncta ſacris altaribus illi
Cella fuit, mox vt populos vitare frequentes
Poſſet ab aſſiduis ſecreta oratio turbis,
Millibus egreſſus diſceſſit ab vrbe duobus,
Nec nocuit cellæ vicinia 18 tanta remotæ
Secretum hoſpitium monacho, via parua magiſtro,
Doctori vicina domus, longinqua 19 vacanti.
Hinc naturalis præciſi margine ſaxi
Ambierat modico rupes curuata receſſu.
Hinc Liger inflexis paruo ſinuamine ripis
Sepſerat ingreſſam prætenſa gurgite terram,
Vnus & anguſtam patuit rupem inter & amnem
Ingreſſus paulum arctato qua lumine diſtans
Fluminis adlapſus tangit confinia montis.
Hic ſtrue lignorum paruam contexere cellam
Malluit, agnoſcens Sancti myſteria ligni
Succedens humili tecto celſiſſimus hoſpes,
Vt collectorum ſic docta modeſtia fratrum

Facies & habitus Martini ab Epiſcopis irridetur.

Defenſor Epiſcopus reſiſtit Electioni Martini.

Vnde probatus electio Martini.

Pſalm. 8.

Cellam cõſtruit apud Ligerim. Sulpit. Seuer. l. 1 c. 7.

A Diſceret exiguo pompam contemnere ſumptu
Prægreſſum exemplis certatim imitata magiſtrum.
Aſt aliis nec ligna placent, ſed monte cauato
Præbet defoſſos rupes vicina receſſus.
Octoginta illuc iuſta admiratio fratres
Traxerat 20 ad tantæ ſpeculum virtutis, vt inde
Sumeret inſpectus felix imitatio mores.
Nil cuiquam ſpeciale fuit communia cunctis
Omnia, de medio ſumpſit dilectio 21 cenſu,
Nulli videndi quicquam conceſſa facultas.
Ne deguſtatis famis improba creſceret auri
B Exercere artem prohibet, conceditur vnum
Scribendi ſtudiũ, quod mentem, oculóſque, manúmq;
Occupet, atque vno teneat ſimul omnia puncto,
Aſpectum viſu, cor ſenſibus, ordine dextram.
Attamen his rebus minor ætas ſola tenetur,
Nam iam maturæ ſatis eſt oratio menti
Vt cuius ſenſum ſenior ſententia firmat,
Mundicies cordis ſtudeat, vigiletque remotum
Interius purgare oculum, ne nube latentis
Peccati obductus priuetur lumine Chriſti.
Nulli progreſſus facilis, ſua 22 quemque tenebat
C Cellula; tum ſolum ſociandi cauſa dabatur
Agminis, adſciſſet cunctos cum ſueta 23 precandi
Ore & corde Deo referens ſymphonia laudem.
Vel cum ſoluentes feſſis ieiunia membris
Communes certo repetebant tempore menſas;
Et finem exacti domita iam carne 24 diei,
Et ſuccedentem vigilanda in nocte laborem
Diuiderent modicæ parciſſima tempora cœnæ.
Infirmis tantum laxato iure licebat
Deguſtare merum quo tabem 25 corporis agri
Suſtentaret odor reſperſi in pocula vini.
Multis veſtis erat ſetis contexta cameli
D Quæ leuibus ſtimulis vigiles contingeret artus
Excludens tenuem compuncta carne ſoporem.
Mollia ne fluxum nutrirent vellera corpus,
Laſciua & 26 tenui veſtis fluitaret amictu.
Qualia prætèrita conſuerat copia vitæ,
Nam multos illuc priſco de ſanguine claros
Traxerat ad talem prudens ſententia vitam;
Quo mage mirãdum eſt poſt 27 ſerica fulcra, toroſq;
Hanc veſtem & talem ingreſſis placuiſſe rigorem.
Denique mirati tantorum inſignia morum,
E Confines populi, vicinaque mœnia ſanctos
Hinc ſibi rectores ſtudio certante petebant;
Vt doctrina Dei tali de fonte fluentes
Spargeret irriguos ſitientum in viſcera riuos.
Sed iam tempus adeſt tanta de mole potentum
Virtutum exiguam ſaltem contingere partem.
Et quamquam rectæ titulos virtutis adornent
Diſcipulis, & factis id præmonſtrare 28 gerendam:
Attamen è propriis tangam pauciſſima geſtis
Oſtendens breuibus præconia maxima ſignis.
F Forte ſuis iuxta tumulus quem ſæpe colentum
Vana ſuperſtitio falſo decepta ſacrarat
Martyrio celebrem dependens ſemper honorem;
Quin & prægreſſi venerandum altare dicarant
Ante ſacerdotes magis vt fundata maneret
Relligio, adiecto cultu firmata ſacrorum.
Sed poſtquam impoſitas Martinus ſumpſit habenas,
Commiſſæ & plebis moderamina ſancta recepit,
Protinus

Monaſticę vitæ ratio Sulpit. Seuer. vbi ſup.

minor ætas ſcribit.

Maior ætas.

Communis menſa.

Veſtis ſetoſa monachorum.

De Martini monaſterio multi Epiſcopi.

Atam latroni ſicut Martyri conſecratã demolitur. Sulpit. Seuer. l. 1 c. 8. & Fortunatus l. 1. c. 11.

Protinus inquirit nomen titulosque colendi
Martyris, & quoniam tam claræ ſtemmata palmæ
Tempore, vel quali ſub iudice promeruiſſet.
Verum vbi nulla patet quæ poſſit prodere verum
Hiſtoria, atque omnis renuit hoc ſcire vetuſtas,
Detrectat dubiis tam grandia credere verbis.
Nec ſatis eſt fidei mendacis fabula vulgi.
Ergo placet dubiis ſine 29 teſtis pondere rebus
A domino conſulta petit, cui ſubdita ſemper
Tempora tranſcurſi adſtant præſentia ſecli.
Ad tumulum properat paucis comitatus, vt illis
30 Ad teſtata fidem faciant miracula multis.
Ergo vt contingui moles contacta ſepulcri eſt
Propter frigentes reſoluta carne fauillas,
Ad cælum rediere preces, veſtigia carnis
Iunguntur tumulo, ſed mens & ſydera tranſit.
Tum Domino tota fidei virtute precatus,
Proderet vt meritum ignaris nomenque ſepulti. Vmbra ſordida in trono a ſiniſtra parte Martino obiectſatur.
Cum ſubito ad læuam ſordentem reſpicit vmbram
Nigrantem mæſto ſpeciem quæ proderet ore,
Et punitorum 31 triſtiſſima fata reorum
Præferret, trepido confuſa & conſcia vultu,
Vox quoque flebilibus mærentis reddita verbis
Talibus expreſſit ſuſpiria crebra querelis.
Deſinat antiquus plangendis Manibus error
Addere ſupplicium, titulum reddendo alumnum,
Ne cui pœnarum ſatis eſt de crimine ſolo,
Huic onus adiecto duplicatum creſcat honore.
Atque vtinam ſancti quibus hoc pro iure refertur
Obſequium, noſtras tenues reſpergere guttas
Dignentur iuges miſerorum incendia flammas.
Illi perpetua gaudentes luce fruuntur.
Non chaos æterna horrendum caligine ſepſit.
Longe eſt à meritis lucis confuſio noctis.
Hæc vox multorum latè peruenit ad aures;
Sed ſpecies ſoli Martino eſt prodita, cuius
Mens leuior fragilis tranſibat pondera carnis,
Corpoream molem tranſmittens lumine cordis.
Protinus amoto altare depellitur omnis
Vana ſuperſtitio ritus mentita Sacrorum:
Tranſlata ad veros migrant myſteria cultus.
Quid ſimile his titulis tandem conferre valebit
Ars magicis infecta dolis, vel tincta venenis,
Carmina compoſitis texens mendacia verbis,
Extaque perſpectis rimans 32 pendentia venis,
Vt per tartareæ quæſita ſilentia noctis
Mugiat inſanus fallaci murmure Dæmon,
Adſumens fictum tenui ſub imagine vultum?
Hic certè ſimplex animus & ſola precantis
Relligio infernæ diſſoluit vincula legis.
Et quamuis artus premerentur voce ſepulcri,
Attamen ad præſens tempus confeſſio vixit.
Nec verò hic finis titulis, nec tempore ſaltim
Intercisa breui virtutum ſtemmata ceſſant.
Nam ſemper ſancto comes indiſcreta cohæret
Gratia, nec certo cohibetur fine locorum,
Progreſſum ſequitur, manet indiuulſa manenti,
Si ſit cauſa viæ gaudens comitatur euntem.
Nam cum diſtenti 33 properè legit auia ruris
Qua diffuſa patet latiſſera Gallia campis, Gentiles turbas verbo ſiſtit Sulp. Seuer. l.1 cap.9.
Dum ſequitur miſerum gentilis turba cadauer,
Et tremefacta leui motantur lintea vento

A Porrecto in longum per plana patentia viſu Fortunat. l.1.cap 11.
Funeris obſequium cultum putat eſſe nefandi
Dæmonis, & ritus miſerorum ferre ſacrorum
Submiſſa idolicis bacchantum colla figuris.
Protinus ante tulit 34 ſanctum & venerabile ſignũ,
Et crucis obiectu properè venientibus obſtat,
Greſſus inſtabiles 35 vexilli pondere ſiſtit.
Tum verò impoſito miſeros torpore teneri
Cernere erat, neruiſque artus riguiſſe ligatis
Fruſtrata 36 innexis conamina plurima membris,
Tardata immoto veſtigia ſydere greſſu,
B Concludi ſeptas mandato limite turbas,
Nec trans cedendi prætenta obſtacula muri
Partibus è cunctis immenſum opponere clauſtrum,
Donec paulatim viſu propiore pateret
Exequiis 37 delatus honor, tum 38 rurſus eodem
Vexillo, atque ipſo libertas reddita ſigno,
Sit crucis imperio ſimul & virtute fidei
Ius habuit 39 vincere vagos, diſſoluere vinctos.
Hæc raptim cõtacta legens 40 quia copia ſuadet
Virtutum breuibus laudanda attingere ſignis,
Ne feſtinantes tanta ad miracula menses
C Tardet prolixis viliſſima pagina verbis,
Excipior rurſus maiorum pondere rerum.
Sacrilegum quondam deiecto culmine templum Pinus profana diruit Sulp. Seuer. l.1 ca.10. Fortunat. l.1. c.13.
Strauerat ad terram, perfractis idola 41 lignis
Comminuens, totiſque premens ſimulacra ruinis.
Huic pinus vicina loco diſtenta virentes
Pendebat ramos, annoſa & brachia latè
Nexuerant viridem frondenti in vertice ſyluam.
Arcebatque omnem foliorum crate calorem
Arboris vnius denſum nemus vmbra perennis
D Iugem temperiem mentito vere tegebat.
Hanc etiam pinum templi ſociare ruinis d: Pinus ſucciſa.
Adgreditur parili cupiens conuoluere buſto.
Quicquid in errorem miſerorum corda trahebat.
Tum vero accenſi væcors 42 inſania vulgi
Et prohibere pio totum molimine votum.
Nil ratio inſanis, nil proſunt ſancta prophanis
Verba animis, non vox ſurdis, non lumina cæcis.
Clamatur non quire hominis conferre ſalutem
Quæ ſibi non valeant, lignis non 43 poſſe iuuari
44 Lignorum dominos, ſeruire hæc nutibus eius
E Qui ſeruire velit ſubiectis 45 ſubditus idem,
De ſyluis vrenda legens, veneranda relinquens.
Hæc contra exclamant longè diuerſa volentes,
Idolico & multum perfuſi corda veneno,
Deſine prolixis renuentes cogere verbis
Si rebus ſuadenda probas hæc iure placebit
Conditio adlatura fidem non protinus ipſi,
Aggredimur noſtram properè ſuccidere pinum.
Tu ſi vera adhibes fidei documenta, cadentem
Excipe, & optatæ gaudens occurre ruinæ.
F Nil graue confiſus domino tam dura probatur
Cauſa, nec iniuſto renuit iuſtiſſimus ori,
Confidens virtute Dei, cui prona facultas
Quamquam præſentem verbo prohibere ruinam.
Nec mora, & adſtrictis nectuntur vincula membris
Atque elidendus iam parte locatur in illa
Qua pronus toto pendebat ſtipite truncus:
Iamque inclinatis nutantis pondere ramis
Subiecta haud dubiè terrebat mole ruinæ.

Infeſtant totis certantia gaudia votis,
Ictibus adſiduis crebriſque bipennibus inſtant.
Vindicta affectum excludit, fugat ira dolorem.
Exanimes pallent monachi, maiuſque periclum eſt
Confuſæ nimium tanto terrere fidei.
Vulneribus donec paulatim euicta fragorem
Prona dedit, totoque in ſanctum concita ſaltu
Præceſſit celeres properantia vota furores.
Iam propè contiguo perfractis turbine membris,
Ille metum prohibente fide formidine pulſa
Vicinam operiens conſtanti corde ruinam,
Ne citò conuerſam cernens perfidia pinum,
Ad caſum reuocaret opus, meritumque negaret
Dum putat euentum. Sed iam propiore periclo

Ruentem arborem excipiens liberatur.

Erigit armatam ſigni 46 munimine dextram,
Oppoſitque crucem qua protinus impetus omnis
Frangitur, & celeri propere 47 mutata rotatu
Diuerſam in partem pernici turbine pinus
Fertur in auctores ſceleris nam propter 48 ouantes
In ſe conuerſam trepide timuere ruinam:
Qui tutum ſemet tanta ad ſpectacula cautè
Credebant legiſſe locum, vix mente recepta
Perfractis cernunt confoſſa ſedilia ramis.
Tollitur in cælum clamor, parteſque reſultant
Attonitæ, & voces cœtu referuntur ab omni.
Gaudia teſtantur monachi, miracula victi.
Chriſtum lingua ſonat, Chriſtum ſimul ore benigno
Ignarique canunt multi, pars iſta fauorem

Gentiles aſſiſtentes conuertuntur.

Agnoſcit, petit illa fidem. Sic conſona raptim
Inter diſcordes Chriſto ſociante voluntas,
Cum fidei donum meruit, cum credere 49 ſancit.
Nam certè nullus penitus fuit agmine in illo
Qui non retulerit ſperatæ dona ſalutis
Adiectus gregibus domini munimine ſigni.
Et loca quæ tetris fœtebant obſita fumis,
Obtexit veris mox inops 50 Eccleſia templis.
Sic vincis Martine tuos, ſic obruis hoſtes,
Sic grauis oppreſſos ſententia 51 proterit, illos
Immites fecit clemens victoria fratres.
Ergo acuit mentem euentus, ſtudiumque rebelles
Vincendi aſſiduè felix Victoria nutrit.
Nam vix collapſis fumabant Idola flammis,
Vicino & tenues volitabant igne fauillæ,

Ignem domui imminentem ſide repulit Sulpit. Seuerus l. 1. c. 11 Fortunatus l. 1. ca. 14.

Cum renouat ſimilis 52 repetita incendia templi
Exultans crebris iuſtiſſima dextera flammis.
Sed dum flagrantis longè lateque vapores
Turbo ferit, crebriſque ferox exæſtuat vndis
Eructans rapidam flammarum inſania nubem
Augens collectum vicina ſtrage furorem:
Haud procul amotum toto petit agmine tectum
Vicina adlambens funeſtis culmina flammis.
Quod poſtquam ſanctus trepidans inſtare 55 periclū
Vidit inafflatis iam mixta incendia tignis
Sepſiſſe implicitum flammarum gurgite tectum
Pernici properans conſcendit culmina ſaltu
Quæ globus igne domum nimio denſiſſimus vrget,
Artuſque oppoſitos flammis venientibus offert.
Tum verò aduerſo ſinuata incendia flatu
Ad ventum redeunt, & quanquam vrgente procella
Præcipiti vis maior agit, cogitque reuerſi
Ignibus inſanum confeſtim cedere ventum.
Sic paret meritis natura oppreſſa iubentis

A *Non flammæ vrgentur flabris, ſed flamina flammis*
Atque ignis præcepta ſequens ſic geſſit vtrumque
Arripiens decreta ſibi, defenſa relinquens.
Sic debellato per iuſta incendia templo
Itur in excidium alterius quod forte leproſus
Quondam 54 opulens vicus peruerſa mente colebat. Leproſus vicus.
Sed poſtquam crebri demens inſania vulgi
Tentatum reuocauit opus, totumque furorem
Oppoſuit 55 violenti turbæ tumultus
Auia ſolorum repetit ſecreta locorum,
B *Atque ibidem ſanctus precibus violentius inſtat;*
Trinas continuans orandi intentio luces,
Et totidem iungens vigilatis noctibus horas.
*Quin & 56 * & contexto ſetis coopertus amictu*
Exeſa adſiduo compunxit acumine membra,
Vt tereret tenuem veſtis nimis aſpera pellem,
Et cutis 57 extentis ſtimulis adſtricta paueret,
Saxea collidens mage duris oſſibus arua,
Producens tardos ſera in ieiunia Soles,
Perfundens totum lacrymarum flumine vultum
Vt Domini iugis ſemper clementia Chriſti
C *Inſontis famuli nimium miſerata laborem*
Traderet effectum voto, & tentata patraret
Aduerſæ penitus remouens molimina partis.
Interea armatos propter conſiſtere cernit
Angelico fulgore viros, nec tarda pateſcit

Ab Angelis iuuatur in templo diruendo.

Agnitio, adſueti prompta eſt fiducia vultus,
Inſuper & verbis veniendi cauſa docetur,
Ne trepidet, ne vim timeat, ne ve arma paueſcat.
Præſentem agnoſcent per talia ſigna fauorem
Quælibet oppoſito conſurgat turba tumultum
Auxilium facis eſſe Dei, qui protinus omnes
D *Debellare queat verbi virtute cateruas,*
Sufficere ad bellum credens hæc arma duorum
Se ſimul auxilium ferre, & mandata referre.
Acrior ergo animus penitus virtute recepta
Ad cœptum reualeſcit opus, mediaſque cateruas
Irrupit trepido conſtantia reddita cordi.
Funditus euerſis ſternuntur templa ruinis
Excipiunt totas ſimulacra iacentia moles
Fractaque deiectis ſuccumbunt idola tectis.
Inuoluit mixtus pariter ſimul omnia puluis
Tigna, aras, ſtatuas, cæmentum, ſaxa, metallum.
E *Nec ſanè tanto progreſſus ab agmine quiſquam*
Obuius ire parat, manet imperterritus ille
Debellata videns trepidantum corda virorum,
Immoti expectant populi, riguere minantum
Pectora, & attonitis ſtupuerunt viſcera fibris
Non membra expediunt motum, non verba tumultū
Diriguere artus miſeris 58 vox faucibus hæſit.
Tentantum cecidere manus, & clamor hiantum.
Vt mare quod fundo conuulſum mouerit imo
F *Fluctibus inſiſtens vehementis turbo 59 procellæ*
Illidit tota ſpumantis aſpergine cautes,
Et rauco oppoſitas tranſcendit murmure ripas.
Pulſant perfractæ dum concaua littora moles
Et vada permiſcent totum vicina profundum.
Mox vbi depoſito ſiluerunt flamina motu,
Sternitur immenſus placidarum campus aquarum.
Læuia depoſito conſidunt marmora vento,
Et iacet immoti ſpecies mutata elementi
Sollicitans tenues conſtrato gurgite cymbas.

Haud aliter ſiluit furioſi inſania vulgi,
Et tempeſtatem poſuit, flatuſque remiſit.
Hoc tantum & veris clamauit ſubdita verbis
Martini Dominum toto ſimul orbe colendum,
Hunc ſolum ſe noſſe Deum, nam ſurda ſalutem
60 *Idola quæ poſſint vnquam conferre petenti,*
Haud latura ſibi, nec quemquam tradere donum
Quo careat, magis eſſe inopem qui poſcat egentem.
Sic verè penitus lucis fulgore recepto
Hæc quoque turba diu adcreuit, dedita caſtris.
Talibus adſidue vegetato corde triumphis,
Rurſum bella cupit, remouet fides aucta pauorem,
Spes animat, meritis cedit formido pericli,
Nam ſimilem mouit ſimilis mox cauſa tumultum.
Dum ſubuertendo properat ſuccurrere templo
Ruſticitas væſana nimis, ſolitumque rigorem
Augens præcipites immenſa mole furores.
Denique ſic totum obruerat dementia ſenſum
Vt ſtricto quidam minitans occurreret enſe
Auſus ſacrilegum vibrare in vulnera ferrum.
Et cum reiecto nudatam tegmine gaudens
Ceruicem offerret ſanctus, 61 nihil ille retractans
Gladio ferientis ſe ſubiecit. *Altè ſublatum ſurgit furioſus in enſem.*
Celſius inſanum dextram ſuſpendit in altum
Attollens totum celeri conamine corpus
Concita præcipiti tendens veſtigia in altum
Altius, vt veniens caderet vehementior 62 ictus
Cum ſubito adſtrictus riguerunt viſcera 63 neruis,
Manus petentis ſe violenter torpet. *Atque hæſit tenuis conſumptus in aera motus,*
Porrecta & iuſſum ſuſpendit dextera ferrum,
Et perijt totus membris torpentibus ictus,
Et manus 64 irrito conamine fixa remanſit,
Sic artus tota collapſi mole retrorſum
Præcipiti ad terram proni decidere ruina,
Oſſaque colliſis ſonuerunt obruta membris,
Prona & ſaxoſæ iacuerunt aggere terræ.
Tum demum extorti gemitus, lacrymæque coactæ.
65 *Depoſitiſque armis nimium miſeranda 66 precatis*
Ambitio, ad veniam redijt conuerſa ſalubrem.
Quidnam quæſo auidā reuocaſti à ſanguine dextrā?
Cur parcis quem nemo rogat quid detinet ictum
Voluntas etiam ſola & affectus ſi effectum maleficiis, crimen eſt. *Sic manet ira tuum; tu certè ignoſcere non vis.*
Cur ferrum retines, patet ecce innoxia ceruix
Vulneribus nudata tuis, quid vota moraris?
Qui mentem ferientis habes? cur crimine ſaluo
Vltio differtur? facis, & ſi dextera ſaluet,
Quod feciſſe cupis ſi non mutata voluntas,
Culpa manet, ſatis eſt meritis ſententia 67 cordis.
Nec ſanè hinc ſolum ſeruatæ dona ſalutis
Videre attonitæ trepidantia pectora plebis.
Nam mox cum ſimilem ſimilis væſania mortem
Diſtricto inferret telo diſcuſſa repente
Ferri acies caſſo ferientem deſerit ictu,
Extortum & demens quæſiuit dextera telum,
Totaque collecti euaneſcere vota furoris
Decepta amiſſo viderunt lumina ferro.
Et tamen interdum alloquio ſuadere ſalubri
Sueuerat, & verbis mentes mutare feroces,
Et corda affatu molire rigentia Sancto;
Illuſtrans veterem doctrinæ lumine noctem.
Præterea procliue fuit adhibere ſalutem
Infirmis, greſſum claudis, & lumina cæcis,

A *Nam certè nullum tanti violentia morbi*
Obruerat, quin votiuæ fomenta ſalutis
Retulerit viſu gaudens reualeſcere ſancto,
Quod vel præſenti poterit clareſcere facto.
Quondam Treuericis in manibus innuba virgo
Tabuerat conſumpta grauis paralytica morbo,
Atque omni motu 68 torpentia membra carebant.
Officiis priuata ſuis, iam carne relicta
Spirabat tenuis frigenti in pectore flatus,
Pallebant pauidi vitima morte propinqui,
B 69 *Arenteſque artus lacrymarum fonte rigabant;*
Triſtis & obſequij mœſtum contraxerat agmen
Exequiis 70 præbendus honor: tum murmure flentū
Concitus irrumpit reſerato nuntius ore
Martinum veniſſe ferens, cui prona facultas
Optatam 71 Sanctis precibuſque aduoluitur, orans
Auxilium, & largo ſpargit veſtigia fletu,
Ac ſingultantes rumpunt ſuſpiria voces,
Et plus de precibus lacrymæ quàm verba loquuntur.
At contra ſanctus pollens pietate modeſta
C *Adfectum ſociat, meritum negat, abnuit eſſe*
Virtutem qua præſtat opem, ſed corde dolorem
Participat, refugit pompam, ſed deflet ærumnam,
Et meritum vitando probat, ſic celſior extat
Corde humili, confert laudi quod demit honori.
Hæc cernens genitor tanto vehementior inſtat,
Donec permota adſiduo iuſtoque rogatu
Sancta ſacerdotum precibus coniuncta paternis.
Ambitio, blando renuentem iure coëgit
Viſere lugentis penetralia mœſta parentis.
Adſtant pro foribus populi, miracula Chriſti
Attonitæ expectant pendentia pectora plebis.
D *Ille vbi ſeminecis miſeratus tabida vidit*
Membra, & conſumptis languentis lumina malis,
Oſſibus hærentem ſiccato corpore pellem,
Et cutis infuſo vitiatum felle colorem,
Subtracto & penitus conſtricto murmure linguæ
Suſpiria, exiguum glaciale à pectore flatum,
Filaque venarum rupto pereuntia pulſu
Ordine præciſo quærentem linquere dextram,
Ad terram toto confeſtim corpore pronus
Sternitur, à Domino verbi medicamina poſcens
E *Cui iuſſiſſe ſat eſt, atque artem vincere nutu.*
Senſit adeſſe Deum promi depoſcit oliuum. De vſu olei benedicti in morbis apud veteres Chriſtianos, agit etiam auctor infra l. v. v. de notatis n. 22.
Oblato accedit benedictio ſancta liquori.
Exin mutati congaudens vnguine ſucci
Singula contingit medicato criſmate membra.
Admota expellit veterem pia dextra dolorem,
Atque impetratæ felicia dona ſalutis
Ad tactum 72 medici paulatim infuſa recurrunt.
Sic morbis cunctis membrorum 73 à parte fugatis
Reddita ſuccedit vegetato corpore virtus.
F *Mox valida exurgit populo mirante puella,*
Et ſtabiles greſſus diuino munere ſiſtens
Dat laudem domino per ſancta altaria Chriſto.
Quod poſtquam virtutis celeberrima cætu
Mania compleuit, certatim accurrere cuncti
Quorum vel mentis Dæmon, vel corpora morbus
Obruerat, corde orantes memoriſque medellam
Si greſſu ſtabiles, hi ſenſu abiere 74 valentes. Tetradii P. conſularis Seruum a dæmo-
Præcipueque tamen cunctis quæ gratia Chriſti
Per famulum dignata ſuum miracula fecit

monio liberat Sulp. Seuer. l. 1. c. 26. Fortunatus. li. 1. cap. 20.

Vnius eminuit præſens curatio ſerui
Quem Dæmon toto captiuum iure tenebat
Denique cum Sanctus grandi ambitione rogantum
Permotus miſerum deduci ad ſancta iuberet
Limina nõn potuit quiſquam vincere 75 furentem,
Sic cunctos rapido debacchans ore fugarat,
Dentibus infrendens, lacerum cruor vndique corpus
Texerat, & nudis horrebant vulnera membris.
Tum Dominus claro nimium ſublimis honore
Faſcibus ornatus Proconſulis immemor huius
Ambitionis adeſt, genibuſque aduoluitur albis
Ac pronus pedibus blandas circumligat vlnas,
Orans vt quoniam nec vis, nec vincla valerent
Adtrahere inſano bacchantem corde miniſtrum,
Ipſe adeat tectum, ſub quo iam tempore multo
Seruabat clauſum iugis cuſtodia ſeruum,

Gentilis domum recuſat adire Martinus.

Sed renuit Sanctus limen calcare profani,
Nec vult Idolicis iuſtus ſuccedere tignis,
Diſcernens templi 76 fœtorem à chriſmate Chriſti.
Ille autem ſanctis genibus violenter inhærens
Spondet, Sancto ſe credere velle miniſtro,
Quicquid tradiderit tanti doctrina magiſtri.
Tum demum motus tam iuſta voce rogantis
Intulit optatos ſaluanda ad limina greſſus,
Atque eadem domino auxilium tam iuſta petenti
Quæ ſeruo medicina tulit, gratantur vterque,
Ille fide accepta gaudens, hic mente recepta,
Confeſtimque nouum poſthæc miracula factum
Attonitam erexit tanta ad præconia plebem.
Nam forte ingrediens vicini limina tecti

Dæmonia cum alterũ cota. Sulp. Seu. l. c. 17. & Fortunatus lib. 1. cap. 21.

Exclamat forte ingrediens vicini limina tecti
Horribilem, & viſu furioſis Dæmonis vmbram.
Nec mora continuo cœpit tam proditus hoſtis
Arrepto ſæuire 77 coco, miſcere tumultu
Interiora domus penetralia, frendere malis,
Captiuique oris dentes nudare minaces
Ingenitam exercens alienis morſibus iram
Dum quatit obſeſſum permixta inſania corpus
Dæmonis vt rabies humano ſæuiat ore
Armata ad proprios alieno dente furores,
Diffugiunt trepidi, nec quiſquam obſiſtere contra
Audet, & extremos acuunt exempla timores.
Sed fidens Domino ſanctus 78 fallacia ridet
Agmina, & occurſu rapido ſeſe obuius offert.
Qui ne, cum quateret tremulos dementia rictus
Collidens miſeros ferali murmure dentes,
Et repetens crebros nutantis vertice morſus,
Conſtanter digitis fauces penetrauit hiantis
Siſtens aduerſis ſæuiſſima iura latronis.
Hæſerunt auidæ dilato vulnere malæ,
Suſpenſus riguit patuli furor improbus oris,
Subdita contactu gauiſa eſt lingua ſalubri,
Molliaque inſertam preſſerunt oſcula dextram.
Tum quia perſtructo fuga nulla pateret ab ore,
Egeſtus 79 fluxu ventris vacuata reliquit
Viſcera, fœtorem ſolum de corpore traxit.
Interea ſubito turbantur cuncta tumultu

Dæmones mali rumoris auctores deteguntur. Sulp. Seuer. li. 2. cap. 18.

Mœnia, barbaricos adfert fama 80 improba motus,
Spargens incredulos per credula corda pauores.
Nec tamen extabat rumoris nuntius huius
Vt prolata fides manifeſto auctore pateret.
Ergo vbi tam dubiis mutare ingentia rebus

Fortunat. lib. 4. ca. 2.

A Vidit, & incerto populos terrore teneri,
Imperat vt clauſus captiuo in corpore Dæmon
Proderet, vnde nouam ſparſiſſet fabula famam.
Protinus impulſus verbo tortore fateri,
Se cauſam clamat, crimenque, caputque malorum,
Semet cum ſociis 81 iſthæc mendacia laruis
Sæuiſſe, vt trepidam premerent formidine plebem.
Ergo hæc fallacis confeſſio vera latronis
Abſoluit mœſtas cruciato dæmone mentes.
Iam vere vt tantæ 82 putatis geſta retexam,
Nec mens ſufficiet, ſterilis nec pagina vilis.

Pacificiſſime proſum oſculo ſanat. Sul. Seuer. l. 1 cap. 19. Fortunat. l. 2. c. 23.

B O verè 83 confine bonum, miſeratio prompta,
Mens humilis nullum ſpernit qui diligit omnes.
Nam quendam horrendo lepra traxerat improba morbo
Inficiens cunctam macularum tegmine carnem.
Et ſpargens denſas vitiato in corpore guttas.
Quem cum ſanorum faſtidia crebra notarent,
Ignara & propriè mens iniuſtiſſima caſus
Deſpiceret triſtes alieno in corpore morbos,
Ingrediens portam ſanctus 84 præeunte caterua,
Qualis in obſequium tanti collecta patroni
C Stipabant denſis murorum limina turbis,
Oſcula dat miſero vultu connexus, & ore.
Nec metuens talis faciem ſordeſceret actu
Impreſſit iunctis pacis 85 ſignacula labris.
Obſtupuere 86 animis alij, gauiſus at ille
Senſit in attactu diuini munera doni,
Et remeare citam raptim per membra ſalutem,
Diſpergi, & celerem renouata in carne nitorem.
O verè precioſa tuæ dignatio pacis,
Et medicina pio quæ permanabat ab ore;
D Seu membra attingas labiis, ſeu corda loquelis,
Oſcula ſanabunt ægros, & verba docendos.
Atque vtinam noſtros ſimilis clementia morbos
Tangeret, & miſeri maculas depellere cordis
Orans tam ſancto Martinus vellet ab ore:

f Innocentia Poëtæ Martini opem.

Tum credo ad veræ reuocarer gaudia pacis
Sanatum attollens ſancta ad myſteria vultum.
Et poſt euerſum dederat quem portio cenſum
Spes mea clementis domini penderet ab ore,
Porcorumque eſcas linquens, vel gaudia carnis
Acciperem veræ ſignacula certa fidei,
E Quin & contactus tantum vel fimbria veſtis,
Raptaque certatim diſrupto vellere fila,
Omnibus in cauſis celeres 87 habuere medelas.
Namque vt præteream quæ non obſcurius acta
Erga humiles latiure hominas 88 num quæſo, latebit

Arborius filiam ſuam epiſtola ſanat. Sulp. Seu. li. 2 ca. 20. Fortunat. l. 2. c. 4.

Arborius mundi eximio perfunctus honore,
Clarus præcelſæ qui culmine Præfecturæ
Romana 89 indultis moderamina rexit habenis,
Nec minus excellens morum probitate piorum:
F Huius conſumptis penitus iam tabida membris,
Vnica languidulos ſtratis reiecerat artus
Filia, quam febris iugi cum lege recurſus
Ad quartum reditura diem ſic carnis amictu
Exuerat crebras ſemper repetendo ruinas,
Vt nihil adflictum corpus ſentire medela
Poſſet, vel mediis vicina febre diebus,
Dum tranſcurſa ſibi iactatio vindicat vnum,
Alter venturam patitur trepidando ruinam.

Talem igitur triſti genitor pietate puellam
Dum fouet, & flatu glacialia membra tepenti
Percurrit, patrij dum creber 90 anhelitus oris,
Oblata ad trepidam peruenit epiſtola dextram
Quam pius antiſtes mœſto mittebat amico.
Ille vbi perfectæ gauiſus munere chartæ,
Preſſit in abſentem congaudens oſcula dextram,
Concluſit celeri veneranda volumina motu,
Et ſtomacho raptim properans admouit anhelo.
O verè precioſa fides, depulſa fugatur
Febris, & ignitæ remouetur flamma caloris.
Arentes penetrat præſens benedictio venas,
Et rigat exhauſtas verborum rore medullas,
Reſtituunt celerem domini pietate ſalutem.
Ad cuius laudem rectè referemus ouantes
Quæ nunc miramur ſeruos potuiſſe fideles.
Nec ſolum hæc membris tribuit medicina medelam,
Sed corde adiecit veram fides aucta ſalutem.
Confeſtim 91 nam vota Deo ſacra virgo per illum
Offertur Domino, per quem valet eruta morbo.
Sic tribus indulta eſt ſimul huius gratia doni,
Conſecrat 92 antiſtes, pater offert, virgo ſacratur.
Quin & Paulino ſimilis medicina ſalutem
Reddidit, inſignis fidei quam 93 gloria latè
Extulit, obductis cuius cum nube latebat
Viſus, & infuſis caligo extenta tenebris
Arcebat cunctam macularum tegmine lucem,
Quam leuis & tenus tactu ſuſpenſa fugabit
Spongia, vicino benedictæ munere dextræ.
94 Vix admota oculo diduxit iam reddita lucem
Ferre acies, lumenque nouum mirata recepit.
Atque vtinam noſtri tenebras contingere cordis
Tali luce velit Sancti medicina patroni,
Reddat vt antiqui rurſum myſteria facti
Nomen idem, medicuſque idem, per cauſa medelæ.
Miramur citò tam multa & tã magna videntes
Archiatri fomenta pij, miremur & illam
Quam meruit medicus Chriſto medicante medelã,
Per quem munificus ſimul & de munere gratus
Expenſis gaudet donis bonus atque retentus.
Namque ad ſublimem nitens conſcendere partem
Qua domus excelſis pendebat fulta columnis,
Lubrica dum ſcalis fixit veſtigia, pronus
Corripuit, & crebram gradibus renouando ruinam
Colliſo terram collapſus pondere preſſit.
Ecce autem præfracta 95 trucem dum mẽbra dolorẽ
Feſſa gemunt, ſubita adflicto ſolatia portans
Angelus adſiſtit ſancto venerabilis ore,
Abluere infuſis feſtinans vulnera lymphis,
Paulatim ignoti contingens vngume ſucci
Perducens tenuem tactu leuiore liquorem,
Vnda rigat, tacitam 96 properè ſenſere medelam
Membra ſimul madidis mollito corpore venis,
Confeſtimque artus ſtabiles viguêre fugati,
Vndique mandato domini ceſſere dolores.
Pernices greſſus, mens viuida, cordis & oris
Gaudia, gratifico concors cum pectore vultus.
Dum Dominum laudat ſibimet nihil adrogat inde,
Prodidit & meritum quia ſe meruiſſe negauit.

Epiſtola Martini admota pectori puellæ ægrotæ, ſalutem confert.

Virgo ſacratur Deo. Paulini oculũ ſanat. Sulp. Seu. l. 3. cap. 11. Fortunat. l. 2. cap. 2.

Martinus caſu vulneratus ab Angelo curatur. Sulp. Seuer. l. 3. c. 11. Fortuna. l. 2. c. 3.

Finit in Chriſto lib II. habens verſus
D. CC. XVII.
Biblioth. patr. tom. 8.

A

PAVLINI DE VITA MARTINI.
LIBER III.

Qvo rurſus ſteriles 1 calamos & ſibila ruptis
Vox 2 ſtipulis emiſſa vocat? hæc gloria certè
Maiorũ voces digna eſt augere 3 tubarum,
Nec poterit paruis vox tanta erumpere culmis,
Quanta & ſublimes lituos implere valeret.
B *Sed ſi vel tenuis flatu tam anguſta iuuetur*
Tibia, quam ſancti benedictio miſeris oris,
Grandia ſi nequit effari, vel ſuauia dicet.
Primum igitur libri partem deuicta tenebit
Ambitio, hac reliquas reſerabit ianua laudes
Qua poſt degeneres per ſecula multa pauores
Corrupto emicuit libertas perdita mundo.
Elatus quondam bellis feliciter actis
Maximus, & domini vnius iam morte 4 ſuperbus,
Exilio alterius, crimen malè moribus hærens
C *Auxerat euentu, naturæ & vulnera prauæ*
Reſciderat 5 ſæpè infelix magis corde ſuperbo
Proſperitas, rebus grauius ruitura ſecundis.
Hunc igitur Regem diuerſa ex parte frequentes
Paſtores adiere Dei, queis cura perennis
Vel ſeruare pium domini, vel paſcere plebem
Certantes laxare reos, diſſoluere vinctos,
Reddere defeſſis requiem, ſolatia mœſtis,
Orare exulibus patriam, veniamque precari
Proſcriptis cenſum, miſeris vitamque mereri.
Dumque hæc nituntur ſtudio celerare benigno,
D *Paulatim adſenſu trepido ſubiecta tumenti*
Sancta patrum grauitas, nimiumque vileſcere cœpit
Dedita blanditiis, non quas dependere fuerat
Priſca ſacerdotum grauitas, ſed fata 6 clientum
Ambitio ad nutum tumidi deiecta patroni.
Inter quos ſolus conſtanti corde vel ore
Martinus nullo infecit pia viſcera fuco,
Nec trepida oppreſſit deformi ignauia næuo
Mentem Chriſto humilẽ, 7 celſam ad faſtidia mũdi,
Quin & conſtanter precibus connixus in ipſis
E *Si qua fuit Regem tumidum tum cauſa rogandi,*
Optantis 8 votum expedijt quaſi iure iubentis.
Sæpè etiam ſanctum crebro mouere precatu
Ambitio eſt adgreſſa virum, vt vel ſero veniret
Oratus totiens ſpreta ad conuiuia Regis.
Ille etenim 9 faſtus temnens & facta reuoluens
Eius ſe penitus renuebat iungere menſæ,
Cuius criminibus ſanctam connectere mentem
Adſenſu ſaltim tenui nefas eſſe putabat,
Obiectans cædem dominorum, & ſanguine partum
Imperium, mortem Regis, regnumque tyranni,
F *Sed cum continuis precibus pia corda fatigans*
Dilueret culpas, obiecta & crimina purgans
Diceret oppoſitum ſibimet terrore iubentum
Imperij regimen, nefas eſſe vt mole prematur
Inuidiæ, ferro atque armis extorta poteſtas,
Ambitione vacans: nec ſanè parua 10 pauoris
Signa ſui tanto Dominum miſiſſe triumpho.
Nec quamquam, 11 quamuis tepidæ paruæq; fidei,
Ignorare hominem belli momenta gerendi
In nutu pendere Dei, manifeſtius autem

De Maximi Imperatoris faſtu.

Adulatio Epiſcoporum. Sulp. Se. l. 1. cap. 23.

Regiam menſam dedignatur.

Maximus obiecta Martini excuſat.

Si magè confiſum numero, virtute, viriſque
Inferior vincat, viciſſe hunc iudice Chriſto.
Nec ſanè quicquam ſe vel poſt bella cruentum
Immiti geſſiſſe animo, ferrique furorem
Poſt aciem valuiſſe nihil, poſt arma 12 tubaſque,
Inſontes gladios ceſſaſſe à crimine cædis,
Et nullo penitus reſperſam ſanguine pacem.
Martinus conuiuio Regis tandem excipitur Sulp. Seuer. l. 2. c. 23. Fort. li. 2. cap. 4.
Talia ſæpè iterans precibuſque inſtantius orans
Molliuit ſanctum crebra ratione rigorem,
Vt culpæ ignoſcens ſtudioque euictus adiret
Faſtidita prius regalis fercula menſæ:
*Exultat ſpes iam * proprior de munere tanto,*
Fortè propior.
Feſta dies læto gaudet clareſcere cœtu,
Adduntur lecti proceres quos Regia iuxta
Culmina vicini ſplendor connectit honoris
Inſignes trabeis, legum armorumque tenentes
Arbitrium, vel iura fori, vel claſſica belli,
Hos inter 13 medius qua 14 ſima flectitur orbe
Presbyter accubuit, dextra læuaque potentum
Ordo ducum, membris ſuper aurea fulcra locatis
Preſſit ſubiectum precioſi velleris oſtrum,
Ad dextram Regis ſancto venerabilis ore
Conſedit ſenior, qualis pia iura reportans
Deſcendit ſacro montis de vertice Moyſes
Mutatis vultus nimio fulgore coruſcans
Cum faciem cordis ſplendor depromeret oris,
Nec cohibere nouam poſſent velamina lucem.
Mirantur taciti 15 gaudentes turba miniſtri,
Aeque aula obſequiis certat deuota modeſtis
Tam ſancto ſeruire viro, cura omnibus vna eſt
Optati officij, minor eſt reuerentia Regis.
Ipſe etiam præſens Martinum excellere mauult.
Elegans deſcriptio menſæ Regiæ.
Stipant ſubiectas regalia fercula menſas,
Diues in excelſis ſplendeſcit purpura fulcris,
Mollia puniceo motantur 16 ſerica fuco,
Et rutilat doctè ductis ſine vellere penſis,
Miſceturque oſtro mollitum in fila metallum.
Liminibus diſtenta tremunt aulæa ſuperbis,
Nutat & in foribus velorum mobile clauſtrum:
Cuncta nitent vario cultu ſurſum 17 atque deorſum
Edita pigmentis, ſola marmore, tecta metallis:
Suſtentant vitreas cryſtalla capacia lymphas,
Cumque ipſa & conchæ ſpecies videatur & vndæ,
Nec cohibere putes ſuſceptum clauſtra liquorem,
Pocula funduntur gemmis, gemmiſque bibuntur,
Electri mollis fuluum diſcriminat aurum,
Arserat in precio, 18 precium precioſius arte eſt.
Hæc radiant gemmis, hæc 19 extant vaſcula ſignis,
Aſpera ſunt quædam viſu ſed læuia tactu,
Lancibus & rutilis diſciſque patentibus adſunt
Aeris, & nemoris fructus terræque, mariſque.
Poſtquam exempta fames epulis, tum ſola voluntas
Arentem reuelare ſitim, rapuere miniſtri
Incluſas auro glacies lymphaſque niuales,
Rorantes alij pateris offerre petentum,
Anticipat votum famulorum cura vigorque.
Tum Rex Martino dubitantem offerre miniſtrum
Imperat, officio 20 cedens ſimul ordine verſo,
Tam ſanctæ ardenter cupiens ſuccedere dextræ,
Vt patera ad tactu tanti precioſior oris
Infuſum inficeret cæleſti rore liquorem.
*Verum vbi reſperſit tenuis ſa 28 gutta * * lyx*

A *Vix humectati tactu defecit in oris:*
Cum Rex protenta captaret pocula dextra;
Tradidit ille ſuo fidei metitus honorem
Presbytero, meritum cordis non purpura Regis
Vicit? prælatæ ceſſit diadema fidei.
Attonitis ſtupuere animis defixa videntum
Corda virum, ſprotoque etiam conſtantia 22 Regi
Plus placuit quàm mira fuit, nec liuor adußit
Inuidiæ tanti trutinantem pondera facti.
Quiſnam vel magnus quamuis ſub Iudice paruo
B *Auderet tantum pro ſancto iure ſacerdos?*
Non terror vicit firmum, non gratia iuſtum,
Non conniuantis ſtudium, non ira potentis.
O virtus vicina Deo, 23 ſi corde remoto
Sis velut ipſe procul, præſentem vincere mundum.
Nec timuit quæcumque illi pateſecerat almus
Spiritus, infuſo complens pia viſcera dono
Haud dubitandi ipſi conſtanter prodere Regi Maximo Regi futuram prædicit euentum vide Sulp. Seu. lib. 2. cap. 23.
Euentus belli varios, felicia primum
Prælia, mox alio triſtem in certamine cladem
Quæ cuncta vt 24 puro vidit mens ignea ſenſu,
C *Sic ducta euentu celeri quaſi viſa probauit.*
Nam primo oppreſſum Regem certamine fudit,
Mox captiua Duci ſubmiſit colla reuerſo.
Nec mirum eſt tantùm mentem vidiſſe ſagacem
Linquentem cunctas ſublimi pectore curas,
Et ſenſu æthereo penitus ſuper aſtra volentem. Angeli cum illo locuti Sul. Se. l. 2. c. 24. For. l. 2. c. 5.
Nam ſæpè angelicis miſcentem verba loquelis
Pro foribus ſtantes monachi ſtupuere fideles.
Sic nil corporeum corpus, vel membra caducum
Senſerit atque animo iam libertate fruentis
Nequaquam edomitæ nocuerunt pondera carnis.
D *Ipſe etiam quouis tentaſſet fallere vultu*
Perſpicuus caſſo patuit molimine Dæmon,
Nec permutatis permiſſus ludere formis.
Denique cum trepido penitus fuga nulla pateret
Efflabat ſæuum per verba furentia virus,
Illæſum inſidiis cupiens accedere dictis, Conuiciatur diabolus Martino.
Dentibus elapſum linguæ lacerare veneno
Effundens caſſas iam fractis 25 motibus iras.
Quin & orantem miſerando ſanguine dextram
Concutiens, cornuque oſtentans 26 crimina cadis
Sanguineo, lætuſque malis & triſtia ridens,
E *Irrumpit ſanctam funeſto murmure cellam,* Cellam eius irrumpit cum cruentato cornu Sulp. seu ubi ſupra Fort. l. 2. cap. 6.
Tartaream effundens per verba proacia vocem,
Cernat vt impleti tandem documenta furoris.
Hæc ſors arma dedit, telum hoc violẽtus 27 adegit
Obſequium pecudis, vincens ſed crimine noſtro.
Quo maior fructus ſceleri, tuus ille, tuique
Agminis, in noſtræ ſolatia concidit iræ,
Effectas 28 renouans optato ſanguine vires.
Protinus accitos 29 proceres iubet ocyus omnes
F *Effectu celeri monachorum viſere cellas,*
Ne fors fallacis mendacia verba latronis
De proprio ſaltem dixiſſent 30 crimine verum
Qualis mæſtorum ſoleat vox eſſe reorum
Complectenda truci 31 iam ſub tartore fatentur.
Tum referunt nullum penitus de fratribus illo
Signari indicio, coram ſe protinus omnem
Sanctorum numero eſſe gregem, qui clauſus ouili
Temnebat rabiem frendentum ad clauſtra luporum
Quem vigil æterno Regi Martinus alebat.

Sulpici. mat.

Attamen accepta quendam mercede profectum
Vt plauſtro aduectis prohiberet frigora lignis.
Huic properè accurrit Martinus præcipit illum,
Tum ſocium monachis vel per commercia factum
Confeſſi inſidiis credens patuiſſe latronis.
Nec mora 32 quin præſens iam coniectura probetur.
Semineceme greſſi non longè à limine cernunt
Extremæ efflantem miſerum ſpiramina vitæ.
Ille tamen letho languentia lumina ſoluens
Vix ſingultantis præciſo murmure linguæ
Adtraxit tenuem glaciali à pectore vocem,
Vulneris exponens cauſas, nam forte iuuencum
Dum reſoluta artis ſtringuntur vincula loris
Liberior ceruice vaga dominoque rebelles
Mollia tartareo transfoderat inguina cornu,
Quæ poſtquam expoſuit, preſſoque obmutuit ore,
Tum feſſum læto poſuit caput, oraque, & artus,
Perfudit 33 croceos glaciali corpore pallor.
Hoc ſine interiit, nobis tamen hic quoque finis
Martini oſtendit meritum, cui noſſe futura
Sic licuit, nihil vt penitus velamina carnis
Tardarent 34 celerem terreno pondere mentem.
Nec quemquam 35 minimum mendax & callidus hoſtis
Vel tegere inſidiis fraudes, vel fallere formis

Diabolicæ formæ & illuſiones. Su. Se. l. 1. cap. 24. Fortu. l. 2. cap. 7.

Tentaret, fruſtra hæc toties molimina perdens;
Auſus fictorum formas ſimulare deorum
Fingeret effigiem quorum fingebat honorem.
Nunc Iouis inceſtam faciem, Martiſque furorem,
Mercurium falſis nexum veſtigia pennis,
Forcipe Vulcanum, chordis vel pectine Phœbum,
Effigians 36 clypeo inſanam criſtiſque Mineruam,
Laſciuam Venerem, quatientem luſtra Dianam,
Inceſtam illicita thalamorum lege ſororem,
Germanæ & nomen perdentem crimine fratris.
Talibus oſtentans formis, ſe, digna ſuorum,
Facta, & mentito vultu ſua crimina prodens;
Nequaquam elabi potuit, ſed fraude retecta
Perdidit irriſus molimina callida Dæmon.
Efflans, extremum per verba procacia virus,
Illæſumque virum viciis vel voce laceſſens.

Conuitiatur Martino.

Quæ cuncta immoto tolerans patientia vultu,
Blanditias temnens, probra & conuitia ridens,
Atq; hoſtem agnoſcens figmento in vtroque doloſū,
Crimine nec lædi potuit, nec laude moueri,
Verborum iaculis opponens ſigna ſalutis,
Et crucis obiectu confringens tela latronis,
Qui ſæpe adgreſſus duris pia corde querelis

Martino obiicit peccatores ſecum viuere.

Impius obiectare pio pietatis amorem
Proh dolor, audebat coram ſic voce reſultant,
Teſtibus vt multis feralia dicta paterent.
Quare 37 ait epoſos domino (ſi crimina damnas)
Supiſſet 38 vitium culpans, conſortia quæris
Peccantum, forſan lateant te facta tuorum,
Hortatu tum facta meo, quæ plurima ſuaſi,
Et quorum pars magna fui qui quæſo, probabit
Inſenſum factis hominem facientibus æquum?
Ille ait, antiquo ſerpens diſtente veneno
Non hæc de miſeris 40 domini ſententia Chrſti eſt.
Qui ſi finiri culpam videt, abiicit iram,
Tempora non ſtatuens culpæ niſi tempora noxæ
Ne maneant peccata monens, finita remittens,
Mitis præteritis ſi ſit correptio præſens,
Errantes reuocans, reuocans crimina donans,
Peruerſis patiens, clemens, placiduſque reuerſis,
Vita hominum, mors culparum, miſerator vtroque
Exitium ſceleris cauſas iubet eſſe ſalutis.
41 Nec deſperarem fidens bonitate probata,
Quod quamuis vincant cunctas tua crimina noxas
Si commiſſa diu ſaltim vel ſero 42 doleret
Quod de te medius raperet clementia flammis.
O felix pietas, tantum 43 confidere quemquam
De domini bonitate Dei, vt ſpondere benignè
Audeat illa etiam quæ non promiſſa fatetur.
Dum reuocare ipſum conſueto à crimine tentat
Criminis auctorem, peccatum à fomite tollent,
Et ſtirpem exoſam prima ab radice recidens.

Diabolus ſi peniteret ſaluari poſſit,

Sed quoniam crebros cantare enisa triumphos
Murmura tartareum tetigerunt noſtra tyrannum,
Atque inter laudes titulos replicare volentes
Bellorum ſeriem nomen reſonauimus hoſtis,
Hoc quoq; quē dederit Chriſtus ſermone loquemur
Tempore quod geſtum valdè miramur in illo.
Sanctorum quendam ſociis Chriſtique miniſtris
Adiectus iuuenis factoque & nomine Clarus,
Haud 44 procul à ſancto cellam doctore locarat,
Adſciſcens plures iſta ad conſortia fratres,
Vt 45 modulata piis ſymphonia pſalleret hymnis,
Concors connexis reſonaret gloria linguis.
Subdolus hunc quondam iuuenis ſimulataque geſtās,
Compoſitis figmenta dolis, mentitus & omnem
Inſontis ſpeciem monachi ſub nomine fallens,
Expetiit ſub veſte ouium, ſed mente luporum
Spirans antiquum vitiato pectore virus.
At 46 primum Sanctis vel ſolo corpore mixtus
Communis vitæ ſpeciem ſimulator agebat.

Clarus omnibus diſcis Martino adhæret hunc Seu. l. 1. c. 23. vocat adoleſcentem nobiliſſimum & neophytum ... Paulinus epitaphia eiuſdem habet epiſt. 12. ad ... ſolum me ... ta ſanctitas. Sulp. Seu. l. 2. ca. 25. & Forg l. 2. ca. 9.

Poſt ſeſe angelicis ſolicitus iactare loquelis
Fallacem extulerat vana 47 ad faſtigia mentem.
Celſius elati caſurus culmine cordis,
Quin & prodigiis ſuadens incauta coëgit
Corda, velut meritis iam per documenta probatis
Pro leuibus ſignis tumidis plus credere verbis.
Ipſius interdum ſeſe iactare ſolebat
Alloquio domini, tanquam 48 creber ad illum
Nuntius adſidue cæleſti à ſede referret,
Oſtendens magnum ſocio ſermone fauorem,
Nec timuit ſanctis ſemet conferre Prophetis
Spirans fallacis mendacia verba latronis.
Iamque adeo plures confictis credere verbis
Impulerat, ſolus conſtanti pectore Clarus
Reppulit à ſancto fallacia murmura ſenſu.
Et quamuis domini furioſus fingeret iram,
Nec terrere 49 grauem potuit, nec fallere cautum
Spondens virtutem per plurima ſigna probandam.
Namque vt deceptas caperent miracula mentes
Talibus attonitos voluit confundere dictis.
Hac inquam, me nocte Deus (ne vana putetur
Gratia, quam meritis voluit decernere noſtris)
Indutum niueæ 50 donabit vellere veſtis.
Hæc veſtris cum dona oculis manifeſta patebunt,
Saltim, ſi dictis dubitatis credere, 51 viſis
Credite, & aſpectum 52 facili laudate fauore.
Cum verò ad tantum vigil expectatio monſtrum
Curſum prædicta nouitatis pergeret ordo,

Ecce autem mediæ iam ferme tempore noctis
Quo diuiſa diem non longè 53 aſpectat vtrumque,
Proxima venturo, nec multum amota relicto,
Concuſſa intremuit tellus, fragor vndique vaſtus
Horrendum intonuit tenebris, & tetrior ignis
Lampade terribili emenetta & luce micauit.
Terrentur viſu ſubito trepidantia corda.
Protinus ergo alacer ſucceſſuque acrior ipſe
Quo ſic 54 prædictæ fraudis proceſſerat ordo,
Sabbatio tunicam oſtendit Anatholius. *Tangendum cuidam vellus dedit atq; 55 vidēdum.*
Qui citus acciuit reliquos, ne falleret vnum,
Comminus inſignem 56 candore & murice veſtem,
Extaque ſollicitis blandè cedentia dextris,
Mollia dum tenuis percurrunt ſtamina telæ,
Nec tamen agnoſci poterat quo vellere ductus,
Quamuis admotus propter fulgeret amictus,
Sed veſtis viſa aſpectu, vel credita tactu
Suſceptam tenuit mendax in vtroque figuram.
Tum Clarus cunctos hortatu vrgere 57 ſodales,
Vt iam confuſis per monſtra ingentia rebus
Ad dominum precibus redeant, quia pondere ſolus
Obiectos queat ille dolos, fraudemque latronis
Et tenebris proferre ſuis. Vigil ocyus omnes
Turba ad conſuetos modulamina dulcia pſalmos
Aduolat, & ſanctis ſolatia quærit in hymnis
Quæ pellant ſegnes vegetato corpore ſomnos,
Cantibus & ſacris nocturna ſilentia vincunt,
Succedunt pſalmis lacrymæ, ſuſpiria voci,
Conclamat ſi lingua tacet, connectitur omne
In laudem domini tempus vice mentis & oris.
Interea vt primum tenebras rareſcere noctis
Vicina iam luce vident cum præuia Solem
Nunciat acceptum ſpargens aurora ruborem,
Et croceo obnubens pallentia 58 ſydera fuco:
Comprenſum ad ſancti certant perducere cellam
Martini, vt tandem diſiecta 59 nube fugatus
Perderet ingenij Dæmon figmenta doloſi,
Prodens detectam tanto ſub iudice fraudem.
Aſt ille obnitens iamiam propiore periclo
Abnuere, & ſanctas præſentum euadere dextras.
Certabat greſſu ſiſtens, & voce reſiſtens,
Clamans ad ſancti vetitam ſe accedere cellam
Martini, atque illam proferre à limine veſtem.
Tum verò inſiſtunt, prodit trepidatio fraudem,
Fraus Anathelij ficti monachi deprehenſa. *Compoſitoſque dolos pallens ignauia pandit.*
Vanuit in manibus prenſantum veſtis imago,
Attentoſque oculos ſpecies dilapſa reliquit.
Qualiter aëreis nebularum vellera filis
Quæ texere cauas mentite gurgite valles,
Cum purum nitidus ſol altius erigit orbem
Æquora diſperſis produnt nudata tenebris.
Hoc quoq; Sācte, cruci Martine 60 adfige trophæū
Quo ſpolias ſæuum ſimulata veſte tyrannum
Scindens aëriæ mendacia 61 tegmina telæ,
Diſſiciensque 62 cauæ fluitantia vellera nubis.
O nunquam 63 ceſſure furor, rurſumne reſurgis
Dæmonē increpat auctor. *Eliſus toties, toties conamina 64 perdens*
Irruis, atque ruens nec ſtuam audacia ponit,
Nec votum ſucceſſus agit? Tunc impie vultum
Mentiris domini, tenebris & fallere lucem
Conaris, tali vt ſpecie eludere ſanctum
Compoſitis poſſit vecors inſania formis,

A *Spirans extremum quamquam ſine vulnere virus,*
Effœtam & rabiem caſſis iam rictibus efflans,
Non penetrans purum tetra caligine ſenſum,
Nec claudant verum nebularum vmbracula ſolem
Et quamuis oſtro radians, gemmiſque coruſcans Diabolus regio habitu Martinū tentat. Sulp. Seuer. l. 1 c. 25. Fortunat. l. 2. c. 1.
Subdideris rutilum plantis mendacibus 65 aurum
Inſimulans verum falſo diademate Regem
Proh dolor æternum clamans te perfide Chriſtum
Vt velata pio ſub nomine forte lateret
Impietas mentita Deum ſuaſura beatum
Credere mendaci ſpecie ſub nomine 66 Chriſti;
B *Et curuare pios in honorem Dæmonis artus,* Nefas vltima hæreſis apud Tertullianum & maximum Victorem l. 5. in G.
Sacrilegum vt faceret, nefas heu, credita ſanctum,
Religio, ac fidei meritis credendo careret,
Et malè tradendi fallacia pocla veneni
Occulere vt in 67 dolum mellis dulcedine ſuccum.
Ignaris hæc tende animis, tyronibus iſtas
Inſidias molire viris, qui claſſica nondum
Bellica inexperti tentant præcludere telis,
At qui non rudibus ſuetus ſudare ſub armis,
Signaque prætento felicia claudere valle,
Emeritos celat veneranda 68 caſſide canos
C *Omnia quæ multo doctus præcauerit vſu,*
Sollicitè explorat quæ ſint loca fida parandis
Inſidiis, vel quæ rurſum ſuſpecta cauendis.
Quo 69 clypeum regat ingenio, quo turbine telum,
Qui regem 70 capiant tituli, quæ crimina lædant,
Ille ita conſtanti cunctis grauitate reſiſtet
Inſidiis, tantaque dolos ratione cauebit,
Ne fraude efficiat fractus conflictibus hoſtis,
Quod virtute nequit tali tum robore florens 71
Martinus bellator erat cum claſſica Chriſti
Subruerent penitus vitiati crimina mundi.
D *Nouerat ille ſui ſignum dignoſcere Regis,*
Et calcare iſtas crucifixi nomine pompas.
Tu modo purpureo Chriſtum mentiris amictu,
Atque auro & gemmis peregrino flamine ſerum
Hanc ſpeciem exornas, miſer heu, nec fallere noſti.
Sic fruſtrata tuis toties molimina perdens
Conſiliis rurſus tenues delapſus in auras
Solueris, atque fugam turpi fœtore 72 fateris.
Tu verò immota ſtabilis virtute triumpha
Sancto Dei, cui perpetua virtute cohæres.
E *Firmaſti inuictus contra omnia crimina mores,*
Manſuetus, patiens, iuſtus, pius, integer, æquus, De moribus Martini. Hæc eadem ura S. Sulp. Se l. a. c. v. & Fortunat. l. 2. c. 1.
Mitis, confidens, humilis, ſine felle, benignus,
Inſtructus, comis, facilis, placabilis, acer,
Antiſtes ſanctus, doctor bonus, hoſpes amandus,
Mirandus ſignis, imitandus moribus idem,
Corde humilis, mente excellens, venerandus vtroq;
Dum laudem fugiendo capis, vitando mereris.
Ducens contiguos ſera in ieiunia ſoles,
Et vix exiguis 73 ſemper parciſſimus eſcis Ieiunia longa.
F *Defeſſum releuans ſtomachum ſine pondere carnis.*
Sic expulſa cibi, ſic ſomni abiecta voluptas,
Ne vigilem premeret terrena hæc ſarcina mentem,
Sed leuius 74 animi poſſet conſueſcere corpus,
Orandi ſtudio inuigilans 75 ſtudioque legendi:
Continuata iſtis hæſerunt tempora curis,
Hæc ſola & requies placuit, mutare laborem
Succedentem 76 alio iugem ſine fine precandi.
Ipſam etiam cuncti tanto mirentur euantes;

Naturam ceſſiſſe viro, licet vltimus illum
[illegible] Clericus oblitus tanti læſiſſet honoris,
Nec læſus felle intumuit, nec iudicis vnquam
Iure in ſubiectos vindictæ exarſit amore.
Non odium furor exciuit, non gaudia riſum
Triſtitiam ve dolor ſanctus grauitate verenda,
Angelicus fulſit venerando in corpore vultus
Qui poſſit ſancti faciem depromere cordis,
Proferre & clauſam ſacro de pectore lucem.
Semper in ore Deus, ſemper miſeratio. Pacem
Conſilio & voto tenuit. Nam ſæpe ſolebat
Inuidia infectas 77 fauces liuore veneni
Armare opprobriis, ipſoſque accendere 78 viro
Felle ſacerdotes, 79 vt linguis carpere mallent
Quam factis æquare pium, nec quoque ſanctum
Ira animum ſaltim reddendi ad vota coegit,
Quin 80 & fraternos pro tanto crimine fletus
Fundebat madido clemens miſeratio vultu,
Exorans dominum lacrymarum flumine Chriſtum,
Parceret vt verbis veniam tribuendo doloſis.
Sic ſtabili ſemper contra omnia vulnera corde,
Non odium furor exciuit, ſed cauſa dolorem:
Qualis ſectatus domini veſtigia martyr
Excipiens ſæuam 82 ſaxorum nube ruinam,
Cum tenuem efflaret benedicto 82 corpore viſam
Dimitti inſano poſcebat crimina vulgo,
Plus peccata dolens plebis quàm vulnera carnis.

Finit in Chriſto lib. III. habens verſus CCCC. LVIV.

PAVLINI, DE VITA MARTINI, LIBER II.

FInierat ſumptum translatio 1 cœpta volumen,
Percurrẽs ſancti pura exẽplaria libri
Cum ſubito oblata eſt obſtruſa gloria 2 nobis
Hiſtoriæ, noſtri ſtimulans molimina voti,
Non vt de miſero melius clareſceret ore
Quod tam perſpicui ſignaſſet pagina cordis.
Cum vis verborum viua virtute coruſcans
Perderet ingenitum metro mollita vigorem.
Sed quia non omnes liquidi penetralia fontis
Interius ſcrutanda petunt pars 3 magna petentis
Sæpe bibit proprios neglecto 4 frigore riuos.
Nos quoque qui dignum nil poſſumus edere doctis,
Turbida 5 non longe purgemus pocula pigris,
Sæpe & clangentum voces æquare tubarum
Emiſſa implicito conantur ſibila libro.
Et qui ſub celſa ſuenit requieſcere pinu,
Interdum vilis penetrat virgulta ſalicti,
Tu quoque qui gratis malles ſuccedere lucis,
Si longe amoti nemoris via forte fatigat
Comminus oblatus properans irrumpe 7 frutectum.
Pergebat Sanctus benedicti ad limina templi,
Vt ſolita æterno ferret myſteria Chriſto.
Ecce autem tremulus glaciali frigore pauper
Collidens miſeros nutanti vertice dentes
Ad motaſque manus malis pallentibus aptans,

Intelligit librum 1. Sulp. Seu. ſcriptum de vita Martini, quem hic auctor verſu reddidit.

Hieme ſe tunica exuit & pauperẽ veſtit. vide Sulp. Seu. dialogo 2. de virtutibus Mart. c. 1. & For. l. 1 & For. l. 3 c. 2.

A Captabat tenuem flatu adſpirante teporem.
Durabat crebros concreſcens 8 ſtiria flatus,
Vox quoque non totes reſonans lacrimabile verbis,
Fletibus præciſis ſonis gemituque locuta,
Signabat totam cauſa clamante querelam.
Hæc quamuis durum molliſſent forte rigorem
Ne dum Martini pietas iam nota valeret
Diſſimulare iſtam miſeri plangentis erumnam.
Protinus adſtanti Diacono quem more priorum,
Antiſtes 9 ſanctæ cuſtodem legerat arcæ,
B Imperat vt Domini ſumptu nummiſque coemptam,
Aptaret properans algenti in corpore veſtem,
Ergo hæc quæ fieri voluit quaſi facta reliquit.
Exin ſecretæ penetrans habitacula cellæ
Quæ progreſſurum ſacra ad myſteria ſanctum,
Hic quoque vicinis fuerat ſeiungere turbis,
Excipiens monachum mox emiſſura miniſtrum.
Sed quid non penetrent miſeri quos cogit erumna
Adtritæ expoſitum frontis vulgare pudorem?
Quod nec presbyteris patuit, perrupit egeſtas,
Allegans 10 querulam dilato munere cauſam.
C Tum verò inuaſit totum miſeratio ſenſum,
Nec placuit rurſum mandati adferre periclum.
Amphibalo 11 caput occuluit tum teſte 12 remotum
Subtraxit flexus 13 paulatim ad membra lacertos,
Collectam excutiens adclini pectore veſtem,
Nec patuit nudum veſtito paupere corpus,
Tam properè exterior ſpoliatum texit amictus,
Vt votum anticipans feſtinis pauperis, ipſum
Ignarum facti faceret, quem munere 14 lætum
Fecerat 15 occultus, teſti manifeſtus egenti.
D Dicite qui ſpreti calcantes gaudia mundi
Abiecto vitam voluiſtis quærere cenſu,
Quis nudum proprio texit nudatus amictu,
Quis quod ferre alium doluit non ipſe refugit?
Quis miſer eſſe volens miſerum miſerando refecit?
Viciſti veterum Martine, exempla virorum,
Tuque ipſum mirandus eras tum paupere tecto,
Vel cum diuiſa remaneret portio veſtis,
Cede tibi antiquam geminaſti hoc munere palmam
Interea, quod moris erat, ſolemnibus horam
E Eſſe monet Diaconus conuentu in plebis agendis,
Ille ait, implenda eſt ſancti doctrina Prophetæ,
Præcedat 16 Miſſam miſeratio, gratior hæc eſt
Hoſtia mandatum faciens prius obtege nudum.
Egreſſus paulum quæſito paupere rurſum
Suggerit abſentem, nec lagitione repertum.
Prome age ſanctus ait, munus non deerit egenis
Tum veſtem 17 octaua ſolidi vix parte coemptam
Nodoſis textam fœtoſo vellere filis,
Ante pedes Sancti ſtomachatus proijcit ille,
F Amoto paulum Diacono pretioſa coarctat
Congaudens properè tam vili tegmine membra.
Sic altare petens & multo comptior heros,
Hoc habitu, qualis Regi poſt bella reuerſo
Occurrit madidus ſudore & puluere miles,
Pulcrior hoc titulis, quo membris turpior 18 horis.
Nam ſpeciem virtutis opus præcedit, vt alta
Radicis robur 19 foliorum tempora tranſit.
Nec dubia hoc votum mox coniectura probauit,
Nam dum ſolemni cumulat pia dona rogatu
Proſequiturque ſacris vota immortalia verbis,

Effulſit rutilans claro de vertice flamma
Splendorem capiti infundens innoxia crini,
Perſpicuo ſurſum porrecta atque edita tractu,
Igniſluo liquidum perrumpens aëra ſulco.
Perge age continuo titulorum impulſa rotatu,
Gloria ſic facili virtutum concita curſu,
Vt penitus laxis currens in gaudia frænis,
Incipienda prius ſubeas quàm clauſa relinquas.
Quidam vir locuples Euantius 20 & licet iſtis
Aſtrictus mundi per vincla tenacia curis,
Attamen illeſæ fidei cordiſque benigni,
Conſeruans purum terreno à crimine ſenſum,
Exeſis penitus vehementi febre medullis,
Concutiens crebro trepidantia viſcera flatu,
Et ſingultanti rumpens ſuſpiria pulſu,
Supplex arentis confuſo murmure linguæ,
Et plectrum vocis ſiccati glute palati
Impediens, fractis eniſus ſæpe loquelis
Affectum ſignare ſuum rogat ocius adſe,
Aduentum 21 Sancti obtineat miſeranda precatum
Ambitio, ſi quæ ſtimulet vel cura doloris,
Vel pietatis amor quærens fomenta ſalutis,
Hunc adeat ſolum renouandæ ad tempora vitæ,
Martini aſpectum cunctas ſuperare medellas.
Nec 22 tardat, iuſtum ſaltim dilatio votum
Credidit, optatis diuino munere ſignis,
Hanc ſatis eſſe fidem mox & res ipſa probauit.
Vixdum vel medij tranſcurſa parte laboris,
Reſtabat pars magna viæ, præuenit euntem
Gratia, præmiſit ſperatæ Dona ſalutis,
Præcedens tardos virtus pernicior artus.
Occurrit validus medico, gratantur vterque,
Corpore ſanato 23 transfuſam in corde ſalutem,
Dum fidei meritis creſcit curatio carnis.
Ergo vt ſublata eſt cunctarum cauſa morarum,
Confeſtim remeare volens multa prece victus,
Præſtitit vnius 24 ſpatia exorata diei.
Sed breue quod fuerat ſpatio, virtutibus amplũ eſt
Arctum compenſat non acta operatio tempus.
Nam puerum quem forte malus 25 lethaliter ictum,
Puerum ictum a ſerpente ſolo tactu curat Sulp.Seu. dial.2.c.3. Fortunat l.c.3.
Perculerat ſerpens infectum felle veneni,
Cum iam liuentes virus diſtenderet artus,
Atque ipſis etiam penitus vitalibus hauſtum,
Serpentis furiale 26 malum quaſi morte peracta,
Solueret inferno marcentia lumina ſomno.
Ipſe herus inflectens iuſto pia corda labori,
Pertulit ad veri 27 veſtigia ſancta Patroni,
Non dubitans meritis per tot documenta probatis,
Quod præſens poſſit tactu 28 depellere virus,
Qui veniens morbos ſolo terrore fugaſſet.
Nec mora, contactum dextra medicabile vulnus
Purgauit tetro ſigentia membra veneno,
Et quacunque manus per corpus ſancta cucurrit,
Mors fugit, ſed vita redit, remeauit ad vnum
Mox peſtis collecta locum Tum vulnere ſolo
Stipauit iuſſum 29 confeſtim erumpere virus,
Et puer intrepido firmans veſtigia niſu,
Greſſibus impauidis domino gaudente cucurrit.
Hac diues mercede redis, hæc munera ſumis
Adiecta enumerans felicia dona ſalutis,
Quod tempus vacuum virtutibus 30 aggere in ipſo?
Quæ via non ſolum petijt licet hoſpita terri.

A Luſtrabat caulas commiſſi paſtor ouilis,
Queis pia rureſtrem claudebat Eccleſia plebem,
Ne furum ſortaſſe dolis rabieſve luporum,
Incautas pecudes reperent cuſtode remoto.
Interea focus paulum fortaſſe relictis,
Carpebat prægreſſus iter, qua publicus 31 agger
De rheda fiſcali a militibus occurrentibus Martino Sulp. Seuer. dial 2 c.2. Fortunat. l.3 c.4.
Porrigit erectam per plana iacentia molem.
Vt via conſtratis ſolidata atque edita ſaxis,
Vergeret effuſos in concaua ſubdita nimbos,
Et grauis in duro non ſideret orbita colle,
B Merſaque ne luteum ſorberent plauſtra profundum,
Sed ſummæ vix dorſa viæ vertigo rotarum
Raderet, 32 haud vllo ſignans veſtigia ſulco,
Sed procul, 33 impacti tinnitu prodere ferri,
Hoc Martinus iter paulum prægreſſus 34 agebat,
Cum ſubito ingenti properantem turbine rhedam
Obuius aſpexit, tumidos quæ forte vehebat
Militiæ terrore viros, non ordo furorem,
Non ratio inſanam poterat componere mentem.
Ambitio, ebrietas, clamor, furor, ira, tumultus,
Miſcebant variis incondita pectora monſtris,
C Exanimeſque inter mulas trepidoſque magiſtros,
Verbera 35 cædentũ reſonabant, verba 36 clamantũ
Nec 37 ſtandi lex vlla inerat, nec cura pericli
Tardabat celerem per plana, per ardua curſum.
Talibus ergo viris habitu diuerſus & ore
Obuius occurrit Sancti timuere verendam,
Iumenta 38 aduerſi faciem, ceſſ·re trementes
Aggere de medio mage ſano pectore mulæ,
Innexæ implicitis trepidantia corpora loris.
Vt quondam ſanctæ vetitum maledicere plebi,
D Lectio fert aſinam dominum tempſiſſe profanum
Eliſam adcliui preſſantem corpore plantam.
Tum vero inſano ſuffuſi corda veneno
Deſiliunt, ſpes eſt voti data cauſa furendi,
Auſi & ſacrilegas in Sanctum extendere dextras,
A militibus cæditur.
Verberibúſque pium certatim elidere corpus.
Inſontem ſolum, mitem, placidum, patientem,
Irati, inſtabiles, multi, tumidi, furioſi,
Obuia verberibus prorſus nec verba ferentem,
Impellunt, retinent, elidunt, ora madeſcunt
E Sanguine, confuſum rumpunt ſpiramma pectus,
Liuentes 39 fracto nigreſcunt gutture fauces,
Languenteſque oculi ſolo de lumine Chriſti
Præſentes penſant tenebras caligine noctis,
Deficit aſpectus, ſed ſpes in pectore lucet.
Talem igitur ſocij poſtquam aſpexere magiſtrum
Exanimes viſo palleſcit turba patrono,
Extendens humiles ad ſuſtentacula dextras,
Blandáque ſanguineis adſigens oſcula membris.
Tum properant diræ loca triſtia linquere cædis.
F Subditus excepit venerabile pondus aſellus
Adſuetum vecturus onus. Sed corpore 40 flexo,
Nutat ſemianimes adcliuis ſarcina membris,
Et dubios caſus iamiam lapſura minatur.
Interea expleto ſatiati corda furore,
Ad rhedam rediere viri, pernicius inde
Præcipiti cogunt iumenta erumpere ſaltu.
Vt quicquid fuerat funeſta in cæde 41 morarum
Equi rhedam fiſcalem immobiles.
Confeſtim celeres penſarent turbine curſus.
Verũ hæc fruſtra adhibent molimina fixa, rebellant
Imperio iumenta truci, riguere ligatæ,

Arbitrio domini ſtatuarum in imagine nulæ.
Tum vero inſano propius 42 calet ira tumultu.
Nil voces, 43 nil flagra valent, contuſa reſultant
Ilia, vicinas rapiunt ad verbera ſyluas,
Saxa, ſudes, fuſtes, ſtimulos, quod cuique repertum
Rimanti telum ira facit conſumit in ictus.
Nec tamen hæc poſſunt neruos laxare rigentes,
Aut fixos mutare artus, frigentia credas
Aëra, vel expreſſas ſaxis riguiſſe figuras.
Tandem conſumpto penitus fractóque furore
Admiſit ſanum vecors dementia ſenſum,
Vt ſcirent nexas inter tot verbera mulas
Iudicio torpere Dei, cauſámque morarum
Non ſine diuino miſeris contingere nutu.
Tum demum admoniti monſtris, poſitoque furore
Peccati memores quærunt, quiſnam ille verendo
Corpore ſacrilegos pulſantum exceperit ictus.

Veniam rogant delictis & impetrant.

Ecce autem audito Martini nomine proni
Accurrunt laceros turpati puluere crines,
Rorantéſque genas lacrymarum fonte rigantes
Innectunt humiles plantis felicibus vlnas
Poſcentes veniam pariter, culpamque fatentes.
Nec ſane dilata diu eſt miſeranda precantum
Ambitio, excluſit longos clementia fletus,
Et veniæ donum præuenit vota rogantum.
Nec mora libertas abeundi reddita verbo
Laxauit celeri iuſſarum fræna morarum.
Dicite quid veſtri velox 44 euectio Regis
Efficiat tardante Deo, conferte coruſcas
Gemmarum radiis frontes, & tegmina 45 ſetis
Hiſpida, virtutum titulos, pompáſque iubentum:
Tum ſaltim edocti meritorum pondere ſancti
Imperium veſtro melius præponite Regi.
Perge, age, continuo virtutum ſtommata tractu
* Hiſtoriam pãgendo refer, 46 via * verſa Sacerdos
Ingeniumque meum, tu cordis plectra vel oris
Auxilio contingo tuo, vt ſana loquentes

Martini opem inuocat author.

Dementes rapiant furioſa ad pectora Muſas.
Nos Martinus agat talis mutatio ſenſus
Grata mihi eſt, talem ſitiunt mea viſcera fontem
Caſtalias poſcant lymphatica pectora lymphas,
Altera pocla decent homines Iordane renatos.
Rurſus 47 iter greſſus venerabile Sanctus agebat
Carnutæ iacent patulis qua mœnia campis.

Carnotum oppidum petit.

Ergo hic fœcundi dum præterit aula ruris
Vicinum impleuit iuſta admiratio vicum.
Innumeri, paſſim coeunt & ſexus & ætas,
Omnis 48 adeſt, nudat vacuos cultoribus agros
Gloria tanta viri 49 minor eſt iam cura domorum,
Martinum vidiſſe ſat eſt, hoc nomen & ipſi
Pro laudis titulo recte ſtupuere profani.
Et quanquam necdum fidei virtute recepta
Ad famam tanti rapim adfluxere magiſtri.
Stipabat denſum populis rureſtribus agmen,
Texerat expoſitos iuſta admiratio campos,
Quem fructum tantæ ſegetis ſatione ſalutis
Commiſſis 50 cupidos gauderes condere clauſtris
Reſpiciens vacuos granorum pondere culmos,
Cum ſubito exanimum nati complexa cadauer
Mater adeſt pulſant 51 caſſos ad viſcera rictus,
Et querulum immergens labris glacialibus vber
Allegans tremulas inter ſuſpiria voces,

A Pallentéſque rigans 52 lacrymarum flumine malas,
Perſenſit mens plena Deo vicina fauentis
Dona Dei, 53 purum vegetauit gratia ſenſum
Fideret vt tantam diuina ad præmia plebem
Perſpecta ſaltim domini virtute vocandam.
Ergo vt defuncti funus miſerabile nati
Supplex impoſuit mater felicibus vlnis,

Filiũ mortuum vitæ & matri reſtituit. Sulp. Seuer. dial. 2. c. 5. Fortunat. lib. 3. c. 5.

Adtacti nutare artus, reſerata patere
Lumina, & infuſam paulatim adſueſcere lucem,
Et plectrum humentis collidens lingua palati
B Faucibus expreſſam verbis diſtinguere vocem,
Brachiáque innexo gaudens ſuſpendere collo
Martini amplexus neglecta matre popoſcit.
Pande ſinus patules populis ditata receptis,
Adiectamque tibi gaudens amplectere plebem
Sponſa Dei, totum rapiens ad viſcera mundum.
Vos verò in miſeris dudum fœtentia buſtis
Idola, gaudendos tandem lugete triumphos.
Quæ non corda tibi cedebant, Sancte, docenti?
Quæ feritas non mitis erat? cum ſemper in ipſis
Regibus oppoſitum contra tua vota rigorem
C Præuia molliret domini clementia Chriſti?
Sed mage trux reliquis vitioque tumoris, & iræ
Terribilis ſolum Valentinianus agebat.

Valentinianus Martinum palatio arcet. Sulp. Seuer. dial. 2. c. 6. Fortun. l. 3. cap. 6.

Quem cum ſæpe Ducem ſupplex Martinus adiret
Difficilem allegans duro ſub Principe cauſam,
Tam iugi offenſus Rex ambitione precantis
Ne ſæpe obſtructas pulſaret quæſtibus aures,
Arceri foribus Sanctum iubet. Ille repulſus
Deſerit 54 infenſi penetralia turbida Regis
Mallens æterni pulſare ad limina Chriſti,
D Atque illam penetrare aulam quæ regibus ipſis
Ius tribuit, certis concludens tempora metis,
Adſtringens validis licet ora rigentia frænis.
Ergo ad conſuetum remeat mens tota vigorem
Adfligens tenuem defeſſo in corpore carnem
Exeſam ſtimulans ſetoſo tegmine pellem
Ieiunando diem ducens, vigilando tenebras,
Continuo & fletu connectens tempus vtrúmque.
Ac ſi quando breui ceſſiſſent lumina ſomno
Nuda humus ad tenuem ſat erat ſubiecta ſoporem,
E Donec mœſtitiam ſancti miſeratus 55 alumni
Chriſtus ad afflictum ſolatia miſit amicum
Alloquio delata pio, nam lapſus ab alto
Angelus hæc Domini 56 mandati verba profatur.

Angelus occurrit Martino.

Perge, age, vt obſtructam penetres ſecurus ad aulã.
Nil ſceptum eſt miſerante Deo, cui regia cæli
Oranti patuit, terrena hæc clauſtra patebunt.
Nec mora diuini tanto ſponſore fauoris
Certa fides, petit intrepidus penetranda tyranni
Limina, conceſſit tumidi cuſtodia Regis,
F Armáque ad excubias dirarum obiectamina rerum
Quem poſtquam ſolio ſubito rex vidit ab alto
Obſtupuit viſu attonitus, toruumque trementes
Aſpexit minitans regali à ſede miniſtros.
Interea vt ſpreto caperent ſolatia ſancto
Comminus adſtantem nullo dignatus honore
Immotis preſſit ſubiecta ſedilia membris.
Ecce autem rapido crepitantis turbine flammæ
Ignis atrox vindex diuino munere miſſus

Conſtus Valentinianus aſſurgit Martino.

Inuoluit ſolium Regis partémque ſedentis
Tum demum celeri linquens incendia ſaltu

Excuſſis fixit trepidus veſtigia membris
Extortum redhibere pio gratatur honorem,
Et blando affectu cauſam remouere precandi
Subdens præceptis immitia pectora ſanctis,
Et flectens dociles aduerſa 57 iubentia mores.
Quin & larga ſatis regali dona paratu
Ingeſſit. Sed nil de mundi ſumere cenſu
Mens opulenta Deo voluit terrena relinquens
Dona Principis respuit.
Præmia, ad æterni recondens munera Chriſti.
Nunc quia plebeis viliſſima carmina verbis
Irrupere humili præcelſa palatia verſu,
Contiguo, vt Chriſtus dederit, ſermone loquemur
Subdita ſanctorum meritis faſtigia regum.
Poſtquam, vt tranſcurſi 58 ſignauit pagina libri,
Maximus Imperator honorat illum Sulp. Seuer. dial. 2. c. 7. Fortunat. li. 3. cap. 7.
Maximus impoſiti purgauit crimina regni,
Iugibus officiis cœptum ſeruare fauorem
Prudenter ſtuduit, nam ſic arceſſere Sanctum
Gaudebat cupiens diuini flumine verbi
Irriguam potare fidem da fonte beati
Oris nectareum doctrinæ haurire liquorem.
Diſcere Sanctorum titulos & geſta piorum,
Quæ decertantes ſudarent prælia, quæve
Præmia victores caperent, quæ gloria iuſtos
Excipiat, quæ pœna reos clementia Patris
Vt foueat, quantum adſiſtat ſententia Regis.
Talia quærenti congaudens ſingula Sanctus
Pandere, & electis lumen reuocare tenebris.
At non inferior tanto Regina marito
Deuota obſequiis vincebat ſedula Regem,
Pendens Sanctifico ſemper narrantis ab ore.
Et largo propter ſpargens veſtigia fletu,
Illius æquabat meritum quæ crine beato
Lota prius lacrymis domini veſtigia terſit.
Verum hæc parua putat ſpeciali accincta ſeorſum
Affectu ſeruire parans vt ſola remotis
Maximi vxor ſola Martino conuiuiũ exhibet. Vide S. l. Seuer. & Fortunat. vbi ſupra.
Inſtrueret menſas felix Regina miniſtris,
Nec prius adiuncto contendens ſæpe marito
Deſtitit 59 à precibus, quam Sãctum cedere crebros
Continuans fletus iugi ambitione coëgit.
Adponit menſam, ſellam locat, ingerit vltro
Lintea ſiccandis manibus lymphaſque lauandis.
Et quas obſequio congaudens coxerat eſcas
Ipſa in 60 perſpicuis properat deferre caniſtris.
Et quamquam 61 officiis nunquam defeſſa vacaſſet,
Supplebat iugem 62 ſtandi virtute laborem,
Pro tanti mercede operis venerabile munus
Micarum fragmenta legens, quibus eſca fidei
Eſuriem ſanctam tactu precioſa repleret,
O felix virtute tua regalibus iſtas
Anteferens gazas opibus ſeruire beato
Mallens, quam toto penitus præcellere mundo,
Ad famulæ nomen referens regnantis honorem,
Non tibi ſydereis radiantia tempora gemmis
Mutauere animum 63 rutiliſque rigentia filis
Serica, contextoque aurum pretioſius oſtro.
Æquaſti merito tantæ Regina fidei
Illam quæ ſimilis ſolij 64 ſublimis honore
Venit ab extremis Salomonem agnoſcere terris,
Auditu captans docili quod mente retentans
Cordis opes profers verbi ſapientis amore
Inſe quod tenuie longe 65 progreſſa petiuit.
66 Talis ſubiectis calcati obſtacula mundi

A *Fœmina 67 priſcorum titulis æquata virorum.*
Nam ſæpe inuictos multo in certamine Reges
Sola iugum renuens funeſta ſuperbia vicit
Rectè igitur ſancti donum ſpeciale tuliſti
Vt tibi mollito paulum poſitoque rigore
Mitia ſyderei cordis ſecreta paterent.
Quàm 68 multos licet exiguo laxata ſereno
Frons pia clementer iuſſis conſidere fluctus,
De ſeueritate remittit Martinus, vt reos liberet.
Quantas ſedauit moderatior aura procellas.
Et breuiter rutilans licet inter nubila ſudum,
B *Quàm triſtes hæc menſa reos, quæ vincula ſoluit*
Libertas permiſſa parum, quantáſque catenas
Diſcuſſit laxans proprium breuis hora rigorem:
Nam tempus, perſona, locus ſapientibus adſtant
Conſilus, ſubitáque animum ratione gubernant.
Ne mihi fœminei prætendas nomina 69 ſexus
Inuide, non artus 70 meritum ſed corda parabunt.
Nec minor eſt natura 71 hominis cum gratia par ſit*
Nec diſtat merito fidei gens, ſexus, & ætas.
Vir, mulier, ſeruus, liber, peregrinus, & hæres.
C *Credentis meritum præſtat non gloria carnis.*
Denique quid ſexum hunc ſtudio meruiſſe fideli
Compertum 72 breuibus cupiens perſtringere ſignis,
Hoc quencumque dabit Chriſtus ſermone retexam.
Dum progreſſus iter capit venerabile Sanctus
In noctem vergente die, vicina petiuit
Claudiomachum vicum appellat S. l. pit Seuer. dial. 2. c. 8. & Fortuna l. 3. c. 8 vicus eſt in confinio Toronum atque Biturigum
Tecta, & gaudenſis ſuſceptus culmine vici
Expetiit properans Sancti penetralia templi.
Atque hic vt ſemper benedicti luminis hoſpes
Permiſit feſſum paulum requieſcere corpus,
Laxans exiguo marcentia lumina ſomno,
D *Vt renouata breui ſaltim modicoque ſopore*
Sufficerent iugi tenuiſſima membra labori,
Vt 73 ferrent vigilem per ſuſtentacula mentem
Verum vbi tranſegit tenebras & nocte refulgens
Lux operum cunctis propere ſolemniter actis,
Rurſus 74 feſtinus agit, 75 tum vero fidelis
Turba puellarum domino quas Sancta ſacrarat
Virginitas carne intactas & corde pudicas,
Nec feſtinantem cæli ad ſublimia mentem
Ad terram premeret fragilis corruptio carnis,
Irrumpit Sanctæ gaudens penetralia cellæ
E *Hoſpitio benedicta pio, flatúſque recentes*
Haurit, & infectas abſorbet anhelitus auras.
Tunc humili obſequio 76 ſolium Doctoris adorant,
Loci honor vbi iacuit aut ſtetit Martinus.
Officioque oris raptim loca ſingula ſignant
Quæ tetigere pedes ſtantis, quæ membra iacentis,
Quæ ſancto benedicta cibo, quæ preſſa ſedili,
Vel quæ proſtratis oranti ſubdita membris:
Vt vero aſpectu benedicti ſtramine lecti
Tentauere pio 77 tepefactum corpore fœnum,
F *Certat adinuentam violenta modeſtia prædam*
Dum partem ſibi quæque rapit, ſinibuſque repletis
Læuia denſati compungunt pectora culmi,
Atque arcent tenues ſtimulato pectore veſtes.
Quid non vera fides faciat? forte vna cohortis
Virgineæ, nec corde minus quam corpore caſta,
Energumenus curatur ſtramine in quo Martinus cubaſ.
Cum quendam miſerum violento iure retentans
Cogerat in furias dæmon prorumpere iuſſas.
Excutiens ſanum captiuo à pectore ſenſum,
Auxilio confiſa Dei, meritoque Patroni,
Particulam aptæ ſapienter prodiga prædæ

Faucibus

Faucibus innectit miſeri, colloque furentis
Suſpendit preſſum benedicto corpore fœnum.
Nec mora, & adtactu confeſtim territus hoſtis

* Ita recte habet v. c. nō autem, vt ſæua quia veteres literā ſæpè producebant etiam ſequente vocali. Vide quæ notaui al Alcimū li. de virginit. num. 35

Vacca a Dæmone vexata liberatur. Sulp. Seuer dial 2. c. 9. Fortunat. l. 3. ca. 9.

Arentes ſtipulas ſæua vt incendia fugit,*
Impar contactus Martini corpore culmis.
Et tamen eliſus toties totieſque fugatus
Audet mutatus demens occurrere formis
Expertum tentare virum, coramque verendos
Ferre oculos, ſpeciémque tegens monſtrare furorem.
Nam pecudis dorſo inſidens furiiſque petulcum
Concutiens animal ſeſeque in viſcera mergens
Naturam pecudis funeſta excuſſerat ira.
Vel cum captiuæ præſiſtit terga iuuencæ
Ferret vt impoſitum non ſolum corpore monſtrum.
Explens infuſum per membra obſeſſa furorem,
Atque miniſterium bacchantis motibus aptans
Sanguineum ſpargens concuſſo vertice rorem,
Læuia dum rubræ percurrunt cornua 79 guttæ,
Igneáque iratam præcedunt cornua frontem,
Efflat, & alternas vix creber anhelitus 80 auras,
Puluereámque ciet curuato poplite nubem,
Et tenues ſurſum tremulus pes ſpargit arenas
Nempe inter profugas paſſim bacchata cateruas
Mitis ad aſpectum Sancti ſeſſore fugato
Adſtitit, atque 81 onere abiecto ſed mente recepta
Agminibus ſocius gaudens ſe bucula iunxit.
Deſine nunc ſaltim gregibus te mergere Chriſti
Poſtquam nec pecudum Sanctus tibi iura reliquit.
* *Cedimus, exuperat 82 trepidantia verba loquētis*
Gloria virtutum, claris magis edita factis
Quam linguæ prodenda ſonis obſcura Poëtæ
In lucem fando expediant, nos lumine laudis
Vincimur, & tanto oppreſſi ſplendore latentus.
Atque vtinam noſtram paulum rareſcere noctem
Gloria tam claris faciat contecta Patroni
Ne lucem hiſtoria tenebroſo corde tegamus,
Et titulum laudis minuant peccata loquentis.
Quod cor non placidum ſancto, quæve ira rebellis,
Quæ feritas non mitis erat? Senſere moloſſi

Ad imperium Martini canes prædam deſerunt. Sulp. Seu. dial. 2. c. 10.

Imperium cum venatu tranſcurſa patentium
Æquora camporum quateret laſciua iuuentus,
Corripiens celeri vel prona vel ardua ſaltu.
Cornipedes propere multo ſudore madebant,
Et patulis tenues efflabant naribus auras.
Vngula terrifico reſonabat concita pulſu,
Linquens puluerearn cita poſt veſtigia nubem.
Nec ſat erat volucrum tam velox curſus equorum
Pendula ſic pronas æquabant pectora frontes
Vt mora cornipedum tardaret vota ſedentum,
Vectorum & curſum tranſiret motus agentum.
Certabant alacres ventos æquare moloſſi,
Vincendi & ſtudio ſpectantium explere furorem,
Pendenteſque procul reſerato gutture linguas
Flatibus alternis tremulus quatiebat hiatus.
Hic tantus labor, hic ſumptus quo prò dolor! exit?
Quis fructus, quæve vtilitas penſare fugaces
Beſtiolas, leporúmque fuga gaudere pauentum?
Tempſiſti talem prudens Martine furorem
Inſontis triſtem caſum miſeratus, hiantum

Ioci & ſales Martini Su. Seu. dial. 2. c. 11.

Ora canum, & trepidos faciens torpeſcere greſſus.
Iam ſi 83 continuum laxaſſet fronte rigorem,
Quo ſale verborum ſociorum abſoluere curas,

A *Attonitaſque aures paulum refouere ſolebat,*
Cum grauitate 84 catus, cum religione facetus,
Virtutem cordis reſpergens flore leporis.
Pellicca 85 cernens obiectum veſte bubulcum

De homine pellicea veſte contecto. Fort. l. 3. c. 12.

En, ait, alter Adam tales velauit amictus
Nudati obuoluens algentia membra parentis,
Atque nouo præſtans ſolatia parua pudori,
Cum 86 poſt tartarei virus lethale veneni
Lubrica deceptum perſenſit ſibila corpus.
At non exutos penitus penituſque ſepultos
B *Peccato veteri rurſum noua gratia 87 velet.*

Exemplū de oue tōſa. Fortunat. l. 2. c. 12

Idem detractis 88 detonſo vellere lanis
Adridens reſpexit ouem, tum protinus inde
Ordine de facili ſumens exempla docendi,
Cernite mandatum vilem compleſſe bidentem,
Veſtibus è geminis poſcenti tradidit vnam
Succreſcente alia nolens retinere priorem.
Aſt 89 homines brutæ pecudi ceſſiſſe pudendum eſt,
Sic mage 90 munifico vincat nos prodiga cenſu.

De agro floribus adornato; & de paſto a bobus, & defoſſo a porco. Fortunat. li. 2. cap. 15.

A parte ex alta pratorum dorſa patebant
C *Diſſimili diſtenta ſitu, pars vna voraces*
Pertulerat ſuffoſſa ſues, viridémque colorem
Perdiderant glebis nigrantia dorſa ſupinis.
Aſt aliam adroſo 91 detonſam ceſpite triſti
Nudarent armenta fame, pronéque 92 ſucrantum
Ora boum abſtulerant latè telluris amictum.
Roſcida dum patulo carpuntur gramina morſu
Curuatæ ad fauces adtracta aſpredine linguæ
Præuia quæ teneras adlambens colligit herbas
Vt denſata auidi ſuccidant pabula dentes.
Nec minus impreſſo protriuerat vngula cornu
D *Elidens crebro viridantia germina pulſu*
Partem aliam illæſi 93 vernantem ceſpite campi
Ornabat vario comens natura decore.
Vndabant tenui viridentia gramina flatu,
Impulſaſque leuis motabat ſpiritus herbas.
Inſuper innumeri per plana iacentia flores
Diſtincta inſertis pingebat æquora gemmis.
Hos roſeo inficiens tingebat purpura fuco.
Aſt alij niueo inſignes candore nitebant,
Inter quos croceis diſtinguens gramina ſignis
Aurea flauorum rutilabat gratia florum.
E *Curuant purpureæ 94 gemmantia germina guttæ,*
Flectebantque herbas humentis ſuccina roris
Blandus odor gratum certans æquare colorem
Permiſcens paribus concordia gaudia formis
Paſcebat ſpecie viſum, ſpiramine nares,
Præbebant raræ pergrata vmbracula frondes,
Ceruleque implexis nutabant brachia ramis
Certabant tectæ foliis vernare volucres
Muſica dulciſonis moderantes ſibila linguis.
Purus vicinas paſcebat riuulus herbas
F *Gramináque 95 adlapſo ſtringens humere fouebat.*
* *Perſpicui ſubter viſu penetrante lapilli*
Criſpabant vitreas per blanda obſtacula lymphas.
Nec poterat merſum ex oculis auferre decorem
Peruia luminibus ſpecies & gurgite tecta.
Quid rudibus conor formas ſignare loquelis?
Exprimi hæc verbis nequeunt, quæ munere Chriſti
Effigians melius naturæ gratia pinxit.
Hanc igitur ſpeciem diſtinctam diſpare forma
Aſpiciens Martinus ait. Conferte parumper

Diſtinctio virginitatis, & coniugij, & fornicationis.

Deſpaſti, effoſſi, illæſi loca ſingula prati
Scortorum ſcelere, vel iuſto fœdere nuptis
Coniugibus, vel virginibus quæ corpora Chriſto
Sanctæ vouent roſeis geminis ornata pudoris.
Vt ſuffoſa illic ſpecies non permanet agri,
Oblita ſic vitiis Chriſti non fulget imago.
Vt radix hic ſylua manet, ſed gramina ſecto,
Sic nuptis eſt tuta fides ſine flore pudoris.
Vt color atque nitor florenti ridet in agro,
Gloria ſic puræ fulgebit lucida carnis,
Talia perſpicuis dantem documenta vigoris
Attenti & ſemper diuina ad præmia cordis.
Quidā aditū monachi⁹ neglecta hoc nomē 96 adeptus

Miles factus monachus, vxorē repetens Martini verbo reuocatur. Sulp. Seu. dial. 2. c. 11. Fortuna. l. 3. c. 15.

Militia qui poſt lituos & claſſica belli
Maluerat veri ſignis ſe dedere Regis
Magna crucis Sanctæ melius vexilla ſecutus.
Quin & conſortem thalamis ad collegia vitæ
Allicient, ſociam Sanctus præceperat eſſe
Virginibus, thalamis vel carnis iura remittens.
Verum vbi laſciuum rurſum rediuiua voluptas
Occœpit 97 ſt mulare animum, penituſque medullis
Indere contemptis mortalia gaudia 98 ſecli
Vix prælibatum cupiens laxare rigorem,
Rurſus in amplexus nuptorum & vota recurrens
Poſt monachi titulos nomen renouare mariti.
Quin & doctorem crebro pulſare tumultu
Adgreditur, tales precibus miſcendo querelas.
Si mihi coniugij Chriſtus ſolatia præſtat,
Dignatus 99 thalamis diuerſum adnectere ſexum
Quis rapiet mihi dona Dei? quis iure nouello
Audebit priſcam domini conuellere legem?
Talia præcipiti frangentem murmura ſenſu
Mitius adgreditur Sancti medicina Patroni.
Dic, age, præteritæ recolis ſi tempora vitæ

Fœminis cum bello & acie non conuenit.

An collata acie ſæuo 100 conflixeris hoſti?
Quod quia percrebro factum reminiſceris idem
Reſpice num lituos inter vel claſſica belli,
Pilaque terrificis pugnantum intenta lacertis,
Diſtrictoſque enſes, acceptoque & turgida ſtatu
Serica 101 ſerpentum ſpiras imitata veltras,
Bellica fœmineus turpauerit agmina ſexus?
Quis ſcutis ad penſa locus, quis ad arma puellis?
Læuia num decuit reſperſio pulueris ora?
Quod ſi terrenis non ſunt hæc congrua caſtris,
Quidquam vt fœmineum deceat vexilla 102 virorū
Num tibi continuo bellum ſudore gerenti
Non mage turpis erit ſpretis permixtio ſexus?
Tempore deſidiæ, talem laſciua voluptas
Inueniat ridenda chorum. Cum vero viriles
In campos properant acies, ferratáque lucens
Agmina, fœmineas defendant mœnia turbas,
Diuiſæque armis ſtudeant ſe claudere portis.
Qui 103 vero ad bellū properat, 104 ſolatia tēnat.
Talibus effrenæ ſanauit gaudia mentis,
Compoſitóque dedit rurſum noua gaudia cordis,
Pugnacemque virum cum pace ad bella remiſit.

Virgo Sanctimonialis viſitantem Martinum non admittit. Sulp. Seu. dial. 2. c. 13.

Iam vero hoc quiſnam digne percurrere poſſit
Tam docilem 105 ornarit patientia quanta leporē?
Forte inter ſanctas & corde & carne puellas
Perpetui ſemper precioſas flore pudoris,
Innuba quas domino ſociarat dedita Chriſto
Virginitas, nexu mentis, non fœdere carnis,

A *Virtutum quædam ſtudio præceſſerat omnes,*
Hoc ſpeciale decus titulis addendo pudoris
Quod ſemel ex oculis cunctorum amota virorum
Seruabat cœtum conſtanti corde rigorem,
Nec leuis inſtabili nutabat fœmina ſenſu
Vincens ingenitum virtutis pondere ſexum,
Et prægreſſorum via rara exempla virorum.
Huius propoſiti iuſta admiratio Sanctum
Perpulit vt talem recte veneratus adiret,
Illectus tanto virtutum flore puellam.
B *Verum ita conſtanti defixa in pectore manſit*
Iam domino deuota fides, vt clauſtra pudoris
Septa viris claræ titulos ſeruantia palmæ
Nec tanti poſſit meritum reſerare patroni.
Nec tamen erubuit votiuam ferre repulſam
Propoſito gauiſa fides, Sed cuncta benignus
Quæ ſpem contulerant proprium numerauit honorē,
Plus lucra attendens animæ quam gaudia carnis.
Quam tibi 106 quam ſancto rabies de pectore partē
Ambitio inſinuentis adſlata tumoris
Iam penitus proſtrata iacet, nil Chriſtus habere
C *Cum vitiis commune poteſt: qui laude tumeſcunt*
Extolli ſeſe & cupiunt. Satis adprobat ille
Qui latuiſſe cupit, mundi 107 & faſtigia temnit,
Quam ſoli Domino tribuat quem vitat honorem.
Sed qui laudato mallet vileſcere Chriſto
Hoc quoque iudicium titulis addendo beatis,
Quam vitando fugis laudem, 108 viuendo mereris.

Finit * liber quartus habens verſus D. C. LXXIV.

D

PAVLINI DE VITA MARTINI, LIB. V.

Iam ſemel in laudem tanti prolata Patroni
Quidnam lingua ſiles? incondita murmura vocis
Indociliſque ſonos per longa ſilentia claudens.
Si rubor 2 eſt tam magna loqui prius iſta pudori
Lex ſtatuenda fuit, nimis hæc velamina tarde
Attritæ 3 nimium tentas prætendere fronti.
E *At ſi deſidiæ vili torpore teneris,*
Vt terræ mortis triſtis diſcedat imago,
Excute 4 marcentem depreſſo à pectore ſomnum.
Vt vigil ad Chriſtum diſcuſſa morte reſurgas
Si merito depreſſa iaces, confide patrono.
Quid rea ſupplicij pauitas cum ſis rea voti? In ciuitate Carnotēſi puellam duodecennem ab ore ro, matre oleo in et inſecto ſanat. Sulp. Seuer. dial. 3. cap. 2. & Fortuna. l. 4. c. 1.
Ergo age, & extinctam domino committe fauillam
Vt rigor ingenij Chriſto adſpirante tepeſcat,
Et glaciem cordis Martini oratio ſoluat,
F *Ac 5 faciat brutam quàm primum erumpere vocem*
Vt quondam ſimilis meruit miracula facti.
Carnoutena 6 iacent patulis quà mœnia campis
Gallia, & immenſis latè diſtenditur agris,
Hic iam biſſenis quæ muta ſilebat in annis
Obſtructa, & nullis reſerauerat ora loquelis
Filia, mœſtorum triſtiſſima cura parentum
Augebat iugem miſeris viuendo dolorem,
Annorum & ſpatio creſcebant vulnera luctus.
Heu quoties doluere aliis indulta potentis

Dona Dei periiſſe ſibi, cum ſæpe viderent
Vixdum reptantes in verba erumpere paruos,
Nominaque & teneris præfacta exire labellis?
Cum murmur dubium pietas prægreſſa notaret
Incertam agnoſcens affectu interprete vocem
Excipiens quaſi dicta ſonos, rapienſque loquenda
Hæc quæ poſt primas 8 alij ſunt præſtita cunas.
Æmula bis ſenis pietas defleuerat annis,
Cum luſtris geminis mœrens, annisque duobus,
Optaret primam nubendi ad tempora vocem.
Donec Martini genibus connexus 9 & hærens
Exanimis genitor lacrymoſo flebilis ore
Aſtrueret cunctam gemitu pandente querelam,
Attracta ex imo ſuſpiria pectore ducens.
Singultu incidens crebro lacrymabile murmur,
Ac madidum pectus perfundens imbre genarum.
Et iam 10 Martini mentem concuſſerat almam
Adſuetæ pietatis amor, ſed cauſa morarum
De probitate fuit precioſi cura pudoris,
Et ſemper claris ſocianda modeſtia factis,
Ne quod contulerit meritum iactantia perdat,
Et virtutis opus vitiat præſumptio cordis.
Ergo, ait, indignum tanti ad miracula facti
Me reor, & trepida pondus ceruice paueſco.
Quod ferre infirmus nequeo, ne ſarcina maior
Deprimat, 11 & nimio inualidus ſub faſce laborem.
Sed non difficilis quæuis curatio Chriſto eſt
Qui recte hæc aliis committit ſigna miniſtris,
Sanctorum vt meritum domini miracula prodant.
Ecce duo adſiſtunt clari probitate fideque,
Duos Epiſcopus intelligit Valentinianum & Victricium, teſte Sulp. Seuero dialogo 3. cap. 2. *Et virtute viri quos recte euexit ad iſtum*
Talis vita locum, nunquid non promptius illis
Hæc domini medicina dabit, quæ grandia noſtrum
* *Excedunt meritum, ſed non ſunt ardua ſanctis.*
Talia ſæpe iterans cordis documenta modeſti
Et meritum renuendo probans, hoc dignior extat
Quod comit reliquos precioſa modeſtia mores,
Inuidiamque fugit qui ſe conferre paueſcit.
Hæc cernens genitor Sancto vehementius inſtat,
Hos quoq; coniungens precibus, quorum ille tegendā
Dixerat eſſe fidem, ne vel differre liceret
Quod germana piè Chriſto adſpirante voluntas
Suaſerat, atque paris concordis gratia iuris.
Submotis igitur populus ne forte receptum
Populum ſubmouet. *Oranti obſtreperet confuſo murmure vulgus,*
Aut oſtentaret proprias iactantia vires,
Hos tantum adiunxit 12 ſocios quos culmen honoris
Fecerat eſſe pares, & queis par cura precandi,
Par ſtudium, connexa fides, coniuncta voluntas.
Additur & genitor trepidans quem munera Chriſti
Acrius optantem faciebant vota fidelem.
Tum ſublimi animo erectus, ſed corpore 13 prunus,
Surſum cor ſanctum ſtatuens, ſed membra deorſum,
Carne iacet, ſed mente viget, conſcendit in altum
Mens coniuncta Deo, premitur iactantia carnis.
Sic via diſſimiles concordi adiungitur actu.
Sic humilis properat 14 quo præceſſere fideles.
Nec mora, & adſueti perſenſit ſigna fauoris
Adſiduè Sanctus congaudens hoſpite Chriſto
Cordis ſæpe fores ad talia munera pandens.
Tum benedicendo promi præcepit oliuum
Oblatum inficiens verborum nectare ſuccum,

A *Per quem mutato venit medicina liquori.* Oleum benedictum in puellæ os inicit.
Qui poſtquam infuſus gratantis in ore puellæ,
Confeſtim innexæ ſoluuntur vincula linguæ,
Et madidas implens ſubito ſpiramine fauces
Murmur blandiloquæ vox expectata reuixit.
Ac primum trepidam proprie ſignare loquelam
Incertoſque ſonos genitoris nomine ſumpſit.
Hæc vox prima fuit, primòque loquentis ab ore
Eripuit pater, 15 aque auditam in viſcera merſit.
Exin proſtratis ſupplex complectitur vlnis,
B *Quique preces ſolus tulerat reticente puella,*
Iam domino grates non vna voce rependit.
Nec ſane alterius minor admiratio facti eſt
Cuius me 16 memorem medicati infuſio ſucci,
Et decantatu benedictio fecit oliui.
Et quoties pietatis opem medicina popoſcit,
Diſparibus cauſis par gratia ſanctificauit:
Namque, vt ſæpe ſolent præcauto corde fideles,
Vas oleo oppletum ſeruando a ea ducta 17 ſalutis a Vetus cōſuetudo Chriſtianorum in oleo benedicendo & aſſeruando.
Vel iuſtis offerre viris, vel condere ſanctis
C *Religione locis, quibus aut oratio præſens*
Martyrij emeritos prodit virtute 18 patronos,
Aut quibus a in cunas verbum veniſſe beatas a Bethleem intellige.
Vel recolit manifeſta fides, vel lectio prodit,
Aut vbi b contiguæ præcedens tempora lucis b Caluariæ locus.
Horreſcens dire ſcelus exitiabile gentis
Inſeruit ſubitas nox interfuſa tenebras,
Aut vbi c diſrupti felicia concaua ſaxi c Hortus vbi ſepulcrus reſurrexit.
Attactu gauiſa Dei, ſine lege ſepulcri
Mox ſurrecturis patuerunt ſubdita 19 membris.
Aut hinc iam reducis gauiſa ad ſydera Chriſti
D *Poſtrema excepit d felix veſtigia tellus:* d Locus Ascenſionis. vide hic inuias.
Quæ tam ſanctifici conſeruans munera tactus,
Quicquid adornatum commentum dextra parauit,
Dedignata ſuis longe diſcuſſit arenis,
Diſrumpens fragilem transfuſo puluere cratem
* *Extenti diſſoluens ſepta metalli.* * Forte legendum, proinnatæ, diſſoluens &c. vt verſus cōſtet qui claudicat in v. c.
His perſæpe locis quibus hoc vicinia præſtat
Pacificum exponunt per vaſcula pura liquorem,
Deſuper infuſi mutandum nectare roris,
Quo fluit in ſanctum cæleſtis gratia ſuccum,
Aut quos longarum ſpatia interfuſa viarum
E *Diuerſa 20 ammotos penitus regione retentant*
Credentes dominum non claudi fine locorum,
Et miſerantis opem cunctas excedere metas,
Incunctante fide præſentia munera poſcunt
Præſentis domini, qui pro virtute fauoris
Non longe ad ſeſe venientum vota fatigat,
Propter & amotus contingit vbique rogantes
Nec tardos vitat, properis vicinior adſtat,
Fitque viæ finis ſolus conatus euntis.
Hæc qui corde gerunt quacunque in parte vocati
F *Munus habent domini, ſeu ſacra credita 21 madent*
Vota viris, ſeu ſacratis quæcunque recondant
Sanctificanda locis. Chriſtus quod corpore ſancto
Non adiit, virtute tegit, licet ille reuerſus
Ad ſublime poli iamdudum & corpore regnet.
Hæc ſecum ſtimulante fide, præſepe reuoluens
Excedens fragilem ſexum virtute fidei,
Et non fœminei ſublimis fœmina cordis,
Credidit, 22 emiſſum tunc ſancto offerret oliuum
Quod precibus tanti pietas vicina 23 miniſtri

Auitiani Comitis vxorem intelligit: quæ ad Martinum miſit vas olei vt benediceret. Sulp.Seuer. dial.3.ca.3. Fortunat. lib.4.ca.2. Creuit oleum benedictione Martini.

Non aliter votis Martino orante faueret,
Quãm ſi pernici propere tranſlata volatu
Intra ipſum Domini ferret ſua vota ſepulcrum,
Vexillum 24 *complexa crucis, lignumque ſalutis.*
Tali plena fide canenti ſedula 25 *vitro*
Sollicitis manibus viridans infudit oliuum.
Permutat niueum deſcendens vnda calorem,
Et tacito manans in concaua ſubdita lapſu
Creſcit per nitidi paulatim augmenta liquoris,
Ac ſonitu reticente ſilens pinguedo tumeſcit.
Attamen vt vacuæ ſancet ad clauſtra paterent,
Nec nimis oppleto nutaret dextra fluento,
Qua de ſubiecto conſurgunt colla rotundo,
Oris adhuc vacui patulus reſidebat hiatus.
Tum puer accepto properans perrexit oliuo
Ad ſanctum referens & vota & verba precantis.
Nec tardet pietatis opus, cita gratia iuſtum
Commendat ſtudium, ne vel cunctando fidelem
Differat, aut dubium faciat mora parua fauorem.
Confeſtimque Deus per ſigna indulta probauit
Quantum conferret præſens benedictio donum,
Nec fortaſſe fides ſenſu trepidante labaret.
Præſentes ſtupuere viri, quod Chriſtus adeſſe
Iuſſerat electos tanta ad miracula teſtes
Sic creuiſſe illum Martino orante liquorem,
Vt ſurſum elati conſurgens vnda tumoris
Oppleret vacuam ſuſpenſo gurgite partem,
Sic iugi ad ſummum properans nelinqueret imum
Ferueret exundans, confidens plena maneret.
Creſceret infuſis, ſed non vacuanda receptis
Ad dominam donec felicia dona reportans
Pergeret exultans famulus, meritumque beati
Offerret tantis congaudens dextera ſignis.

D. Eliſæo quitur Vide lib. 3. Reg. ca. 16.

Talis præclari benedictio ſancta prophetæ,
Cum vidua exiguum finiſſet prodiga ſumptum
Vaſcula 26 *manſuris ſuppleuit inania donis.*
Vt quæ munificæ dederat documenta fidei
Ditior expenſis fieret ſecura petitis.
Nec ſane vt reliquas paueam contingere laudes
Virtuteſque viri, ſaltim hæc narrare valebo, 27
In quibus eiuſdem ſimilis benedictio ſucci
Multiplicis digne poſcit præconia vocis.
Vna fides medicina frequens non diſſonat actu,
Sed diſtat numero par ſignis altera donis.

Sulpitium Seuerum intelligit.

Teſtis adeſt docto mirabilis ore Seuerus
Et tota Chriſtum cordis virtute ſecutus
Inſignis mundi titulis, ſed clarior illa
Qua mundum tempſit ſanctæ virtute fidei
Nobilitate potens, ſed multo 28 *extentius idem*
Nobilior Chriſti cultu quam ſanguinis ortu.
Hic ſacrum canonẽ, diſtentæ & ſcripta 29 *coarctãs*
Hiſtoriæ, geminis concluſit cuncta libellis
Quæcunque à primis percurrerat edita ſeclis.
Idem Martini titulos, vel geſta retexens
Scrutator cantus veri fiduſque relator
Protulit in medium tam claræ inſignia vitæ.
Sic iuſtam retinens æquato examine libram
Nec dubia adſtrueret dicens, nec certa taceret.
Hic Sancto præſepe pie ſociatus adhæſit,
Vt ſolet in ſpeculo cordis perſpectio mentis
Cognatæ ſimilis morum ſociare figuras.
Quo magis credendum eſt teſtem magis eſſe probatũ

A *Qui coram comperta docet cum viſa loquatur.*
Ergo inter reliqua affectus documenta popoſcit,
Sumeret vt ſancti manus ſpeciale liquoris
Cui poſtquam fido tribuit benedictus amico
Congaudens virtutis opem, monumenta fauoris,
Inuexit domini cui relligione fidei
Credens indultam ſeſe deferre ſalutem,
Et ſtatuit celſæ ſublimi in parte feneſtræ
Qua prætenta diem cladunt ſpecularia purum
Obuia ventorum flabris, & peruia luci.

Ampulla plena olei à Martino benedicti, labitur in terram, nec frangitur. Sulp. Seuer. dial 3.ca.4.

B *Hic niueæ ampullam texit velamina pallæ*
Vt diſtenta vagos prohiberent lintea viſus
Occurſura oculis, ſed non arcentia mentes.
Tum puer ignarus properantis turbine dextræ
Dum rapit incauto feſtinus tegmina niſu,
Vas vitreum illidens in marmora ſubdita iecit.
Exſanguis ſtupuit 30 *domino pallente miniſter,*
Exſonitus 31 *rapido redit ad faſtigia pulſu,*
Tinnituque vago 32 *ſimul omnia murmure complens*
Inliſit ſemel ſumis 33 *ſurrexit ab imis,*
Non ſenſit tantos ampulla impacta fragores
C *Illæſa, & vitr æ manſerunt tegmina cruſtæ.*
Sic liquor interior fragili concluſus amictu,
Exteriora cauæ durauit tympana cratis,
Marmora vt in plumas penitus mutata 34 *putares*
Excepiſſe illam per mollia fulcra ruinam.
Sic Martine, tuum ſic iugis 35 *gratia donum*
Sanctificata pie recepit, benedicta tuetur.
Quidam, cum diri violentia ſæua moloſſi
Irrueret quatiens furioſos gutture rictus,
Rugatas retrahens oris de tegmine nares,
Nudatos crebro collidens murmure dentes:
D *Tam ſubito terrore pauens, non fuſte, ne ictu,*
Sed ſolo os rabidum 36 *Martini nomine* 37 *clauſit,*
Quod ſimul inſonuit compreſſi hæſere latratus,
Erectæ cecidere iubæ, toruumque 38 *minaces*
Extanteſque oculi ſuffuſas ſanguine flammas
Depoſitis clauſere minis, tum blandius aures
Mulcere, & terram contorta verrere cauda,
Et caput inflexo pronum demittere collo.

Latratus canis guttura hæret ad nomen Martini Sulp. Seuer. dial. 3. ca. 4. Fortunat. li. 4. cap. 4.

Quæ merito, Martine tuis non mitia cedant
Cum tantam rabiem vel ſolo nomine vincas?
Quid nunc miretur ſæuorum corda virorum
E *Credere, & humanos tibimet miteſcere motus.*
Vt quondam ſtupuere homines quod dira poteſtas
Et vis crudelis tibi ceſſerit Auitiani,
Cniferitas connexa minis 39 *& ſola voluptas*
Vngula, carnifices, tortores, flagra, catenæ,
Mors hominum, vox plangentum, pallorque reorum
Carcer 40 *edax, falſi interitus, tormenta negantis.*
Tartarei nimium ſæuiſſima beſtia cordis
Spirans innumeras furioſo pectore cædes,
Immiti feritate fremens intrauerat vrbem
F *Quam ſancto antiſtes* 41 *Martinus honore regebat.*
Mœſtorum pallens infelix ordo 42 *reorum*
Hærebat, nexis per ſqualllida colla catenis,
Incutiens fratris 43 *ſtridentia vincula membris*
Et motans tardos incuruo 44 *pectore greſſus*
Talia 45 *Martino Phalaris ſpectacula præbens*
Proxima diuerſas parat ad ſubſellia cædes.
Feſtinant rapidi furialis turba miniſtri,
Inſtrumenta feris certatim exquirere pœnit.

Auitiani Comitis crudelitas vide Sulp. Seuer. dial. 3.cap. 1.& Fortunat. lib.4.ca.1.

Illi ad tartareas depromunt vaſcula flammas,
In quibus incluſo diri feruore vaporis
Pix reſoluta trucis crepitacula poſceret ignis,
Qui procul exundans funeſtæ gurgite flammæ
Sulphureo exceptum torreret corpus in 46 antro.
Aſt alij ſurſum porrecti 47 robora ligni
Triſte miniſterium furioſo corde parabant,
Vt caro diſtentis properere male pendula membris
Tortori laceros trucianda exponeret artus,
Tartaream miſero perfundens ſanguine dextram,
Et ſpargens triſtem per vulnera crebra cruorem.
Vtque eadem geminum ſatiaret pœna furorem,
Incuſſor laceri quatiebat corporis artus,
Diſpiciens ruptis membrorum vincula nodis.
Aſt alij deferre faces, atque unguine multo
Inficere in longum contextæ vincla papyri,
Non 49 vt diſcuſſas lux vinceret illa tenebras
Obſcuram ignifluo diſtinguens lumine noctem,
Verum vt funereos miſeris ſuccenderet ignes
Inſigens laceris admota incendia membris.
Hæccine 50 Martino debuiſſet in vrbe videri,
Et placidam tanto configi vulnere mentem,
Vt ſanctas ſaltim fama hæc contingeret aures,
Aut pia concuteret vel ſolus viſcera rumor.
Ergo vt funereo mens 51 eſt perculſa paratu,
Nuncius, & diri 52 ſæua hæc commenta tyranni
Præuia vicini diſperſit ſigna furoris:
Percurrit totas miſeratio iuſta medullas,
Ac ſparſit celerem pietatis flamma calorem.
Et quamuis mortes miſerorum flere reorum
Cogeret humanos recolens clementia caſus,
Non minor illa aderat præſentis cauſa doloris
Idem quod fautor ſceleris qui criminis vltor
Se faceret prius ipſe reum plectendo reatum.
Craſſior obtectum caligo obuoluerat orbem,
Grata quies placidum per cuncta elementa ſoporem
Sparſerat, & madido marcebant omnia ſomno,
Preſſaque mutarum reticebant murmura vocum.
Horrebant mediæ nimis alta ſilentia noctis
Obſcura, & proprium caligo fuſa colorem
Texerat, abripiens cunctis ſua ſigna figuris.
At non Martino capiendæ cura quietis,
Sed ſancta adſiſtunt humanæ vota ſalutis
Affectu ſtimulante animum, petit ergo 53 cruenti
Iudicis inſtanti 54 feralia limina greſſu,
Solus & intrepidus per opaca ſilentia vaſtæ
Noctis, & horrentum ſecreta obſcura viarum.
Credo quidem vmbrarum cunctas ceſſiſſe cateruas
Quas malus inſtigat nocturna ad crimina Dæmon,
Atque alias diros blando ſiluiſſe moloſſos,
Terrificique oris 55 strictum ſiluiſſe latratum.
Ergo vbi peruentum eſt obſtructa ad limina diri
Iudicis, & ſæui clauſtrum ferale furoris,
Ante domum media proſtratus 56 in aggere ſeptis
Arcetur foribus, ſed fletu ad ſydera pulſat.
Sæua grauem tumido perflabat pectore 57 ſomnum
Beſtia diſtentis & mortis imagine membris
Torpentes penitus ſtratis reiecerat artus
Cum ſubito Angelicus concuſſit viſcera terror,
Vox etiam attonitas ſtupefacti irrupit ad aures.
Tene grauis infelix oppreſſit inertia ſomno
Beſtia, corrupti ructantem pocula vini,

Vaſa eam pœnarum feralis apparatus. Vide hic notas. Fornaces. Eculeus. Vide hic notas. Vngulæ. Faces & Lampades. Martinus noctu Auitiani domum petit. Expulſo & foribus adſtanti Martino, Auitianus in ſomnis turbatur. Vide Sup. Seu. & Fortunat. vbi ſupra.

A *Ac pigrum crudi diſtendit ſarcina ventris;*
Et famulus domini nudæ ſuper arida terræ
Dorſa pium multo perfundens puluere corpus,
Pro foribus iacet ecce tuis, vt clauſtra quietis
Obiicis ad turpis nocturna ſilentia ſomni?
Diriguit viſu ſubito, properéque vocatos
Præcipit ad clauſtrum rapidè properare miniſtros,
Vt ſeriem veri per nuncia verba referrent.
Verum vt ſæpe ſolet membris torpore ligatis
Grata quies preſſum vincire 58 & vincere ſenſum
B *Progreſſi paulum vix prima ad limina ſerui*
Marcentes viſu nimium, greſſuque labentes
Murmura perplexis reddunt 59 fallacia verbis
Nullum pro foribus ſolerti indage repertum.
Rurſum vicini longè ſemota voluptas,
Marcida confeſtim concluſit lumina ſomno.
Tum vero tremefacta nouus præcordia terror
Concutit, Angelicæque minax ſententia vocis
Surgere præcipitem præceptum iterando coëgit,
Nec placuit rurſum mandati adferre periclum.
C *Ipſe ad clauſtra cito contendit limina greſſu,*
Obſtructæque fores domino reſerante pateſcunt.
Obfulſit claro venerabilis ore Sacerdos
Oſtentans ſancto virtutum ſtemmata vultu,
Florebat multis elucens gratia ſignis
Religione, fide, affectu, pietate, pudore,
Mens læta in grauibus, conſtans & ſeria lætis,
Nec feritate rigens, nec riſu auſtera reſoluens,
Prorſus ſic media ſemper probitate refulgens
Vt non ira trucem faceret, non gratia ſegnem.
Talis pallenti 60 ſpecies veneranda tyranno
D *Occurrit terræ diſrumpens nubila noctis.*
Et iam prodiderat ſine verbis conſcia 61 tanti
Mens ſceleris, quæ cauſa pij foret illa laboris.
Nec precibus pandenda fuit, prior ipſe pauentem
Protulit & tremulo confuſus pectore vocem,
Cur mea, ſancte, metu dudum torpore 64 fatigans
Excuſſo penitus turbas præcordia ſomno?
Tu foribus procul arceris, penetralia ſancto
Irrumpis merito, ſubſiſtis corpore, iure
Ingrederis, terrore quatis qui carne moraris.
Nec ſane abnuerim meritis hæc debita noſtris
E *Cum duro innumeras ſpirarem pectore cædes*
** Sæuus in vrbe tua, precor ergo, ignoſce fatenti,*
Vtere iure tuo, parci cupis, eſto remiſſus
Suppliciis emitte reos, me ſolue reatu.
Nec mora laxatæ raptim cecidere catenæ
Quæ modo pallentum ſtringebant colla reorum,
Seruantes diræ morientia corpora morti.
Exultat ſubito miſeris ſpes reddita voto.
Lætitia mixtóque 63 metu tam magna repente
Credere diffidunt trepidi, ſed credere malunt.
F *Certant gratantes genibus ſe aduoluere ſanctis,*
Cingere ſupplicibus veſtigia blandius vlnis.
Ille Deo grates ſuadet magis eſſe ferendas,
Auctoremque huius Chriſtum monet eſſe ſalutis,
Qui ſic criminibus parcat, ſi vera dolorem
Commiſſi ſceleris ſaltim conuerſio prodat,
Nam pœnas ſupereſſe reis durante reatu.
Talibus alloquiis ſimul & pietate laborant
Supplicio abſoluit vinctos, culpiſque ſolutos.
Iam vero hoc donum quæ digne lingua loquetur

Auitianus lecto turbatus excutitur, vt Martino adſtante infortius decurrat. Auitianus à cæde per petranſa reuocatur. Sic ſupra li. 6. Et vix tam trepidi credunt quæ credere malunt.

Aduenientem procul Martinum præſen tit energumeni. Sul. Seu. dial. 3. ca. 6. Fortunat. l. 4. c. 6.

Quod pauet 64 attonito ſaltem contingere ſenſu
Mens ad eam clari titulos anguſta patroni?
Sic meritum ſancti cunctas trepidaſſe cateruas
Dæmonis, & tantis ſic prodita ſigna pauoris,
Vt quoties propriæ progreſſus limina cellæ
Eminus amotam greſſus mouiſſet ad vrbem,
Commiſſam inuiſens 65 ſancto moderamine plebem,
Vel cupiens offerre ſacri myſteria ritus,
Gratia ſit rapido propere prægreſſa volatu
Torqueret trepidas captiuo in corpore 66 laruas.
Vt vixdum egreſſum ſanctæ penetralia ſedis
Per tormenta prius longe prægreſſa viderent
Adfore confeſtim, ſtridenti & murmure vocis
Iudicis aduentum clamaret pœna reorum.
Vt vero in foribus veſtigia prima locaſſet
Cernere erat raptis 67 propere ad ſublimia membris

Energumena in aëra raptis vinculis, veniente Martino: vide hic notas.

Conſtricta aëriis attolli corpora vinclis.
Et per inane grauis nutantia pondera carnis
Linquere contiguas pernici turbine terras
Supplicio ſuſpenſa ſuo, ſed libera nexu,
Vincla precum meritis, propriis pendentia pœnis,
Clamare admiſſas tacito ſub iudice culpas,
Nec percontantis confeſſio reddita verbis
Eruta per trepidam prodebat crimina vocem.
Namque ſolo adſiduus tranſibat ſydera voto,
Spe Dominum tangens Sanctus, ſed corpore pronus,

Sic ſupra l. & cauſa adſtruitur clamore tacentem.

Corde humilis, celſus merito, ſine murmure clamans,
Occultus viſu iudex, virtute probatus,
Ad cuius meritum miracula tanta paterent
Inter inane reus pendens, 68 & in aëre tortor
Porrectis ſurſum pedibus, conſtricta rigentis
Vellera veſtitus, tectis hærentia membris,
Ne flexu 69 curuata ſuo vel lapſa retrorſum
Nudarent turpes appenſi corporis artus.

Pagum Senonenſis dicceſis annua grandine liberat. Sulpit. Seu. dia. 3. c. 7. Fortun. l. 4. c. 7.

Sic meritum, Martine tuum, ſic ſancta poteſtas
Et prodenda Dei per ſeruos gloria Chriſti
Excedens terras titulis & in aëre regnat.
Siccatas etiam certum eſt te ſupplice nubes,
Grandinis & diræ ſuſpenſam heſiſſe ruinam
Conſtricto penitus denſatis 70 gurgite nimbi,
Qui 71 grauis & regidis connexus frigore venti
In lapides duratus 72 aquis, ſic turbine crebro
In terras ſolidi iaciebat ſaxa liquoris,
Vt fruges, arbuſta, hortos, pomaria, vites
Protererent 73 crebris nimborum tela ruinis,
Confoſſa & valido quateretur verbere tellus.
Hæc peſtis Senonum latè graſſata per agros,
Supplicij 74 & leges conſueta explere quotannis
Eliſa aſſiduis nudauerat arua ruinis.
Amiſſam ſegetem pauens referebat arator
Perfractis penitus plangens veſtigia culmi,
Et foſſor vacuam ſine fructu & palmite vitem,
Sæpe gemens iugis poſt annua vota laboris
De iam turgidulis numerabat damna racemis.
Monſtrabat fructus mater mœſtiſſima ramos
Repere conſuetis per mitia pomula natis
Propter & arentis pallentia germina campi
Mugitu pedum reboantia ſaxa ſonabant.
Tabida luſtrabant vacuos ſarmenta receſſus
Quo poterant gemitu querulam teſtantia cauſam.
Hoc igitur compuncta malo plebs cuncta vel ætas
Tam clarum ſibimet cupiens adhibere Patronum,

A Martinum exorat legato interprete ſupplex,
Vt placare Deum ſtudeat, veniamque precari,
Pro miſeris, tandemque grauem depellere peſtem.
Suppliciis ſatis eſſe datum, clementia Chriſti
Auferret nimiam ſaltem poſt verbera cladem,
Nec ſane miſeros ſpes expectata fefellit.
Nam ſimul à domino ſemper connexus & hærens
Martinus ſolitæ pietatis dona popoſcit.
Suffragium ſenſere pium, depulſa quieuit
Tempeſtas, puróque dies nituere ſereno,
Aut exoptatis 75 maduerunt germina nimbis.

Miſſam legationem iuſſe per Auspicium præfectorium viũ cuius agros ſpecialiter grauior quam cæterorum adſueuerat procella populari, ut Sulpit. Seuer. dial. 3. cap 7.

B Nec ſpacio conſtricta breui, ſed tempore longo
Gratior extenſis commendans munera metis
Quatuor & plenis permanſit gratia luſtris:
Nec prius inſanæ ſenſerunt damna procellæ
Quam dominus clauſo præſentis tempore vitæ
Ad requiem veram benedictum adſumpſit amicum.
Sic vtriuſque piæ tranſegit tempora vitæ,
Ante ſalus terris, at nunc ſublimis in aſtris.
Et iam longanimis languentis pagina libri
Eneruat 76 clari titulos & geſta patroni
Gaudia dum parius loquor, & ſublimia 77 ſegnis
C Splendorem laudis trepidus 78 corrumpo relator.
Sed quid agam? verſu hiſtoriam percurrere noui,
Iudicium narrata timent, ſuppreſſa reatum.
Rectius hæc lector fors 79 faſtidita relinquet,
Quam pius auditor penitus ſubtracta requiret.
Et prius immitem iam contigit Auitianum
Sermo prior, nunc ordo operis reuocatur ad ipſum.

Auitianus Turonis ſolum mitis præſente Martino

Hic ſæuos vincens dira feritate tyrannos,
Triſtia mœſtorum ſitiens tormenta reorum,
Parcebat paulum Turonorum mitior vrbi.
Hic tantum humani ſenſus veſtigia prodens,
Subdebat ſanctis licet ora rebellia frænis
D Ingenitum reprimens Martini ad iuſſa furorem.
Et ſanè manifeſta huius documenta medelæ
Sic quadam patuere die, venerandus adibat
Martinus diram tali ſub iudice 80 ſedem,
Lenior vt tantis feritas miteſcere poſſit
Officiis, Sancti obſequiis obſtricta Patroni.
Ille in præcelſo reſidebat forte ſedili
Conſpicuus ſolio excellens nimiúmque ſuperba
Ambitione tumens, ſubito cum Sanctus ad ipſum

Auitiano dæmonem adſtantem videt & exſufflat Martinus. Sulp. Seu. dial. 3. ca. 8. Fortunat. l. 4. cap. 8

Aſpiciens videt horrentis tetrique cruentam
E Dæmonis inſanis ſpeciem ceruice 81 reclinis,
Innexam toto pronam decumbere niſu.
Quam procul vt flatu benedicti contigit oris 82
Sanctus, & admoto verbi 83 terrore fugauit,
Ignarus ſocij ſe credidit Auitianus
Excepiſſe grauem maledicti in imagine pœnam.
Ille refert, at crede meo te forte notatum
Iudicio, aut ſubiti ſignum hoc exſtiteremotus
Hæc pietas, non ira fuit quæ ſæuit in hoſtem,
Pro miſero miſerata dolet, prorumpit in illum
F Hic noſter toto penitus de pectore flatus
Quem premere horrendo celſa hæc ſubſellia niſu,
Quemque tuæ pronum ceruici incumbere vidi
Deſine iam talis collegia ferre latronis,
Conſiliis plus crede piis, deprenſa fugetur
Calliditas, experta dolos cautella repellat.

Auitianum reddit mitiorem

Iam pudeat parere reo, ſeruire fugato.
Talibus euecto præcluſa eſt ianua cordis

Dæmonio, ſediſque ſuæ prærepta poteſtas
Mitior hinc proprio tandem ſine iudice iudex,
Et grauis excuſſo reiecta eſt ſarcina collo:
Sic cuncta extruſos hoſtes de ſede fugabat,
Corda hominum abſoluens, profugis nec templa relinquens.
Nam quicquid vanus fanorum extruxerat error
Ardebat pronis late vaſtare ruinis.

In Ambaciaſi vico templum Idolorum oratione deſtruit. Sulpit. Seuer. dial. 3. cap. 9. Fortunat. lib. 4. cap. 9.

Haud longo 84 ſpatio præfata amotus ab vrbe
Vicus erat, veteris quondam veſtigia caſtri
Tunc famulis habitata Dei, Chriſtique miniſtris.
Ambaciæ nomen priſcum prior incola dixit.
Hic immenſi operis præcelſam extruxerat ædem
Sacrilegi quondam vęcors dementia cœtus
In conum 85 ſurgens turritæ molis in altum
Mirificum tendebat opus, ſic prorſus ad vnguem
Connexis ſemper crebro licet ordine ſaxis
Ne celſum nutaret onus, ne rima pateret,
Sed pulcra admotos lapides compago ligaret.
Quo magis artificis ſtudium rationis egentes
Attonitu ſtupuere animus: ſic ſtulta 86 pudendo
Religio inualuit venerans pro numine ſolum
Ingenium, geniúmque Dei de nomine fabri.
Hanc igitur Sanctus ſubuerti iuſſerat ædem
Martinus, 87 neglecta diu mandata fideli
Presbytero exprobrat, tamen ille hæc iuſſa modeſte
Expleri potuiſſe negat, ſatis ardua feſſis
Hæc monachis, paucíſque Dei docet eſſe miniſtris,
Quæ vix collectæ vacuato rure cateruæ
Aut deſudantes poſſent explere cohortes
His patuit penitus iuſta excuſatio verbis,

Marcellũ presbyterum intelligat, teſte Seuero vbi ſupra.

Nec ſpes eſt infracta tamen, non ille vocandis
Vota parat populis, nec toto ex orbe coactus
Ambaciæ ad vicum properat deducere turmas.
Auxilium cæleſte vocat, ſpes omnis in illo eſt
Qui cælum, terrámque regit, cui militat aër,
Et permanſurum ſeruant elementa pauorem.
Rurſum igitur ſetoſi habitus ſtimulíſque recliuem
Conſueti penetrare cutem, connexa rebelli
Vellere duritiæ rigidis in vulnera filis,
Peruigiles iterum gemitus, ieiunia rurſum
Dilatis renouata cibis, noctiſque laborem
Mox 88 ſucceſſuro rurſum iungentia Soli.
Nec longa hoc votum mora diſtulit, Ecce reuerſo
Tempeſtas violenta die circumſtrepit ædem
Turbine ventorum ruptis in flumina nimbis,
Diuiduæ excuſſo ſcinduntur lumine nubes,
Et collectarum ſuper ardua moles æquarum
Rauciſono impactam collidit turbine cratem,
Reddit & expreſſum nimborum pugna fragorem.
Intremuit tellus, imoque excuſſa profundo
Reſpuit impoſitæ fundamina pendula molis
Diſiiciens ſparſam procul à compage ruinam,
Et per prona rotans diſruptæ fragmina molis.
O nimium dilecte Deo te ſupplice Chriſtus
Iam pronos celſo ſiccauit in aëre nimbos.
Ad tua 89 vota iterum celeres rediere procellæ,
Accincta & grauibus nigrantia nubila ventis
Parcere iuſſa ſatis, validas rumpentia moles
Mollia graminibus, duríſque immitia ſaxis.
Nec minus hoc meritum fuerit nec diſpare cauſa
Gloria conſimilis pariles imitata triumphos,

Columnã molis im- menſæ, cui idolum ſuperſtabat, oratione facta in puluerem ſoluit. Sulp. Seu. dial. 3. c. 9. Fortunat. li. 4. ca. 10.

A *Idolicam effigiem celſiſſima fulcra columnæ*
Tollebant iunctis procul ad ſublimia ſaxis
Altior vt species ſolioque elatior iſto
Deſpiceret miſeram conficto numine plebem.
Hanc quoque Martino cupienti euertere molem
Cuncti defuerant ad talia vota paratus,
Sed ſpes ad dominum ſemper ferſtina manebat.
Ergo vt pernici reuoluit ad æthera ſenſu
Auxiliúmque citum cælorum à Rege popoſcit.
Ignea conſimilis ſpecie, ſed lumine diſpar
Comminuit fragilem delapſa columna ruinam
B *Sulphurea aduoluens crepitantes flammas fauillas,*
Fumantem attollens ambuſto è puluere nubem,
Atque exundantem conſumpta mole vaporem.
Sic rutilo Martine polo, ſic turbine venti
Connectis geminos vel nube, vel igne triumphos.
Nec mirum vt dominus ſeruo promiſſa fideli
Tam Sancto impleret famulo, qui dixerat olim.
Attonitis nimium tanta ad miracula ſeruis,
Hac veræ fidei ſeſe documenta daturum,
Vt maiora horum credentes ſigna probarent.
Quid mirum eſt eadem dominum compleſſe fatentem
C *Per ſeruos qui plura piis ſpondere miniſtris*
Dignatus ſurſum ſublimia corda vocauit?
Nam ſicuti prodit cæleſtis pagina libri
Fœmineam teſtata fidem poſt flumina 90 multi
Sanguinis, & triſtem conſumpto corpore tabem
Attactu veſtis celerem remeaſſe ſalutem:
Sic data Martino eſt eiuſdem gloria facti,
Sed ſanante Deo, qui nunc quoque celſus in arce
91 Stellantis ſolij tangi per membra probatur,
Quæ capiti æterno Sancta compage cohærent.

Mulier profluuio ſanguinis ſanata ex attactu veſt ſ Martini. Sulpi. Seuer. dial. [illegible] c. 21. Fortunat. lib. 4. cap. 21.

Quid non mite pio, quæ non ſubiecta fideli
D *Monſtra viro? iuſſi parebant ſæpius angues,*
Nec ſuberat victis feritas cognata venenis.
Tranabat virus propter vada proxima ſerpens,
Et vitreas ſulcabat aquas, extabat ab vndis
Cum ceruice caput, findebat pectore ſummum
Feſtinus fluuium reliquos per cærula tractus
Flectebat vario ſinuamina lubrica motu;
Intorquens læuis curuata volumina caudæ,
Et vibrãs tremulam medicata in vulnera linguam.
Hunc vbi vix medio Martinus in æquore vidit
E *Contiguæ properum iamiámque accedere terræ,*
Compulit his dictis raptim remeare retrorſum
Obſtrictum virtute Dei, vel nomine Chriſti.
Nequaquam ad vetitam vlterius contendere ripam
Te iubeo, ſtetit 92 in medio mala beſtia fluctu,
Et fractos 93 rigidus torpor connexuit artus,
Membráque captiuo paulatim hæſere natatu,
Donec præcluſo præſtricti gurgitis æſtu
Languida promiſſo fluitarent colla profundo,
Et retro ſeminecem ferret piger alueus anguem.
F *Atque vtinam noſtrum ſimili virtute venenum,*
Quod male tranſcurſæ vitiauit lubrica vitæ
Immergens rapido ſemper mea crimina ſeclo,
Conuertat ſancti miſeratio fida Patroni,
Cogat & oblitæ rurſus meminiſſe ſalutis,
Ne prona in luteo mergantur membra profundo,
Infectum & madeat vitiorum gurgite corpus,
Sed ſtabiles ſurſum virtutum in margine greſſus
Inſiſtant fidei, terrena & gaudia calcent.

Serpens iuſſu ipſius in ripam vlteriorem tranſmeat. Sulpir. Seuer. dial. 3. cap. 12. Fortunat. li. 4. c. 12.

DDDd iiij

Quæque fluunt celeri cupiant euadere niſu.
Hoc tantum, & paulum ſubſiſtam ad flumina voto
Dum clari titulos 94 recolens percurro patroni
Ad cuius meritum gaudens ſe ſubdere ſancti
Paruit imperijs iuſſarum gurges aquarum.

Paſchalib. diebus ſoluta ieiunia.

Continuum 95 ſemper ieiunia ducta per annum
Laxabant paulum Sanctæ ſolemnia Paſchæ
Mitius his tantum cruciabat membra diebus.
Tum ſolum exiguum piſcem ſumebat in eſcam.
Sed dum venturis ſeruantur tempora ſignis
Conſueta officij votum captura fefellit.
Ille vbi piſcantum vanum fluxiſſe laborem,
Lignáque per vacuum fluitaſſe extenta profundum
Agnouit querulis mœrentum murmure verbis,
Nam reliquis 96 præſens Diaconus ſatis ore fideli

Piſcatoribus nihil piſcantibus, iuſſu Martini cap tura prouenit, Chriſti exemplo. Sulp. Seu. dial. 3. c. 13. Fortunat. li. 4. c. 13.

Adſtipulater erat, quem cura inſtantior huius
Obſequij vigilem prægreſſæ tempera noctis
Et feſſum exacta præſentis parte diei
Teſtem communis faciebat adeſſe laboris.
Cuius vt anxietas ſancti pia viſcera mouit
Permotus mœrore pio, perge, inquit, & amnem
Tranſcurſis propere ſollers ſcrutare fluentis.
Iam tibi captiuam concludent retia prædam.
Nec mora confiſus tanti ſermone magiſtri
Feſtinat Diaconus, trepido ſpes reddita voto eſt,
Nec dilata licet properum captura fefellit.
Nam ſimul ac modico ſepſit vada proxima line
Incuſſus tremuit motato 97 cortice funis
Implicitam prodens ſuper imma cærula prædam.
Innexam propere vicina ad littora traxit
Congaudens eſocem, 98 tum toto pectore pronus
Brachia labenti circundabat humida piſci.
Lubrica nudatis vix hæret præda lacertis
Concuſſa & madidis iam pene elabitur vlnis.
Donec paulatim cognata elementa relinquens
Efflaret tenuem moribundus in aëre vitam,
Oráque languidulo tremulus reſeraret hiatu
Reiectæ adplaudens ſigni motamine caudæ.
Obſtupuere ſuum monachorum gaudia votum
Qui de vicinis tanta ad ſpectacula cellis
Egreſſi, 99 implendum tali ſponſore faucntes
Crediderant ſancte prolatum pectore verbum.
O vere æternæ Speculum virtutis, ab ipſo
Hæc tibi dona fluunt, qui quondam retia iuſſit
Ducere nocturno in caſſum molimine feſſos
Diſcipulos mittens numeroſam in retia prædam,
Concludens lectos ſancta ad conuiuia piſces
Quos medij 100 abreptos penitus de turbine mundi
Ad dominum traheret Sanctæ doctrina fidei.

Arborius vidit manū ſacrificātis Martini velliri gē mis micantibus, & crepitantibus. Sulp. Seu dial. 3 c. 14. Fortunat. lib. 4. cap. 14.

Sæpe Deus voluit meritum ſublime beati
Illuſtres proferre viros, quo clarius, illis
Teſtibus extulerat penitus quos gloria mundi.
Prolata in populos virtutum ſigna micarent,
Nam geſtæ 101 clarus tum culmine Præfecturæ
Arborius, vidit fulgentum luce micantem
Gemmarum, dum ſancta Deo 102 ſolemnia defert
Martini rutilaſſe manum, luménque coruſcum
Veſtire ignitam precioſo murice dextram,
Et colliſorum lapidum crepitare fragorem.
Non tales vexilla ducum pinxere lapilli,
Talia nec frontis Regum diademata cingunt,

A Sed quales claris ſanctorum in fine coronis
Inſerit emeritas domini ſententia gemmas.
Nec dubium quin præcipuæ probitate fidei
Vltra hominem vario virtutum flore coruſcet,
Quem coram angelici 103 meritum ſolatia verbi
Hiſtorici felix teſtatur pagina libri.

Cum Angelo colloquitur Sa. Seuer. dial 2. cap. 14. & 15. & dial. 3. c. 15. Regis nomine Maximum Imperatorem intellige. De Ithaciana cauſa vide Sulp. Seuerum hiſt. Sac. l. 2. in fine & dialog. 3. de virtutibus Martini c. 15. & Fort. breſbyt. li. 4. de vita Martini c. 25. vbi hæc latius.

Nam cum Treuerica permæſtus ab vrbe rediret
In quæ dum miſeris irato Rege paueſcit,
Interitum quorum vitam poſcebat ab ipſo
Compulſus proprium paulum laxare rigorem,
Mitior ad culpam reſpexerat Ithacianam 104.
B Damnatæ impulſus clementer parcere cauſæ,
Et reparare piæ rurſum noua fœdera pacis.
Hunc igitur nimis adflictum mœrore reuiſens
Angelus, alloquio coram manifeſtus & ore
Detulit ad mæſtum ſolatia blandus amicum,
Anxia cellatis permulcens viſcera verbis,
Conſilio mutanda docens, commiſſa reſoluens.
Talia præcipuis ſignans præconia vatis
Zachariam ſancto cæleſtis nuncius ore
Exorſum Sancti fecit prædicere nati,
Spondens venturam poſt iuſſa ſilentia vocem.
C Denique non impar meritum par prodidit ordo.
Vtque illi ſoboles, ſic gratia contigit iſti
Clarius adiecta virtutum luce coruſcans.
Nam ſæpe expulſas captiuo à pectore 105 laruas.

Energumenos curauit, nondum attacto limine cellæ Martini. Sulp. Seu. dial. 3. cap 16.

Necdum præſentis verbis vel voce coactas
Verrebat ſanctæ felix vicinia cellæ,
Excedénſque procul benedicta habitacula virtus.
Sic diſtenta nimis longe lætéque micabant
Præſentem domini teſtantia ſigna fauorem.
Nec ſolo contenta ſolo, ſed 106 crebrius ipſos
Martini titulis procul irrumpentia fluctus
Videre immenſo iactati turbine nautæ,
D Dum fuerit inſanæ violentior vnda procellæ,
Quantum vel ſolo prodeſſet nomine ſanctus.
Sulcabat medium Tyrrheno 107 in marmore pontum

Fortunat. l. 4. c. 26. Nautis in mari ſuccurrit. Sul. Seue. dial. 2. cap. 17. Fortunat. l. 4. c. 27.

Extentis properans puppis per cærula velis.
Concita ſubiectum ſcindebat prora profundum
Aduerſo albentes 108 diſrumpens pectore fluctus
Linquens ſpumantum veſtigia longa viarum
Cum ſubito obtectum prætendunt nubila cælum.
Humida nigrantem prætexunt vellera cratem,
Et perit in picco 109 penitus lux condita nimbo.

Tempeſtatis marinæ deſcriptio elegans.

E Inſiſtunt validi Pontum ſubuertere venti,
Fluctibus & madidæ rubris miſcentur arenæ,
Franguntur celſæ violento turbine moles,
Altius elato ſuſpenſa volumina fluctu
Inſtabiles ſurſum nimium tollentia colles,
Dum redeunt crebris ſoluuntur fracta ruinis,
Innumeroſque procul reddunt 110 conlaxa fragores.
Vela cadunt, reſonant tremulo ſtridore rudentes.
Nunc latet abſciſſo vicina ad nubila monte,
F Nutat in excelſo rurſum malè pendula dorſo
Ancipitem caſum metuens in vtroque profunde.
Aſt alij quatiunt latera obſiſtentia fluctus,
Et fracti eliſa tabularum crate reſultant,
Implentes laceram tam crebra aſpergine puppem.
Excutit auulſum Ponti violentia clauum
Reiecto rectere procul, formide pauentum
Corda quatit tremule conuellens viſcera metu,

Pallenteſque rigant non ſola aſpergine malas,
Confuſi gemitus, lacrymoſæ & murmura vocis,
Ruptaque ſingultu aſſiduo ſuſpiria flentum
Plangunt conſimilem vicina morte querelam.

Ægrotū negociato rem intelligit, vt cessat ſup. Sen. & For. obiſtipia.

Interea extremo quidam terrore coactus
Sed necdum inſtructus veræ ratione fidei
Cæleſte auxilium tali clamore popoſcit.
Ignorate mihi, merito ſed cognite ſancti
Quem veneror famuli per quem tua gloria fulget
Martini, miſerere Deus, depelle periclum,
Eripe nos; nam cuncta tibi proclinia ſanctus
Vt memini, antiſtes crebra virtute probauit.
Nec mora conſtrato ceciderunt æquora fluctu,
Et iacuit planus placidarum campus aquarum
Leniter exlaceram moderato flamine puppem
Optata impellens zephirus ſtatione locauit.
Sic meritum famuli per cuncta elementa probauit,
Et ſancti titulos Chriſtus diſtendit amici,
Glorificans clarum ſuper inuia cærula nomen.
Nec mirum eſt tam multa Deo fautore probandū
Martini potuiſſe fidem, ſi quando beatis
Peruigil excubiis tota virtute precandi
Ad dominum præſens felicia vota tuliſſet,
Si tantum ignari penitus longeque remoti
Gratia per ſolum meruit clareſcere nomen.
Quanquam ad præcipuam cōtendens pagina laudē
Obſtupefacta pedem retrahat, verbiſque paueſcat
Vilibus ad tantam virtutum aſcendere molem.
Queis non vnum hominem ſanctus, ſed protinus omnem
Suffragio medicante domum ſanaſſe probatur.

Lycontij domum à peſtifera lue liberat orationibus S. Se. dial. 3. c. 18.

Teſtis adeſt claræ celſus vice 111 *Præfecturæ*
Gratifico adſignans hæc dona Lycontius ore,
Cuius multiplici latè graſſata ruina
Obruerat lues vna domum tabentia paſſim
Corpora feminecum partes reiecta per omnes
Stipabant feſſis horrentia limina membris,
Triſtis vbique dolor, crebra & ſuſpiria, fletus
Adſidui, & toto penitus de pectoris antro
Extorti gemitus, conuellens 112 *ilia flatus,*
Et iugis 113 *motus, cutis arida, flamma medullis*
Inſita ſuccendens ſtomachum, grauis vnda pauoris
Illa ad vicinum pallebant mœſta cadauer
Corpora feminecum cognata, & funere tali
Mœſtior exemplo morientum turba pauebat,
Aſt alij exanimes ſaltim contingere charos
Officio miſerinimium trepidante timebant
Ne diſperſa graues ſererent contagia morbos.
Hos metus obſequio ſubſtraxerat 114 *at dolor illis*
Viſcera multiplici præſtruxerat anxia luctu.
At qui poſtremis tumulaſſent membra ſepulcris
Dilati ad ſimilem non longo tempore mortem
Portabant pariles ad limina triſtia morbos.
Nil medicæ valuere manus, nil gramina ſuccis,
Sæpe ſuis magnas languentum operata medelas.
Tali igitur dominus confuſus clade ſuorum,
Diffiſuſque ſuis precibus, placare laborat
Suffragio ſancti dominum, meritoque Patroni
Allegans querulam Martino interprete cladem.
Qui 115 *quànquam duræ iam læſo iudice cauſæ*
Per nimium ſentiret onus, tamen anxia 116 *clemens*
Sollicito affectu poſcentis vota recepit,

A *Nec prius obſiſtit iugi cruciata labore*
Proterere exhauſtis arentia membra medullis,
Et prono duram tellurem elidere niſu,
Adſueta adiectis duplicans ieiunia pœnis,
Nec tenui ſaltim concludens lumina ſomno
Exæſam ſtimulans ſetoſo vellere carnem;
Quam Dominus tanti ſtudio permotus amici,
Finita tandem penitus miteſceret ira,
Reddens optatæ felicia dona ſalutis.
Gratantem & Dominum complectens turba ſuorum
B *Exciperet totu conteſtans gaudia votis*
Narrentem clari titulos, & geſta Patroni.
Qui poſt depulſam Martino orante ruinam
Munera ſic merito feſtinans reddere ſancto,
Argenti centum prædicta ad limina libras
Detulit oblatis compenſans præmia donis,
Vt 117 *medici meritum merces vel parua probaret,*
118 *Munifica & ſtudiis gratantis vota paterent.*

For. l. 4. c1. Lycontius ſanata familia ſua Martino offert argenti libras centum.

Quæ ſanctus chari officio gauiſus amici
Præmia deuoti affectum teſtantia cordis
Nec renuit, dum tradentis diſpendia cautus
C *Cogitat, vt fructum fide præmiſſa referrent*
Munera; nec rurſum proprios ſuſcepit in vſus,
Ne mentem ſancti votum macularet 119 *habendi*
Sed commiſſa Deo cælo concluſit in alto,
Vt modò captiuos duris laxantia pœnis,
Liminibus excluſa piis donata redemptis,
Seruarent fidem, contempta rigorem,
Perge igitur præmiſſa ſequens, promiſſa repoſcens
Antiſtes 120 *claram cæli ſublimis ad arcem*
Aſtrigeram ſortire domum, rutilamque coronam,
Qui cunctam rabiem diri totumque furorem
Dæmonis in paruam potuiſti adſtringere muſcam.
D *At nos præſentes ſemper venerabimur artus*
Donec ad æternam redeas cum corpore vitam
Sanctorum adnexus tumulis, iungende coronis.
Vix ſolum à nobis potuiſti abſcondere vultum
Nobiſcum pietate manens te ſæpè frequentes
Inuiſunt 121 *oculi, coram curatio viuit.*
Adſunt optatæ confeſtim dona ſalutis.
Verba ſilent: ſed ſigna nitent, ſic corpore paulum
A viſu abſtraheris, præſens virtute videris
Quam precor vt miſero manifeſto corde petitam
Semper adeſſe velis, vt cum meditatio carnem
E *Finierit, teneat tranſcripta oratio laudem.*

Explicit liber v. in domino habens verſus D. CCCLXXIXI.

INCIPIT PAVLINI DE VIRTVTIBVS SANCTI MARTINI PRÆSENTIBUS liber Sextus.

F *INnuitas noſtram reuocanda ad murmura curam*
Dum vitam virtute, non clauſe ſacerdos
Lege obitus, carnique 1 *tuæ ſine carne ſuperſtes*
Cerneris, expertis, contingeris, atque teneris.

Dum largiris opem præſentem, oſtendis honorem
Quærentis adſiſtens, & nunquam abſconde precanti.
Quam benè vicinus propter complectitur artus
Spiritus, & ſanctum perfundit gratia ſaxum.
Nil longè eſt pulſante fide: clamantia corda
Allegant; proprias ſine voce & murmure cauſas.
Mentis verba legit qui ſenſum introſpicit, & cor
Viſit, & arcanum percenſet pectoris antrum.
Quinque prius recolens ſignauit geſta libellis,
De multis vel pauca legens, quota portio nobis
Comperta, tantis titulis quos 5 contigit vnus?
Exiguum quanta 6 penſat mercede laborem?
Indigno rurſum tanta ad præconia ſenſu
Quanta 7 ſinit, fert vota rei bonitate Patroni.
Præcedit meritum pia gratia, palma tenetur,
Nec ſentitur onus nondum libata laboris
Cura mihi eſt, quod velle iubet iam muneris arra eſt.
O quantas potuit maior facundia linguas
Hoc operis decorare bono conſueta repelli
Carmina non patitur, 8 credit bona quæ ſua nouit.
Nam certum iuſſiſſe ipſum quæ miſſus ab illo
Interpres tentanda 9 putat ſociatus & hærens,
Et ſemper tanti retinens præcepta magiſtri
PERPETVVS 10 felix docto victurus in æuo.
Non famæ incertum narrat, nec 11 credulis auræ
Rumorem attentas properat 12 vulgare per aures.
Coram viſa probat, teſtis fidiſſimus adſtat,
Inſpectæ 13 adſertor fidei miracula prodit
Luminibus oblata ſuis, & tradita votis.
Huc ex diuerſis certatim partibus orbis
Agmina conueniunt, numeroſas millia 14 cauſas
Multiplicant, iterantque, preces dat gratia velox
Optatæ pietatis opem, lætantur ouantes
Emenſi 15 fructum celerem ſe ferre laboris.

Energumeni per cancellos baſilicæ vehuntur & in puteū iactantur impulſu Dæmonis: mox illæſi abſtrahuntur: vide Gregoriū Turonenſem l. 2 de miraculis Martini c. 2. vbi hæc & ſequentia omnia geſta narrat, ſumpta ex hoc libro Paulini ſexto vt ipſemet teſtatur.

Iam verò obſeſſos furioſo Dæmone ſenſus
Huc vocat auxilium, rapit huc curatio velox.
Siſtuntur, trepidantque rei, confeſſio clamat
Extorta imperio ſub iudice pœna ſalubris
Cernitur, & proprias alieno in corpore voces
Edere peruaſor captiuo ex ore iubetur.
Sentitur iudex nec cernitur impius hoſtis
Exul ab erepta properat diſcedere præda,
Inter & inſtantes fugiens vaneſcere pœnas,
Aëria innexum conſtringunt vincula corpus,
Quos rebare vagos nexos miraberis artus.
Firmabunt inſpecta fidem, quem pœna ligauit,
Tormenta implicitis produnt conſtrictius 16 vlnis,
*Pulſat & adfixis** 17 obſtacula membris.*
Quid cum 18 ſidentes cancelli in tramite greſſus
Aërium ſuſtentat iter? nutantia currunt
Corpora, & impoſitum caua ſubuehit aura volatum.
Quinetiam in puteum qui templo clauſus in ipſo
Fonte 19 ſalutiferas eructat concauus vndas,
Corpora præcipiti iaciuntur concita ſaltu
In pronum cogente reo, qui vertice preſſo
Prægreſſum ſua membra caput detrudit in altum
Gurgitis, & crebrum membrorum mole perurget.
Sed quis non videat cum corpora merſa reſurgant
Extentos patuiſſe ſinus, & fulcra fauoris
Molliter exceptis vlnas reſeraſſe ruinis?

A *Artus prædo grauat, vitam clementia ſeruat*
Plus opis apparet ſtudium quàm pœna latronis.
Quiſque fide nutante labas adtende reſurgunt
Corpora, & ad vitam Martino orante trahuntur,
Abſorbent tantum miſerorum membra profundum,
Nec puteus patulo concluſos ore perurget.
Sed quid ego è puteis? fluuius teſtatur alumnis
Mirandæ virtutis opus, qui mœnibus vrbis
Iunctus contiguis adlambit ſaxa fluentis.
Hic medius cellam diſcriminat atque ſepulcrum,
Diuiſiſque locis diffuſum interſerit æquor,

Quidam raptus a dæmone & fluuio immerſus, ſiccis veſtibus educitur.

B *Nauigerinque freti ſpeciem ſe gurgite vaſto*
Diſiciens, longéque ſuis diuortia ripis
Inſtituens oculos viſu vlteriore fatigat.
Et quanquam validos laſſat tranando lacertos
Hic fluuium à templo quod ſanctos continet artus
Et laudi æternæ felicia membra reſeruat,
Inſanus petiit miſero cum corpore Dæmon,
Merſurus raptam vicino in gurgite prædam.
Verum nil patitur in ſeruatio tanta cruentum,
Atque 20 adimit diro ſæuiſſima iura tyranno.
Duratum calcatur iter, ſolidata rebellis
Greſſibus, & paſſus 21 properos non adluit vnda.
C *Trans fluuium ſiccas 22 ſtupuerunt agmina veſtes,*
Et gaudens hominem 23 purgandum cella recepit
Quæ dudum angelicæ felix fuit hoſpita vitæ.
Nec quicquam geſtum turbatæ tempore mentis
In ſemet reduces ſenſu tenuere recepto.
Chunorum 24 plerumque ſonos 25 fractaque minantum
Murmura, & inciſas fera per compendia voces.
Auxilium ſub teſte patens neſciuit ademptus,
D *Muneris ignarus, tantoque è munere ſaluus*
Plerumque inflexas aliena ad murmura linguas
Poſſeſſor miſeri rapiebat ſpiritus oris,
Vt græcis fluerent Gallorum verba loquelis,
Et fando 26 exprimerent gentem, nec nomine notam.
Quiſquamne hunc ſenſu proprio putet eſſe locutum,
Qui fatur non nota ſibi, de pectoris antro
Mugit, & edomitam flectit poſſeſſio linguam,
Vt chordæ id reſonant motus quod plectra pererrāt,
Imperioque manus neruorum fila loquantur.
O quoties vrgente Deo ventura fatentur!
E *Et quorum oblectant ſemper mendacia fraudem*
Exortum à domino coguntur dicere 27 verum,
Quæ pœna eſt manifeſta loqui, præceptio vocem
Elicit, & cedit mandato oppreſſa voluntas.
Illuſtrem virtute virum, ſed moribus almis
Plus clarum magnumque fide qua celſior extat
Egidium, hoſtilis vallauerat agmine multo
Obſidio, obiectis quæ mœnia ſepſerat armis,
Auxilia excludens, & clauſos viribus vrgens
Vt minùs obſeſſis faceret diuiſio 28 robur,

Egidius obſeſſus Martino auxilio liberatur.

F *Nec iungi ad bellum ſocialia caſtra liceret.*
Verum præſidio domini deiecta fugantur
Millia, & egreſſum portis bipatentibus agmen
Reſtaurat ſolidas ſecuro principe vires.
Interea trepido vicinia 29 mæſta pauore
Pallebant tanti proceris diſcrimine, & omnis
Anxia pendebat populorum cura pauentum
Dum ſe quiſque putat ſimilem proferre procellam,
Inque vno mutat quicquid conſiſtit in vno.

Ergo aliquis forte ex illis 30 quos tetrior ira
Traxerat ad votum ſorbendi in cæde cruoris,
Præcipiti ad nutum domus quaſi turbine raptus,
Præcedenſque citos trans flabra & nubila ventos
Geſtorum ſeriem captiuo è corpore prompſit,
Proclamans iiſdem momentis tempore eodem
Obſidione vrbem Martino orante ſolutam,
Atque ipſe donaſſe Deum populumque Ducemque,
Mox patuit manifeſta fides, ſeriemque probauit
Ipſe dies, eadem hora fuit, nihil ordine verſo,
*Inuitumque hoſtem tunc fallere * 31 pœna coëgit*
Num. c. 22. *Vt Balaam cupiens domini maledicere plebem.*
Extorquente Deo cœtum benedixit ouantem.
Haud alio penituſque ipſo rerum ordine venit
Nuntius, illam vrbem tanta obſidione ſolutam,
Præcipitem Rhodanum molli quæ 32 ponte ſubegit,
Et iunxit geminas connexo tramite ripas,
Vt 33 ſiccum præberet iter quod puppibus inſtat,
Deſuper & preſſo nutans via pendet in amne.
Hanc quoque præſenti ſociatus ſancte patrono
Eripis, & cogis trepidum tua vota fateri
Quæ nollet donata tibi, reus 34 adſtat, & Euro
Ocyor amiſſa optata ſpecularia cædis,
Hæc quoque diſcuſſis patefecit calculus horis,
Ipſa vt rei docuit, completa & prodita puncto.
Iam verò erga 35 omnes curatio quanta medelas
Non medicante manu, non ſucco adlata ſalubri,
Nec ferri perpeſſa aciem, nec graminis hauſtum,
Vlcere nec raptum reſoluti ſulphuris ignem,
Sed verbo medicante fluens, rectoque probata
Præcipiti virtute fideque comminus adſtans
Omnibus inuitat tepidus dum ſanat adeptus.
Hic cæci ignotæ ſtupuerunt 37 munera lucis,
Hic alacrem curſum vegetato corpore claudi,
Hic noua collata vocis diſcrimina ſurdi,
Quot 38 cauſæ attulerint cladem, tot dona ſalutem
Reſtituunt, ſemper pœnis numeroſius adſtat
Paralytica puella & genitis, ad ſepulcrum Martini ſanatur. *Præſidium, præſenteſque fugat tutela periclum.*
Experta eſt tantam paralytica virgo medelam
Adficiens miſeros longo mœrore parentes.
Namque omnem membrorum vſu violentia morbi
Abſtulerat, cunctiſque ſimul præmortua neruis
Exanimos penitus ſtratis reiecerat artus,
Et ſolo viuens gemitu ſpiramine feſſo
Et flatu exiguo ſtomachum quatiebat anhelum.
Hæc ſancti ad meritum manibus delata parentum
Propter vicinum iacuit 39 miſeranda ſepulcrum,
Alterno nunc ora rigant rorantia fletu,
Inque vicem effuſo lacrymarum flumine certant.
Permouit ſanctum clementia, vix leuis artus
Attigerat miſeros benedicti tactus oliui.
Exiluere pedes, nerui ſumpſere rigorem,
Et valida optatos ſenſerunt brachia motus,
Erectæque manus digitis luſere ſolutis.
Gaudia confeſtim miſeri votiua capeſſunt,
Sic ſupra l. v. de Auitiano agit Credere diffidunt trepidi, ſed credere malunt. *Et vix tam trepidi credunt quæ credere malunt.*
Mutatur rurſus facies meliore ſereno
Et noua perſpicui rapiunt miracula vultus.
Attamen haud 40 longa hoc meritum ſeruauit honeſtas,
Qui nunc adſiduis onerabant limina votis,
Spondentes celerem poſt præmia tanta recurſum:

A *Atque inopum ſumptum mox largitione leuandum*
Munificè quos ſanctus alit, veſtitque ſacerdos
Conſuetam deuotus opem dum præſtat egenis,
Expenſiſque ſuis diteſcit prompta voluntas.
Anguis vt antiqui dirum rapuere venenum,
Atque idem ſerpens qui quondam ſuaſerat Euam
Hos quoque conſiliis ſimilis liuore coëgit,
Neglectam calcare fidem, dum praua voluntas
Conſilus addicta malis diuerſa volentum Paralytica ſanata rurſus ad Idololatriam reuertitur, & in morbū recidit.
Paruit infelix feda ad mendacia verbis,
Immemor inſpecti penituſque oblita fauoris,
B *Idolicos petiit veſano pectore ritus,*
Diſpoſitum mutauit iter, vegetamque puellam
Auctoris vitæ abripuit 41 diroque latroni
Dedidit, ingratus fidei, ſed ſubditus hoſti.
Verum vbi tartarei feralia buſta tyranni
Eminus aſpexit deceptæ virginis error
Concidit, & dono tanti ſpoliata patroni
Addita eſt propriis eliſo corpore morbis;
Donec ſanatam dominante 42 priore puellam
Mors raperet duplicata malis, & debita pœnis;
Quam melius tantæ recolentem dona medelæ
C *Ad vitam æternam vel præſens vita vocaſſet,*
Iure vt euangelici meminiſſet credula verbi
Quo iuſſum eſt domini ſanatum munere ſeruum
Peccatum vitare ſuum, ne rurſus in ipſum
Pergeret, & culpam pœna grauiore piaret.
Interdum iniuſtos iuſto terrore coëgit
Virtutem ſentire Dei, nam ſæpe rebelles
Si nondum præcepta regunt, vel verbera cogunt.
Cùm ſubito pauefacta metu grauiore periclo 43
Auxiliatores pateretur Gallia Chunos,
Nam ſocium vix ferre queas qui durior hoſte
Extet, & adnexum fœdus feritate repellat.
D *Horum vnus ſtimulis furioſi Dæmonis actus*
Irrupit ſacram domini prædo improbus ædem,
Inde altare Dei greſſu temerare profano,
Auſus, & 44 intuitus furialia vota ſecutos,
Abripuit ſanctam dextra 45 vellente coronam
Quæ meritum ſancti propter coniuncta docebat;
Effigiens illam quam Chriſto iudice ſumpſit
Fulgentem aſtrigera cæli ſublimis in arce, Quidam fit cæcus cum eripit viro coronam à tumulo Martini.
Sed ſenſere oculi culpam, quòd nuncia 46 cordi
Lumina perſpectam voluerunt condere prædam,
Intuitu peccauit ouans, nec cernere quiuit
E *Quæ rapuit, liquitque oculos ſubtracta voluptas,*
Obſeſſos gemuit viſus quaſi nocte diurna;
Et circumfuſæ quærens ſolacia lucis
Vicinum doluit tenebris denſeſcere ſolem.
Quid 48 ſtupet adſpectum ſubita caligine clauſum?
Iam tunc cæcus erat malè cum rapienda videbat.
Verum vbi quærenti crimen detexit amico, Coronam tumulo reſtituit prædo, & viſū recipit.
Et percontanti nudauit geſta ſodali,
Prægreſſum ſeu nocte ducem cogente ſecutus
F *Diſſimili petiit benedicta altaria voto,*
Edomitus iam 49 clade ſua, propiorque 50 ſaluti
Confeſſus commiſſa reus, ſeque ipſe ſalubri
Iudicio damnare volens, meruiſſe videtur
Hinc veniam, quod ſe pœnam meruiſſe fatetur.
Compenſat plectenda dolor, peruaſa reformat.
Amiſſa vt 51 capiat ſumit ſua, quæ tulit, offert.
Mens 52 peruerſa habuit pœnam, conuerſa medelā?

Aſt alius cædem ſitiens violentior ira
Dæmone feruidior qui capto in corpore clauſus
Tartareo miſerum furioſus iure premebat,
Percolit obſeſſum funeſto à dæmone corpus,
Hoſpite tam diro tanto crudelior hoſtis,
Sanguineumque enſem perfoſſo in pectore merſit.
Verum perſiſtens inſania vel furor idem
Spumantem gladium rorantem & ſanguine dextram
Vertit in auctorem ſceleris vix cæde peracta,
Et latebras tanti ſceleris mucrone reſoluit
Ac facinus malè conceptum per viſcera quærit,
Quam cito iudicium velox vindicta probauit,
Et ſecum tali admiſſo propera vltio iunxit.
Nec quiſquam dura putet, cum pauca timorem
Signa acuunt, pœna exterret, formido medela eſt.

Alius dum martyri templi Martini quendã ferire conatur, gladiũ in ſe retorquet.

Ornatum Sanctis altaribus addere gaudens
Certatim populus ſtudio properabat ouantum.
Verum cum pulchras moliteo tanta columnas
Tentaret ſancti transferre ad limina templi:
Quidam tam properis 53 cæcato corde rebellans
Obuius ire parat vel talia cœpta morari
Inſtinctu impulſus furioſi Dæmonis audet:
*Inſuper vxori minitans quòd fletibus 54 eius**
Expletum penſaret opus, cum forte propinquo
Rure habitans quæſita operi inſtrumenta dediſſet.
Nec mora, & in parui vada perlucentia riui
Præcipiti deiectus equo, non 55 reppulit vllas
Quæ poſſent pronum corpus demergere lymphas,
Mergendus quæſiuit aquas 56 tenuique fluento
Incubuit moriens, quas preſſerat, hauſit arenas
Naufragium ſine puppe rapit, ſine flumine gurges
Agnoſcunt elementa Deum, nil caſibus inde
Mentiri licuit quod iuſſio ſola peregit.
Non illas 57 certe lacrymas tua funera flenti
Præmiſſæ mouere minæ, ſed plangis, vt ante
Omnis & exoſi vatis ventura canebas.
Præcedis noſtras iam non prohibendo columnas,
Nec rapis ornatum templo, rapiende ſepulcro.
Sed populus maiore fide deuotus & inſtans
Præcipuum celerauit opus, virtute probata
Iudicium emicuit, præſens deuotio creuit.
Iam poſito terrore leges correcta periclis,
Munera præcipui numerabis 58 banda patroni,
Et poſt percuſſum victo ſerpente venenum
Nectarei primum ſucco gaudebis oliui,

Qui inuidebat ornatum templi Martini, pœnas diuino iudicio luit.

Quod quoties ſancti vicinia iuncta ſepulcri
Comminus 59 excepti, mutauit vera liquorem
Gratia, & aduexit properas feſtina medelas
Perlatum obtulerat felix 60 antiſtes oliuum
Incunctante fide quod ſpiritus ille rigaret,
Et noua contiguis perfunderet aura fauoris,
Perpetuus 61 domini non ſolum 62 nomine cultor,
Et prægreſſa pij ſectans exempla magiſtri.
Hunc cum vellet opem veneratus ferre ſaluti,
Expertumque bonum cunctis adhibere medullis,
Abraſus propere benedicto è marmore puluis
Admixtus ſancto vires duplicauit oliuo
Vt ſic reſperſo virtus geminata liquori
Augeret contacta fidem, ſociata ſalutem.
Verum vbi vel modicam ſenſit vicinia micam
Gratia contactum velox ſuſpendit oliuum,

Ampullam olei ſanctificandam defert Epiſcopus Perpetuus ad tumulũ Martini.

A *Et tumor exundans efferuit, & auxit abundans*
Copia quod coram prolato munere creuit.
Celſior ore ſuo diffuſio clauſtra rigauit,
Et tamen exundans non fecit gratia damnum,
Et ſubiecta fluens, & ſemper plena repletis,
Non maculas vnquam madidas hæc gloria veſtes,
Maiorem hæc retinent 63 inſpectæ Siloa nitorem,
Quæ tantum teſtantur opus, non 64 abluat vllus
Quæ virtus tanto indicio perſcripta notauit,
Nec clauſa eſt laus iſta loco, ſectata fideles
Gratia ſublimes 65 titulos & in aëra miſit.

Oleum excreſcit diuinitus.

B *Ipſæ etiam ſancti meritum ſenſere procellæ*
Grandinis, & terror denſatis nubibus hæſit,
Vaſtandiſque locis 66 clementior ira pepercit.
Quidam confidens veram ſe ferre ſalutem,
Si quicquam è ſancti licuiſſet limine templi
Ad propriam deferre domum, benedicta ſalubris
Congaudens famulus ſuſcepit præmia ceræ.
Experta eſt gauiſa fides quid pectore toto
Senſerit auxilium, ſpes expectata reuixit.
Euaſit protectus ager iacula illa liquoris
Saxea, & adſtrictæ glacialia verbera lymphæ,
Ac fructus ſatione tegens quæ condita terræ
C *Extendit patulos votiua ad tegmina ramos.*
Indultum ſtupuit vicinia cuncta fauorem,
Et patuit veris virtus iam cognita ſignis.

Cera ſublata è tumulo Martini, agros defendit ab iniuria grandinis.

Non ego centenis poſſem hæc præconia linguis
Cuncta loqui, aut tãtas virtutum euoluere palmas.
Nec mihi mendacis pulſanda oracula Phœbi,
Nec confictarum plectra expectanda ſororum.
Nos alter repleat tantæ ad præconia laudis
Spiritus, & noſtro det verba & gaudia cordi.
Vt verum cantare queam, mea muſa Patronus
D *Me foueat, vegetetque meum ſua gratia ſenſum,*
Ne vincar ſplendore operis, neu lumine tanto
Obrutus inſtabiles oculos à luce reflectam,
Perſpicuoque canam celſa & cæleſtia ſenſu.
Crede Deo, lector, pio quæ credere nobis
Ambigis, & Chriſto cuncta hæc procliuia noſces
Quæ dedit, & Sancti titulis adcreſcere iuſſit.

Martinum poeta inuocat.

Obſequium ſolemne pio deferre quotannis
Adſueuit populus, reducis cum circulus anni
Inſtaurat 67 renouans ſanctæ myſteria Paſchæ
E *Inuitat 68 propriæ veneratio plurima cellæ*
Quæ tam præcipuo patuit fida hoſpita ſancto,
Angelico poſſeſſa viro, prona ora madeſcunt
Fletibus, & lacrymis ſancti veſtigia quærunt
Quæ loca contigerit pſallens, quæ preſſerit orans.
Hinc meminiſſe volunt in quo liberauerit 69 eſcas
Immenſa exiguo 70 laxans ieiunia guſtu.
Cæleſti auxilio excubiis quæ cella quietem
Fouerit, atque breuem membris largita ſoporem
Sublimem vigilis recrearit imagine mentem.
F *Huc populum congaudet ouans perducere Paſtor,*
Transfretat exceptum numeroſis puppibus agmen,
Et fructus ſub claſſe latent, huc ſexus & ætas
Omnis adeſt, vacuæ reſident cuſtodibus ædes,
Et cunctis alterna fides penetralibus adſtat.

Paſchæ diebus cellulam Martini populus religioſe frequentat.

Interea infuſo 7 mortis vel criminis auctor
Inuidiæ liuore ſuæ, conatibus iſtis
Obuius ire parat, nauemque adgreſſus onuſtam
Fluctibus in mediis vaſtoque in gurgite merſit,

Dæmon mare turbat.

Inuoluens

Inuoluens alto ſimul omnia rapta profundo,
Implicitùmque trahens decurſu fluminis agmen.
Quam cladem expectabat ouans, quàto q; triũpho
Optata innumeræ numerabat funera mortis
Diuulſos rapiens nutricum à pectore paruos,
Diſpergenſque[73] vagas ſuper inuia cærula clades.
Aſt alio cernens nexu ceruice grauata
Mergere depreſſum quod ſtrinxerat vlna cadauer,
Hos madida iam veſte trahi,[74] ſed quærere cælum
Lumine, & infuſas vel murmure pellere lymphas,

Martinus naufragis ſuccurrit inuocatus

Interea concors Martini in nomine clamor
Auxilium cæleſte ciet, proſternitur omne
Vulgus, & humentes fletu perfundit arenas;
Debebat tam læta dies ſpecialia mæſtis
Gaudia, & eximium ſolenni in tempore munus.
Adfuit in mediis confeſtim mitior vndis
Spiritus, & diræ[75] rapuit iura improba morti,
Suſpendit vaga membra liquor, ſolidata ſaluti
Lymphæ artus ſubuexit[76] aquis, nõ[77] icta natatu
Nec permutatis[78] ſulcata & ſaucia palmis,
Immotum geſtauit onus, ripiſque reuexit,
Gaudia & aduectam[79] numerauit læta ſalutem.
Agnouit natum genitrix, infantia matri
Hæſit, & amplexu genitor ſua pignora fouit.
Frater, mater, hic[80], famulus, matrona, propinqua
Collato[80] coïere gradu, grateſque[81] reſultans
Vox cecinit, ſanctiſque Deum laudauit in hymnis.
Vix audet quiſquam confeſtim credere viſis.
Conſulit & trepido dubitantia lumina vota:
Nec fracta eſt terrore fides, properatur ad amnẽ,
Ocyus inſta-rat vegetas noua gratia vires,
Non habitum mutare placet, cum veſtibus hiſdem
Exultant, madidoque fides non alget amictu.
Sic ripa vlterior tanto gauiſa triumpho,
Cantemus domino lætata & credula, dixit[82]
Præda illæſa canit, ſubmerſus prædo remanſit.

Ecce iterum Dominus[83] ſciſſi Iordanis hiatu
Diuiſum patefecit iter, populumque per amnem
Prægreſſæ iuſſit ſe iungere comminus arcæ,
Ad fontem remeans vertit ſua flumina gurges,

Iordanis conuerſus retrorſum

Et ſiſtens curſum refluus properauit ad ortum.
Hæc loca calcatis populus protriuit arenis
Nauta quæ trepidus remo, veloque cucurrit.
Quas terræ, Pontique vias non nominis huius
Gloria pernici penetrauit concita ſaltu,
Æquoreas egreſſa vias, & peruia nautis
Vaſti dorſa maris validis abrepta procellis?
Puppis in ignotum longe delata profundum,
Extra hominum claſſiſque vias torpore ligatum
Turbinis impulſu præceps irruperat æquor.
Egreſſum ſpes nulla dabat. Nam glute liquoris
Immota obſiſtens Pontus tabulata tenebat
Obſidione maris capientes flumina nautæ
Tempeſtatis opem mallent, ob turbinis iras
Fluctibus in mediis facientes vota procellæ.
Verum nulla datur miſeris exire poteſtas
Naufragium tàm ſegne tenet ſine motibus vllis
Quæ[85] natat in pelago, non enatat, hæret in vndis
Deteſtanda quies pontus quod ſuſtinet, obſtat,
Nec vehit impulſu puppem, nec ſorbet hiatu.
Effugii[86] ſpes nulla patet, nam ſeruat in vndis
Fluctibus adſtrictam torpens cuſtodia prædam.

A *Spes eſt vna Deus, ſolus quæcunque creauit,*
Et regit, imperium ſeruant elementa creantis,
Ad nutum domini raptim commota quieſcunt,
Inſuetos motus properè torpentia diſcunt,
Diſpoſitiſque prius rebus dat iuſſio legem.

Quidam rumorem ſenſu meliore ſecutus
Martini titulos fama vulgante per orbem
Compererat, plenaque piis miracula geſtis,
Hic cogente malo ſolam ratus eſſe ſalutem
Ad verum clamare Deum, ſic forte precatur.
Ad cælum viſus lacrimarum fonte rigatus
B *Erigit, atque oculis cordis penetralia iungens*
Aſpice, ait, miſeros, ſpes vna & vera ſalutis,
Martini miſerere Deus, qui tanta per illum
Sparſiſti populos diuini ſigna fauoris,

Nauta periturus inuocato Martini Deo ſaluus ad portum venit.

Et meritum virtute probans excedere terras
Iuſſiſti titulos etiam trans æquora claros,
Ille ſuis ſoluat vel laxet vincula puppis
Suffragiis cogat diuiſas cedere lymphas.
Et tantum[87] fluidum rareſcere gurgite Pontum.
Nec mora, & adlapſi properè vis maxima venti
C *Expulit abreptam diſciſſo gurgite nauem,*
Et vexit facili ſuper inuia cærula flatu,
Moxque exoptata portus ſtatione refouit,
Nomine Martini vectus ſimul atque reuectus,
Adſiduáque fide dona exorata canentes.
Quis tãdem hæc ſenſu capiat? quis carmine pingat
Quis numerare queat, quis promere? vincitur omne
Ingenium[88] cohibent preſſas præconia linguas.
Attamen inferior titulis quos gloria comit,
Quæ comperta mihi totiens vel ſcripta relegi
Cum fari vt dignum eſt, nequeũ, vel tangere nitar.

Quidam detracta cera è tumulo Martini arcet incendium à ſua domo.

D *Quidam de ſancto repetens ſua limina templo*
Præſidium domui credens efferre ſalutis
Detulerat ſecum ſanctam ad penetralia ceram,
Fidens quod tanti benedictio iuncta Patroni
Tam iuſtæ fidei meritis virtutis adeſſet.
Et iam tempus erat prodi documenta fauoris.
Forte per elapſum ſerpens incautius ignem
Flamma vorax vires augens per pabula ligni
Vrgebat iã clade domum. Vapor vndique in auras
E *Plurimus vndantem glomerabat turbine molem*
Arida ſorbebat rapiens atque obuia lambens,
Et ſolas linquens de tanta clade fauillas.
Nec ſpes effugit propius flagrante periclo.
Serpſerat incumbens propter penetralia terror;
Et iam[89] contiguam vicina pericula prædam.
Ad ſanctum redeire preces, clamore fideli
Poſcitur, atque iterum crebræ[90] pia omnina voces,
Ipſe herus accenſæ rutilantia lumina ceræ
Vnguine felici blandam fundentia lucem
Prætrepida velox rapit ad penetralia dextra,
F *Atque inter medias ſtatuens flagrantia flammas*
Ignis præſidiis ſurgentem[91] reppulit ignem
Hæſit turbo furens, vaſtator protinus hoſtis
Terga dedit, rabiemque ignis ſcintilla[92] fugauit.
Non ita ſi totos ieciſſent nubila nimbos
Deſuper infuſæ poſſent prodeſſe procellæ.
Aut ſi certanter rapuiſſent flumina cœtus
Quilibet hæc quirent, exhauſto flumine fontes
Tam celeri præſtare bono, quàm vera poteſtas
Ignis prætrepidans refugit ſua pabula ceras

Altoreſque [93] fauos conſors natura paueſcit.
Virtute interimit flammam quam lumine nutrit,
Nectare perſpicuo redolens pinguedo liquores.
Hæc paucis auſus properè percurrere verbis
Signaui indoctus populo relegenda fideli,

A *Firmauere humilem tam gradia gaudia vocem*
Quæ quæris deſcripta parum mirabere geſta
Sufficit vt carmen temnens præconia laudis [94]
*Nil morti licuiſſe, palam cum vita [95] probet*r,*
Perpetuo vrbs Turonũ Martino antiſtite gaudet,

Finit in Chriſto Ieſu liber VI. habens verſus CCCCXXXIIII

DOMINO SANCTO AC BEATISSIMO PATRONO PERPETVO EPISCOPO PAVLINVS.

ITerato aſinæ ora reſeraſtis, qui mihi loquendi fiduciam præſtitiſtis, cum obiecta [1] ore in eo loco verecũditus ſilentio conticeſcerem, quam imperita verboſitate garrirem. Sed [2] quærit de ſuffragii adſidui te ſuggeſtione votum loquendo prodidero. Domine ſancte ac beatiſſime ſpecialis apud dominum patrone conuerſationis Angelicæ & Apoſtolicæ dignitatis. Ego cõſcientia perurgente crediderã etiam hoc fuiſſe nimium quod potueras notare temerarium, vt ad illam virtutũ tam perſpicuam claritatem quaſi illuminãdus accederem, lúcemque tam claram tenebrarum mearum nube reſtringerem, Sed benigne de his quæ ſcripſeram ſentiẽdo duplicatis [4] auadciã iuſſione, vt etiamnum illi parietes cõſecrati verſuum meorum ferant lituras, [5] qui ad remediũ imbecillitatis imbuimur Verſus per Domiſſimum [6] meum Diaconum ſicut præcepiſtis, emiſi, quos pagina in pariete reſerata ſuſciperet, etiam illis de viſitatione nepotuli mei memor tanti fauoris adiectis, quem charta inſcripta virtutibus, & manu beatitudinis veſtræ ſubſcripta ſanxerat. Veſtra præſtabit oratio vt credulitas creſcat auxiliis, & quæ adipiſci cupimus ſcribere qua [7] permittemus, adeamus.

Verſus parietibus ecclefiarum olim c i. bi ſ [illegible] uere teſtis idem Paulinus epiſt 12. ad Seuer.

INCIPIT VERSVS PAVLINI DE VISITATIONE NEPOTVLI SVI.

Hi verſus valde corrupti erant in veteri codice.

QVam modicam ſtillam quanto torrente rependit
Sancte Deus, licet ipſa huius vel guttula roris
A te tam ſterili data ſit vel præſtita cordi.
Non his obſequiis tam largum flumen egebat.
Et tenuis leuibus foliis qui decidit humor
Tam profluo augmento [2] faceret dum labitur apini
Cum magis ad ramos de [3] rupis ſurgeret humor,
Dum virens fundit nebularum ſtamina gurges,
Contiguumque rapit ſitiens [4] vitiania frigus
In hac [5] gutta meas tetigit tam prodiga fauces
Tangeris vt [6] marmor ſolidi cryſtalla fluenti
Quantum hac ſola mihi ferret patientia donum
Vt nullam incideret felix audacia culpam.
Nunc verò his etiam duplicaret gratia ſignis
Vt nullo te fine canam venerande ſacerdos,
Non finitur opus [7] quo ſuſciter, addita creſcunt
Quæ meminiſſe iubet virtus dum proditur adſtat.
Tunc meas [8] viſus lacrymas, tu fletibus illis
Fers miſeratus opem, te vitæ altiſſimus auctor
Exorante grauis cohibet, lamenta ſenectæ.
Ipſa ſalus vitam reuehit, deiecerat ægrum
Et penè [10] exanimem morbi vis tanta nepotem,
Coniunctamque eidem nubendi lege puellam
Vt vix [11] tam tenui ſpirarent corpora flatu,
Nec poſſet [12] ſolers tactus deprohendere venas

A *Subtracti [13] pulſus filo languente latentes.*
Me quoque ſubmotum pietas arcerat ab omni
Officio, exoſam vitabant lumina [14] lucem,
Dum pœna eſt quodcũq; vident. Spes vna pauetis
Cor tetigit iuuenis, cauſam [15] mandare patrono,
Indulti & toties proprius meminiſſe fauoris,
Nuper contingerat perlectam euoluere chartam
Qua tanta [16] ad noſmet meriti peruenerat: index [17]
Innumera vt miris fulgeret gratia ſignis,
Queis dominus veri meritum teſtatus amici,
B *Ornabat ſanctum per dona immenſa ſepulcrum.*
Hæc ſigna [18] antiſtes dextra ſignauerat alma
PERPETVVS, tanti gauiſus laude magiſtri.
Hanc igitur chartam vix linguæ murmure paruo,
Incunctante fide ſpes non incerta popoſcit.
Examini [19] iuueni vires fiducia fandi
Præſtitit, & [20] feſſam laxauit gratia linguam.
Ergo inter medios quot febris mouerat ignes
Virtutum palmas ſtomacho coniunxit anhelo,
Et rapuit recolendo fidem quæ ſcripſit in ipſis
Condita viſceribus quicquid concluſa tegebat
Pagina, & ad votum velox medicina cucurrit.
C *Exiluit iuſſus tanta ad miracula ſudor,*
Creuit & ad numerũ tãti quoque muneris ordo [21]
Vt ſcribenda fidem faciam quam ſcripta retẽtant:
Non tam pernici ſuſpendunt [22] ſuccina ſaltu
Feſtucam phœni vicini glute vaporis,
Quàm citus ad chartã [23] madefecit corporis humor

Mandato[24] celebrante redit, ſepe vita reuertens A
Affectu quæſiuit auum, quaſi nuntia tanti
Muneris, & reliquis iuſſit me iungere ſignis
Quam præſentit opem, tali mandanda patrono eſt
Cauſa rei, adſiſtit propior clementia[25] ſanctis,
Et culpæ offenſam [26] releuat tutela fauoris,
Nec mora commoditas numerum[27] prægreſſa dierum.
Qua ſæpè[28] ignaro ſpes dinumerata fefellit
Auxilijs orantis adeſt, nec clauditur vllis
Gratia vera locis, nec [29] vires terminus arctat
Quas Deus accumulat, propter curatio tangit
Qua [30] ſaluator adeſt, tã longè abiuncta ſepulcro B
Cellula ſuſcepit quod mens attenta popoſcit,
Atque ipſa eſt ingreſſa locum quo credita puncto.
Ille æger, lethumque pauens vxoris amitæ
Fit medicus, ſuadetque fidem mittendo ſalutem,
Poſcit[32] & illa toris quicquid perſenſerat iſte.
Eſt certamen, opem retinere, & quærere [33] partam,
Hic poſſeſſa timet dimittere, [34] illa probatis
Se quoque ſaluari feſtinat credula ſignis,
*Sique[35] dure inque * vices ambo orant ambo retentant.*
Atque hærens vni pietas ſuccurrit vtrique.
Grates, ſancte, tibi dum ſpiritus hos reget [36] artus
Mens & lingua canet, nũc reſpice cætera clemens
Membra domus, celeris reuehens fomenta ſalutis,
Et tibi commiſſam propior ſolare ſenectam,
Optata indulgens propere, vel præſtita ſeruans,

Finit verſus Paulini de viſitatione nepotuli ſui.

DE ORANTIBVS.

Quiſque ſolo [1] adclinis merſiſti in puluere vultum
Humidaque illæſæ preſſiſti lumina terræ
Attollens oculos, trepido miracula viſu
Concipe, & eximio cauſam committe Patrono,
Nulla poteſt tantas complecti [2] pagina vires
Quãquam ipſa his titulis cæmẽta & ſaxa notẽtur.
Terrenum [3] non claudit opus quod Regia cæli
Suſcipit, & rutilis inſcribunt ſydera gemmis,
Martini ſi quæris opem trans aſtra reſurgens.
B *Tange polum, angelicum ſcrutatus in æthere cœtũ*
Illuc coniunctum Domino perquire Patronum
Sectantem æterni ſemper veſtigia Regis.
Si dubitas, ingeſta oculis miracula cerno
Queis famuli meritum verus Saluator honorat.
Accedes [4] reliquis inter tot milia teſtis,
Dum narranda vides, ſolers & viſa retexis,
In ſanctis quicquid ſignauit pagina libris
Inſtaurat renouante Deo, quo munere gaudent
Cæcus, claudus, inops, furioſus, anxius, æger,
Debilis, oppreſſus, captiuus, mœſtus, egenus.
C *Omnis apoſtolicis gaudet curatio ſignis.*
Quis flens [5] adfuerit, lætus redit, omnia cedunt
Nubila, quod meritum turbat medicina ſerenat.
Expete præſidiũ, non fruſtra [6] hæc limĩna pulſans
In cunctum[7] perget pietas tam prodiga mundum,

Finit opus Paulini feliciter.

VETERVM AVCTORVM

TESTIMONIA DE PAVLINO NOLANO

COLLECTA A IVRETO.

D. Hieronymus epiſt. 23. ad Paulinum de inſtitutione monachi,

Paulini liber pro Theodoſio Imperatore, cuius meminit Caſſiodorus lib. 2. diuin. inſtit. Huius quoque fit mentio apud ipsũ Paulinum epiſtola nona ad Seuerum in fine et periit tempor iniuria.

Librum tuum quem pro Theodoſio prudẽter ornatéque compoſitum tranſmiſiſti, legi, & præcipuè mihi in eo, ſubdiuiſio placuit. Cumque in primis partibus vincas alios, in penultimis teipſum ſuperas. Sed & ipsũ genus eloquij preſſum eſt & nitidum, & cùm Tulliana luceat puritate, crebrum eſt in ſententijs. Iacet enim (vt ait quidam) oratio in qua tantum verba laudantur. Præterea magna eſt rerum conſequentia, & alterum pendet ex altero. Quicquid aſſumpſeris, vel finis ſuperiorum, vel initium ſequentium eſt felix Theodoſius, qui à tali Chriſti oratore defenditur. Illuſtraſti purpuras eius, & vtilitatem legum futuris ſeculis conſecraſti. Macte virtute, qui talia habes rudimenta, qualis exercitatus miles eris?

Et paucis interiectis.

Magnum habes ingenium, & infinitam ſermonis ſupellectilem, & facile loqueris & purè: facilitaſq; & puritas mixta prudentiæ eſt. Capite quippè ſano omnes ſenſus vigent, huic prudentiæ & eloquentiæ ſi accederet vel ſtudium vel intelligentia ſcripturarũ, viderem te breui arcem tenere noſtrorum, & aſcendentem cum Iacob tectum Sion, canere in dogmatibus quod in cubilibus cognouiſſes, accingere quæſo te, accingere nihil ſine magno labore vita dedit mortalibus. Nobilem te Eccleſia habeat, vt prius Senatus habuit.

A *Idem epiſt 103. ad eundem Paulinum.*

Habes hic amantiſsimum tui fratrem Euſebium, qui litterarum tuarum mihi gratiam duplicauit, referens honeſtatem morum tuorum, contemptum ſæculi, fidem amicitiæ, amorem Chriſti, nam prudentiam & eloquij venuſtatem, etiam abſque illo epiſtola præferebat.

Idem epiſt. 34 ad Iulianum.

Nec eſt quod excuſes nobilitatem & diuitiarum pondera, reſpice ſanctum virum Pammachium, & feruentiſsimæ fidei Paulinum presbyterum, qui non ſolum diuitias, ſed ſeipſos Domino obtulerunt, qui contra Diaboli tergiuerſationem, nequaquam pellẽ pro pelle, ſed carnes & oſſa, & animas ſuas Domino B conſecrarunt, qui te & exemplo & eloquio, id eſt & opere & lingua poſſunt ad maiora perducere: nobiles, & illi, ſed in Chriſto nobiliores. Diues & honoratus, & illi, immo & ex diuitibus & honoratis pauperes & inglorij, & idcirco ditiores & magis inclyti, quia pro Chriſto pauperes & inhonorati.

D. Ambroſius epiſt. 36 lib 6 ad Sabinum.

Paulinum ſplendore generis in partibus Aquitaniæ nulli ſecundum venditis facultatibus tam ſuis quàm etiam coniugalibus, in hos ſe induiſſe cultus ad fidem comperi, vt ea in pauperes conferat, quæ redegit in pecuniam, & ipſe pauper ex diuite factus, tanquam deoneratus graui ſarcina, domui patriæ, cogna-

A tioni quoqne vale dicat, quò impenſius Deo ſeruiat. Elegiſſe autem affirmatur ſecretum Nolanæ vrbis, vbicumultum fugitans æuum exigat, matrona qnoque virtuti & ſtudio eius proximè accedit, neque à propoſito viri diſcrepat. Denique tranſcriptis in alorum iura ſuis prædiis, vi tum ſequitur, & exiguo illic coniugis, contenta ceſpite ſolatur ſe religionis & charitatis diuitiis. Soboles eis nulla, & ideò meritorum poſteritas deſiderata, hæc vbi audierint proceres viri, quæ loquentur? ex illa familia, illa proſapia, illa indole, tanta præditum eloquentia migraſſe à Senatu, interceptam familiæ nobilis ſucceſsionem: ferri hoc non poſſe. Et cum ipſi capita & ſupercilia ſua B radant, ſi quando Iſidis ſuſcipiunt ſacra, ſi fortè Chriſtianus vir attentior ſacroſanctæ religioni veſtem mutauerit, indignum facinus appellant.

D. Auguſtinus lib. 1. de Ciuitate Dei cap. 10.

Paulinus noſter Nolenſis Epiſcopus, ex opulentiſſimo diuite, voluntate pauperrimus & copioſiſsimè ſanctus, quando & ipſum Nolam barbari vaſtauerũt, cum ab eis teneretur ſic in corde ſuo, vt ab eo poſtea cognouimus, precabatur. Domine non excrucior propter aurum & argentum, vbi enim ſunt omnia mea tu ſcis, &c.

C

Idem epiſt. 32. ad Paulinum.

Legi litteras tuas fluentes lac & mel, præferentes ſimplicitatem cordis tui, in qua quæris dominum, ſentiens de illo in bonitate, & afferens ei claritatem & honorem. Legerunt fratres & gaudent infatigabiliter, & ineffabiliter, tam vberibus & excellentibus donis Dei bonis tuis. Quotquot eas legerunt, rapiuntur cũ legunt. Quã ſuauis odor Chriſti, & quàm fragrat ex eis, dici non poteſt, illæ litteræ cum te offerunt, vt videaris, quantum nos excitent vt quæraris: nam & perſpicabilẽ faciunt & deſiderabilem. Quanto enim præſentiam tuam nobis quodammodo exhibent, tanto abſentiam nos ferre non ſinunt, amant te omnes in D eis, & amari abs te cupiunt. Laudatur & benedicitur Deus, cuius gratia tu talis es, &c.

Idem epiſt. 14. Ad Paulinum & Theraſiam.

Aduerſus Paganos te ſcribere didici ex fratribus, ſi quod de tuo pectore metemur, indifferenter mitte vt legamus: nam pectus tuum tale Domini oraculum eſt, vt ex eo nobis placita contra implicita, & aduerſus loquaciſsimas quæſtiones explicatiſsima dari reſponſa præſumamus.

E

Idem epiſt. 39. ad Licentium.

Vade in Campaniam, diſce Paulinum egregium & ſanctum Dei ſeruum quàm grandem faſtum ſeculi huius tanto generoſiore, quanto humiliore ceruice incunctanter excuſſerit, vt eam ſubderet Chriſti iugo, ſicut ſubdit: & nunc illo moderatore itineris ſui quietus & modeſtus exultat. Vade, diſce quibus opibus ingenij ſacrificia laudis & offerat refundens illi quicquid boni accepit ex illo, ne amittat omnia ſi non in eo reponat à quo hæc ſunt.

Sulpitius Seuerus libro de vita Martini cap 21.

Paulinus verò, vir magni poſtmodum futurus exempli, cum oculum grauiter dolore cæpiſſet, &c. F

Ibidem eiuſdem lib. cap. 26.

Præſtantiſsimumque nobis præſentium temporum illuſtris viri Paulini, cuius ſupra mentionem fecimus, exemplũ ingerebat, qui ſummis opibus abiectis Chriſtum ſecutus, ſolus pæne his temporibus euangelica præcepta compleſſet: illum nobis ſequendum, illum clamabat imitandum, beatumque eſſe præſens ſeculum tantæ fidei virtutiſque documento, cùm ſecundum ſententiam Domini diues & poſsidens multa, vendendo omnia & dando pauperibus, quod erat factu impoſsibile feciſſet exemplo.

Idem dialogo 1. de virtutib. Martini.

Primus cum Romanæ vrbi vir ſtudioſiſsimus tui, Paulinus iouexit.

Idem dial. 3. cap. 20.

Illic adeas illuſtrem virum, toto laudatum orbe Paulinum, &c.

Gregorius Turonenſis Archiepiſc. lib. de gloria confeſſorum cap. 107.

Fuit vir vitæ venerabilis Paulinus Nolanus ex nobili ſtirpe ortus, Theraſiam vulgo malè Theſariam ſimilem ſibi ſortitus eſt coniugem, habens diuitias multas, & tam in fundorum poſſeſsione quàm in præſidio domorum valdè diues erat ac locuples, &c.

Theraſia vxor Paulini.

Paulo poſt.

D. Proſper Aquitanicus Epiſcopus Regienſis lib. 2. de vita contemplatiua cap. 9.

Denique ſanctus Paulinus, vt ipſi melius noſtis, ingenita prædia quia fuerunt ſua, vendita pauperibus erogauit. Sed cum poſtea factus eſſet Epiſcopus, non contempſit Eccleſiæ facultates, ſed fideliſsime diſpenſauit. Quo facto ſatis oſtendit, & propria debere propter perfectionem contemni, & ſine impedimento perfectionis poſſe Eccleſiæ quæ ſunt profecto communia poſsideri.

Idem lib. contra Caſſianum collatorem.

Legantur tres ad Marcellinum ipſius libri, (de D. Auguſtino loquitur) ad ſanctum Paulinum Nolanum Epiſcopum Epiſtola retractetur.

D. Eucherius Epiſcopus Lugdunenſis in epiſt. parænetica ad Valerianum.

Paulinus quoque Nolanus Epiſcopus peculiare & beatum Galliæ noſtræ exemplum, ingenti quondam diuitiarum cenſu, vberrimo eloquentiæ fonte, ita in ſentẽtiam noſtram propoſitumque migrauit, vt etiam cunctas admodum mundi partes eloquio operiſque reſperſent.

Gennadius Maſſilienſis Epiſcopus in catalogo virorum illuſtrium.

Paulinus Nolæ Campaniæ Epiſcopus, compoſuit verſu breuia, ſed multa: & ad Celſum quendam Epitaphij vice conſolatorium libellum ſuper morte Chriſtiani & baptizati, infantis, ſpe Chriſtiana munitũ & ad Seuerum plures epiſtolas ad Theodoſium Imperatorem ante Epiſcopatum proſa panegyricum ſuper victoria tyrannorum: eo maximè quod fide & oratione pluſquam armis vicerit, fecit & ſacramentarium & hymnarium, ad ſororem quoque epiſtolas multas de contemptu mundi dedit, & de diuerſis cauſis, diſputatione diuerſa tractatus edidit. Præcipuus tamen omnium opuſculorum eius, eſt liber de pœnitentia, & laude generali omnium martyrum. Claruit temporibus Honorij & Valentiniani, non ſolum eruditione & ſanctitate vitæ, ſed & potentia aduerſum Dæmones.

Paulinus Gallus.

Magnus Aurelius Caſſiodorus Senator lib. 2. diuinarum inſtitutionum cap. 21.

Is Epiſtolam ſuam (de D. Hieronymo loquitur) ad Paulinum, & Senatorem, & Presbyterum mirificam deſtinauit, docens quemadmodum ſcripturas diuinas adhibita cautela perlegeret.

Paulinus Senator.

Et paulo poſt.

Ille enim ſcripſit ad diuinæ legis nouum lectorem; qui tamen erat litteris ſæcularibus eruditus, vt etiam librum de Theodoſio Principe prudenter, ornatèque confeceri.

Paulini liber de Theodoſio Principe.

D. Gregorius Papa lib. 3. dialogor. cap. 1. inter multa quæ de captiuo Paulino narrat.

Cum ſæuientium Vuandalorum tempore fuiſſet Italia in Campaniæ partibus depopulata, multique eſſent de hac terra in Africanam regionem traducti; vir Domini Paulinus cuncta quæ ad Epiſcopi vſum habere potuit, captiuis indigẽtibuſque largitus eſt. Cum iam nil ſupereſſet omnino quod petentibus, &c.

Et paulo poſt.

Vt filium tuum recipias, me vice illius in ſeruitutem trade, quod illa ex ore tanti viri audiens, irriſionem potius credidit quam compaſſionem, at ille vt erat vir eloquentiſſimus, atque apprimè exterioribus quoque ſtudiis eruditus, dubitanti fœminæ citius perſuaſit, vt audita crederet, & pro receptione filij ſui, in ſeruitium Epiſcopum tradere non dubitaret, &c.

Fortunatus presbyter lib.1 de vita Martini in Prologo,

Stemmate, corde, fide, pollens Paulinus
Verſibus explicuit Martini dogma magiſtri.

Idem lib. 2. cap. 10

Paulinique oculum tetra caligine merſum
Impoſitis manibus radius penetrauit acutus,
Atque ſerena dies deterſa nube refulſit, &c.

Idem eius lib, 2 cap. 10.

Qui pater illuſtris Paulini geſta beabat
Floruit Italia quo poſt Antiſtite Nola
Qua regio Campana ſedet rectore ſupremo,
Diues agris, opulens famulis, locuples & aceruis,
Vir cenſu vaſtus, lare celſus (ita lego) *& ore rotundus*
Ditior ipſe fide pro Chriſto ſit ſibi pauper,
Et dedit innumeros redimentes crimina nummos.
Cuius ſparſa ſolo migrauit, ad aſtra facultas.
Fecit & in cælum pigras aſcendere terras.
Fortunati loci emẽdati. *Imo danda loco* (ſic emendo) *& dans bruta ad ſydera ſaltum,*
Ergo euangelicum Paulino implente relatum
Martinus monstat, cunctis talem eſſe ſequendum
Tramite difficili potuit qui porgere diues,
Depoſitoque onere aſcendit qui liber in arcem,
Exemploque monens vocat altius ire ſequaces.

Idem eiuſdem lib. cap. vlt.

Cuius proſaicus cecinit prius acta Seuerus,
Verſibus intonuit Paulinus deinde beatus
Aequi pararo valens illuſtris vterque relator.

Gregorius Turonenſis Archiepiſcopus lib 1, de gloria martyrum cap. 104.

De Fecili Nolano martyre, quia hiſtoria paſſionis non eſt in promptu, iuxta id quod beatus Paulinus verſu conſcripſit, pauca huic lectioni oblectat inſerere.

Idem eiuſd. lib. cap. 47.

Ex quibus & ſanctus Martinus multa ſucepit, ſicuti Paulini beatiſſimi narrat epiſtola.

A *Idem in præfatione lib. 1. de mirac. Martini.*

Vtinam Seuerus aut Paulinus viuerent, aut certè Fortunatus adeſſet qui iuſta deſcriberet.

Idem eiuſdem lib. cap. 2.

Hoc erit ſcribendi ſtudium quod in illo Seueri aut Paulini opere non inuenitur inſertum.

Ibidem.

Paulinus quoque beatus Nolanæ vrbis Epiſcopus poſt ſcriptos verſus de virtutibus eius (quas Seuerus complexus eſt) quinque libris illa comprehendit miracula, &c.

Idem ibidem.

Hæc Paulinus io ſexto operis ſui libro verſu conſcripſit, accepto à ſancto Perpetuo Epiſcopo de his indiculo, &c.

Idem lib. 2. de mirac Martini cap. vlt.

Et quia prior libellus ab eo tempore initiatus eſt in quo Paulinus reliquit.

B *Idem libro de gloria Confeſſorum cap 107.*

Hic eſt beatus Paulinus toto vulgatus orbe, qui multum à ſuis ciuibus quæſitus, proſſus non potuit inueniri,

Et mox

Caſtiſſima eius coniunx non diſcedebat ab eo Erat autem vir ſanctus, miræ prudentiæ, & rhetoricis literis eruditus.

Ibidem

Cum ad diuerſos tam verſu quam proſa ſcriberet, de virtutibus beati Martini ſex verſu conſcripſit libros, ſcripſit & alios verſiculos in laudem eius, &c. Beda in Martyrologio menſe Iunio.

Paulinuſque Nolam meritis & nomine luſtrat.

C Sigebertus Gemblacenſis in chronico ad annum D. 403.

Ambroſius Mediolanenſis obiit, cuius vitam Paulinus Nolanus Epiſcopus ad Auguſtinum Epiſcopum deſcribit. Hic Paulinus Nolæ poſtmodum Epiſcopus cum eſſet innumerabilium prædiorum dominus, admirabili exemplo venditis omnibus, religionem expeditus elegit. Cui Theraſia (ſic lego, non Theſata, vt vulgo) ex coniuge ſoror facta, æquatur beatæ vitæ teſtimonio & merito, hic ſe Epiſcopum pro captiuo filium pauperis viduæ in ſeruitutem barbari addixit, ſed diuinitus proditus quis eſſet, multos captiuos libertati reſtituit.

Idem ad annum D. 1157.

Repertum eſt etiam in eadem Eccleſia corpus Paulini Nolani Epiſcopi.

De quadã antiqua Eccleſia vrbis Romæ loquitur.

FRANCISCI IVRETI PRÆFATIO
AD NOTAS SVAS IN LIBROS PAVLINI DE VITA MARTINI TVRONENSIS ARCHIEPISCOPI.

De cauſa & origine horum librorum Paulini.

Qui de Martino olim ſcripſerunt.

VT hos libros pios & elegãtes Paulino auctori ſuo adſeram, quandoquidem diu in tenebris delituerunt, & hactenus ignorati à neotericis videntur, illud in primis præfandũ eſſe arbitror, ex veteribus quatuor fuiſſe qui ſcripſerunt de Diuo Martino Turonenſi Ar-

A chiepiſcopo, viro miraculis clariſſimo, & vt Eccleſia ſentit, apoſtolis cõferendo, Sulpitium Seuerum, Paulinum Nolanum, Fortunatum presbyterum, & Gregorium Turonenſem. Tres illi primi eandem fere hiſtoriam perſecuti. Poſtremus hic Gregorius, quatuor ſuis libris illa potiſſimum complectitur, quæ poſt obitum Martini acciderant, quæque inſerta non erant operibus aliorum, ipſemet teſtis eſt lib. 1. de mirac.

Sulpitius Seuerus primus omnium de Martino. ſcripſit librum vnum.

Martini cap. 2. Sulpitius verò Seuerus omnium primus ſoluta oratione libellum vnum accuratè ſcripſit quod idem Gregorius adnotat lib. 1. de mirac. Mart. cap. 1. Multi ſunt (ait) qui virtutes ſancti Martini, vel ſtante verſu, vel ſtilo proſaico conſcripſerunt, de quibus primus ille Seuerus Sulpitius, cui totus feruor amoris fuit in ſanctum Dei, &c. Conuictor enim, comes, & amicus Martini fuit, vt ipſemet Seuerus refert lib. 1. de vita Mart. cap 26. & confirmat Paulinus noſter epiſt. 5. ad Seuerum, his verbis: Neque tibi donatum fuiſſet enarrare Martinum, niſi dignum os tuum ſacris laudibus mundo corde feciſſes. Benedictus igitur tu bomo Domino, qui tanti ſacerdotis & maniſeſtiſſimi Confeſſoris biſtoriam tam digno ſermone, quam iuſto affectu percenſuiſti. Idemq; Paulinus l. 5. de vita Mart. inter cætera laudat Seuerum, quod ſumma fide geſta Mart. deſcripſerit.

Teſtis adeſt toto mirabilis ore Seuerus. Et ſtatim ſubijcit.

Idem Martini titulos vel geſta retexens
Scrutator cautus veri, fiduſque relator
Protulit in medium tam clara inſignia vita,
Sic iuſtam retinens aquato examine libram
Ne dubia diſtrueret dicens, nec certa taceret.

Illud non diſſimulandum eſt, nullum ferè tot terrarum orbe locum fuiſſe quò liber iſte Seueri non penetrauit, vt aſſerit Poſthumianus apud Sulpitium Seuerum dialogo primo de virtutibus monachorum orientalium, vbi & illud addit (quod ad inſtitutum noſtrum maximè pertinet) Paulinum hunc iuuenem Seueri ſtudioſiſſimum, primum Romanæ vrbi inuexiſſe librum illud Seueri de vita Martini, cum tota vrbe certatim (vt ait) reperiretur, nihilque quæſtuoſius haberetur. Quinetiam Paulinus idipſum comprobat epiſt. x. ad Seuerum, circa finem: Tuo te illi magis (Romam intelligit) quàm meo ſermone patefecit. Martinum enim noſtrum illi ſtudioſiſſimo talium biſtoriarum ipſe recitaui, quo genere te & venerabili Epiſcopo atque doctiſſimo Nicetæ qui ex Dacia Romanis meritò admirandus aduenerat, & plurimis Dei ſanctis in veritate non magis tui prædicator quam mei iactans, reuelaui. Demum priori illi libro iam paſſim euulgato, duos adiunxit dialogos Seuerus, quibus plures alias virtutes Martini complexus fuit, vt conſtat ex Gregorio Turonenſ. dicto libr. de mirac. Mart. cap. 1. idque mortuo iam Mart. Et hos quidem dialogos Seuerus optauerat mirificè Romæ recitari per Paulinum amiciſſimum, vti non obſcurè profitetur dialogo vltimo cap. 20. vbi ita Poſthumianum alloquens: Illic adeas (ait) illuſtrem virum ac toto laudatum orbe Paulinum: illi quæſo te, primum ſermonis noſtri volumen euolue: Illi omnia referes, illi cuncta recitabis, vt mox per illum ſacra viri laudes Roma cognoſcat, ſicut primum illum noſtrum libellum non per Italiam tantùm, ſed per totam etiam diffudit Illyricum. Ille Martini non inuidus gloriarum, ſanctarumque in Chriſto virtutum piiſſimus æſtimator, non abnuet præſulem noſtrum cum ſuo Felice componere. Sic ille. Ex quo loco apertè colligere eſt Paulinum iam natales beati Felicis confeſſoris verſibus exarare cœpiſſe (decem autem habemus vulgo impreſſos & ſi non integros) antequam de Martino quicquam ſcriberet. In votis igitur babuiſſe videtur Seuerus, vt Paulinus, cui muſæ in componendo carmine feliciter adridebant Martini geſta poſteritati conſecraret. Dedit boc Paulinus amori Sulpitii ſui, ſuoque ipſius genio, qui fidei gloriam latè diſtendere voluit, & poſteris dedicare pietatis monumenta. Dedit inſuper honori Martini cuius opem ſalutarem expertus fuit, cum

A periculum cæcitatis incurriſſet auctor Sulpitius lib. de vita Mart. cap. 1. Fortunatus lib. 1. cap 2. & ipſemet Paulinus teſtatur lib. 2. de vita Mart. in fine adde quod ſeſe reum iudice conſcientia ſentiebat, ſi celaret gloriam confeſſoris Chriſti. Sic enim lib. v.

Splendorem laudis trepidus corrumpo relator.
Sed quid agam? verſu hiſtoriam percurrere noui.
Iudicium narrata timent, ſuppreſſa reatum.

Quo exemplo Gregorius Turonenſis Dei numen B teſtatur, ſe ſæpius diuinitus admonitum vt memoriæ mandaret Martini opera. Paulinum ergo certum eſt expreſſiſſe verſibus Sulpitii Seueri libros de Martini geſtis, vt ex comparatione vtriuſque deprehendi poteſt. Ac miror diligentiſſimos antiquarios, Gennadium, Tritemium Abbatem, Geſnerum, Lylium Geraldum, & cæteros qui catalogum librorum Paulini texuerunt, horum nuſquam meminiſſe, vt conſtet ab illis nec viſos, nec lectos fuiſſe. Nam quod auctores centuriarum adnotant centur. v. cap. 10. Fortunatum & Paulum Petri carmine ſcripſiſſe hiſtoriam vitæ Diui Martini, falluntur. & nomina C confundunt. Sed non deſunt nobis teſtimonia veterum, quibus quod volumus liquidò efficiamus, vt iam dubitandi locus nullus ſuperſit, quin hi libri genuini ſint fœtus Paulini, ac primum illud Fortunati presbyteri lib. 1. de vita Martini adnotandum eſt, qui inter poetas Chriſtianos Paulinum adnumerans.

Stemmate, corde, fide pollens Paulinus & ore
Verſibus explicuit Martini dogma magiſtri.

Hos libros verè Paulini Nolani eſſe.

Et in fine lib. 2. confirmat Paulino imitatum Seuerum,

D *Cuius proſaicus cecinit prius acta Seuerus,*
Verſibus intonuit Paulinus deinde beatus
Æquiparare valens illuſtris vterque relator
Materia victi, ſed & ipſi carmine cedunt.

Gregorius quoque Turonenſ. in præfatione lib. 1. de mirac. Mart. Vtinam (ait) Seuerus aut Paulinus viuerent, aut certè Fortunatus adeſſet, qui iſta deſcriberent. Et cap. 2. Hoc erat ſcribendi ſtudium quod in illo Seueri aut Paulini opere non inuenitur inſertum. Idem libro de gloria Confeſſorum cap. 107. de hoc ipſo Paulino loquens. Cum ad diuerſos tam verſu quàm proſa ſcriberet, de virtuti- E bus beati Martini ſex verſu circumſcripſit libros, ſcripſit & alios verſiculos in laudem eius, &c. Itaque nemo iam non videbit, opinor quin ex ſuperioribus teſtimoniis pendeat interpretatio verſuum Paulini, qui ſtatim initio libr. 4. modeſtè excuſat ſe quod verſu tractarit, & quodammodo metro molliuerit vim maſculam orationis ſolutæ, qua vſus eſt Seuer. in illo libro vitæ Martini, & duobus dialogis ſequentibus, addiditque rationem ſe voluiſſe ſatisfacere lectorum deſideriis, qui neglectis fontibus malunt riuulos conſectari.

F

Finierat ſumptum tranſlatio cœpta volumen,
Percurrens ſancti pura exemplaria libri.
Cum ſubito oblata eſt abſtruſa gloria nobis
Hiſtoria, noſtri ſtimulans molimina voti,
Non vt de miſero melius clareſceret ore
Quod tam perſpicui ſignaſſet pagina cordis, &c.

Liber cum duob dialogis Seu. de Martino

Ac quidem Paulinus hic apertè Seuerum non nominat. Sed bæc nulli tuſi Seuero planè conuenire queunt, quandoquidem voluminis & libri tranſlati appellatione, intelligere voluit librum vnicum, quē paulo ante monui à Seuero de vita Martini editum. Cumque ſibi oblatam gloriam abſtruſæ hiſtoriæ ſtatim Paulinus adiiciat, procul dubio reſpexit ad dia-

logos, quos poſt mortem Martini ſupetioti ſuo libro innctos à Senero dixi. Vtque etiam tes apertiot fiar, ptoferam teſtimonium Gregorij Turonici; qui lib. 1. de mitac. Matt. cap. 2. ſic ſctibit. Paulinus quoque beatus Nolanæ vrbis Epiſcopus, poſt ſcripros verſu quinque libros de virtutibus eius, quas Seuerus complexus eſt, illa comprehendit miracula quæ poſt eius geſta ſunt tranſitum, id eſt in ſexto operis ſui libro. Ait enim cum energumeni, &c. Scripſerat ergo tantum quinque libros de geſtis Martini. Sed tandem poſtea quinque iſtis libris, ſextum inſuper adiecit, cuius contextu quædam Martini geſta continentur, quæ non attigit Senerus in dialogos.

Ac quidē vnde orta fuerit occaſio, qua motus Paulinus hunc ſextum librum aggreſſus eſt, natrat paucis verbis idem Gregorius lib. 1. de mirac. Matt. cap. 2. vbi relans quibuſdam hiſtoriis ex Paulino ſumptis ſubdit. Hæc Paulinus in ſexto operis ſui libro verſu conſcripſit accepto à ſancto PERPETVO Epiſcopo de his indiculo. Verum cum ad eum huius indiculi carta veniſſet, nepos eius graui tenebatur incommodo. At ille confiſus virtute ſancti, ait: Si tibi, inquit, placet, beate Martine, vt aliqua in tua laude conſcribam, appateat ſuper hunc uſitmum, impoſitáque carta pectori eius, extemplo recedente febre ſanatus eſt qui erat ægrotus. Sic ille. Quæ etiam confirmatur ab ipſomet Paulino in epiſtola ad PERPETVVM Epiſcopum ſcripta, quam in fine lihri ſexti additam tepperi à vetere librario in manuſcripto codice & in verſibus de nepotulo ſuo epiſtolæ ſubditis; vbi iſtius cartæ manu PERPETVI ſuſcriptæ, ac ſtomacho ægtoti nepotuli adpoſitæ commeminit diſertis verbis. Ex quibus omnibus pendere mihi videtut certa interptetatio horum verſuum Paulini, initio dicti libri 6. vbi innuit tacito inſtinctu beatiſſimi confeſſoris Martini, PERPETVVM Epiſcopum miſiſſe indicem horum geſtorum, vt verſibus adornarentur, & æternæ ſeculorum memoriæ commendarentur.

Nepos Paulini ſanatus à Martino ad oſita carta pectori.

conſueta repelle
Carmina non patitur, credit bona quæ ſua nouit.
Nam certum iuſſit e ipſum, quc miſſus ab illo
Interpres tentanda putat ſociatus & hæreus.
Et ſemper tanti reuehens exempla magiſtri.
Perpetuo felix doctor victurus in æuo.
Non fama incertum narrat, nec credulus aura
Rumorem attentas properat vulgare per aures.
Coram viſa probat &c. Sic Paulinus.

Quemamodum concepti ſunt verſus in vetuſto codice manuſcripto in quibus tamē vereot ne mendum latitet, & verius ſit auctorem ſcripſiſſe.

Perpetuus, felix docto vict.

Perpetuus Epiſcopus Turonenſis.

Vt ſcilicet Epiſcopum Perpetuum deſignet, qua de re agam infra in notis ad librum ſextum: huius verò Perpetui meminit Rigibertus in chronico, circa annum Chriſti 471 & Gregorius Turonenſis li. 1. de mirac. Mart. cap. 61. vbi refert anno 64. poſt obitum Martini, hunc Perpetuum Turonicæ ſedis dignitatem ſortitum magno votorum omnium conſenſu. Idemque hiſtoriæ Francorum lib. 10. ca. 31. vbi nomina Epiſcoporum Turonenſium ordine refert: Sextus, ait, ordinatur Perpetuus, de genere & ipſe, vt aiunt, Senatorio, diues valde, & per multas ciuitates habens poſſeſſiones.

Sed & Sidonius Apollinaris lib. 4. epiſt. 18. ſextum à Martino antiſtitem Perpetuum nominat. Et quo loco liquet in vulgatis editionibus Gregorij, erratum videri lib. 2 hiſtor. Franc cap. 14. vbi eſt. Quintus poſt beatum Martinum Perpetuus ordinatur. Eſt enim reponendum Sextus. Sed de his hactenus.

Locus Gregorij Turon. not.

Cæterum horum librorum exemplar vnicum habuit negligenter ab imperito librario deſcriptum, auſim tamen polliceri, ſtudioſos gratiam habituros, quòd Paulini libros iſtos primus deſcripſerim, ſicque repurgauerim vt cum voluptate & fructu legi poſſint. Cæteros quod hæc ſtudia negligunt, quia non intelligunt, nihil moror. Nunc igitur ad emendationes veniam, ſi prius de conſilii mei ratione indixero, me in his verſibus edendis, reiecta veteris exemplaris lectione palam corrupta, poſuiſſe quod mihi verius certiuſque videbatur. Si enim hos Libros exhibuiſſem lectoribus tam fœdè deprauatos etſi ſordidos, quales erant exarati in archetypo; certè in lucem ſine luce cœci veniſſent, & lectores deterriti mendorum millibus, opus de manibus abiecissent, meque ſibi crucem fixiſſe crediſiſſent. Vt tamen omnibus de fide mea conſter, his notis ferè ſemper bona fide propoſui lectionem veteris codicis, vt ſi cui forte mea emendatio diſpliceat, adhibita collatione vtriuſque ſcripturæ, tentet quid melius. Scio tamen non defuturos qui hanc operam ſuperſtitioni vertant, quòd minutos errores veteris librarij expreſſerim. Sed minutula interdum res trahunt maximas in emendationibus auctorum, adde quòd in opere nondum edito id neceſſe fuit, vt vnicuique liberum iudicium relinquatur. Qua diligentia ſi nonnulli qui libros veterum ediderunt, vſi fuiſſent: tot loci corrupti hodie non haberentur. Nam ſæpe pro animi libidine ſua obtruſerunt, nulla facta mentione ſcripturæ codicum manu exaratorum, quia, vt puto, meruerent ne adhibita comparatione falſæ illorum coniecturæ deprehenderentur. Interea verò dum antiquarij Paulini codicem ſecundum perquierint & repererint, ſtudioſos viros & candidos precabor, vt ſi alicubi aberrauero, me benignè doceant, ſi rectè iudicauero, me confirment. Illud etiam non ſilebo, quoniam hîc ſæpè vtor teſtimonio & collatione librorum Sulpitij Seueri, me ſecutum editionem Plantini adornatam ab erudito medico Victore Giſelino anno 1574. cæteri enim vulgati libri confuſi, & minus correcti.

Cur etiam minutuli errores veteris Codicis hic proponentur.

FINIS PRÆFATIONIS AD NOTAS.

FRANCISCI IVRETI NOTÆ
AD LIBRVM PRIMVM PAVLINI DE VITA MARTINI
QVIBVS VETERIS CODICIS SCRIPTVRA exhibetur, & emendationum ratio redditur.

NVMERO 1. *Cuipar miratio*] Vet. Cod. habebat.cui pats. repoſui, cui par. Innuit enim Paulinus Deum pari beneuolẽtia omnes gentes omneſque mundi plagas cõplecti. Non diſſimilis iſte verſus in fine operis huius. A

In cunctum perget pietas tam prodiga mundum.

Videturque hîc imitatus Sulpitium Seuerum (vt ſæpius facit) qui Dialogo 3. de vita Martini ca. 20. ſcribit fel:cem quidem Græciam, quæ meruit audire Apoſtolom prædicantem, ſed nequaquam à Chriſto Gallias derelictas, quibus donauerit habere Martinũ. Statim, pro ſueuit & in noſtris repoſuit, ſeuit, vt diſſeminata per Gallias Martini miracula intelligat.

Munerans prima breuis.

Num. 2. *Hac vix*) erat in v. c hæc vis: mox in eodem v. c. ſequitur, Sed meritum munerante Deo. Quod ego nolui immutare, & ſi contra regulas primam, in, munerante, licenter breuem faciat: forte aliis placebit numerãre: familiare eſt veteribus poëtis Chriſtianis de induſtria, ſyllabarum quantitates corrumpere. Sic ſupra in verbo, Euangelici, primam quæ natura longa eſt, eandem licentia breuem facit Sic etiam infra, primam, in erumna, corripit: &, in, fidei, ſecundam producit, quam tamen alibi breuem ſolet facere, vt mox dicetur. B

Et, Euangelicum Et, erumna.

3 *Delectu ad bella parando*] Corruptè erat in v. c. dilecta. In Pandectis Florentinis & veteribus libris ſæpè dilectus pro, delectus. Sulpitius Seuerus, lib. de vita Martini, cap. 1. refert, Martinum cum eſſet annorum quindecim raptum & catenatum, ſacramentis militaribus implicatum fuiſſe.

Solo nomine.

4 *Sed ſolo nomine ſeruum*] v. c ſed ſolum. In ora tamen v. c additum erat alias legi, ſed ſolo: quod poſtremum magis placeret, vult enim inuere Martinum in procinctu ſeruum habuiſſe nomine tenus. Seuerus vbi ſupra paulo apertius narrat, nimirum tantùm ſeruo contentum fuiſſe Martinum, cui tamen vice verſa dominus ſeruiebat, ſic verò mox Paulinus dixit, --ſed ſolo nomine miles. Et infra lib. 6.--non ſolo nomine cultor. Ita enim videtur potius legendum, vt ibi notaui, numero 61.

5 *Conſ: udere ſecum*] ſic ſuppleui carmen quod imperfectum erat in v. c. habebat enim --condere tecum. ratio emendationis per ſe clara eſt.

Fidei, media longa apud veteres poetas Chriſtianos.

6 *Cautella fides*] ita v. c. nec eſt quod quis de mendo ſuſpicetur Eſt enim familiare Paulino, & vetuſtiſſimis poëtis Chriſtianis, fidei, mediam producere, vt infra hoc lib. 1.--nõn immemor ille fidei. Et lib. 2. --ſimul & virtute fidei: & mox- tanto terrore fidei. Item--ſignacula certa fidei. Et lib. 3. ceſſit Diadema fidei. nec ſolùm in his libris, ſed etiam aliis ſuis operibus hac vtitur licentia, cum tamen interdum breuem faciat. Id quidam non intelligentes ſæpè locos immutarunt temerè, aut corruperunt potius, nam in ode ad Nicetam eiuſdẽ Paulini, vbi in optimis exemplaribus eſt-- orbe cum ſanctæ pia pars fidei: In quibuſdam editionibus repoſitum, orbe cum felix fidei piæ pars. Et in eiuſdem Panegyrico de Celſi obitu.

Loci Paulini in quibus vox, fidei corrupta & immutata fuit.

A *Præſcribens veteri legemque modumque fidei.*

etiam corruperunt vulgo, cum repoſuerunt- fidei legemque modumque. Idem Natal. 8. Felicis,

Nuda fides armata Deo eſt, virtute fidei
Fortior Ezechias.

Ita enim habet quædam editio Baſilienſis, alij immutarunt, --eſt fideique vigore fortior. Simile exemplum citat Beda ex eodem Paulino.

Diſcutiebat ouans galea ſcutoque fides,

qui verſus legitur Nat. v Felicis. In Pariſienſi editione & aliis nonnullis corruptus eſt, vbi ſic--galea fideique quoque ſcuto. Vetus auctor de laudibus D. Ioannis Baptiſtæ quem etiam quidem volunt eſſe Paulinum,

B *Auſcultat nato genitrix, vis tanta fidei,*

Certè tot exempla oſtendunt ipſis hoc fuiſſe peculiare, quod etiam obiter attigit Fabricius in commẽtario ſuo ad poetas Chriſtianos.

7 *Expedit & factum*] ita lego, addita particula, &, quæ cum deeſſet in v. c. verſus claudicabat.

8 *Recipit de frigore partem*] Iubet verſus apponere Fortunati Preſbyteri lib. 1. cap. 1. de vita Mart.--Chlamydis partitur amictum.

Et fervente fide membris algentibus offert,
Frigoris iſte capit partem, capit ille teporis.
Inter vtroſque inopes partitur & algor,
Et noua mercandi fit nundina frigus & æſtas,
C *Vnaque paupertas ſatis eſt diuiſa duobus*, vt Seuerum, *Paulinus*, ſic Paulinum Fortunatus ſolet imitari.

9 *ô vere*] v. c. ô vera.

10 *auro*] v. c. aurum.

11 *Quid ſerica tactu lania*] v.c. ſiricat. lenia. Sic infra lib. 2 poſt ſerica fulcra, toroſque erat in v. c. poſt ſirica, hunc etiam locum expreſſit idem Fortunatus. Fortunatus correctus,

Nulla Auguſtorum meruit hunc veſtis honorem,
Militis alba chlamys plus eſt quam purpura Regis,
Prima hæc virtutum fuit archa & pignus amoris.

Ita enim lego, vulgo eſt, fuit arca. Fortunatus eo verſu indicat Martinum more militum Romanorũ alba vſum clamyde, quod nec Seuerus, nec Paulinus in huius facti narratione notant. Moris aute huius meminit Valerius Max. lib. 1. de Craſſo. Pullum ei traditum eſt paludamentum, cum in prælium exeuntibus, album aut purpureum dari ſoleret. Ammia- Albati olim milites apud Romanos.

D nus Marcellinus lib. 25. vbi de exercitu Iuliani Cæſaris agit, contra Perſas pugnantis candidatos accipit pro militibus hoc ſenſu clamabant hinc inde candidati quos diſiecerat terror, vt fugientium molem tanquam ruinam male compoſiti culminis declinaret. Idem lib 31. alij dicunt Valentem animam non exalaſſe confeſtim, ſed cum candidatis & ſpadonibus paucis prope ad agreſtem caſum relatum. Et paulo poſt. Vnde quidam de candidatis per feneſtram lapſus, captuſque à barbaris prodidit factum. Et mox.

Candidati pro militibus.

Partis enim noſtræ candidatos aliquos qui die præterito ad eos defecerant, pellexere. Corippus Africanus lib. 3. de laudibus Iuſtini. Cúmque palatinis ſtans condida turba Tribunis, & Protectorum numerus. Claudianus eò alluſit panegyr. in quartum Conſulatum Honorij, dum vocat niueas cohortes militum. Auſonio cum iam ſuccinctus amictu per Ligurum populos ſolito ſuccinctior ires, atque inter illueas alte veheiere cohortes. Trebellius Pollio in Gallieno, albatos milites Gallieni fuiſſe dicit in celebratione decennionim Imperatoris. In Comitatu & aula Pricipis, albati inſuper milites fuerunt. Suetonius in Domitiano cap. XII. Generum fratris, ait, indigne ferens albatos & ipſum miniſtros habere, proclamauit, &c. Diuus Hieronymus videtur eo alludere, cum de Nepotiano loquens, ait, quid in palatij militia ſub chlamyde & candenti lineo, corpus eius cilicio tritum ſit.

12. *Nil ducere laud.*] ſuſpicor ita auctorem ſcripſiſſe, itaque locum ex ingenio ſuppleui corruptum in v. c. vbi erat, nihil docere cum laudanda geras.

13 *Qua facimus ſanctoque minus laudarier actu*] particulam, minus, addidi de meo, vt verſus conſtaret, mox pro, cunctoque, quod ocioſum erat in v. c. repoſui, ſanctoque, ex coniectura Philippi Roberti i. c. eruditiſſimi.

Baptizati olim erant albati.

14 *Membra nitent*] Puto auctorem alludere ad veterem morem Eccleſiæ, quo albati & candidi erant qui baptiſmo initiabantur, inde illud eiuſdem Paulini epiſt. 12. ad Seuerum.

Inde parens ſacro ducit de fonte ſacerdos
Infantes niueos corpore, corde, habitu.

Paulini epiſtola emendata.

Sic etiam interpretor quod idem in Epiſtola ad Macarium ſcribit de ſene quodam à naufragio liberato, & recenter baptiſato: Ad vnanimitatem tuam (ait) de rudi matris Eccleſiæ fœtu immaculatum candente lanicio paſtor egregij gregis, ſed magni pignoris muneratot & encænium ſpiritale tranſmiſi. Ita ego reſtituo locum Paulini, vulgo, ſuſpicor, inde pollutum. Veteres Badij editiones habent: vt enxenium, alij paſsim repoſuerunt, vt xenium, vt Henricus Grauius, qui & eadem epiſtola paulo poſt ſubſtituit. Habes mi frater Xenium meum, vbi antea in impreſsis erat exxenium meum, ex cuius ſcripturæ veſtigijs puto etiam emendandum encænium meum, vt encænij nomine indicet hunc ſenem (qui paganus antea fuerat) nunc recenter renatum fidei Chriſtianæ, & Deo dedicatum.

Encænii.

Cæterum multa extant teſtimonia moris illius quem attigi, vt apud D. Ambroſium lib. de his qui myſter. initia. Dionyſium Areopag. Eccleſ. Hierar. c. 1. & 2. Laurentium presbyterum homelia de pœnitentia, Gregorium Turonenſem lib. 5. hiſt. cap. 21. Socratem hiſt. Eccleſ. lib. 7. ca. 17. Rabanum Maurum lib. 1. de inſtit. cler. cap. 9. Rupertum lib. 7. de diu. offic. cap. 9. & Theodulphum Aurelianenſem libro de baptiſmo, quem manuſcriptum habeo, & nondum editum. Eiuſce rei veſtigium latitat in quadam conſtitutione Imperatoris Valentiniani, quæ extat in lib. vlt. C. Theod. de ſpectaculis, quandiu (ait) cæleſtis lumen lauacri imitantia nouam ſancti baptiſmatis lucem veſtimenta teſtantur. Denique eò pertinet quod Beda refert lib. 5. cap. 7. hiſtoriæ Anglorum, de Ceadualla rege occidentalium Saxonum qui venit Romam, & baptizatus à Sergio Papa obiit, & in albis (inquit) adhuc poſitus, langore correptus &c. Et paulo poſt in epitaphio eiuſdem, vbi vulgo eſt, cuius fonte meras ſumeret almus aquas (quæ lectio etiam extat in quibuſdam veteribus meis ſchedis obſeruaui legi, cuius fonte ſacras ſumeret albus aquas, apud Paulum Diaconum hiſtor. Longobard. lib. 6. cap. 4. vbi idem carmen refertur. Sed & in fine carminis in excuſſo lib. Bedæ ita legitur.

Bedæ locus correctus.

Fonte renaſcentis, quem Chriſti gratia purgans
Protinus ablatum vexit in arce poli.

Apud Paulinum Diaconum aliter, hoc modo.

Vnda renaſcentum (quæ Chriſti gratia) purgans
Protinus albatum vexit in alta poli.

Vbi non dubium eſt, quin vox albatum, melius conueniat, quam etiam habent eædem veteres ſchedæ, in quibus obiter admoneo Regem illum dici Chedual, pro quo apud Bedam, Cedual, & apud Paulum, Ceodal. Idem Beda lib. 2. cap. 14. quorum primi albati adhuc, rapti ſunt de hac vita.

15 *Quatenor à luſtris*) Sulpitius Seuerus cap. 2. dicti libri. Cum eſſet annorum duodeuiginti, ad baptiſmum conuolauit.

16 *Vt cœpit*) v. c. cœperit.

17 *Si nec cœpiſſe putabat*) Puto me veram iſtam lectionem conieciſſe, cuius loco perperam ſcriptum reperi in v. c. à ſene cœpiſſe. Senſus apertus erit adhibita collatione verborum Sulpitij Seueri. Nec tamen (ait) ſtatim militiæ renunciauit, Tribuni ſui precibus euictus, cui contubernium familiare præſtabat. Etenim tranſacto Tribunatus ſui tempore renunciaturum ſe ſæculo pollicebatur. Qua Martinus expectatione ſuſpenſus, per biennium fere, poſteaquam eſt baptiſma conſecutus, ſolo licet nomine, militauit.

Donatiuū. Q. Curtius correctus.

18 *Donum ſumpſere priores*) Donatiuum, vocat Sulpitius Seuerus vbi ſupra, proprium illud militum eſt; vt plebis & ciuium congiarium, hæc enim differentia infinitis veterum teſtimonijs probatur, vt videri poſſit locus corruptus apud Q. Curtium lib. 6. duodecim millia (de talentis agit) in coniugiarium militum abſumpta ſunt, lego in donatiuum. Apud Hildebertum de Lauardino Cænomanenſem Epiſcopum Epiſt. 5. Nouit ille regiam manum melius donatiuo ſplendere quàm ſceptro. Sic ex v. c. emendandum eſt. vulgo perperam, donatus ſplendore.

Hildebertus Cœnomanenſis emendatus.

19 *It contra*] v. c. id contra, nota phraſis, ire cōtradictis.

20 *Cauſas finxiſſe timoris*] ita repono. Erat in v. c. fixiſſe. Sulpitius Seuerus. Tyrannus infremuit, dicens eum metu pugnæ, quæ poſtera die erat futura, non religionis gratia detrectare militiam.

Vultus ſanguine violatus.

21 *Ne ſtatim ſancti violaret ſanguine vultum*] v. c. habuit, ſancto malè. Verba Sulpitij hæc ſunt. Ne vel aliorum morte ſancti violaretur obtutus, exemit pugnæ neceſsitatem. Sic Virgilius, 11. Æneid.

-- nati me cernere lethum
Feciſti, & patrios fœdaſti ſanguine vultus.

Minutius Felix in Octauio, de Chriſtianis loquens. Nobis homicidium (ait) nec videre fas, nec audire.

22 *Extollet ſententia cordis*] ita ſuppleui hunc verſum, mutilum in v. c. in quo erat --ſentia cordis. Sic infra lib. 2. ſatis eſt meritis ſententia cordis. Eundem errorem bis correxi infra lib. 2. numero 51. & 57.

23 *Dum cupit*] malè v. c. dum cœpit.

24 *Vt ſaltim Diaconi*] ſic ſup. lib. 2.

Sed Diaconus qui forte aderat vix codice rapto.

Diaconus triſſyllabū

Et libro 4. Protinus aſtanti Diacono quem more priorum. Et alio loco.

ſolennibus horam
Eſſe monet Diaconus conuentu in plebis agendi.

Idem lib. 5. feſtinat Diaconus, trepido ſpes reddita voto eſt.

25 *Velle locum*] v. c. velque. Emendaui, velle: perſpicua ſententia, ait Martinum noluiſſe fungi honore Diaconij, indignum ſe eſſe vociferans, vt loquitur Seuerus dicto lib. cap. 4.

Exorciſtæ munus.

26 *Depoſcens munia*] Sic lego, pro quo v. c. mœnia. Inferiora munia vocat, exorciſtæ officium. Sulpitius Seuerus: intellexit (ait) hoc enim modo poſſe conſtringi, ſi id ei officij imponeret, in quo quidam locus iniuriæ videretur. Itaque enim exorciſtam eſſe

præcepit. Quam ille ordinationem, ne deſpexiſſe tanquam humiliorem videretur, non repodiauit. Paulinus epiſt. 6. ad Amandum, vocat exorciſtam dæmonis terribilem, & Nat. 4. Felicis, de eo intellexit.

--primis lector ſeruiuit in annis,
Inde gradum cœpit, cui munus voce fideli
Adiurare malos, & ſacris pellere verbis.

Idem epiſt. 16. ad Delphinum, ait ex nomine Exorciſtæ grauitatem aſſumi & reuerentiam dari, vt dubitem cur Seuerus ita vile putet officium exorciſtarum, vt iniuriæ coniungat. De his Iſidorus, lib. 7. Etymol. cap. 12.

27. *Pracept ac deuius error* [ex coniectura emendaui pro quo corruptè erat in v. e. ac diuis error.

28. *Morte premebat*] erat in v. c. pre batme.

29. *Praſtauerat Angelus*] v. e. præſtrauerat.

30 *Pronos prærupta & concaua lapſus*] ita correxi: malè v. e. pronus p. &c. laſſus.

31 *Didicitque ſalutis*] locum ſuppleui & correxi vt verſus conſtaret. Nam corruptè erat in v. e. dedicie ſalutis. Verba Seueri proponam dicto lib. cap. 4. latro credidit, proſecutuſque Martinum viæ reddidit, orans vt pro ſe Dominum precaretur. Fortunatus in hanc rem ſic luſit.

Credit latro Deum, dum prædicat iſte colendum,
Et dare qui voluit mortem, capit ore ſalutem.
Ducitur ille ferox à religione ligatus,
Atque ſuus prædo Martini prædo fit vltro.
Quam bonus ille iſti Sed plus pius hic fuit illi:
Seruantur ſimul, ille fide, hic corpore viuens,
Ambo valent dum nemo cadit, ſic vicit vterque.

Mater eademque infans.

32 *Vnáque & mater & infans*] erat in v. c. vnoque, argutius videtur vnáque. Ludit hic eleganter Paulinus, qui duo contraria ſimul coniungit, Fortunatus hunc etiam locum imitatur, lib. 1. cap. 5.

Interea matrem gentili errore reſoluens
Illa iſtum mundo, hic illam generauit olympo,
Decrepitamque ſenem ſancto facit amne renaſci,
Et meliore ſinu reuehunt ſua viſcera matrem.

Fortunatus correctus.

Sic enim illum verſum ſuſpicor reponendum ex veſtigiis literarum, qui vulgo corruptus extat. Vetus editio habet. --denegant ſua viſcera. Fabricius, repoſuit: generant ſua viſcera: ad manuſcriptos ego codices prouoco. Non verò diſsimile eſt illud Aratoris lib. 1. Apoſtol. hiſt. de Chriſto & Maria.

Arator emendatus.

Dei genitrix intacta creantis
Anata formata ſuo.

Ita enim locus ille reſtituendus eſt ex v. c. vulgo in multis editionibus vitioſè legitur, à natoque ornata ſuo. Sed de Aratore ſuo loco dicemus amplius.

33. *Sæuiret in vrbe*) erat in v. e. ſeruiret: ſenſu poſtulante repoſui, ſæuiret.

34 *Promebant viſcera*) v. e. præmebant.

35 *Mortiferum totis virus*) ſic emendo: pro quo inueni in v. e. totis viribus. Fortunatus lib. 1. cap. 7.

Sed graue virus agens oratio ſola fugauit,
Et viuente viro intra ſe ſua mortua mors eſt.

36 *Nil artibus actum*) erat in v. c. actuum. Significat non fuiſſe quæſitum à Martino artis medicæ præſidium. Nam mox ſubiungit,

Hic certe celerem ſine ſumptu aut arte ſalutem
Cor meruit.

37 *Lectaque in antiquis*) v. c. in antiqoo.

38 *Membra puris*) ita v. c. deprauata ſcriptura: forte, pius.

Oculi Paulini ſanati à Martino.

39 *Vultus mihi redde ſalutē*) ex hac precatione quam interſerit Paulinus videtur rurſus morbo oculorum laboraſſe grauiter, cum ita ſcriberet, qua cauſa opem Martini inuocat. Sanè iam antea in ſimili morbo, à

A Martino ſanatus fuit, auctore Sulpitio Seuero dicto, lib. 1. cap. 21. & teſtatur ipſemet Paulinus infra, lib. 2. ibi.

Quin & Paulino ſimilis medicina ſalutem
Reddit, &c.

40 *Fauam miracula*) locus hîc malè habet in v. c. fortè reponendum, Fabor miracula.

41 *Primus fatentis*) etiam hîc vitium latitat in v. e. quid ſic legas? fœtentis.

42 *Nec orandi modulis*) v. c. modulos.

43 *Caſum miſeratus*] ita correxi, pro quo erat in v. c. caſum miratus. Sed id mens auctoris ferre nequit: non enim mirabatur Martinus mortem Cathecumeni, ſed miſerabatur quod abſque baptiſmate B humanis rebus exceſsiſſet.

44 *Motantur lintea membris*) emendaui ſcripturam v. c habentis: mutantur lantea: ſolemne eſt veteribus librariis literas iſtas inuicem commiſcere & confundere, o, & u, e, & i. Sic infra lib. 5. motato corticefunis, erat in v. c. mutato. Porro idem omnino locus infra lib. 2.

Et tremefacta leui motantur lintea vento.

hîc etiam habebat v. c. lantea, adiuuat emendationē Seuerus dicto lib. cap. 5. Vidit defunctum paulatim membris omnibus commoueri.

45 *Cernere morbo*] poro rectius ita legi, quam in v. c. C in quo eſt, cernere modo.

46 *Vitam poſt fata nouaret*] fallor, aut ita ſcripſit Paulinus ex coniectura noſtra. Fœdè corruptus erat verſus iſte in v. c. in quo legebatur, vitam poſt factū, nouerat. Poſt facta nouaſſe vitā dixit cathecumenū, quia cum ille mortuus fuiſſet nondum baptizatus, & Martini precibus mox rediiſſet in vitam, ſtatim baptiſma conſecutus fuit, quod vitæ veræ ſymbolum & archa quædam eſt. Scitè Optatus Afer lib. 5. baptiſma vocat virtutum vitam, criminum mortem, natiuitatem immortalem, cæleſtis regni comparationem, innocentiæ portum, peccatorum naufragium. Baptiſmi elogia.

D 47 *Tremuiſſe tribunal*] expreſsit verba Seueri. Referre erat ſolitus (ait) ſe corpore exutum ad tribunal iudicis ductum deputatumque obſcuris locis, & vulgaribus turbis triſtem excepiſſe ſententiam; tum per duos Angelos Iudici fuiſſe ſuggeſtum, hunc eſſe pro quo Martinus oraret &c. Locus hic pro baptiſmo paruulorum facit.

48 *Ac tulerat*] v. c. attulerat.

49 *Lupicini præterit agrum*) Somniauerat librarius qui in v. c. ſcripſerat, Paulini præt. nam in huius facti narratione, de Paulino ne verbum quidem extat E apud Sulpitium Seuerum lib. 1. cap. 6. & Fortunatum lib. 1. cap. 9. Quin apud vtrumque nomen Lupicini expreſſum clarè legitur, vnde & intrepidè pro, Paulini, repoſui, Lupicini. Dum agrum (ait Seuerus) Lupicini cuiuſdam honorati ſecundum ſeculum viri præteriret: & Fortunatus. Lupicinus.

Lupicini demum celerans dum præterit agrum.

Cæterum Cuſpinianus in Commentar. in Chronic. Caſsiod. putat hunc eſſe Lupicinum, qui Conſul fuit cum Iouino ſub Valentiniano Imperatore.

50 *Inſignis virtute viri*] erat in v. c. inſignes virtutes F viri.

51 *Per tantum teſtem*) ſic corrigo, malè v. e. per totum.

52 *Lumina torua nimis*) ex veſtigiis veteris ſcripturæ, quæ habuit, luminat oua nimis, hanc erui emendationem certiſsimam, quæ exprimit faciem ſtrangulati. Fortè hinc eſt quod à veteribus laqueus dicitur mors informis, vt à Virgilio, Egeſippo, & Iuuenco. Laqueus mors deformis.

53 *Vtrumque in morte minacem*) Tale illud eſt, licet in diſsimili genere mortis, quod notat Florus, l. 1. c. 18. de Romanis occiſis: Omnium in manibus enſes, & relicto in vultibus minæ. & in ipſa morte ita viuebat. Eutropius lib. 2. quos cum truci vultus etiam Vultus in morte minax.

mortuos iacete vidiſſet. Sic Nazarius in Panegyrico A dicto Conſtantino de Maxentij morte; Suberat adhuc ſæuitia, & horrendæ frontis minas mors ipſa non vicerat. Et Sidonius Apollioaris li. 8. epi. 11. de Lampridio oratore occiſo: oculi protuberantes (ait) & in obruto vultu non minora iræ veſtigia, quam doloris.

Hoſtis id eſt dæmon

54 *Atque hoſtis ſpolium*) non dubium quin ita rectè emendarim, cum in v. c. eſſet, atque honeſtis ſpoliū. Hoſtis enim nomine intelligit cacodæmonem, quo impulſore ſeruus ſibi fauces laqueo ſtrinxerat.

FRANCISCI IVRETI NOTÆ, AD LIBRVM SECVNDVM PAVLINI, B

de vita Martini.

NVM. 1. *Nunc quid ago, & dubiam trepidus quid dirigo prorā?*) ſic ego lego & diſtinguo, pro quo erat in v. c. nunquid ago & duhiam trepidus quid irrigo proram. 2. *Tantum placatam Martinus Epiſcopus auram diffūdas)* ex veſtigiis veteris ſcripturæ videtur non malè ita reſtitui poſſe hic verſus, qui hunc in modū exaratus eſt in v. c. tantū vt placitā Martini Epiſc. C auram dif. ait ſe vaſtum pelagus laudum Martini ingreſſurum, ſi lenis aura fauoris illius adflauerit. Sic Fortunatus imitatus Paulinum in præfatione lib. 3.

--Martinus vela gubernet,
Flamina Chriſtus agat.

Hinc verò incipit ea tractare quæ in Epiſcopatu geſſit Martinus. Poteſt tamen etiam legi Martini ſpiritus auram. nam & ita infra lib. 6.

Adfuit in mediis confeſtim mitior vndis
Spiritus.

Erumna prima breui apud Paulinum

3 *Triſtem miſeretur erumnam*] erat in v. c. ærumnam. D Correxi, erumnam: nec dubium quin ita ſcripſerit Paulinus, cui obſeruaui familiare eſſe ſine diphtongo nomen iſtud ſcribere, & primam licenter corripere. Nam ſupra lib. 1.--& linguæ partes proclamat erumna. Idem infra hoc lib. 2. --refugit pompam, ſed deflet erumnam. Et lib. 4.

Diſſimulare iſtam miſeri plangentis erumnam.

Et ibidem, *--quos cogit erumna*

Fortunati locus emẽdatur.

Vtitur etiam Fortunatus li. 2. de vita Martini cap. 20.

Ille carens animæ pœnis, hic carnis erumnis.

Sic emendo: vulgo eſt ibi--carnis erumnis. Scio verò Georgium Fabricium in ſua Poetarum Chriſtianorum E editione hoc loco Fortunati legere--carnis erymni. Sed coniectura noſtra propius accedit ad veſtigia ſcripturæ veteris.

4 *Dignetur ſancto*) v. c. habebat dignitur: & mox, votum, pro voto.

5 *Inſequitur*) de erat ſyllaba in v. c. in quo tantùm, ſequitur.

6 *Motus placidi, ſine felle tumultus*] locus hic elegans de ſuffragiis tumultuantis populi in deligendo antiſtite, vbi tamē ambitus deſit. Similem locū adnotaui

Caſſiodori locus notatur.

apud Caſſiodorum var. lib. 8. epiſt. 15. in qua etiam de electo Epiſcopo agitur. Ciuica (vulgò malè ctinea) F ſunt iſta certamina, pugna ſine ferro, ita ſine odio, Clamoribus non doloribus res iſta peragitur

7 *Concordia, pectora, votis*) vocem, pectora, de meo addidi vt explerem verſum.

8 *Nigrantes felle*] ſic v. c. forte rectius, nigrantis.

9 *Carnea in aduerſam retrahit*] in, addidi, vt verſus conſtet: malè etiam in v. c. retrahet.

10 *Gratia confiſſet faciem*) ita v. c. Sulpitius Seuerus dicto lib. cap. 6. narrat ex Epiſcopis ad conſtituendū antiſtitem euocatis, quoſdam repugnaſſe dicentes cōtemptibilem eſſe perſonam Martini, indignum eſſe Epiſcopatu, hominē vultu deſpicabilē, veſte ſordidū: crine deformem. Sic enim ibi ex melioribus libris legendum: malè in editione Lazarij antea fuit, hominē multum deſpicabilem. Cæterū locus hic probat etiā veteribus Chriſtianis curæ fuiſſe, vt formoſi & quibus eſſet oris quædā dignitas, inaugurarentur potius ſacerdotio, quàm deformes. Quam rem ſatis venuſtè Ennodius in vita Epiphanij Epiſcopi Ticinenſis perſequitur, ſed illius verba valdè corrupta in vulgatis editionibus extant, quæ tamen arrepta occaſione emendabo ex fide vetuſti codicis Claræuallenſis. Illud vero (ait) delibandum eſſe non abnuo, quòd formoſitas in illo lucis corporeæ, index animæ fuit, & paulo pòſt addit. Sed ne quis forſitan malicioſus interpres intempeſtiuè poſitum iactet in viro tantarū virtutum, de lepore carnis factam eſſe mentionem: cum in illa veteri mandatorum cæleſtiū radice ſit inſitum, ſacerdotum corpora ſagaci debere inſinuatione luſtrari, ne quid debile vel deforme, ne quid plus minuſve eſſe contingat, neve inolitam maculis cutem, ſuperficies fœda dedecoret, ne fractura manus, aut fractura pedis, aut gibbus indignum altaribus reddat antiſtitem, & clamet doctor gentiū, & electionis vas hominē mundum ad eiuſmodi officium debere peruenire. Quod nō ſolùm de animæ, ſed etiam de corporis creditur nitore dixiſſe Qui deformem ac debilem à libaminibus ſuis iubet arceri, inuenitur eos qui multipliciter grati ſunt admittere libēter, præſertim in quo lucē membrorū, animæ fulgor exuperat, nec naturaliter terrenum illud decus aliquibus artificiis adiuuatur. Sic Ennodius. Sed hac de re alias.

Deformes nō debere eligi ſacerdotes.

Ennodii Ticinenſis locus multipliciter correptus & reſtitutus.

11. *Quod crine reciſo*) de hoc more recidendorum capillorum, multa idem Paulinus epiſt. 4. ad Seuerum, & epiſt. 7.

12 *Teſtata nitorem Proderet*) erat vitioſè in v. c. teſta nitorem proderit. Sic diuus Hieronymus epiſt. 4. ad Ruſticū Monach. de for. viu. ſordidæ veſtes (ait) candidæ mentis indicia ſint. vilis tunica contemptum ſæculi probet, ita duntaxat ne animus tumeat, ne habitus ſermoq; diſſentiāt. Sed & ipſe Paulinus in Natali B. Felicis Et nituit contra mendici tegmine. Felix, Sorduit exornans inculto corpore mentem

Defenſor

13 *Antiſtes defenſor erat*) in v. c. antiſtes, vt ferè ſemper in his libris. Nomen autē Defenſoris maiuſcula littera, ſcripſi quia propriū viri, vt conſtat ex Sulpitio Seuero dicto, li. 1. ca. 9. & Fortunato lib. 1. cap. 10.

Locus Pſalmi 8 notatur

14 *Laudatio defenſorem*] Pſalmum 8. intelligit, in quo tamen iuxta vulgatam Eccleſiæ editionem legitur, vt deſtruas inimicum & vltorem. Paulinus hîc pro, vltorem, agnoſcit defenſorem, quemadmodum etiam citant Seuerus & Fortunatus vbi ſupra. Sed & Diuus Auguſtinus ita legit, & defenſorem hæreticum interpretatur, qui cum fidem Chriſti oppugnet, defendere videtur.

Aduerſa pars.

15 *Obruit aduerſam*] Sulpitius vbi ſupra. Quo lecto (ait) clamor populi tollitur, pars aduerſa confunditur. Sic editio vetus Aldi, & aliorum, pro quo Victor Giſelinus in ſua noua editione Sulpitij repoſuit, pars diuerſa, & in notis adijcit vocem, aduerſa, ſubdititiam eſſe & redolere meium ſcholion. At locus iſte Paulini indicat etiam Latinè dici, partem aduerſam, Sic infra hoc lib. 2.

Sulpitii Seueri locus notatur

--Aduerſa penitus remouens molimina partis,

Sed & alij auctores priſci ita locuti ſunt. Symmachus lib. 2. Epiſt. 30. Cui pars aduerſa conſentit. Idem lib. 6. epiſt 2. quæ autem capita quæſtionum pars aduerſa commoueat. Et lib. 10. epiſt 32. Tunc defenſio partis aduerſæ negauit. Sidonius Appollinaris in Narbona, ſeu carm. 23. Id collega tuus, ſimulque vobis pars aduerſa facit.

16 *Exemplū mage ſuadet opus*) ex veſtigijs veteris ſcripturæ, & mēte auctoris ita repono. Habet v. c. exempli mage. Innuit exēpla magis mouere quàm verba.

17 *Manet aſſidua*] abundat in v. c. manet te adſ.

18 *Vicinia tanta*] v. c. vicina.
19 *Longinqua vaganti*] videtur ſic legendum, pro quo in v. c. vacanti. Tale illud eſt quod ſcite idem Paulinus in fine epiſtolæ 6. ad Seuerum: Verum quid de ſpatio agam (ait) ſi nos deſideras, via breuis eſt, longa, ſi negligas.
28 *Ad tanta ſpeculum*] malè v. c. adtente. hoc emẽdauit Pith.
rii *Dilectio cenſu*) ita lego, malè in v. c. ſenſum.
22 *Sua quem tenebas cellula*] puto ita ſcripſiſſe Paulinum; perperam enim erat in v. c. nulla quemq;. &c.
23 *Cum ſueta precandi ore & corde, Deo, referens Symphonia*) ita ſuppleui & diſtinxi locum lacerum & confuſum in v. c. in quo erat conſueta precandi ora & corde referens Symphonia.
24 *Carne dici*) erat in v. carnefidei: quæ vox planè ocioſa, correxi, carne diei, claro ſenſu, mox verſu ſequente, pro ſuccendentem, ſcripſi, ſuccedentem.
25 *Quo tabem corporis*] v. c. quo talem Repoſui, tabẽ. Sic infra hoc li. 2. *--conſumptis penitus iam tabida membris* Et li. 5. *& triſtem conſumpto corpore tabem.*
26 *Laſciua & tenui*) v. c. laſciui & tenui.
27 *Poſt ſericea fulcra thoroſque*] v. c. ſitica, toruſque. Idem error notatus iam ſupra li. 1. num. 11.
28 *Id pramonſtrare gerendam*) locus in v. c. ſuſpectus.
29 *Sine teſtis pondere*) v. c. ſine teſtes: huc pertinet canon Concilij Africani, vt falſa nomina martyrum, & incertæ ſanctorum memoriæ venerentur.
30 *At teſtata fidem*] v. c. adteſta fidem.
31 *Expunitorum triſtiſſima fata reorum*) erat id v. c. & punitorum triſt fator eorum.
32 *Penitentia venit* v. c. penitentia.
33 *Nam cum diſtenti properè legit auia ruris*) Ita ex ingenio hunc locum correxi corruptiſſimum in v. c. qui habebat. Nam diſtenti propere legita viaris: nec dubium quin certa emendatio: ſic infra hoc li. 2. (Auia ruris.)

Auia ſolorum repetit ſecreta locorum.

Et lib. 4. *--facundi dum praterit auia ruris*

34. *Protinus anteculit*) ſic coniicio legendum pro quo v. c. attulit: ſed id ratio carminis non patiebatur Antetulit: id eſt eleuauit. Sulpitius Seuerus dicti li. c. 9. eleuato ergo in aduerſo ſigno crucis, imperat turbæ, non moueri loco. Et Dialogo 2. ca. 9. Martinus eleuata obuiam manu. pecudem conſiſtere iubet. (Eleuatio manus.)
35. *vexilli pondere ſiſtit*) erat in v. c. vix illi pondere ſciſcit: repoſui ſiſtit, & vexilli, quo verbo ſemper librarius hic aberrauerat, vexilli nomine ſignũ Crucis intelligit Paulinus, vt mox ſubiicit.

--tum rurſus eodem
Vexillo, atque ipſo libertas reddita ſigno.

Idẽ l. 4 infra. *Magna crucis ſancta melius vexilla ſecutus.* Et li. 5 *Vexillum complexa crucis, ſignumque ſalutis.* Eodẽ exemplo ſæpe crucis vexillum appellari legimus in ſcriptis antiquorum. D Hieronymus ad Heliodorum epiſt. 1. ſiccis occulis ad vexillum crucis euola Prudentius in hymno ad omnes horas.

Dic triumphalem crucem,
Pange vexillum notatis quod refulget frontibus. (Vexillum Crucis.)

Victor Vticenſis li. 2 ſimulque vexillo crucis conſignante oculos eius. Greg. Tur. hi. Franc. li. 10. ca. 29. manus ſingulis cum vexillo crucis imponens, ſanitati reddebat. Sane Minutius Felix in Octauio, calumniantibus paganis nos crucem venerari, reſpondens: Signa, ait & cantabra, & vexilla caſtrorum, quid aliud quàm inauratæ cruces ſunt, & ornatæ? Idem etiam Tertulianus apolog ca. 16.
36 *Fruſtrata innexis conamina*] male in v. c. Frutata. Seuerus ca 9. rem ita narrat. Videres miſeros primũ velut ſaxa riguiſſe, dein cum promouere ſe ſummo conamine niterentur, vltra accedere non valentes, ridiculam in vertiginem rotabantur, donec victi pondere corporis onus deponunt. Idem etiam Fortunatos lib 1. cap. 12. at Paulinus rationis hic non meminit.
37 *Delatus honor*] v. c. dilatus.
38 *Tum rurſus eodem Vexillo*] erat in v. c. tum rurſ. eodem vixillo: ſcripſi, rurſus, & Vexillo. Seuerus vbi ſupra. Eleuata rurſum manu dat eis abeundi & tollendi corporis poteſtatem, Seuerus, eleuata manu dixit, pro quo Paulinus. ſigno crucis, qua de re paulò ante dixi num. 34. Sic etiam Fortunatus lib. 1. cap. 12. (Fortunati locus correctus.)

Tunc ſacer inſpiciens onus hoc eſſe exequiarum
Iuſſit abire procul digitis crucis arma repingens
Vnde ligauit iter, miſeratus & inde reſoluit
Vna eademque manu mandata per aëra mittens.

Sic enim illos verſus emendo. Nam vulgo depravatè legitur, dignis crucis arma repingens. D. Hieronymus in epitaphio Paulæ ad Euſtochium: digitúmque ad os tenens crucis ſignum pingebat in labiis. Idem in vita Hilarionis. Cum tria crucis ſigna pinxiſſet in ſalubo. (Pingere crucem digitis.)
39. *vincire vagos*] v. c. vinci.
40 *quia copia ſuadet*] ſic videtur legi poſſe, pro quo erat ſcriptum in v. c. quia pia ſuadet.
41 *Prafractis idola tignis*) v. c. regnis ex quo forte aliquis efficiat, technis: malo, tignis. Sic infra hoc lib. 2. (Tigna pro ſimulacris)

Nec vult Idolicis iuſtus ſuccedere tignis.

Intelligit ſimulacra lignea.
42. *Inſania vulgi*) era perperam in v. c inania: adhibita littera lectionem genuinam reddidi. Sic infra hoc li. 2. (Inſania vulgi.)

crebri dement inſania vulgi, & alio loco; *-Furioſi inſania vulgi.*

43 *Non poſſe*) v. c. noo poſſunt.
44 *Lignorum domino*) v. c. domino.
45 *Subditus idem*) v. c. ſubditis
46 *Erigit armatam ſigni munimine dextram*) verſum imperfectum & deprauatum ita reſtitui, proponam tamen meo more ſcripturam veterem quæ fuit, arma ſigni munimine dextram. Seuerus cap. x. eleuata obuiã manu (ait) ſignum ſalutis opponit. Fortunatus lib. 1. cap. 13. (Arma crucis.)

- pinoque cadenti
Obtulit arma crucis, cumulans ſua bella triumphis.

Sic D. Hieronymus in vita Hilarionis. Chriſti crucem ſignauit in fronte, talique armatus caſſide, & lorica fidei circundatus, iacens fortius præliabatur. Idem in Paulo heremita. Salutis ſigni impreſſione armat frontem
47 *Propere motata rotatu*) Coniicio ſic auctorem ſcripſiſſe, cuius loco vitioſe in v. c. erat. Vocata rotatu.
48 *Nam propter ouantes*) erat in v. c. obantes: b. pro v. Solemnis error veteribus librariis, propter hic valet iuxta: vultu que innuere paganos magno cum gaudio caſum arboris expectaſſe, vt Martinus ruina obrueretur. Seuerus cap. x. ſuccidere igitur ipſe ſuam pinum cum ingenti gaodio lætitiáque cœperunt.
49 *Credere ſancit*) v. c. ſanſit.
50 *Mater Eccleſia plebem*) ſic recte v. c. Nam & infra li. 4. *—claudebat Eccleſia plebem.* Idem Paulinus natali 4. Felicis. *Cum pia ſacrilego quateretur Eccleſia bello.* Sic enim in quibuſdã impreſſis repperi. Quidam non intelligentes locum deprauarunt, & ſubſtituerunt *quateretur regula bello.* Vtitur eadem licentia Tertullianus, vt li. 3 aduerſus Marcionem. (Paulini locus reſtitutus in natali. 4. Felicis)

Eſſe caput Chriſtum, ſunt cuius Eccleſia membra.

Licuit igitur veteribus Poëtis Chriſtianis, primam ſyllabam breuem facere in Eccleſia. Et fallitur Georgius Frabricius, qui in commentario ſuo ad Poëtas Chriſtianos, affirmat alibi nuſquam quam apud Tertullianum id obſeruari: ac ego non dubito quin hæc vox à malis criticis, immutata fuerit in aliis veterum verſibus, (Eccleſia prima breui apud veteres.)

verſibus, quod ex collatione manuſcriptorum codicum deprehendi poteſt. Fortaſſe autem his locis Ecclofia tum ſimplici c.ſcribi debet.

51 *Sententia poterit)* vetus codex referebat verſu truncato ſentia. Idem error infra hoc l.2. uum.67.

52 *Similis repetita incendia templi)* malè v.c. ſimiles. Templi enim ſimilis incendia vocat, quia initio ſuperioris capitis, vbi de pinu exciſa agitur, fit mentio templi, cui Martinus igoem immiſerat. Tēplum enim illud incenſum fuiſſe ſcribit Fortunatus lib. 5. cap. 13. protinus antiqoum cupiēs exutere phanum &c. Sulpitius vero dicto c. v. dirutum refert. Paulinus ſuperioee loco, ſtratum ad terram templum dicit, hîc vero apertius rem explicat, cum ignis & fauillarum meminit.

53 *Inſtare)* v.c.inſtar.

Leproſus vicus.

54 *Quondam opulens vicus)* correxi ſcripturam v.c.in quo, epulens. Seuerus cap. 12. In vico, ait, cui leproſum nomen eſt, cum idem templum opulentiſſimom ſuperſtitione religionis voluiſſet euertere. Sic emendatiores libri In quadam vetuſta editione Seueri repperi, Io vico autem cui libroſo nomen eſt. In alio quodam v.c. libroiſſo.

55 *Oppoſuit*)* locum cum aſteriſco notaui, quia deprauatus extat in v.c.P. Pithæus putat legendum: oppoſuit ſancto.

56 *Quin & cōtexto ſetis coopertus amictu)* veſtigia veteris ſcripturæ ſecutus ita repoſui, quæ habuit. Quin & contextus cetis coopertus. Veſtem Martini cōtextam ſetis intelligit, de qua etiam Fortunatus lib. 1. ca. 15. in narratione huius facti; *ſed triduano*

Fortunati locus eur. ſ. ctus.

Contectus cinere, & ſetis ieiunia ducens
Numinis auxilium ad templa immunūda precatur.

Sic enim ibi legendum eſt, vulgo malè *ſed biduano* Confirmat Sulpitius Seuerus dicto cap. Per triduum, inquit, cilicio tectus & cinere, ieiunans ſemper atque orans &c. Et mox Paulinus.

Cilicium Martini.

Trinas continuans orandi intentio luces.

De eadem vero ſetoſa Martini veſte locus hic accipiendos eſt lib. 4. *conferre coruſcas*

Setoſa veſtis Martini.

Gemmarum radiis frontes, & tegmina ſetis hiſpida.

Et lib. 5.

Rurſum igitur ſetoſi habitus, ſtimuliſque reclinem
Conſueti penetrare cutem, connexa rebellis
Vellere duritior rigidis in vulnera filis.

monachorum veſtis ex ſetis cameleorū.

Fuit iſte habitus monachis vſitatus tunc temporis, de quo Sulp. Seue. l. de vita Mart. c. 7. in deſcriptione ordinis monaſtici à Martino inſtitoti. Pleriq; *(ait)* cameleorum ſetis veſtiebantur, mollior ibi habitus pro crimine erat. Quem imitatus etiam Paulinus ſupra hoc lib. 2.

Multis veſtis erat ſetis contexta Cameli.
Quæ lenibus ſtimulis vigiles contingeret artus
Excludens tenuem compuncta carne ſoporem
Mollia ne fluxum nutrirent vellera corpus,
Laſciua & tenuis veſtis ſimitaret amictu.

Qui deſcriptionem requiret ampliorem, videat epiſtolam eiuſdem Paulini ad Seuerum, vbi myſticè interpretatur pallia iſta cameleorū pilis hirſuta. De his etiam accipio locum eiuſdem auctoris epiſtola 7. ad Seuerum? Nos adeant *(ait)* & r...ſant conſeruuli & compallidi noſtri, nō veſtibus p..tus ſuperbi, ſed horrentibus ciliciis humiles. Tribuit hortorem cilicio, vt etiam Tertullianus l. de pudicitia. Coocilatum & coticineratum cum dedecore & hortore compoſitum proſternens in medium.

Horror cilicii.

57 *Extentis ſtimulis)* malè v.c. extant..ſtimulos.

58 *Vox faucibus hæret)* Erat in v.c. m..vt fauc. Imitatio Virgilij eſt.

59 *Turbo procella)* v.c. peocellum.

60 *Idola quæ poſſint vnquā cōferre pētēri, Haud latura*

A *ſibi?* Verſom hunc valdè corruptum & interpollatum in v.c. ſic nitori ſuo reſtitui, habebat enim nullo ſēſu.

Idola poſſins vnquam conferre petents allatura ſibi.

Talo illud eſt quod ſupta hoc libro dixit.

Clamatur non quire homini conferre ſalutem
Qua ſibi non valeant.

61 *Nihil ille retractans)* particulam, ille, de meo addidi, vt eonſtaret verſus.

62 *Vehementior ictus)* puto ita legēdum & emendandum eſſe, pro quo malè in v.c. *Vehementia ictus.*

63 *Viſcera neruis)* deerat in v.c. finis huius verſus; addidi de meo neruis.

B 64 *Et manus irrito)* ſic lego, pro quo in v.c. inriſo.

65 *Depoſitiſque armis)* vocem, armis, ex cōiectura addidi quæ deerat in v c. poteſt etiam legi, animis.

66 *Precantis ambitio)* hic malè v.c. habebat precantū; de vno enim tātū loqui voluit. Sic Fortunatus l. 2. c. 18.

Ac reſupinus humi qui pronior ibat in auſum
Mittis & ore precem, cum membra ſuperba iacerent
Iuſto ſtat cadens, quo credit ſtare iacente
Cum vice diuerſa ſtat inops, ruit ille ſuperbus.

Luſerunt hîc Poetæ liberius. Nam Sulpitius Seuerus hoc ſolum addit vbi ſupra: Conſternatuſque diuino metu veniam precabatur.

C 67 *Meritis ſententia cordis)* in v. c. fuit ſentia cordis, repoſui, ſententia. Eundem errorē iam ſupra obſeruaui l. 1. num. 22. & lib. 2. num. 51. locu hic elegans eſt de volūtate iti maleficiis quæ crimē habet. Apuleius ſcitè l. 4. floridior. Io maleficiis *(ait)* etiam cogitata ſcelera non perfecta adhuc vindicantur, cruenta mente.

68 *Atque omni metu torpentia)* ego ſecutus veſtigia veteris ſcripturæ hanc emēdationem erui, genuinam, vt arbitror habebat illa, atqoe omnium vt torpentia.

69 *Arenteſque artus)* v.c. arentiſque.

70 *Præbendus honor)* v.c. præbendi.

71 *Facultas optatā ſanctis precibuſq;* aduoluitur)* locū notaui aſteriſco, quia turpiter deprauatus in v. c. pro,

D precibuſqoe, lego, pedibuſque: Sed tamē oratio ſemper imperfecta iacet. Voluit verò exprimere illud Sulpitij Seueri c. 15. Quod vbi pater puellæ, ait, compeꝛit, iocurrit, exanimi pro filiâ rogaturus. Fortunatus luxuriat in hac hiſtoria referenda.

72 *Adtactum)* v.c. attactū. Sulp. vbi ſupra tūc paulatim ſingula cootactu eius cœperunt mēbra viuiſcere,

73 *Aparte)* v c. aparte.

74 *Valentes)* v.c. volentes.

75 *Vincere fruentem)* malè v c vitīcere.

76 *Tēpli fœtorē à criſmate Chriſti)* aut ego vehemēter cæcutio, aut Paulinus primū ſcripſit, proponam tamē

E lectionem v.c quæ fuit corrupta *templi factorem chriſmate Chriſti.* emendaui, fœtorem à chriſ. Indicat Martinum Chriſtianum virum, & Chriſti ſacro chriſmate inunctum, recuſaſſe ingredi domom Tetradij Procōſularis, quæ fœteret idololatriæ cultu ſordido. Seuerus c 16 Martinus negat ſe gentilis domū adire poſſe &c. Sanè obſeruare eſt Chriſtianos appellari à veterihus alumnos chriſmatis Nam ſic Prudentius lib contra Iudæos *& adſtantes circumſpicit, ecquis alumnus Chriſmatis inſcripto ſignaret tēpora ligno.* Sic enim ibi legendum eſt ex antiqua lectione, non ſigno, vt vulgo. Vbi manifeſta eſt alluſio

Fœtor genuum.

F ad morem eccleſiæ, quo baptiſatorum frontes chriſmate conſignari notum eſt. Solet verò Paulinos fœtorem Dæmoni omnis idololatriæ noctori triboere, vt ſupta hoc lib 2.

Chriſma Chriſtianorum. Prudētius emēdatur.

Et loca quæ tetris fœtebant obſita fanis.

Et ioſta l 3. *fugam turpi fœtore fateris,* vbi etiam aliqua huc pertinentia adnotauit num. 45 Et l. 4.

Idola. *in miſeris dudum fœtentia buſtis.*

77 *Arrepto ſæuire coco)* ſic lego pro quo v.c. ſæuitero commiſcere tumultum. Nam & Fortunatus lib. 1. 10.

Arreptoque coco vexat fera bellua prædam Mirabar autem cur Seuerus apertè cocum non dixerat, qui cap.17. dicti l. quendam (ait) è familia, qui interiore parte ędium morabatur, arripuit &c. Sic enim paſſim vulgò extra, at rectius habet meus vetuſtus codex coquum patris familias qui &c. quomodo puto emendari debere locum Seueri. A

78 *Sanctus fallacia videt* Ita repoſuit v.c. palacia ridet perperã. Solet auctor Dæmonibus fallacias tribuere, vt infra hoc l.2. *ergo hæc fallacis confeſſio vera latronis*. Et l.3. *me fors fallacis mendacia verba latrent* De Dæmone enim ibi apertè loquitur.

79 *Egeſtus fluxu*] Retinuit vocem Sulpitij Seueri, qui vbi ſupra: Ne tamen exire (*ait*) ei per os liceret, fœda relinquens veſtigia, fluxu ventris egeſtus eſt. Sic enim ibi rectè legitur ex melioribus libris. Corruptè in nõnullis editionibus, egreſſus eſt. Fortunatus l.1 cap. 21. in deſcriptione huius hiſtoriæ. B

Fœda miniſterij fœdus veſtigia linquens
Sordidus egreditur, qua ſordibus eſt via fluxu.
Talo iter arreptum ſic te decet ire viator.

Hic autem illud obſeruatione dignum videtur, Martinum noluiſſe licere dæmoni per os egeri è corpore humano, vt rationem haberet vultus, quem ad ſimilitudinem pulchritudinis cæleſtis figuratum ait Conſtantinus in lib. 17. de pœnis. Et os hominis vocatur ſanctiſſima corporis pars a M. Tullio, oratione poſt reditum, & Lactantio l.v.c.9. C

80 *Fama improba motus*] emẽdaui ſcripturam detruncatam v.c. habentis, fama impromotos. Sic Seuerus ca.18. Cum de motu atque impetu barbarorum ſubita ciuitatem fama turbaſſet &c. Ita legendum apud Seuerum pro quo Aldus, Lazius, & cæteri habebant, Cũ de metu, quod etiam locus hic Paulini cõfirmat. D

81 *Semet cum ſocijs*] Seuerus ſedecim dæmones fuiſſe dicit. Fortunatus l.1.c.22. quindecim *-larua fatetur.*

Dæmon mali rumoris auctor.

Hanc famam in populis bis quino dæmone fuſam. Illud obiter notatu dignũ eſt, falſos rumores à dæmonibus ſpargi. Minutius Felix in Octauio: Sic eſt negotium dæmonum, ait, ab ipſis enim rumor falſus & ſeritur, & fouetur.

82 *Vt tantæ pietatis*] ita correxi, pro quo v.c. optãte P.

83 *O verè cum fine bonum*] ſic v. c. quid ſi legas ô vero.

84 *Sanctus præeunte caterua*] puto ſic debuiſſe ſcribi, pro quo in vet. præteſeunte carina. Mouet me quod habet Sulpit. Seuerus ca.19. Apud Pariſios dũ portam ciuitatis illius magnis ſecũ turbis euntibus introiret. E

85 *Pacis ſignacula labris*] ita correxi. Vitioſè erat in v. c. pacis ſigula. Signacula pacis appellat oſculum, Fortunatus non malè de hac de re agens c.23. l.1.

Fortunatus emendatur.

Pacis ab officio perierunt prælia morbi,
Complexu res dira fuit. Sic ibi lego, vulgo, fuit. Idem alio loco de hac leproſi curatione agens

Ad fluuium Domini cui non fuit ire labore,
Quod Iordanis habet ſanctus ab ore dedit.

86 *Obſtupuere animi alij*] erat in v. c. obſtupuere animi alij.

87 *In cauſis ſceleris*] v.c. in cauſis ſceleris.

88 *Numque ſe*] v.c namq.

89 *Indultis moderamina rexit habenis*] v.c. indulcis m. r. ah henis.

90 *Patrij dum crebor anhelitus oris*] hanc erui lectionẽ ex ſono & veſtigiis litterarum, cum corruptè inueniſſem in v.c. patrij dum crepera neclitus oris.

Fortunati locus emẽdatur.

91 *Deuota Deo*] v.c. vota. repoſui, deuota, vt verſus cõſtaret. Seue. c.20. dicti l. Quæ res apud Arboriũ in tantum valuit, vt ſtatim puellã Deo voueret, & perpetuæ virginitati dicaret. Fortunatus l.2. c.1. hoc ita expreſſit.

Sic operatur præſens vbi non erat ipſe,
Quæ patre ab Arborio Martino offertur ozimo
Conſecranda manu qua ſaluificata fit ipſa.
Quam bene bis ſanam cum virginitate puellam
Reddidit ipſe patri proprio pater ille ſuperno. A

Sic ibi lego & emendo. Male vulgo, pro, non erat, legitur, nouerat & pro, conſecranda, conſideranda.

92 *Antiſtes*] v.c. anteſtis.

93 *Quem gloria late extulit*] obſerua Paulinũ hic ſuæ ipſius fidei laudatorem videri. D. Hieronymus epiſt. 34. ad Iulianũ, appellat hunc Paulinũ feruẽtiſſimæ fidei presbyterũ. Vide plura ſupra in elogiis & teſtimoniis veterum de Paulino, quæ in frõte operis collegi, cæterum de oculis Paulini in cæcitatem vergentibus, & ſanatis à Martino, etiam agitur ſupra l.1. ibid. B

Fide Paulinus commẽdatus.

-Vultus mihi redde ſalutem.

94 *Vix admota*] v.c. vox idem error initio l.3.

95 *Præfracta crucem*] v c. crucem.

96 *Propere ſenſere*] ſic emendo, pro quo v.c. promere ſenſ. Cæterũ hic locus me admonet vt emẽdem Sulp. Seuerum lib.2 de vita Mart. cap. 22. Angelus viſus eſt eluere vulnera, & ſalubri vnguine cõtuſi corporis mẽbra cõtingere Ita enim habet editio Giſelini correctoris. Sed illa verba, membra contingere, deſunt in meo v. c quorum loco additum repperi. corporis ſuperlinire dolores, quæ lectio elegans valde mihi arridet. C

FRANC. IVRETI NOTÆ AD PAVLINI LIB III. DE VITA MARTINI.

1 *Steriles calamos*] v. c ſterilis calamus.

2 *Vox ſtipulis*] v. c vixſtio.

3 *Digna eſt augere tubarũ*] ita emẽdo, erat in v.c digna ta eſt augere tubarũ. Intelligit laudes Martini à præſtãtioribus Poetis intonari debere. Tuba veterib. eloquẽtiæ ſymbolũ eſt. Prudẽtius in Symm l. 2 *magniſq; tubã cõcẽtibus imples* Sidonius Apollin l. 4. epiſt 3 ad Claudianũ *Tuam tubã totus qua patet orbis iure venerabitur.* Et Ennodius Ticinenſis *Cuius enim tuba* (ait) *cognoſcitur eloquij* &c. Sic lego, vulgo malè turba. D

Tuba ſymbolũ eloquentiæ.

4 *Vnius de morte ſuperb*] reſtitui ex cõiectura. Nã corrupte erat in v.c. vnius de meare ſup. Hic enim innuere voluit dolu Maximi Imperatoris Gratianũ ab Andragatio interemptum. Quod de exilio alterius Paulinus ſubiicit, ad Valentinianũ Auguſtum refero, quẽ idem maximus cũ matre Iuſtina, Italia expulit in Illyricum. De hoc & Paulus Oroſius lib.7 cap.34 Paulus Diaconus hiſt miſc. l.12 Et quod eſt quod attigit Sul. Seuerus cap.23. dicti lib. narrans Martinum dixiſſe, ſe eius menſæ participem eſſe non poſſe, qui duos Imperatores vnum regno, alterum vita expuliſſet. Sic omnino intelligendum eſt quod hic paulo poſt Paulinus addit. E

Ennodius Tic. correctus.

Gratiani mors.

Valentinianus exul.

& ſanguine partum
Imperium. mortem Regis, regnumque tyranni.

5 *Reſciderat*] ita v c.

6 *Fœda clientum*] v c. fœta Seuerus vbi ſupra cum & fœda circa Principem omnium adulatio notaretur, ſeque degeneri inconſtantia regiæ clientelæ ſacerdotalis dignitas ſubdidiſſet, in ſolo Martino apoſtolica auctoritas permanebat. F

Adulatio Epiſcoporũ notata.

7 *Celſam ad faſtigia mundi*] ſic lego, malè v c. celſã ad faſtidia

8 *Optantis votũ expleuit quaſi iure iubẽtis*] ita correxi. corrupte erat in v c. Aptantis v. c. q. iure iuuentis. Præiuit mihi ad emendationẽ Seuerus. Si pro aliquibus (ait) ſupplicandum Regi fuit, imperauit potius quã rogauit. Sic accipio quod idem Seuerus dialogo 1. de virtute, mon. orient. de eodem Martino loquens. Cum nec ſolum Comitibus, aut Præfectis, ſed ipſis etiam Regibus imperaret Fortunatus l 1. c.4

Martinus imperabat potius quã rogabat Principes viros.

Si quid enim voluit pro ſupplice forte precari,
Indup eratori Martinus & imperat ipſi.

Locus hic pertinet ad Epiſcoporum intereeſſiones.

9 *Faſtus uemnent*) erat in v. c. fauſtus.

10 *Parua fauoris ſigna ſui tanto)* ita emendaui, pro quo v.c. parua ſauoris ſigna toi tādo, adſtipulatur mihi Seuerus vbi ſupra. Nō alienā, ait ab eo Dei volūtatē videri penes quē tam incredibili euentu victoria fuiſſet &c.

11 *Nec quemquam)* v. c. uec quem.

12 *Præter arma*)erat in v.c. præarma. locum ſuppleui.

13 *Hos inter medius*) v. c. Seuerus. Medius inter hos Martini presbyrer aecubuerat.

14 *Quaſima flectitur orbe.*) ſic v. c. ſed cum errore. Dobito quid ſubſtituendū ſit, niſi forte, ſigma, cuius mentio apud Lāpridiū in Heliog. tribus locis primus inuenit, ait, ſigma in terra ſternere, non in lectulis. Et mox, vt de eroco ſigma ſtrauerit, cū ſummos viros rogaſſet ad prandiū, pro eorū dignitate dicens ſe fœnum exhibere. Et poſtea, eum capi non poſſent vno ſigmate. Sidonius Ap l. 2. ep. 2. tot poſſit recipere ſelpas, quot ſoli ſigma, perſonas, apud eundem Sidonium carm. 7. ad Omnatium, videtur eadem vox eſſe reſtituēda. Non tibi gemmatis ponentur prandia Muſis, Aſſyrius murex nec tibi ſigna dabit. Ita vulgo, at pro, ſigna malo ſigma. Sidonius cat. 22. Mos erit hic dominus hibernum ſigma locare. Quod autem ad figuram ſigma ſigmatis attinet, doctiſſimi viri iādiu monuerunt videri ſalli Bapt. Egnatiū qui ſigma putat dici à littera, S, nam referebat figuram, C, ſeu lunæ vnde & Martialis in apophor. epig. 89. Accipe lunata ſcriptum teſtudine ſigma. Sic enim v. c. vulgo, ſignum, & videtur eò alludere vos Paulini flectitur orbe. Nihil ego nunc probabilius diuinare poſſum. Quod ſi verum eſt, conſtabit nihilominus, iſte verſus, quando vltima, ſigma, longum facit, quia flectete, ſequitur, quod incipit à duabus conſonantibus quæ tes familiaris eſt veteribus Poëtis Chriſtianis, vt alibi dixi latius, velut ad Sedulium li. 2 nu 37.

15 *Gaudentes)* v.c. congaudentes.

16. *Serica fuco)* v.c. ſirica futo.

19 *Cultu ſurſum*) malè v. c. eultus rurſum.

18 *Ars erat in precio.*) in, aberat à v. c. mox, pro, preciosior, ſcripſi preciosius.

19 *Hæc extant vaſcula ſignis)* Sic v. c. vox, extant. ſuſpecta forte rectius hæc certant vaſc. quod ad ſenſum & veſtigia literarum proximè accedit.

20 *Officio cedens, ſimul ordine verſo.*)corruptè erat in v. c. officio cedem ſimul ordine verſu. Indicat maximum regem, qui quaſi pro officio & iure ſuo primus in conuiuio pateram vini delibare debebat, mutato more, Martinum ſibi prætuliſſe.

21 *Reſpſit tenuis ſic guttà lyx.*) Verſum aſteriſco notaui, quia ſic deprauatus extat in v. c. Verba ipſiſſima reſtituere difficile eſt, quia varias recipiunt coniecturas, doctiſſimus Pithœus legi poſſe putat. reſperſit tenui ſua guttura gutta. Ego, vt ad veſtigia priſcæ ſcripturæ proximè accedam, ſuſpicor Paulinum ita edidiſſe, Verum vbi reſperſit tenuis ſe gutta lyæi. Nam illa ſyllaba quæ eſt in v. c. lyx, videtur veſtigium eſſe vocis, lyæi. Expreſſit autem auctor illud Seueri, vbi ſupra. Sed Martinus vbi ebibit, pateram presbytero ſuo tradidit, nullum ſcilicet exiſtimans digniorem qui poſt ſe biberet: nec integrum ſibi fore, ſi aut regem ipſum, aut eos qui à Rege erant proximi, presbytero prætuliſſet.

22 *Conſtantia Regi)* Sic lego erat in v.c. conſtantique Regi. Verba Seueri proponam vt conferantur. Quod factum (*ait*) Imperator omneſque qui tunc aderant, ita admirati ſunt, vt hoc ipſum eis in quo cōtempti fuerant plus placeret (ita enim lego ex meo v.c.) celeberrimumque per omne palatium fuit, feciſſe Martinum in Regis prandio, quod infimorum iudicum conuiuiis Epiſcoporum nemo feciſſet.

23 *Sic corde remoto, ſis velut)* Erat in v.c. ſi corde littera repetita lego ſic corde, vt ſenſus conſtet.

A 24 *Vt puro vidit)* Erat in v.c. vt pure, lego puro, nam ſolet auctor purum ſenſum appellare. Sic infra hoc li. 3.

-Non penetrans purum tetra caligine ſenſum.

Et lib. 4. *-purum vegetauit gratia ſenſum.*

25 *Fractis motibus ira)* ita corrigo, pro quo v c. montibus. Expreſſit illud Seueri cap. 24. Quod cum diabolus ſciret ſe effugere non poſſe, conuiciis enim vrgebat frequenter, quia fallere non poſſet inſidiis.

26 *Crimine cadis ſanguineo*) v.c. crimina e ſanguineo.

27 *Violentis adegit*) v.c. violentius. Fortunatus l. 2. c. 6.

-nefas ſceleris vos armiger implet.

26 *Affectas renouans optato ſanguine vires*) pro, aptato, quod erat in v c. ſcripſi, optato, mox repoſui, affectas B pro quo v.c. effectas, quæ emendatio non malè conuenit menti auctoris, quamuis hic locus ſit variis coniecturis: poteſt enim legi, defectus, ſiue, effœtas, affinitate harum vocum ſæpiuſcule ſcripta veterum immutata videmus, vt apud Lucretium l. 4. -quod omnes Corporis affecti ſenſus per membra quieſcunt Ita quidam codices vetuſti alii. Corporis effecti, apud eundem lib. 2.

Iamque adeo fracta eſt ætas, effœtaque tellus, vbi quædam editiones *-facta eſt ætas*, aliæ, *affecta*, & *effecta* varietas ex pronunciatione manauit.

29 *Accitos proceres*) v. c. accitus. Sulpitius Seuerus vbi ſupra. Tunc ille conuocatis fratribus, refert, &c. C Paulinus, pro, fratribus, ſubſtituit & reddidit, proceres, vt alludat ad nobiles multos, qui in monaſterio Martini conuenerant teſte eodem Seuero. cap. 7. libri de vita Martini. Multi inter eos, *ait*, nobiles habebantur, qui longè aliter educati, ad hanc ſe humilitatem & patientiam coëgerant. Sed & ipſemet Paulin. ſupra l. 1.

Nam multos illuc priſco de ſanguine claros
Traxerat ad ſalem prudens ſententia vitam.

30 *Dixiſſe crimine verum*) Erat in v.c. dixiſſe.

31 *Truci clam ſub tortore*] v.c. trucidam ſub turtore.

32 *Nec mora quin*] v.c. qoi, paulopoſt verba illa, Vulneris exponens cauſas monent me vt emendam lo- D cum Sulpitii Seueri in narratione huius hiſtoriæ. Indicat (*ait*) fratribus caſum mortis & vulneris: iunctis ſcilicet bubus &c. hic enim paſſim vulgat tectius habet meus v.c. cauſam mortis.

33 *Perfudit croceos*] v.c. cruceos Sic infra hoc l. 3 ou. 58.

& croceo obnubens pallentia ſydera fuco.

34 *Tardarent celerem*] Sic ſcripſi, cum eſſet in v. c. tartarent. Imitatur Virgil. l. 6, Æneid.

-& caleſtis origo .
Seminibus, quantum non noxia corpora tardant,
Terrenique hebetant artus.

E 35 *Et quamquam nimium*] Exiſtimo ita emendanda hæc verba quæ ſic corrupta erant in v.c. *nec quemquam nimium.*

36 *Effigiant clypeo*] Addita litterula, locum reſtitui, malè enim erat exaratum in v.c. effigans clypeo. Nam Paulinus infra l. 4.

-qua munere Chriſti

Idem l. 6. *Effigians illam quam Chriſto iudice ſumpſit.* Hi loci Paulini oſtendunt ſuperiora verſu etiam potius ſcriptum fuiſſe, effigians, quàm, effingens. Nam illo ſeculo familiaris iſta vox fuit eruditis, vt Prudentio in F pſychom.

-nam viſcera limo effigians.

Solinus Apollinaris l. 6. epiſt. 12. ſacrauit templis, formauit ſtatuis, effigiauit imaginibus. Solinus in præfatione polyhiſt. ante omnia effigiant modum capitis. Hanc etiā vocem corruptam eſſe ſuſpicor in l. vlt. Cod. Theodoſ. de excuſatione artific. l. 13. vbi vulgo. Neve à iudicibus ad efficiendos ſacros vultus, aut publicorum operum expolitionem ſine mercede cogatur lubentius hic legerem, ad effigiandos ſacros vultus. Lactantius l. v. c. 14. hoc ſenſu imaginare dixit. Sed terram digitis

ſuis imaginatam metuant & adorent. Sic Gregor. Tur. l. r. de glo. mart. c. 65. imaginatam adhibẽtes picturã.
37 *Quare ait*) malè v. c. quære.
38 *Suſcipis & vitium*) Sic correxi claro ſenſu, cuius loco erat in v. c. ſuſcepiſſet vitium. Seuerus c. 24. Teſtaſtabantur aliqui ex fratribus, audiſſe ſe dæmonem proteruis Martinum vocibus increpantem cur intra monaſterium aliquos ex fratribus, qui olim baptiſmum diuerſis erroribus perdidiſſent, conuerſos poſtea recepiſſet, exponentem crimina ſingulorum &c.

Dæmon antiquus hoſtis.

39 *Ille ait antiquo*) puto ita emendandum fuiſſe cum corruptè eſſet in v. c. ille aptantiquo. Dæmoni veteres dolos obiicit. Tale illud eſt infra lib. 6. *Anguis vt antiqui dirum rapuere venenum.* Idem epiſt. ad Victricium. *Et illico antiqui ſerpentis inuidia concitato in furias Tribuno.* & in Natal. 7. Felicis, de eodem loq.

cui membra vetuſtior hoſtis
Obſidet.

Eiuſmodi formulæ ſæpè occurrunt in libris veterum Theologorum Chriſtianorum.
40 *De miſeris*) v. c. habebat dimiſeris.
41 *Nec deſperarem*) ſic omnino emendandum mihi videtur, cuius loco perperam in v. c. fuit, Nec diſparem. ait Martinum polliceri audere Dæmoni miſericordiam Chriſti, ſi pœniteret & reſipiſcere poſſit, hoc etiam apud Seuerum extat, vti ſup. & Fortunatum l. 2. c. 8.
42 *Dolores*) v. c. doleres.
43 *Confidere quenquam*) vt expleretur verſus ſic repoſui. Erat in v. c. fidere.
44 *Haud procul à ſancto*) habebat v. c. aut procul ſancto.
45 *Vt modulata piis ſymphonia pſalleret*) erat in v. c. vt modo lata repoſui, modulata. Obſerua hîc interim iam tunc temporis in Monaſteriis Pſalmos decantari ſolitos. Sic mox infra.

-Ocyus omnes
Turba ad conſuetos modulamina dulcia pſalmos
Aduolat, & ſanctis ſolatia quærit in hymnis.

Ita etiam accipiendum puto quod ſupra lib. 1. ait, vbi de Cathecumeno mortuo. *-cellamque repleuit,*
Et ſanctas cecinit concors ſymphonia voces.
Idemque lib. 2. vbi de Monaſterio Martini agit, tunc veniſſe monachos ait. *adſciſſet cunctos cum ſueta pretãdi*
Ore & corde Deo referens ſymphonia laudem.
quibus verbis expreſſit quod ſimpliciter dixerat Seuerus cap. 7. libri de Martini vita. Rarus cuiquam extra cellulam fuit egreſſus, niſi cum ad locum orationis cõueniebant. Sigebertus in Chronico auctor Damaſum Papam rogatu D. Hieronimi pſalterium in Gallicanis Eccleſiis decantari inſtituiſſe.
46 *Ac primum*) v. c. hac.
47 *Vana ad faſtigia*) malè v. c. faſtidi, eundem errorem ſupra notaui.
48 *Creber ad illum*) locus mutilus in v. c.
49 *Nec terrere grauem*) ſic ſuppleo v. c. nec terræ. Seuerus cap. 25. Ille ei iram domini, & præſentes plagas, cur ſancto non crederet, comminari.
50 *Donabit vellere*) malè v. c. donauit. Seuerus ib. ecce hac nocte veſtẽ mihi cãdidam dominus de cælo dabit.
51 *Viſis credite*] v. c. viſus.
52 *Facilis laudate fauore*) ſic videtur legendum. In v. c. eſt, faciles laudate fauorum.
53 *Aſpectat vtrumque*) ita emendo pro quo v. c. aſpectum. Deſcriptio eſt mediæ noctis, quam imitatur Fortunat. l. 2. cap. 9.

Interea medias quaſi mox tranſcurrerat horas,
Et rota flexa aquo girabat cardine metam.

54 *Quo ſic*) v. c. quo ſi.
55 *Dedit atque videndum*) malè v. c. viuendum, Seuerus confirmat, qui vbi ſupra, Sabbatium nomine, ait, ad ſe vocat, tunicamque ei qua erat indutus oſtendit.
56 *Inſignem candore & murice*) ex veſtigiis v. c. ita emendo, qui habebat in ſanguinem candore mutice, Seuerus. Erit ſumma mollicie, candore eximio, micanti purpura, nec tamen cuius eſſet generis aut velleris poterat agnoſci.
57 *Hortatu vrgere, ſodales*) de meo vocem, ſodales, adieci, vt verſus expleretur, qui imperfectus erat in v. c. ſic Seuer. Clarus, ait, fratres admonet orationi inſtare.
58 *Et croceo obnubens pallentia*] corruptè erat in v. c. & eruceo obn. pſallentia. vide ſup. hoc lib. 3. num. 33.
59 *Diſiecta nube*] ſic Pithœus, pro quo v. c. diſiecta.
60 *Martine*) v. c. Martini.
61 *Tegmina tela*) malè v. c. tegmine tela.
62 *Diſſiciensque caue*] ita clarè v. c. quam etiam ſcripturam tribus aliis locis offendi in hoc opere, Nam li 5. *diſſiciens ruptis membrorum vincula nodis.* Et eod. li. *diſſiciens ſparſam procul à compage ruinam.* & lib. 6. *diſſiciens longeque ſuis diuortia ripis.* Hæc ego conſulto conſilio obſeruanda duxi, vt ſtudioſis & accuratis de mea fide conſtet. Nam memini viros doctiſſimos, cum hanc vocem in libris veterum offendiſſent, nec intelligerent, ita audacter mutaſſe, aut potius corrupiſſe, vt nec vola nec veſtigium illius in vulgaris editionibus hodie extare mirer. Apud Iuuencum hiſt. Euang. lib 2. paſſim eſt. *Diſſicit ille meis pecoris per deuia paſtus.* Aliæ editiones -*Diſſicet.* In optimo & antiquo exemplari ſancti Benigni Diuionenſis repperi - *diſſicet*, & ſuperadditum erat, id eſt, diſiungit, diuidit, ex quo conſtat ibi legendum diſſicit. Apud Claud Marium Victorem li. 1. in Geneſim vbi vulgo eſt --*ſigeataque limite certo,* *Tempora diſcernens certa ſtatione peracta.* Vetus exemplar quod eſt in manibus meis, habet, *Tempora diſſiciens*, Apud eundem l. 3. vbi editio habet, *ſic tunc in partes populus ſe diſſecat vnus.* Idem exemplar præfert --*ſe diſſicit.* Quinetiam apud Prudentium miror nondum repoſitum hoc verbum fuiſſe. Nam hymno. *Tu Chriſte ſomnum diſſice.* Omnes veteres codices quos inſpexi (quinque vidi) habent ſummo conſenſu. *diſſice.* In quorum vno, ad oram libri, à vetere librario adnotatum erat interpretationis gratia, id eſt, diſperge, vel effuga, vel diſcute. Hymno etiam eiuſdem 2. - *vitamque totam diſſice.* Vett. lib. diſſice, & addunt, id eſt diſcerne. Et in hymno Laurentij -- *Cum membra morbus diſſecat.* Vet. cod. diſſicit. Sed de Prudentio alias dicetur, Deo fauẽte. Quid quod apud Virgilium etiam ea vox corrupta? Nam illo loco,

Diſſice compoſitam pacem.

In meo manuſcripto codice legitur, *Diſſice*, quod etiam Pierius Valerianus monuit iampridem aliiſque locis id ſe inueniſſe profitetur. Et Giſanius ad Lucretiũ teſtis eſt hunc verſum Ouidij ex lib 11. meta. ſic eſſe in v. c. *Diſſicit hos ipſos, colloque infuſa mariti.* Qui tamẽ aiunt ſibi non liquere, & amplius quærẽdum. Sanè etiã Æſopus in vita Alexãdri nondum edita: diſſicit (ait) & egreditur, &c. Opinor etiam ita legendũ apud D. Hier. lib. 2. adu. Iouinian. in fine. Ne carpe, me diſſice, obiice crimina quæ volueris. Vulgò diſſice. Sed penes veteres libros fides ſit. Denique apud Sidonium Apollin. in Panegyr. Maioriani. *fortique lacerto diſſicit ancipiti miſerabile ſinciput enſe.* Ita rectè vetus editio Baſilienſis, malè in alia noua Lugd. repoſitum obſeruaui. Diſſicit.

Diſſico & Diſſicio voces incognitæ.

Iuuenci locus emendatus.

63 *Geſſure furor*] erat in v c. cenſurum.
64 *Conamina*] v. c. conomina.
65 *Plantis mendacibus aurum*] Fortunatus libro 2. capite 10. *Falſa veſte potens cui calceus illicitus auro:* Et Sulpitius Seuerus cap. 25. *auroque redimitus, calceis auro illitis.* Cum hiſce locis non malè conueniet quod in vſu veterum fuit. Nam Atheneus lib. 12. cap. 18. vnius ex amicis Alexandri meminit, qui aureos clauos in calceis crepidiſque geſtabat, Plautus in Bacchid. qui ſoccis habeat auro ſuppactum ſolum. Suetonius in Nero. cap. 30. Nunquam carrucis minus mille feciſſe iter traditur, ſoleis mulas ſi argenteis. Ælius L.

Digitized by Google

pridius in vita Heliogaballi ait Senatuſconſulta ridicula facta fuiſſe de legibus matronalibus, quæ quo veſtitu incederent, & , quæ aurum vel gemmas in caciamentis haberent.

66 *Sub nomine Chriſti)* ſic emendaoi, pro quo male v. c. nomine hoſtis, paulo ante repoſui, credere mēdaci, nam erat in v. c. cedere. Sulpit. Seuerus confirmat. Martine (*ait*) quid dubitas credere, cum videas? Chriſtus ego ſum. Et Fortunatus lib. 2. cap. v. *Credere quid dubitas proprio quod lumine cernis? En ego ſum Chriſtus*, adiuuat quod ſtatim ſubiicit Paulinus, *--male credita Sanctum religio.*

67 *Int* dolum)* locus corruptus in v. c. forte occulerent olidum mellis, &c.

68 *Emeritos celat veneranda caſſide canos)* ita lego, pro quo v. c. & meritus c. v. caſſe decanos. Tale illud eſt Sidonij Apollinaris *-tritus cui caſſide crinis.*

69 *Quo clypeum*] erat in v. c. quæ clypeum.

70 *Regem copiant tuis lis* *)* locus ſic corruptus in v. c. alij diuioabunt.

Fœtor dæmoni tributus.

71 *Florens*) v. c. florans.

72 *Turpi fœtore fateris)* ſuppleui verſū qui ſic erat in v. c. fœto fateris. Nam ſic Sulpitius Seuer. cap. 25. vt fumus euanuit & cellam tato fœtore compleuit, vt, indubia relinqueret Diabolum ſe fuiſſe, apud Fortunatum legitur *-cellam pædore replens Agnitus indicys ſua per veſtigia ſordens, & fœtore ſibi comitante ſatellite fugit*. Cæterū iam ſup. l. 2. no. 76. adnotaui Paulinum ſolere Dæmoni fœtorem tribuere, quibus & iſta adiiciō. D. Hyeroni. in vita Hilarionis. Habebat ſenex (ait) hanc gratiam, vt ex odore corporum, veſtiumq; ſciret, cui dæmoni, vel cui vitio ſubiaceret, hic Arator lib. 2. ca. 35. de dæmone loquens: ne
Hoſpite ſit polluta ſuo templumque decoris
Inficiat prædonis odor. prædooes dici dæmones adnotaui. Infra lib. 6. n. 41.

73 *Semper*) v. c. ſe pet.

74 *Sed leuis animi*) ita corrupte v. c.

75 *Studioque legendi*) erat iu v. c. ſtuqoe legendi.

Catenati labores.

76 *Mutarem laborem ſuccedentem alio*) ſic lego, pro quo v. c. multare laborē ſuccedentē. Fortuoatus hoc attigit *-Cuius erat requies tantum mutare labores.* Sic Martialis l. r. *-Expectant curæq; catenatique labores.* Et Plinius lib. 2. epiſt. 8. tot nexibus, tot quaſi catenis maius in dies occupationom agmen extenditur.

77 *Infectas fauces*) v. c. fluces.

78 *Diro felle*) v. c. viro felle.

Sacerdos id eſt Epiſcopus.

79 *Felle Sacerdotes*) Sulpitius ibidem de obtrectatoribus Martini agens. Non alij fere inſectatores eius (ait) licet pauci admodū, non alij tamen quā Epiſcopi videbantur. Sic enim illū locum ex meo v.c. lego qui nondum emendatus eſt. Hic ergo nbſerua quos vocat ſacerdotes Paulinus, à Sulp. Epiſc. dici, vetere ſcilicet more quem ignorantes nonnulli, opinantur confuſe preſbyteros ſacerdotes appellari. Sic ſupra lib. vbi auctor cœpit deſcribere geſta Martini in Epiſcopatu. *-nunc Pontus erit doctrina cathedra, Clara ſacerdotis magni nunc geſta retexam.* Et aperte Greg. Turon. lib. de glor. confeſſ. cap. 107. decedente ſacerdote apud Nolanam vrbem ipſe in locum Epiſcopi ſubrogatur. D. Ambroſius lib. 5. Epiſt. 30. ſanctus Damaſus Romanæ eccleſiæ ſacerdos.

80 *Quin &*) ita lego v.c. qui nec.

Nubes & nimbi ſaxorum, telorum &c.

81 *Saxorum nube ruinam*) ſic correxi vera coniectura, male enim erat in v. c. ſanctorū nube. De Stephano protomartyre intelligit, qui lapidatus pro inimicis orabat, vt eſt actuū c. 7. eleganter nimbos, & imbres telorum, lapidū &c. dici legimus à veteribus. Sic infra lib. v. de grandine loquens *-protererens crebris nimborū tela ruinis* Appollon. excidij Hieroſ. l. 2. *telorum imber atrox.* Apuleius 8. de aſi. lapidum congeſtus ceſſauit imber. Sextus ruſus in epit. nimbo ſa-

Imber lapidum.

A gittarum obruti ſunt. Ennodius in Pane. Si cælum lancearum imber obtegeret. Quo templo Æſopus in vita Alexādri: velis aerem celauit. Vnde apud Claudianum l. 2. in Ruf. vbi de Xerxe, & telis vmbraſſe diem. Sic lego, male Gryphius & alij *& telis vibraſſe.* Idem Claudianus de nuptijs Honorij *Nec miles pluuia flores diſpergere riuo ceſſat, purpureoque ducem perfundere nimbo.* Ammianus Marcelli. lib. 20. Sagittarū nimbi crebrius volitātes. Idem lib. 26. vbi de teſtudine militari agit: vt miſſilium actus atque ſaxorū per decurſus cadentes labiles, inſtar imbrium euaneſcant. Qui locus arguit ita recte paſſim legi apud Liuium l. 45. vbi de eadem teſtudine: Tela (ait) teſtudini iniecta imbris in modum lubrico faſtigio, in-

Claudianus correctus.

B noxia ad imū labebātur. Nam vir doctiſsimus putauit legendum imbricis, pro imbris. Sed id obiter. De Stephano etiam ita ſcite Prudentius in tetraſt. *-imbri afflictus lapidum.* Et in hymoo Laurentij *-Stephanus per imbrem ſaxeum cælos apertos intuens.*

Titi Liuij lectio defenſa.

82 *Benedicto pectore*) claudicabat verſus in v. c. qui tantum habebat, bene, amat Paulinus ita loqui vt libro 4. *-benedicti luminis hoſpes* & ib. *benedicti ſtramine lecti* & libro 5. *benedictum adſumpſit amicū,* & mox, *benedicti contigit oris.*

C
FRANC. IVRETI NOTÆ AD LIB. IV. PAVLINI DE VITA MARTINI.

1 *Tranſlatio cœpta*) hac de re dixi in præfatione notarum.

2 *gloria nobis*) v. c. glo a.

3 *Magna petentis*) ſic v. c.

4 *Neglecto frigore*) ita v. c. ſed corrupte.

5 *Turbida*) v.c. turpida quæ ſequuntur etiam in illo deprauata ſunt.

Clangor tubarum.

6 *Et clanguentum*) ſic lego pro quo x. & languentiū, ſed vox turbatum ſatis indicat legendū, & clanguentum. Clangor enim tubæ eſt. Virgil. xi. Æneid. *-clamorq; virum, clangorque tubarū.* Quintilianus decl. D 7. ſonabant clangore ferali tubæ. Cæterum hic Paulinus tubæ nomine, Seueri eloquentiam intelligit, vide ſimilem locum ſupra initio lib. 4. nu. 3. vbi dixi.

7 *Irrumpe*) v.c. irrumpere.

8 *Stiria flatus*) erat in v. c. fletus. Sic Virgilius *-ſtiriaque impexis induruit horrida barbis.*

Diaconi olim præfecti arcæ Eccleſiarū.

9 *Antiſtes ſancta c. l. arca*) v. c. antiſtis ſanctæ c. l. arce Obſerua diaconos præfectos arcæ Eccleſiarum.

E 10 *Allegans querulam delato*) erat in v. c. alligans q. delacto Sulpitius dial. 2. cap. 1. Cum ei Archidiaconus dare tunicam diſtuliſſet, irrumpit, diſsimulatum ſe à clerico querens algere deplorans.

11 *Amphibalo caput*) Seuerus, paupere non vidente; intra amphibalum ſibi tunicam latenter eduxit. Et Fortunatus lib. 3. cap. 1.

Gregorius Turonenſ. correctus. Amphibalium,

Qui tunica interius non inſpiciebat amictum
Amphibali exterius dum membra obtecta laterent.

Meminit etiam Gregor. Turon. lib. de glor. confeſſ. ca. 59. de Sancto Traiano. Si nouum, vt adſolet, amphibalū (vulgo amphibolū) induiſſet, cum qoo proceſſurus dioceſim circumiret, fimbriæ huius veſtimē-F ti à diuerſis diripiebantur, alubre omnis homo computans, quicquid ab eo rapere potuiſſet. In vet. lexico Diui Benigni Diuion. Amphibalus, byrrhus viloſus. In alijs quibuſdam gloſis vetuſtis repperi. Amphibalum eſt veſtis ex vtraque parte viloſa.

12 *Teſte remoto*] v. c. remotum.

13 *Subtraxit latus*(erat in v. c. fletus.

14 *Quem munere*] v. c. quæ.

15 *Occulto*] v. c. quæ.

Miſſas agere & tractare.

16 *Precedat Miſſam*] nomē Miſſæ qui meminerit in Mileuitano Concilio extare, feret etiam hîc repeti à Paulino. Vſitatum & hoc nomen D. Ambroſio, Victori vticenſi lib. 2. de Perſ. Vand. qui duobus locis

Sulpitij Seueri locus.

dicit Miſſis agere & tractare, & Seuero Epiſcopo Lamenſi libris de miraculis D. Stephani, quem manuſcriptum habeo. Beda hiſt. Angl. l. 1. ca. 25. Miſſas facere dixit. Cæterum Sulpitius Seuerus vbi ſupra, locum hunc ita expreſſit: Admonet pro conſuetudine expectare in Eccleſia populum, illum ad agenda ſolemnia debere procedere, ſic quidem editiones vulgatæ. Sed ego obſeruaui in editione Aldina anni M. D.II. vocem, Miſſarum, amplius additā, habet enim. Ad agenda Miſſarum ſolemnia? an Aldus ſic in v.c. ſcriptum repererit, neſcio. Certè veriſimile eſt, ex collatione huius verſus Paulini, qui verba Sulpitij aliquoties retinere ſolet.

B

Bigerrica veſtis.

17 *Tum veſt. m octaua ſolidi)* verba Sulpitij Seueri hęc ſunt à proximis tabernis bigerricam veſtem, breuemque atque hiſpidam quinque comparatam argenteis rapit, atque ante Martini pedes iratus exponit. Sic editiones Lazij & Giſelini. Valdè miror cur Aldus in ſua editione legat, à proximis tabernis nigerrimam veſtem, &c. vt de bigerrico, vel de bigerrica ne veſtigium vllum ſuperſit. Suſpicor Aldum credidiſſe vocem eſſe planè barbaram & ſpuriam, eaque ratione ſede ſua deturbaſſe, quæ moneo quia viri docti in ſuis Seueri editionibus hæc non obſeruarunt. Dubitari autem non poſſe iudico quin pura puta dictio Seueri fuerit, quandoquidem & Fortunatus li. 3. c. 1. hanc ipſam retinuit.

Aldi lapſus

C

Bigerrica veſtis.

Induitur ſancto Hirſuta Bigerrica palla,
Vix cui digna foret ſtola lactea, & aurea fulua

Cæterum in vetere lexico D. Benigni ſcribitur. Bigera veſtigia rufa, id eſt vellata, quæ verba obſcura ſunt, niſi vellata ibi ſcriptum ſit, pro vilāta, à vilis hiſpidis. In quibuſdam vetuſtis gloſſis reperi ita ſcriptum Bigerrima veſtis eſt nigra & groſſior. Philippus Robertus, I C. erudit. putat. Bigerras veſtes dici hiſpidas & vilioris precij quę vulgo Tholoſæ, cappes de Bear à Bigerrionib. populis Aquitanicæ Prouinciæ. De veſte ſetoſa Monachorum dixi ſupra lib. 2. num. 56. quæ forte non diſſimilis fuit.

Cappes de Bear. Gallis vnde dictæ.

D

18. *Turpior horret)* ſuſpicor ita auctorem ſcripſiſſe, pro quo corruptè in v. c. turpior otis. Tale illud eſt eiuſdem Paulini quod attigi lib. 2. num. 56. horrentibus ciliciis humiles.

19. *Robur foliorum.)* v.c. robor filiorum.

Ambitio precantis.

20. *In licet iſtis.)* erat in v.c. licet in iſtis.

21. *Rogat ocius ad ſe Aduentum ſancti obtineat miſeranda precantū Ambitio)* ſic perſpicua coniectura locum hunc correxi, qui miſerè deprauatus erat in v.c. cuius ſcripturā proponā. --*rogatus citius ad ſe Aduentum ſancti obtentat me franda precantū Ambitiac* Solenne eſt auctori in bonam partem dicere ambitionē precantis, vt infra. --*miſeranda precantum ambitio.*

E

22. *Nec tardam inuiſtum)* ita lego ex veſtigiis veteris ſcripturæ quæ fuit nec tardicius tam, ſenſus eſt, ne quidem tarda dilatione & mora vſum Martinū, quin ſtatim ad ægrotum pergeret, quem ſciebat iuſta petere. Mox verſu ſequente, repoſui, credidit oblatis, pro quo v.c. obtatis: ait enim Dei gratia factum vt Euantius confideret ſe à Martino poſſe ſanari.

23. *Transfuſam)* v.c. transfuſo.

F

24. *Vnius ſpatia exorata diei)* pro, exorta, quod erat in v.c. emendaui exorata. Nam ſic Seuerus vbi ſupra altera die redire cupientem magna prece detinuit. Et Fortunatus Paulinum ſecutus paulo apertius l 3 c. 2.

Fortunat. emendatur

Supplicat incolumis domus vt mora craſtina tardet,
Hoſpitis & tanti tenet vna diecula vultum.

Sic enim hos verſus emendo, vulgo perperam legitur domini, pro domui, &, temnet, pro tenet.

25. *Lethaliter ictum)* ita ſuppleui verſum, erat in v.c. lector ictum. Sulpitius vbi ſupra, vnum è familia puerum lethali ictu ſerpens perculit.

26. *Ferale malum)* v.c. feriale, fortè quibuſdam placebit, furiale. Sed auctori familiaris eſt vox, ferialis. vt ſup lib 2 *Feriali murmure dentes*, Et lib 3 *Ferialia dicta paterent*, & li. 5. *Ferialia buſta tyranni*. alij etiam auctores illius ſeculi paſſim vtuntur. Hinc ferialis ſecta Imperatori Conſtantino l. 2. c. de Iudæis, & Theodoſio Nou. de Iudæ. gladij, Victori lib. 1. de perſec. Vand. ligna, Minutio Felici in Octauio, vrna Cornelio Tacito l. 3. de vide infra ad l. 5. num. 54.

Feralia.

27 *Ad veri)* v.c. viri.

28 *Poſſit tactu)* v.c. actu. Sulpitius vbi ſup. porrecta manu vniuerſa pueri membra pertractans. Et Fortunatus li. 3. cap. 3. *Sanctus enim tactu mox ſingula membra pererrans.* Sed ipſe. Paulinus ſtatim ſubiecit contactum dextra, *&c.*

29 *Stipauit iuſtum)* verſus hic probat apud Sulpicium vbi, ſupra ſic rectè legi in editione Aldi, & Giſelini. ita uirus ſtipaſſe cum ſanguine, vt ſolet ex vberibus caprarum aut ouium paſtorum manu preſſis, longa linea copioſi, lactis effluere. Nam Lazius perperam, pro ſtipaſſe, repoſuerat, ſerpſiſſe. Tertullianus lib. de Pallio. Serpens, ait, vt ſenium perſenſit, in anguſtias ſtipat, pariterque ſpecum ingrediens, ab ipſo ſtatim limine eraſus, exuuiis ibidem relictis nouus explicat, *&c.*

Stipare locus Sulpit. Seueri confirmatus.

30 *Egit in ipſo?)* Ita correxi, eum eſſet in v.c. turpi errore ſcriptum, augere in ipſo.

31 *Qua publicus agger)* malè v.c. popilius aget. Sulpitius Seuerus dicto Dialogo, cap. 4. per publicum aggerē plena militātibus viris fiſcalis rheda veniebat.

32 *Haud vllo)* v.c. aut.

33 *Impactis innitu)* erat in v. c. innitu.

34 *Progreſſus agebat)* v. c. aiebat. Eundem errorem alibi obſeruaui, iter ager- dixit vt Seuerus lib. 2. hiſt. Sac. quo tutius iter ageret, & dicto cap. 4. iter cum eo agebamus: malè Laſius in ſua editione ſubſtituit, iter cum eo facientes. Vegetius lib. 1. cap. 23. aut ſi iter agitur.

Iter agere.

35 *Verba cadentum)* v.e. vbera.

36 *Verba clamantum)* Sic diſertè in v.c. quod ego obſeruo, quia breuem ſyllabam hic fecit, quam aliis locis ſolet producere. Sanè in ſcriptis veterum Poetarum Chriſtianorum inueni, clamor, prima breui, nam apud Iuuencum hiſt. euang. lib. 3. vbi Aldus, Fabricius & cæteri habent --& pueros templi complentes tecta canore. Codex vetuſtiſſimus & optimus Diui Benigni Diuionenſis refert, tecta clamore.

Clamor prima breuis apud veteres.

Et mox --quæ cauſa canoris: Idem habet, clamoris. Sed & apud eundem Iuuencum lib. 4. vbi vulgo --aduerſo complens caua ſaxa canore: Idem codex legit, clamore, quod etiam confirmatum reperi fide manuſcripti exemplaris quod vtendum mihi dedit P. Pithœus. Itaque non dubito quin illi qua licentia vſi ſunt in aliis dictionibus quales, idolum, Eccleſia, hanc etiam vſurparint in voce, clamor. Quod tamen correctores non obſeruarunt, adeo ſumma fide, ſummoque iudicio ſcripta veterum tractanda ſunt. Denique in manuſcripto codice in quo habetur quoddam carmen Tertulliani, de Niniue, nondum editum ita ſcriptum reperi. Nauticus interea geminus clamor omnia tentat, Pro rate, proque anima, loquitur ibi de naui periclitante.

Iuuenci loci restituti.

37 *Nec ſtandi lex vlla inerat)* Corruptè fuit in v.c. nec ſtandi & xulla inerat. Repoſui ex veſtigiis lex vlla. Innuitque quos turbatos metu ſeſe inuicem miſcuiſſe. Fortunat. vbi ſupra, locum hūc Paulini imitatur: Feruida ſubductum rapuere per inoia currum, Demiſſis auriga rotis, & miles habenis, &c.

38 *Iumenta aduerſi)* v.c. Iumenti aduerſa. Præpoſterus ordo ſcripturæ vt ſæpe in his obſeruaui. Iumenta hic vocat Paulinus, quæ Seuer. vbi ſupra, appellat animalia. Nā veteres animalia ſimpliciter dixiſſe pro --- notaui ad Symmachum lib. 2. epiſt. 27. Cuius in edi-

Animalia pro iumentis dicta.

Digitized by Google

tione altera, Deo fauente, probabo viros eruditos falli, qui hac te non obſeruata, locos apud Diuum Ambroſium corrumpere voluerunt.

Euectio.

39 *Linenter)* Sic v.c. forte liuentes.

40 *Sed corpore flexo)* v. e. fletu.

41 *In cæde morarum.)* v.c. incedere)

42 *Inſano proprius calet ira tumultu.)* Claudicabat verſus in v. c. pius calet. repoſui proprius. Emendatio clara eſt.

43 *Nil voces, nil flagra)* v.c. nihil flagra.

44 *Euectio Regis)* verbum iuris eſt, quo vſus Sulpit. Seuer. lib. hiſt. ſac. 2. per vicarium ac præſidem data euectiones in copia adeſſe compellitur, cum tamen nihil de eo ſpecialiter mandaſſet imperator. D. Hieronymus in vita Hylarionis ſecreto ab imperatore euectionem petiit, meminit etiam Symmachus noſter lib. 4. epiſt. 6. & lib. 7. epiſt. 48. & 105. & lib. 9. epiſt. 20.

45 *Tegmina ſetis.)* De veſte ſetoſa Martini loquitur, de qua egi ſupra l. 2. num. 56.

46 *Via verſa ſacerdos)* ea eſt lectio v.c. deprauato, fortè pia verba, vel, da verba.

47 *Rurſus iter.)* v.c. inter, mox pro, aiebat, repoſui, agebat æger ager iter, vt paulo ante hoc libro.

48 *Omnes denudat)* In v.c. omnes eadem nudat.

49 *Gloria tanta viri minor.)* ſuppleui verba v.c. tanti vi minor.

50 *Commiſſis)* Sic v.c. forte commiſſum.

51 *Caſſos rictus.)* v,c. caſſus tictos.

52 *Lacrymarum flumine malas)* ita emendaui, aperta ratione, cùm eſſet vitioſè ſcriptum in v.c. *-malarum flumine malas.*

53 *Puram vegetauit)* v. c. pura ſenſum purum vocat vt ſupra lib. 3. num. 24.

54 *Deſerit inſenſi)* Malè v.c. infeſſi.

55 *Miſeratus alumni)* Sic reſtitui vera coniect. vt opinor, pro quo malè in v.c. alumen.

56 *Mandati verba.)* Sic v.c. quid ſi leges mandantis?

57 *Ad verba iubentis.* In v.c. aduerſa. Paulo antè ſimilem errorem notaui mox verſu ſequente emendaui, quin & larga, malè v.c. cum & largia.

58 *Vt tranſcurſi ſignauit)* Intelligit librum tertium vbi de Maximo Inpetatore agit illis verſibus *--dicere impoſitum ſibimet errore* iubentum imperij regimen, &c. Sulpitius etiam Seuerus dicto dial. 2. cap. 7. excuſat Maximum quod ei diadema non legitimè impoſitum tumultuante milite, repudiare, vel armis ciuilibus abſtinere non potuerit, magnum imperium, *ait*, nec me periculo tenuit, nec ſine armis potuit teneri.

59 *Deſtitit à precibus.)* Erat in v.c. diſtita precibus.

60 *Ipſa in perſpicuis.)* Videtur ita legendum. Corruptè v.c. ipſa in impicuis, niſi malis conſpicuis. Sed & vox, aſpicuis legitur apud Auſonium epiſt. 24. ad Paulum. Semper in aſpicuis prodentur ſcripta fauillis.

61 *Et quamquam officys.)* Pro, & quantum, quod turbato ſenſu erat exaratum in v.c. emendaui, & quamquam.

62 *Standi virtute.)* Expreſſit auctor verba Seueri vt ſupra: ipſo illo ſedente, eminus ſecundum famulantium diſciplinam ſolo fixa conſiſtit immobilis. Et Fortunatus li. 3. cap. 7. Quo reſidente ſacro ſtetit illa immobilis, atque fercula ſubducens.

63 *Mutauere animum.)* Sic lego imperfecto ſenſo & verſu erat in v.c. mutare.

64 *Illam qua ſimilis ſocy.)* v.c. videtur referre, ſolus repoſui, ſolij, quæ lectio perſpicuè vera eſt. Solium ſimile vocat vt alludat ad dignitatem regiam.

65 *Longè progreſſa.)* Erat in v.c. ſonge, longè dixit quia à finibus orbis venerat, locum hunc etiam deduxit auctor è Sulpitio Seuero, qui hac comparatione vtitur: ſed ſi fides Reginarum eſt conferenda, *ait*, qood mihi liceat Separata myſterij maieſtate dixiſſe, illa expetiit audire ſapientiam: iſta non tantum audiſſet contenta, ſed & meruit ſeruire ſapienti.

66 *Talis.)* v. e. talis.

67 *Fœmina)* Sic emendo malè v.c. ſemina.

68 *Quàm multos licet exiguo laxata ſereno.)* Certum eſt ita componi debuiſſe hunc verſum, corruptum turpiter in v.c. in quo legebatur, quam multo ſcilicet exigua lax ſer. ſtatim; pro confidere fluctus quod erat in v.c. emendaui, conſidere, & pro, ſæ dauid, lego, ſedauit. Intelligit Paulinus de rigore propoſiti prudenter Martinum paululum remiſiſſe, inde enim factum vt rei plures vinculis ſoluerentur, quod etiam Sulpitius explicat clarius vbi ſupra. Propone, ait, tibi ante oculos captum in Palatio Imperatoris precibus ambiri, reginæ fide cogi, temporis neceſſitate conſtringi, vt clauſos carcere liberaret. exiliis datos reſtitueret, bona adempta redderet. Hæc quanti putes conſtare Epiſcopo debuiſſe, vt pro his omnibus non aliquantulum de rigore propoſiti relaxaret? Et Fortunatus. *Hoc Martinus agit quo clauſos carcere laxet. Exilio ductos laribuſque reducat auitis.*

69 *Nomine ſexus)* ſic correxi certa emẽdatione cũ inueni ſcriptũ in v.c. nomina ſaxis. Excuſat hic Martinũ Paulinus, quod à Maximi Imperatoris vxore, conuiuio exceptus fuerit. Sed hic obiter illud admonebo Sulpitium Seuerum in deſcriptione huius hiſtoriæ dialogo 2. cap. 7. totum etiam eſſe, vt Martino nemo vitio vertat quod precibus coactus Imperatoris, & Reginæ fide, & temporis neceſſitate, iam ſeptuagenarius in omni vita ſemel tantum permiſerit ſibi ſoli cœnam exhiberi à Regina ſola, non vidua libera, non virgine laſciuiente, ſed ſub marito viuente. cum nulla vnquam Martinum fœmina contigiſſet. Demum clericis reſpondet venuſte, qui hoc exemplo abuti volunt, aut defendere, vt fœminarum conſortia ſibi non eſſe interdicta dicant. Paulinus vero hoc loco non eſt ſecutus Sulpitium Seuerum (vt tamen ſolet) nam alio colore excuſat factum Martini, quam fecit Seuerus. Indicat enim neminem culpæ imputare debere quod fœminæ potius facilem ſe exhibuerit, quam viro cuipiam, quia fides plus quam ſexus mereri iſtud videbatur, ac ſuſpicor id de induſtria feciſſe Paulinum, ne quis iniquus arbiter calumniatetur, quod haberet vxorem ſuam Thereſiam comitem.

Conſortia fœminarũ clericis interdicta quia ſuſpecta.

70 *Non artis meritum)* ea eſt lectio v.c. quæ tamen mendum redolet. Nam vox, artis, quo pertineat, non video, forte, non partes, id eſt vir vel fœmina.

71 *Natura humani)* Sic habet v.c. corrupto ſenſu, vt palam eſt, arbitror auctorem ſcripſiſſe natura, vni vt innuat meritum fidei æque extendi ad fœminas vt homines.

72 *Compererim breuibus)* litteris male diulſis à ſe inuicem erat ſcriptum in v.c. comperet in breui.

73 *Et ferrent)* v.c. fetent.

74 *Rurſus iter feſtinus agit)* pro, inter, quod erat in v.c. repoſui, iter familiaris eſt locutio, Paulino, iter agere vt ſupra hoc libro attigi.

75 *Tum vero fidelis)* ſolemne eſt antiquiſſimis Poëtis Chriſtianis coniunctionem, vero, in fine natura longam facere breuem, quod etiam Fabricius monuit in commentario ad poëtas Chriſtianos. Sic Paulinus infra hoc lib. 4. Cum vero viriles in campos propetant acies, Auſonius epigram. 118. *Pars te Furippum vocitat pars vero Furippum.* Sic optimi lib, male quidam ſubſtituunt, pars vera. Eodem exemplo etiam obſeruare licet Virgilium corripuiſſe aduerbium ſero l. 4. Georg. *-nec ſero comantem Narciſſum.* Ita enim habent quidam v. c. & ipſe Seruius videtur confirmare.

Vero vltima breui.

76 *Solium Doctoris adorant)* erat in v. c. ſolum, pro, ſolium. Sulpitius Seuerus dicto dialog. 2. cap. 8 poſt diſceſſum illius, ait, cũctæ in ſecretarium illud virgi-

Soliũ Martini adoratum.

nes irruerunt adlambunt ſingula loca vbi aut ſederat vir beatus, aut ſteterat. De hac te vide notas ad librum ſextum infra num. 69. mox ſtatim erat in v. c. officio doctoris rapom. forte docto. A

77 *Tentauere pro tepefactum*) pro, tepefactum, erat in v. c. tefactum nullo ſenſu idoneo, fœnum corpore tepefactum appellat ob humorem vel ſudorem qui è corporibus dormientium fluere ſolet.

78 *Totieſque fugatus*) v. c. quotienſque repoſui, totieſque. Idem plane locus ſupra lib. 3. *eliſus totiot, toties conamina perdens.* Illud interim admonebo, in v. c. ſcriptum totiens, & quotiens more veteribus librariis vſitato. B

79 *Cornua gutta*) vox, cornua, videtur ex ſequente verſu hic inculcata fuiſſe in v. c.

80 *Vix orebor anhelitus auras*) particulam, auras, de meo addidi, & pro, dux, quod corruptè exaltabat in v. c. repoſui, vix, ex coniectura P. Pithœi.

81 *Atque onere abiecto.*) Sic emendo, pro quo malè in v. c. atque honore onus appellat ſeſſorem buculæ.

82 *Trepidantia verba loquentis.*) v. c. trepidum vide infra lib. 4. num. 78.

83 *Iam ſi continuum laxaſſet fronte rigorem.*) Sic lego hũc verſum, pro quo erat in v. c. contiguum lax, forte rig. Nam paulo ante idem Paulinus rigorem etiã frõte tribuit de Martino agens. *Quã multos licet exiguo laxata ſerens, fons pia,* &c. Ide error idfra l. 5. n. 3. C

84 *Cum grauitate catus*) Verſus poſtulat vt ſic legamus. Error enim v. c. in quo, cautus.

85 *Pollicea corneus obductum.*) Eo ordine hic verſus reponi debuit, quia perperam in v. c obductum cernens pellicia.

86 *Cum poſt.*) Malè v. c. cum poteſt.

87 *Rurſum noua gratia vallet*) Sic lego, pro quo erat in v. c. ſurſum in g. valet. D

88 *Idem detractis.*) Corruptæ in v. e. id eſt detractis

89 Aſt homines brutæ pecudi ceſsiſſe.) Suſpicor, niſi me cõiectura fallit, ita auctorem ſcripſiſſe, & ſi quis veſtigia veteris ſcripturæ diligenter ſequetur, videbit rem ita ſe habere. Sic enim v. c. *at binos bruto oec.*

90 *Si mage munifico v. nos p. cenſu.*) Iterum ſic lego malè v. c. *ſi munificus v. nos p. ſenſu.*

91 *Adroſo*) v. e. adroſam.

92 *Prontque ſucrantum ora bonum.*) Ea eſt lectio v. c. mihi ſuſpecta. Nam quid ſibi velit vox, ſucratum, non aſſequor, nec memini alibi me legiſſe.

93 *Partem aliam illæſi*) Ita ſcribo, pro quo v. c. inliſi, Sulpitius Seuerus dial. 2. cap. x. emendationem confirmat. Par cætera, ait, quæ manebat illæſa, diuerſis floribus quaſi picta vernabat. Et mox idem Paulinus ſubiicit, *illæſi loca ſingula prati.* E

Gemmæ in vitibus.
94 *Curuant purpurea gemmentia germina gutta*) Sic videtur hic verſus legendus, cum ſit in v. c. curuant purp. geminantia germine g. alludit enim auctor ad gemmas quæ tribuuntur vitibus. Plinius nat. hiſt. lib. 17. cap. 21. hæc vocatur (ait) in vite gemma dum ibi ceſpitem facit. Ouidius 1. faſtor. *Et noua de grauido ceſpite gemma tumet.*

95 *Ad lapſo ſtringens*) v. c. habebat, ad lapſos trigens.

96 *Neglecto hoc nomine.*) v. c. videbatur referre, neglecta hoc nomen. Sulpitius Seuerus dial. cap. 12. miles quidam, ait, cingulum in eccleſia monachum profeſſus abiecerat, &c. Fortunatus lib. 3. cap. 14. *Miles item monachum profeſſus cingula linquens* Sic legendum apud Fortunatum, vulgo malè, ſingula. De cingulo enim militari loqui manifeſtum eſt, de quo multa mentio in libris veterum. F

97 *Occapit*) Erat in v. c. hoc cæpit.

Fortunat. correctus.
98 *Secula mundi*) Vox mundi, videtur addenda eſſe vt carmen expleatur, quod imperfectum eſt in v. c.

99 *Thalamis.*) v. c. thalamus.

100 *Confixerit*) v. c. confixerit.

101 *Turgida flatu ſerica*] de vexillis & ſignis militaribus intelligit, vt puta draconibus, quorum mentio frequens in libris veterum, vt apud Prudentium hymno 5. *ſignaque bellica.*

Prætendunt tumidis clara draconibus.

Claudianus lib. 2. in Rufinum *--metuenda voluptas*

Cernenti, pulcherque timor, ſpiriſque remiſſis

Manſueſcunt varijs vento ceſſante dracones.

Idem panegyrico in ſextum conſulatum Honorij,

-quod fixa draconum) ſic enim recte quidam excuſsi codices habent, pro quo in alijs repperi, quid feſſa, non tamen bene)

B *Ora velut, ventis fluitent, an vera minentur*

Sibila, ſuſpenſum rapturi faucibus hoſtem.

Eo reſpexit Sidonius Apollinaris Epiſcopus in Panegyrico dicto Moriano *-iam textilis anguis*

Diſcurrit per vtramque aciem, cui guttur adactis

Turgeſcit Zephiris patulo mentitur hiatu

Iratam pictura famem: pannoque furorem

Aura facit, quoties craſſatur (Forte graſſatur) *verſtile tergum.* Sidonius Apollinaris reſtitutus.

Flatibus. & nimium iam non capit aluus inane.

Sic enim ille poſtremus verſus diſtinguendus & C legendus eſt, qui corruptè à quibuſdam citatus & diſpunctus fuit hoc modo, & nimium, nam non capit. Pictos autem fuiſſe eiuſcemodi dracones ſeu ſerpentes, indicat ille verſus eiuſdem Claudiani, de conſulatu Honorij.

Hi volucres tollunt aquilas, hi picta draconum

Colla leuant, multuſque tumet per nubila ſerpens, Picta vexilla Draconum

Iratas ſtimulante Noto, viuitque receptis.

Flatibus, & vario mentitur ſibila tractu.

Purpureos fuiſſe idem poeta liquidò oſtendit lib. 2. in Rufinum. *-videres* Purpurei dracones.

D *Surgere purpureis vndantes anguibus haſtas,*

Serpentumque vago cælum ſæuire volatu.

Ammianus lib. 15. *cultu purpurea draconum & vexillorum inſignibus ad tempus abſtracto.* Idem lib. 16. circa finem *per purpureum ſignum draconis ſummitati haſtæ longioris aptatum.* Et antea eod. lib. teſtatur aurũ, gemmas & eiſdem vexillis adhiberi ſolitas. *Alios purpureis* (ait) *ſub ſegminibus texti circũdedere Dracones* (ait) haſtarũ aureis gemmatiſque ſummitatibus illigati, hiatu vaſto perflabiles, & ideò velut ira perciti ſibilãtes, caudarũq; volumina relinquentes in ventũ. Inde etiam eſſe puto quod Olympius Nemeſianus E vocat aurea ſigna, cuius hi ſunt verſus lib. Cynegitic. Aurum & gemmæ in vexillis

Aurea purpureo longè radientia velo

Signa micans, ſinuatq; trucos leuis aura Dracones.

102 *Vexilla virorum.*) Sic omnino emendandus verſus, quem librarius in v. c. corrupetat malo ſuo ſcribendi more: habebat enim, vix ille virorum. Iam ſupra libro 20. huiuſmodi errores attigit, locum verò iſtum de fœminis in caſtra non admittendis, acceptum à Seuero, vbi ſupra, ſuauiſsimis verſibus Paulinus reddidit. Videri poteſt eò alluſiſſe Prudentius lib. 2. in Symmachum, vbi de ſimulacro Deæ Victoriæ agit.

Quid miles proprijs diffiſus viribus aptas

F *Irrita fœminea tibimet ſolatia forma?*

Nunquam penniger am legio ferrata puellam

Vidit, anhelatum regeret quæ caſtra virorum

Seruius in illud Virgilij lib. 8. de Antonio agitur & Cleopatra. *-Vltima ſecum Bactra vehit ſequiturque, nefas Ægyptia coniunx.*

Exclamatio eſt, ait, non in eo tantum quod Ægyptiam Romanus duxerit, ſed etiam quod mulier caſtra ſequebatur, quod ingenti turpitudini apud maiores fuit. Vnde bellaturus Pompeius in Leſbo reliquit vxorem. Scitum eſt etiam quod refert Ælianus hiſtoriæ animalium libro 10. cap. 16. ſcarabæorum genus expers eſſe fœminei ſexus, ideoq; in mo-

Digitized by Google

te fuiſſe poſitum Ægyptiis, vt bellatores ſcarabæum in digitis inſculptum haberent, ex eo adumbrante legislatore, ſolos omnino mares pro patria bellum gerere oportere. Illud tamen adiiciam legibus Imperatorum Romanorum tributam fuiſſe licentiam militibus, vt ſecum haberent in acie coniuges & liberos conſtat ex conſtitutione Conſtantini l. quicunque C. de re militari.

Solatium vxoris.

103 *Qui vero*] v. c. viro. Idem error ſupra hoc lib. 4. num. 27.

104 *Solatia temnat*] id eſt vxorem. Nam ſic Sulpitius Seuerus vbi ſupra, ſe ſolo coniugis vti velle ſolatio. Sic Anianus vetus interpres in l. 44. cod. Theod. de Epiſcop. & cler. Ille mulieres, ait, ſunt in ſolatio retinendæ quæ in coniugio fuerint ante officium clericatus.

105 *Tam docilem*) erat in v. c. talem docilem.

106 *Quam tibi quam*) verſus hic ſic deprauatus extat in v. c. diuinare non potui quemadmodum reponi debet.

107. *Mundi & faſtigia temnit*) faſtidia, erat in v. c.

Laudem merere vitando.

108 *Laudem vitando mereris*) ſic rurſus correxi ex coniectura, nec dubito quin ex mente Paulini. Extat in v. c. viuendo mereris, antitheſis hic elegans, qualis eſt iam lib. 3. vbi de Martini eiuſdem humilitate & modeſtia agit *-laudandus vtroque, Dum laudem fugiendo capis vitando mereris.* Et l. 5. *& meritum reuerende probans hoc dignior extat.*

FRANC. IVRETI NOTÆ AD PAVLINI LIB. V. DE VITA Martini.

1 *Iucundita murmura votis*) ita correxi, pro quo in v. c. iocnocta murmura, vocat incondita murmura verſus ſuos, modeſte de ſe ſentiens.

2 *Rubor eſt*) erat in v. c. ſi ruborem.

Frons attrita.

3 *Attrita nimium tentas prætendere fronti*) ſic emendo, nam corrupte in v. c. erat, vt tritæ o. t. p. forti, ait ſe pudorem exuiſſe qui audaci fronte Martini laudes andeat decantare. Similis omnino locutio ſupra l. 4.

-quos cogit erumna
Attrita expoſitum frontis vulgare pudorem.

Sic ſupra lib. 4. in v. c. pro fronte, erat ſcriptum perperam, forte, illo verſu, *Iam ſi continuum laxaſſet fronte rigorem.* vt ibi adnotaui, num. 83. & infra lib. 6. numero 19.

4 *Excute marcentem*) ea eſt lectio v. c. ſed quo referatur, vox marcentem planè mihi non liquet, forte rectius, marconem, niſi malis verſum integrum ita legere.

Excute marcentem depreſſa morte ſoporem.

5 *Ac faciat brutam*) De aſina loquitur, de qua in ſacris ſcripturis Numer. cap. 22. & ipſemet Paulinus infra in epiſt. ad Perpetuum. Iteratò aſinæ ora reſeraſtis qui mihi loquendi fiduciam præſtitiſtis.

6 *Carnotena iacent.*) Ita corrigo, pro quo erat in v. c. carteouna, nam Sulpitius Seuerus dial. 3. ca. 2. vbi hæc hiſtoria narratur: res (ait) in Carnotena geſta eſt ciuitate. Paterfamilias duodecennem ab vtero mutam puellam, *&c.* Et Fortunatus l. c. 1.

Carnotis interea genitam pater anxius ægram
Ex vtero mutam &c.

7 *Reſerauerat*) v. c. reſerat vera.

8 *Alij ſunt*) ſic v. c. fortè, aliis.

9 *Genibus connexus & hærēs*) erat in v. c. connexibus & hæiens. Repoſui, connexus, ſiue connexos, quia infra hoc ipſo libro, ſimilis locutio. *Nam ſimul à Domino ſemper connexus & hærens*, genua ab antiquis miſericordiæ dedicata fuiſſe Plinius lib. 11. cap. 45. indicat, dum inquit. *Hominis genibus quædam & religio eſt in obſeruatione gentium. Hæc ſupplices attingunt, ad hæc manus tendunt. Hæc vt aras adorant, fortaſſis quia ineſt iis virilitas*, &c. Quem locum Plinij (vt id obiter) non ſatis bona fide interpres Gallicus Pinetus videtur mihi reddidiſſe, Valer. Maximus lib. 5. cap. 3. tam luctuoſam illum opem genibus annixum oraſſe. Plautus in Ciſtell. anus ei amplexa eſt genua, plorans, obſecrans. Idem in Rud. *Per ego hæc te genua obteſtor ſenex.* Apuleius lib. 9. de aſino currit ad extrema ſubſidia ſimulanx quærere ad commouendam miſerationem, genua eius velle contingere.

10 *Iam Martini*] v. c. Martinum.

11 *Deprimat &*] v. c. depremat.

12 *Adiunxit ſocios*] Sulpitius vbi ſupra, iubet circunſtantis populi multitudinem ſubmoueri, epiſcopis tantùm & puellæ patre aſſiſtentibus.

13 *Sed corpore pronus*] verſum ita emendaui, cum vitioſè ſcriptum eſſet in v. c. *ſed corpore plenus*. Exprimere enim voluit verba Sulpitij Seueri, vbi ſupra. In orationem, ait, ſuo illo more proſternitur. Et Fortunatus l. 4. c. 1. in narratione huius facti. — Prono corpore orabat Martinus.

Sternitur ergo ſolo tacitus prece, ſydera pulſans,
Corpore fuſus humi, volitans ſuper æthera ſenſu.

Sed & ipſemet Paulinus aliis locis morem Martini in orando attingit, vt infra lib. 5.

-& prono duram tellurem eludere viſu
Adſueta adiectis duplicans ieiunia pœnis.

vbi notaui num. 117.
Et alio loco eiuſdem libri

Namque ſolo adclinis tranſibat ſydera voto
Spe dominum tangens ſanctus, ſed corpore pronus,
Corde humilis, celſus merito, &c.

Diuus Auguſtinus lib. de cura pro mort. age. cap. 5. Orantes de membris ſui corporis faciunt, quod ſupplicantibus congruit, cum genua figunt, cum extendunt manus, vel etiam proſternuntur ſolo, & ſi quid aliud viſibiliter faciunt, quamuis eorum inuiſibilis voluntas, & cordis intentio Deo nota ſit, &c. Claud. Marius Victor l. 2. in geneſ.

-docuit res vltima, ſummi
Auxilium ſperare patris: proſtratus vterque
Membra ſolo, &c.

14 *Properat quo præceſſère*] erat in v. c *properant quo præceſſerat*. De cælo intelligi ſenſus arguit.

15 *Eripuit pater, atque auditam*] puto ſic reſtituendum, pro quo corruptè in v. c. atque auctam. Pro, eripuit, quod eſt in v. c. poteſt legi, erupit. Verba Seueri hæc ſunt. Patris nomen interrogat, mox illa reſpondit. proclamat pater cum gaudio pariter lachrymis, Martini genua complexus, & hanc primam ſe filiæ audiſſe vocem cunctis ſtupentibus fatebatur. Nec malè Fortunat. l. 4. c. 1.

Reſponditque patris nomen pia filia dulce,
Ventre prius genita, hic viſa eſt, quaſi voce renata;
Reddit adulta vetus lactantes ore ſuſurros,
Incipiens tenere proſcindere verba rotatu.

16 *Cuius me memorem medicati infuſio ſucci*] hunc etiam verſum deprauatiſſimum in v. c. ex ingenio & coniectura nitori ſuo reſtitui, ſecutus veſtigia ſcripturæ, quā ſi ſagax & acutus lector diligenter animaduerterit, aut fallor, aut nihil aliud referre poſſe iudicabit. Verba hæc erant in v.c. — Medicatus ſuccus.

Cuius memorem dicat infuſio ſucci.

Vocat Paulinus infuſionem ſucci medicati, oleum à Martino benedictum, cum exorciſmi (vt Seuerus) præfatione, atque in os puellæ, cum & linguam illius digitis teneret, infuſum. Sic ſupra l. 2.

Digitized by Google

Singula continget medicato chriſmate membra. A
De eiuſmodi oleo benedicto à Martino ibi etiam agit.

17. *Seruando ea ducta ſalutis)* hæc verba ſic corrupta extant in v. c. quæ mihi ſanare difficile eſt ſine altero exemplari, niſi forte placeat legi. *Vaſa oleo opplere, & ſeruanda adducta ſaluti.* Cæterum iſtis verſibus deliteſcunt obſcura veſtigia vetuſtiſſimi moris Eccleſiæ, quæ merentur vt eruantur. Nimirum ſolebant tempore Paulini oleum benedicendum & conſecrandum offerre viris ſanctitate conſpicuis, quo poſtea vtebantur ad propulſandos morbos. Sulpitius Seuerus dialogo 3. cap. 3. *Non prætermittendum videtur, Auitiani comitis vxorem miſiſſe Martino oleum, quod ad diuerſas morborum cauſas neceſſarium (ſicut eſt conſuetudo) benediceret.* B Et paulo poſt. *Vas vitreum cum oleo quod Martinus benedixerat,* &c. Diuus Hieronymus in vita Hilarionis. *Concurrebant Epiſcopi, presbyteri, clericorum & Monachorum greges, matronæ quoque Chriſtianorum grandis tentatio, & hinc inde ex vrbibus agris vulgus ignobile, ſed & potentes viri & Iudices, vt benedictum ab eo panem vel oleum acciperent.* Sic ille. Sanè ſæpè legimus varios morbos curatos fuiſſe à viris ſanctis, adhibito oleo, & facta deſuper oratione. Sic Paulinus ſupra lib. 2. narrat. Treueris paralyticam ſanatam fuiſſe à beato Martino hoc medelæ genere. Et ſupra hoc ipſo libr. 5. refert puellam mutam infuſo ori oleo cœpiſſe loqui, quod etiam extat apud Seuerum lib. de vita Marti. cap. 15. & dialogo 3. cap. 2. Ruffinus hiſtor. Eccleſ. lib. 2. cap. 4. de Iſidoro, Macario, Heraclide, & Pambo Antonij diſcipulis agens, teſtis eſt ad illos delatum C fuiſſe hominem membris omnibus aridum, mox ab eis in nomine Domini oleo perunctum, ſtatim conualuiſſe. Quod confirmat Sozomenus hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libro ſexto capite 20. quin etiam libri 6. capite 29. meminit alterius ſenis (cui nomen Beniamin) hoc doni habentis à Deo, vt ſine pharmacis, ſolo contactu manus, aut oleo, addita precatione quouis morbo ægrotantes liberaret. Diuus Hieronymus vbi ſupra. *Benedicto itaque oleo vniuerſi agricolæ atque paſtores tangentes vulnera, certam ſalutem reſumebant.* Et paulo poſt. *Cuius generum & filiam de morte liberauit vnctione olei.* Tertullianus lib. ad Scapulam: *Seuerus pater Antonini, ait, Proculum Chriſtianum, qui eum per oleum aliquando curauerat, requiſiuit, & in palatio ſuo habuit vſque ad mortem eius.* D Denique huc etiam mihi referenda videtur formula orationis relatæ à Diuo Clemente in libris conſtitutionum Apoſtolorum, lib. 8. cap. 35. Per Chriſtum (inquit) ſanctifica hanc aquam & hoc oleum, in nomine eorum, qui attulerunt, & da virtutem ſanitatis effectricem, Dæmonum fugatricem &c. Qui locus ſatis probat morem hunc ab ipſis Apoſtolis deriuatum fuiſſe. Vbi & interpres Bouius ex Diuo Thoma adnotat, anachoretas, qui in Ægypti ſolitudine vitam ducebant, vicinis mittere ſolitos oleum benedictum ad curandos morbos idoneum. Neque vero prætermittam quod legi apud D. Proſperum Aquitanicum lib. de dimidio temporis cap. 6. nimirum ſuo E tempore quendam extitiſſe pſeudomonachum, qui quædam ſigna curationum ſe operari fatebatur. Cumque circa cæcos & claudos (vt loquitur Proſper) fantaſticos quoſdam ageret luſus, eoſque oleo, neſcio cuius mortui oſſis liniret, vt ſibi viſus greſſuſque redditos æſtimabant, diſcedentes in illis quibus antea tenebantur infirmitatibus permanebant. Sed in his proditum ſeſe cognoſcens ſeductor ille aufugit &c.

Mos veterum in oleo benedicendo, cuius ad medelas varias idoneus vſus erat.

Exempla huiusrei.

Mos fluxit ab Apoſtolis.

Hoc verò oleũ diuerſum erat ab eo quod Pontificis benedictione conſecratur.

81 *Variatis patronos.*) Malè erat in v. c. patronus. Solemne eſt Paulino ſanctos Dei, appellare patronos, vt ſæpè in his libris, & panegyrico 3. in Felicem, & ep. 13. ad Seuerum. & apud D. Auguſtin. lib. de cura pro mort. cap. 4. &c. 18. D. Ambroſium lib. 10. in Lucam c. 21. & Prudentium hym. 1. & 2. coronatum.

…ncti Pa… …oni dicti. …cum

Cæterum illud etiam hic animaduerſione digniſſimum eſt quod addit Paulinus, nec temerè alibi ſcriptum inuenies, ſua ætate illud oleum, de quo paulo ante dixi, vaſculis puris concluſum recondi ſolitum à Chriſtianis, in ſacris locis, puta memoriis & ædiculis martyrum, qui in dies clareſcebant miraculis, vt ſcilicet defluens deſuper cæleſtis gratia in liquorem magis efficax redderetur ad pellendos ſuo tactu morbos, hinc inſuper colligo, maximè in oriente hunc morem inualuiſſe, in vrbe Bethleem, in Caluariæ loco apud ſepulcrum Chriſti, & in monte Oliueti. Quæ nomina ſubaudita lucem addunt iſtis verſibus obſcuris.

Iſtud ſeruari ſolitum in templis martyrum.

Nimirum illo verſu. *Aut quibus in cunas verbum veniſſe beatas* (malè in v. c. beatus) intelligit vrbem Bethleem, vbi Chriſtus natus eſt, qui verbum patris. Mox ibi. *Aut vbi contigna* &c. innuit Caluariæ locum in quo Chriſtus crucifixus fuit, & tenebræ factæ.

Et in templis Bethleem.

Caluariæ.

Statim vbi ait, *Aut vbi diſrupti* &c. exprimit hortum in quo idem ſepultus. Vbi diſrupit, quod erat in v. c. ſcripſi, diſrupti.

Sepultura

19 *Subdita membris.*] Ita emendo, pro quo perperã erat in v. c. mentis. Sequentibus autem verſibus, ibi

- *excepit felix veſtigia tellus* &c. montem Oliueti intelligo, in quo videntibus diſcipulis Chriſtus in cælum aſcendit. Et quia hic obſcurè Paulinus indicat nunquam artificum manibus adornari potuiſſe locum illum in quo veſtigia pedum Chriſti aſcenſuri in cælum, ſupererant: placeat ſubnectere quæ hac de re mira idem Paulinus retulit eleganter epiſt. 11. ad Seuerum, vt ſuipſius ſit interpres *Mirum verò inter hæc (ait) quod in Baſilica aſcenſionis locus ille tantum, de quo in nube ſuſceptus aſcendit, captiuam in ſua carne ducens captiuitatem noſtram, ita ſacratus diuinis veſtigiis dicitur, vt nunquam tegi marmore, aut pauiri receperit, ſemper excuſſis ſolo reſpuente, quæ manus adorandi ſtudio tẽtauit apponere. Itaque in toto baſilicæ ſtrato ſolus in ſui ceſpitis ſpecie virens permanet, & impreſſam diuinorum pedum venerationem calcati Deo puluere perſpicua ſimul, & adtigua venerantibus arena conſeruat, vt verè dici poſſit: adorauimus vbi ſteterunt pedes eius.* Hæc Paulinus. Quibus etiã ad affinitatem, adiiciam verba Sulpitij Seueri ſacræ hiſtoriæ lib. 2. quæ imitatus eſt Paulinus. *Illud mirum (ait) quòd locus ille in quo poſtremum inſiterãt diuina veſtigia, cum in cælum Dominus nube ſublatus eſt, continuari pauimento cum reliqua ſtrauerunt parte non potuit. Siquidem quæcumque applicabantur, inſolens humana ſuſcipere terra reſpueret, excuſſit in ora apponentium ſæpe marmoribus, quinetiam calcati Deo puluerís adeò perenne documentum eſt, vt veſtigia impreſſa cernantur. Et cum quotidiè confluentium fides certatim Domino calcata diripuit, damnum tamen arena non ſentiat, & eadem adhuc ſui ſpeciem, velut impreſſis ſignata veſtigiis, terra cuſtodit.* Sic Seuerus. Qui duo ſcriptores (quod huc pertinet) illud etiam referunt, Helenam matrem Conſtantini, magno ſumptu, Baſilicis ędificatis, contexiſſe & excoluiſſe loca, in quibus ſalutaria nobis myſteria pietatis ſuę, incarnationis, & paſſionis, & reſurrectionis, atque aſcenſionis ſacramentis Dominus impleuerat. Et proculdubio illa templa ſunt, in quibus Paulinus innuit tacitè iſtis verſibus, oleum benedici & aſſeruari ſolitum.

Et aſcenſionis Chriſti.

Nimirum de Baſilica aſcenſionis in qua veſtigia pedũ Chriſti adhuc reſtat, quæ nunquam tegi potuerunt.

Puluerem veſtigiorũ Chriſti, fideles religioſè aſportant.

Helena conſtruit templa.

20 *Amotas p. r. retentant)* erat in v. c. *ammotus p. r. retentat.*

21 *Sacris credita mãdens)* ita lego, pro quo v. c. *mãdens.*

22 *Credidit cõmiſſum*] ſic ſuppleui ſcripturam imperfectam v. c. in quo fuit, *credidit e miſſum.* Hanc verò fœminam, cuius nomen reticet Paulinus, fuiſſe vxorem

Auitiani Comitis, teſtantur Sulpitius Seuerus Dialogo 3.cap.3.& Fortunatus lib.4. cap. 2. mox quod Paulinus de votis ad ſepulchrum Domini transferendis obiter attingit, ad ſuperiora referendum eſt ibidem.

Aut vbi disrupti felicia concaua fuxi &c.

23 *Pietas vicina)* addita littera verſum ſuppleui, cum eſſet in v.c. *vicia.*

24 *Vexillum complexa crucis)* erat in v.c. *vix illum.* De hac ſcriptura iam dixi ſupra lib. 2. num. 35.

25 *Sedula vitro)* ita correxi, cum deprauato ſenſu ſcriptum repeteriſſem in v. c. ſed vna vitro. Pro *canenti*, autem, quod eſt in v.c. Pithœus mauult, candenti.

26 *Vaſcula manſuris)* malè erat in v.c *manſuram*, hiſtoria Eliæ Prophetæ quam hîc obiter tangit, extat lib.3.Regum cap.17.

27 *Narrare valebo)* habebat v.c. *volebo.*

28 *Muxto extentius)* v.c. *extentius.*

Seue. Sulpitij libro duo ſacræ hiſtoriæ.

29 *Diſtenta & ſcripta coarctans hiſtoria)* corruptè erat in v c. *d ſtēto & ſcripto coartans* Intelligit duos libros Sulpitij Seueri hiſtoriæ ſacræ, cũ ait illum coarctaſſe ſacrũ canonem, & diſtentam hiſtoriam, id eſt (vt vtar verbis ipſius Seueri) res à mundi exordio ſacris litteris editas breuiter conſtrinxiſſe, & cum diſtinctione tẽporum vſque ad memoriam ſuã carptim dixiſſe. Puto Gennadium horum librorum meminiſſe, cum adnotat Seuerum compoſuiſſe chronica. Non enim expreſſè rem deſignat.

30 *Exanguis ſtupuit domino pallente miniſter)* ſic emẽdaui corruptam lectionem v. c. qui habebat. *Ex ſanguinis ſtipuit domino pallemmis ter.* Perſpicua emendatio eſt. Innuit puerum metu exterritum, ob lapſum ampullæ olei.

31 *Ex ſonitus)* ſic v.c. quid ſi legas, *attonitus?*

32 *Tinnituque vago*, erat in v.c. *vaco.*

33 *Inleſit ſemet. ſumit)* locus iſte ita cum næuo extat in v.c. Pithœus pro, *ſumit*, legit *ſummis.*

34 *Mutata putares)* v.c. *potures.* Fortunatus lib.4. cap. 3. Paulinum ſic imitetur.

Nullaque rima patet, nec facta in vaſa cicatrix,
Sic liquor interior faciè exteriora tueri,
Et quem tuerari decuit ſua tegmina texit,
Ne vitrum deperéant, oleum cuſtodia ſeruat,
Incluſuſque humor proprium defendit amictum,
Ac fragmen fragile ſtatuit benedictio forte.

Fortunatus correctus.

Sic legendum. vulgo malè forte.

35 *Sic Martine)* addita voce, donum, reſtitui hunc verſum qui imperfectus erat in v.c. habebat enim.

Sic Martine cuum ſic gratia iugis.

36 *Os rabidum)* v. c. hos rapidum. Sæpè erratum in his nominibus, propter affinitatem, placuit verò magis, vt, rabidum legeretur. Nam Fortunatus lib. 4. cap.4.

Mox præciſa canis rabidi vox ore pependit,
Clamoremque vagum media de fauce reſorbet.

Sed & ſtatim ipſemet Paulinus hanc emendationem clarè confirmat, cum ſubiicit.

Cum tantam rabiem vel ſolo nomine vincas.

37 *Clauſit)* v.c. antiquo more.

38 *Toruumque minaces)* malè in v. c. *minachis*, mox pro, clauſæ tem iti iſtum, quod erat in v. c. effeci, *clauſere minis, tum.*

39 *Connexa minis)* v.c. *nimis.*

40 *Carceredax)* v.c. *carte redax.*

41 *Antiſtes)* v.c. *anteſtis.*

Ordines reorum.

42 *Infelix ordo reorum)* puto veram hanc emendationem eſſe, cum repperiſſem in v.c. *odor eorum* Confirmat & ratio carminis, & ipſe Seuerus dial.3.cap.5. *Hic rabido ſpiritu* (ait) *ingreſſus Turonum ciuitatem feruentibus cum miſerabili facie ordinibus catenatis, diuerſa perdendis iubet parari genera pœnarum* Et Fortunatus l.4.cap.15.

Agmina conueniunt, & longa catena reorum
Accreſcente coma, quorum caro tota fluebat

Vbi obiter veterem reorum habitum tangit, quibus moris fuit hiſpidam & longam comam demittere in ſignum mœroris, auctor Plinius li. 7.epiſt. ad Suram. & Iureconſultus in l.15.& 39. D de iniuriis. Reorum longa capilli.

43 *Fractis ſtridentia vincula membris)* Fortunatus hunc locum ſic imitatur.

Et conſumpta artctum laxabat brachia ferrum
Confecta macie vix declarante figuram.

Paulinus huiuſmodi ſæuitiam attingit epiſt. 2 ad Victriciũ. *Qui feralis cuſtodiæ miniſterio triſte carabãt, quas ipſi artius innodatas & ad oſſa depreſſas, vel exiguo vobis rogantibus beneficio, relaxare noluerant catenas,* &c Imperator Conſtantinus humaniter in l.1.C. de cuſt.reor. *Vero exhibito* (ait) *non ferreas manicas & inhærentes oſſibus mitti oportet, ſed prolixiores catenas, vt & cruciatio deſit, & permaneat fida cuſtodia.* Catenæ reorum laxiores eſſe debent.

44 *Incurno)* v.c. *in corno.*

45 *Talia Martino)* malè v.c. *talis Martino*

46 *In antro)* Caminos intelligit, & fornaces, quæ ſuppliciorum genera olim fuere. Notum eſt ex Daniele cap.3. tres pueros Hebræos coniectos fuiſſe in fornacem ignis ardentis, quæ ſuccumbebatur naphtha, ſtuppa, pice, & malleolis. Huius pœnæ aliquoties fit mentio in paſſionibus martyrum, vt in vita B. Mammetis edita à Strabone quodam cuius verſus politos proponam. Camini & fornaces pœnis.

-- Iuſſit ab alto
Deponi, totaque ſtrui virente caminum,
Vt quem non flexit forus vnguibus, igne perurat.
Demens qui magnam regnare in pectore flammam
Sanctorum ignorans, igne: adhibere caducos
Non timuit, cum reſtingui non ignis ab igne,
Sed magis augeri ſoleat, &c.

Vetus auctor in paſſione Dionyſij & ſociorum. *Præparantur interea ingentia clibani incendia, & in ea vir domini proiicitur. Sed extincto fornacis incendio patibulo appenditur.*

47 *Porrecti robora ligni)* locus obſcurus. Puto ligni nomine intelligi eculeum, qui lignea quædam machina fuit. Docet id Prudentius qui in Romano martyre, vbi dixit. Equuleus iste eculeus machina ingenua quæ ...

Euiſcerandum corpus eculeo eminus.
Pendere, & vncis vngulíſque creſcere.

ſtatim ſtipitem appellat eculeum,

Iubet amoueri noxialem ſtipitem.

Sic accipio quod ait vetuſtus auctor vitæ Blaſij martyris: *Iuſſit eum in ligno ſuſpẽdi, & cum ferreis pectinibus carnes eius carminari* Et in vita Valeriani. *Præſes ſtipiti adpenſum ſanctum martyrẽ vnguibus iuſſit ferreis laniari.* Symeo Metaphraſtes in vita Clementis Ancyrani Epiſcopi (vt interpres vertit) *Iubet ſublimem eum tollere in lignum. & ſic eum ferreis carpere vnguibus.* Quin & Theodoritus hiſtor.eccleſ li.3.cap.11 Theodorum quendam narrat ſub Iuliano, publicè ligno appenſum fuiſſe, vnguibuſque latera illius proſciſſa. Quod & repetit Sozomenus lib. 5 cap.20. vbi tamen Muſculus interpres vertit, ad palum defixum. Sed hi loci non niſi de eculeo accipi debent, vt clarè colligere eſt ex Rufino, qui lib.1. hiſt.Eccleſ.cap.36. vbi eiuſdem Theodori conſtantiam in pœnis narrat, pro ligno rectè reddit eculeum. *Cum ille in eculeo* (ait) *ſublimis, & hinc inde lateribus inſtante tortore* Statimque ſubiicit. *Quãdo de eculeo deponi iuſſus eſt.* Theodoretus & Sozomenus vtuntur Græca voce ξύλον quæ lignum eſt. Chriſtophorſonus apud Sozomenum vertit eculeum, apud Theodoretum, patibulum, qui tamen interpres in eo labitur, quod ſcribit Theodo- Muſculi verſio caſtigata. Chriſtophorſoni lapſus in verſione loci Sozomeni &

Theodoreti.

rum illum teſtis acutis perfoſſum fuiſſe: o mirum dictionem ... qua illi duo auctores vtuntur, teſtam denotare putat, cum potius vngues ſiue vngulas ſignificet, vt ibi rectè vertit Muſculus. Nam vngulas cum eculeo iungi mox probabo. Teſtæ vere, diuerſæ erant pœnæ ab vngulis, vt ex vitis martyrum conſtat. Rectè autem in hoc ligno diſtenta membra fuiſſe Paulinus hîc ait. Nā hinc eſt quod epithero proprio, eculeus extēdens dicitur. D. Cyprianus ad Donatum, *& carnifex praſto eſt, vngula effodiēs, equuleus ext n d ns, ignis ex urens.* Idem ſer. 5. de lapſis, *cum nūc equuleus extenderet nunc vngula effoderet, nunc flāma torreret* Adiicit Paulinus diſtētu in ligno corporis, etiam quati artus laceros, & diſſiſci vincula membrorum. Quibus verbis opinor reſpexiſſe ad vngulas, ſiue vngues quos obſeruaui cum eculeo coniungi, quia illæ pœnæ ſibi mutuo cohærebant. Id præter ſuperiora teſtimonia, ſequentes loci confirmant. Antiquus theologus de peccatis loquens: Cum reputare tibi cœperis ea, tanquam in eculeo, ſuſpēde cogitationes tuas, & vngulæ timoris Dei eas tradito. Alius vetus auctor paſſionis D. Valerij Archidiaconi Lingonēſis. Alij eum eculeo ſuſpendunt, alij neruis fortiſſimis ac recentibus attrahunt. Hi vngulis oſſium tenus radunt, illi loris & taureis cedunt. Sic in vita Saturnini. In eculeum ſuſpenſum tendit, vngulis perſtridentibus laniauit. Et Strabus in Mammette.

Equuleus extendens.

Vngulis ſeu vnguibus latera radebātur. Pectines ferrei.

- iubet altius ergo
Sanctum ſuſpendi, tormentiſque acribus amens
Pulſat vtrumq; latus. Dum carpitur vnguibus vncis
Nullam das Mammes vocem.

Manus ferreæ.

Poteſt etiā Paulini locus accipi de pectinibus ferreis vt in paſſione D. Barbaræ. Præſes iubet eam nudam à tortoribus in equuleo ſuſpēdi, pedibus eius ſurſū verſis & pectinibus ferreis ſacra eius latera perforari &c. Horū pectinum fit mentio in vita Blaſii, cuius locum ſupra notaui, & apud Symeonem Metaphraſtem in vita Clemētis Ancyrani, qui ſuper manuū ferrearum in pœnis meminit, vt etiam reliqui vetuſti paſſionum ſcriptores. Diuerſa verò hæc inter ſe erant. Prudentius in Romano martyre vocat vngulas biſulcas, quod epithetum formam vngulæ exprimit.

Biſulcæ vngulæ. Contii error Iſidori & Papiæ.

- Offerens coſtas biſulcis exarandas vngulis Cæterum fallitur Ant. Contius, qui in libro ad leges maieſtatis: græca metaphraſis (*ait*) in l. nullus. C. ad leg. Iul. mai. pro fidicularum tormentis vertit vnguium pœnam: debuit autem latinus interpres vertere vngularum pœnam, quam tamen græci ſcholiaſtæ non ſatis cognitam habuerunt, ſcribentes quoſdam dicere vngulas eſſe ſertamenta, quibus inferantur condemnati, alios verò eſſe calamos acutos vnguibus inſertos &c. Sic Contius. Sed non placet, quòd vnguiū & vngularum nomina differre putat, quòdque ſecutus Iſidorum & Papiam, & confundit vngulas cum fidiculis. Iſtæ enim chordulæ erant quibus rei diſtendebantur. Suetonius in Tiberio c. 62. vt veretris deligatis fidicularum ſimul, vrinæque tormento diſtenderet. vt Valerius Maxim. lib. 3. cap. 3. fidicolas laxauit, ſoluit eculeum, Hæc paulo latius, quia vulgo non benè cognita, etiam doctos decipiunt.

Fidiculæ quid.

47 *Contexte vincl.*) ſic lego erat in v. c. contexit. Videtur intelligere de lampadibus, quæ lateribus reorum adhibebantur. Prudentius hym. 3. Eulaliæ,

Lampades igneæ.

Flamma ſed vndique lampadibus
In latera ſtomachumque furit. Auctor vitæ Diuæ Dorotheæ vngulis latera eius attrectari præcipit, & lampadibus ardentibus exuri. Hac de re ſæpe in paſſionibus martyrum, tot in vita Valentini. Iuſſit ignem ad latera eorum apponi, & vngulis ferreis radi

49 *Non vt diſcuſſas*) puto ita ſupplēdum eſſe verſum, qui mutilus erat in v. c. non vt cuſſas.

50 *Hæccine Martino*) v. c. hæccine Martine,

A 51 *Menſe eſt*) malè in v. c. menſem.

52 *Et diri*) erat in v. c. ediri.

53 *Petit ergo cruenti Iudicis*) ita emendo pro quo v. c. ruente iudicis. Sic paulo antè crudelem hunc Auitianum vocat.

Et vis crudelis tibi ceſſerit Auitiani.

Auitianus comes crudelis.

Sulpitius quoque Seuerus dial. 3. c. 5. Auitiani Comitis appellat barbaram nimis, & vltra omnes crudelitam feritatem & eiuſdem dial. 3. c. 8. ait illum cunctis vrbibus edidiſſe crudelitatis ſuæ infanda monumenta, de hoc etiam ipſemet Paulinus infra hoc lib. 5. ibid.
Hic ſæuos vincens dira feritate tyrannos &c.

B Inuenio ſub Iuliano Imperatore Auitianū dici vicariū Africę in l. 15. C. Theod. de curſum publ. l. 2. cod. de indul. debit. & l. 2. cod. de itin. muniēdo: huius quoque meminit Ammianus Marcellinus lib. 27. ſub Valentiniano & Valente, quem exuicarium vocat.

54 *Feralia limina*) v. c. furilia ex quo forte aliquis efficiet, furialia. malo, feralia, quia hæc vox Paulino familiaris. Nam ſtatim ſubiicit *- Et ſæui clauſtrum ferale furoris* Notaui ſupra lib. 4. ibi *- Serpentis ferale malum Num. 26*

55 *Strictum*) abundabat in v. c. perſtrictum.

56 *Proſtratus*) v. c. proſtrata repono, proſtratus, vt ad Martinum referatur. Nam ſic Seuerus vbi ſupra. *Ante limina cruenta proſternitur.* Et Fortunatus.

C *- ſternitur ante fores.*

Beſtia.

57 *Somnum beſtia*) v. c. ſomnū. Sic paulo poſt. Tenegraui infelix oppreſſit inertia ſomno beſtia. Imitātur Seuerū qui de eodem Auitiano loquēs, ad prætorium beſtiæ illius retendit & dial. 2. cap. 8. Et illa beſtia quæ humano ſanguine & infelicium mortibus alebatur.

58 *Vincere &*) v. c. vincere. Error librarij qui bis eandem vocem repetiit.

59 *Reddunt fallacia verbis*) Seuerus vbi ſupra. Sed illi vt eſt omnium natura ſeruorum, vix prima limina egreſſi, irridentes dominum ſuum quòd ſomno fuiſſet illuſus &c. Veteribus ſemper ſuſpecta fuerunt ſeruorum ingenia. Apuleius 4. florid. vocat ſeruos callidos, Symmachus lib. 6. epiſt. 8. improbos. Inde fallaciæ ſeruiles Arnobio lib. 4. & nequitia ſeruilis ingenij lib. 3 C. de libert.

Ferale.

D

60 *Pallenti ſpecies*) pro, fallenti, quod erat in v. c. correxi, pallēti. vult enim innuere Auitianum metu perculſum (cuius iudicium pallor) cum Martinum pro foribus repperit. Seuerus perculſus miſerè tantæ manifeſtatione virtutis.

Laruæ depro dæmonibus.

61 *Conſcia tanti*) ſic emendo malè v. c. conſcientia tāti.

E 62 *Torpere fatigans*) v. c. corpore.

63 *Mixtoq; metu*) v. c. motu. Idē error ſup. l. 2. num. 80.

64 *Quot pauet attonito*) ſic emendo corruptam hanc ſcripturam v. c. quod pauet at ſonita.

65 *Commiſſam minuēs ſancto*) locum ita ex coniectura probabili repoſui. ſecutus veſtitia v. c. in quo erat corruptè, commiſſam minui ſens ſancto.

66 *In corpore larbas*) hic in v. c. ſcriptum erat, laruas, vt etiam infra hoc lib. 5. Nam ſæpè expulſas captiuo à corpore laruas. Librariis veteribus familiare eſt inuicem cōmiſcere, b. & u. laruas autem appellat Paulinus cacodæmonas & nequam ſpiritus, vt ſupra lib.

F 2 vbi de fama ſparſa à dæmonibus agit *Semet cum ſociis iſthæc mendacia laruis ſonuiſſe.* Et Fortunatus in narratione huiuſce facti l. 4. c. 6. *Agmina laruarum trepidabant ore rotato.* Sulpitius Seuerus dialogo. 3. c. 6. agmina damnanda vocat.

67 *Cernere erat raptus*) corrupto ſenſu erat in v. c. cernere erat artis Ego mentem auctoris ſubodoratus, putaui emendandum eſſe, *raptus, pro, artis.* Expreſſit enim illud Seueri vbi ſupra. *Vidi quendā appropiante Martino in aera raptu, manibus extēſis in ſublime ſuſpendi vt nequaquā ſolum pedibus attingeret.* Sed & ipſemet Paulinus ſtatim ſubiicit, pernici turbine ſuſpēſa pondera

ſa pondera corporum fuiſſe, quæ voces emendationem mirificè confirmant, proprium enim turbinis rapere. Sic infra l.6. *--quaſi turbine raptus.*

68 *Et in aere*) &, aberat à v.c.

Mirum de energumenis, quibus raptis in altra pedib. ſurſum verſis, veſtes in faciem non deſfluebāt.

69 *Tectis hærentia membris Ne flexu curuata ſuo vel lapſa*) locū hunc elegantem reſtitui, quem exhibebat v. c. verbis fœdè corruptis. Nam habebat tectus hætētia mēbris. Ne flexu curuata ſunt vel abraſa. Hiſtoriā, quia digna eſt memoria, apponam verbis Sulpitij Seueri. *Tum verò cernens*, ait, *miſeros diuerſo exitu perurgeri, hos ſublatis in ſublime pedibus quaſi de nube pendere, nec tamen veſtes deſfluere ſuper faciem, ne faceret verecundiam nudata pars corporum.* Idem ſanè de energumenis factitari ſæpius ſolitum legimus ad memorias & tumulos martyrum & confeſſorū, vt exorcizandi dæmones, corpora vexatorum in altum raperent pedibus ſurſum verſis, ita tamen vt veſtes pudenda membrorum tegētes non relaberentur. Nam Paulinus noſter in natali ſeptimo Sancti Felicis confeſſoris refert, id ſe ſpectaſſe oculata fidei, cuius verſus elegantes proponam, deterſa tamen macula quæ omnibus vulgatis editionibus inſidet.

Paulini verſus ex natalibus Felicis emendao.

His potiora etiam tamen & ſpectata profabor,
At te alios illum cus membra vetuſtior hoſtis
Obſidet, ad ſacri pia limina martyris, ægra
Excuſſum de plebe rapi, admotumque ſacratis
Ante fores ſancti cancellis corpore verſo
Suſpendi pedibus ſpectantem tecta ſupinis.
Quodq; magis miru atq; ſacrū eſt, nec in ora relapſis.
Veſtibus vt rigidis, aut ad veſtigia ſutis
Corporis omne ſacrum caſto velatur operto.
Scilicet vt diuini operis reuerentia tectis
Corporibus maneat, nec pœna dæmon in ipſa
Qua cruciatur onet. nudis prodendo pudorem
Artubus, illæſo grauius torquetur honeſto:
Recta licet verſis fœdeant cum tegmina membris.
Mira hæc ſunt, & magna: quis abnegat? & tamē vſu
Nota magis, minus audita miranda videntur,
Quamlibet & viſu reuerenda, & grandia facto.

Verſus ille qui incipit, Quodque magis &c. variè interpolatus eſt in excuſſis libris. Vetus editio Badij, anni M. D X V I. habet.

Quodque magis mirum, atque nefas eſt ignorare.

Cæteræ editiones quæ poſtea ſecutæ ſunt, referunt *Quodq; magis mirum atq; ſacrū eſt, nefas eſt ignorare.* In editione Colonienſi, Materni Cholini anni. D. M. X V. quæ in fronte iactitat Paulini opera reſtituta ab Henrico Grauio ope veterum exemplarium, adnotatum repperi in ora libri, aliàs hunc verſum ita legi,

Quodq; magis mirū atq; ſacrum eſt, nec mora relapſis.

At quis non videt vtramque ſcripturam corruptam eſſe? Itaque leui mutatione dico reponendum & emendandum videri.

Quodq; magis mirum atque ſacrum eſt, in ora relapſis.

Quo quid apertius? ait veſtes in ora non relapſas, quod ſupra ſeuerus dixit in faciem, & Diuus etiam Hieronymus loco ſequente, qui tamen paſſim deprauatus legitur in omnibus excuſſis. Nam in epitaphio Paulæ ad Euſtochium: Cernebat (*ais*) variis dæmonas, *rugire cruciatibus, & ante ſepulcra ſanctorum vlulare homines more luporum, vocibus latrare canū, fremere leonum ſibilare ſerpentiū, mugire taurorū Alios rotare caput, & poſt tergum terram vertice tangere, ſuſpenſiſq; pede fœminis veſtes non deſfluere in faciem, miſerabatur omnium, &c.* Victor Giſelinus in ſuis ad Sulpitium Seuerum notis, locum hunc obiter attigit, & monuit eum negatione legendum eſſe, non deſfluère. Nam in vulgatis libris impreſſis paſſim negatio expuncta eſt, quam tamen neceſſario addendam teſtimonio Seueri, & Paulini noſtri à me prolata mirificè conuincunt. Imo etiam veteres libri manuſcripti confirmant disertè. Nam in codice ſancti Benigni, & alte-

A ro Sancti Stephani Diuionenſis, itemque tertio Ioan. Preuotij Iureconſulti amici docti, negationem additam repperi, vt veriſimile ſit cæteros manuſcriptos illis adſentiri. Valdeque miror id nondum animaduerti potuiſſe ab Eraſmo, & Martino Victorio Hieronymi interpretibus. Iam ergo locus ille reſtituatur vel meo periculo.

70 *Denſati gurgite nimbi*] erat perperam in v. c. denſata gurgite nimbum.

71 *Et rigidi connexus*] malè v.c. connexis.

72 *In lapides aquis*] videtur ita legendum, pro quo erat in v. c. durator. Innuit nimbum grandinis induratum fuiſſe ſuis aquis mollibus, qua in re lodit venuſta antitheſi. Non diſſimilis locus infra g. li. 6.

B *Euaſit protectus ager iacula illa liquoris*
Saxea, & adſtricta glacialia verbera lymphæ.

73 *Preterer ent*] erat in v.c. proterent.

74 *Supplicij & leges*] habebat v.c. & lege. Venuſtè auctor grandinem quæ agros populari & vaſtare ſueuerat, leges ſupplicij expleuiſſe, quaſi eiuſmodi cladibus ſcelera mortalium expientur. Sic paulo poſt de eadem re loquens, ait.

--grauem depellere peſtem,
Supplicijs ſatis eſſe datum.

Et Fortunatus vbi ſupra,

Martini abſceſſu repetunt elementa flagellum.

C 75 *Ac exoptatis*] erat in v.c. Aux exoptatis.

76 *Eneruat*] v.c. enaruat.

77 *Segnis*] v.c. ſegnes.

78 *Trepidus corrumpo relator*] ea eſt lectio v. c. fuit tamen, cum ego putarem ferendum potius, tepidus corrumpo, vt innuat modeſtè ſe tepidum ſeu frigidum laudatorem eſſe operum Martini. Sed nihil muto; nam ſic alio loco ait ſe panere in narrandis Martini geſtis, vt lib. 4.

- exuperat trepidantia verba loquentis
Gloria.

Et ſupra hoc lib. v.

D *Nam ſanè vt reliquas paueam contingere laudes.*

Et alibi eodem lib. 5.

Quanquam ad præcipuā contendens pagina laudem
Obſtupefacta pedem retrahat verbiſque pauescat
Vilibus ad tantam virtutum aſcendere molem.

79 *Fors faſtidita*] erat in v. c. faſtidiata.

80 *Sub iudice ſedem*] Sulpitius Seuerus proprio nomine & vſitato illo ſeculo appellat ſecretarium Aui-

E tiani. De ſecretario enim iudicis hic locus accipiendus eſt. Nam & iſte Auitianus Comes fuit, vt clarè indicat idem Seuerus dialogo 3. cap. 3. & ca. 5. & ipſemet Paulinus ſupra hoc lib. 5. num. 53. cruentum Iudicem Auitianum: ac quidem horum ſecretariorū in quibus Iudices olim iura reddebant, mentio frequens in veterum libris, vt l. pen. C. de accuſat: vbi fœdè lapſus eſt bonus Accurſius in explicatione illius vocis. In codice Theodoſiano ſæpe extat, vt in lib. 1. de offic. rect. prou. io lib. 20. de exactio. & in nouella Valentiniani de Epiſc. iudic. Diuus Auguſtinus lib. 3. contra Creſcon. c. 56. ſecretarium Prætorii vocat Sulpitius Seuerus initio dial. 2. de vita Mart. ſecretarii Ec-

Secretariū Iudicum

F cleſiæ meminit: vt etiam canon 87. concilii Carthag.

81 *Ceruice reclinem*] v. c. reclinens.

82 *Vt flatu benedicti contigit oris*] in v.c. erat ſcriptum, oris olini. Sed quo ſpectet vox olini, non video. Itaq; vocem ſoppoſititiā reieci, quæ nec legi carminis nec ſenſui conuenit. Sulpitius Seuerus vno verbo, ex ſufflare dixit. Quem emious (*ait*) vt verbo, quia neceſſe eſt, parum latino loquamur, exſufflans, &c.

Exſufflare.

83. *Admoto verbi terrore fugauit*] leui errore erat in v. c. ad motu verbi terrore. Verbi terrorem vocat Paulinus efficaces illas adiurationes & exorciſmos Chriſtianorum quibus mali ſpiritus abiguntur. Eo exemplo ſupra lib. 2. dixit dæmonem verbis beati Martini

Verbi terror exorciſmus.

tanquam tormentis quibuſdam coactum fuiſſe, vt verum interrogatus fateretur.

-- impulſus verbo tortore fateri,
Se tanſam clamat.

Incendiis orationũ dæmones fugantur. Minutius Felix reſtitutus.

Minutius Felix in Octauio ſcribit dæmonas eiici à corporibus verborum tormentis & incendiis orationum: hæc omnia (*ait*) ſciunt plerique veſtrũ ipſos dæmonas de ſemetipſis cõfiteri, quoties à nobis tormẽtis verbórum, & orationum incendiis de corporibus exiguntur. Sic enim habet lectio vetuſtiſſimi codicis in vulgatis editionibus, pro tormẽtis, repoſitum paſſim extat, meritis, non tam aptè, quod etiã monuit vir eruditus & diligens Ludou. Carrion. li. 2. emẽndationum, cap. 28. Lactantius lib. 2. diu. inſt. cap. 16. de dæmonibus loquens: Iuſtos autem (*ait*) id eſt cultores Dei metuunt, cuius nomine adiurati, de corporibus exeunt: quorum verbis, tanquam flagris verberati, &c. Paulo poſt nec iuſtis quorum voce torquentur, mentiri poſſunt. Quo etiam ſenſu Iulius Firmicus lib. de errore prof. relig. apud nos, ait, Deos veſtros cum hominibus nocere cœperint, religioſi ſermonis flagella caſtigant. Sic in corpore hominum conſtituti Dij veſtri, ſpiritalium flammarum igne torquentur &c. Et Prudentius in apotheoſi *--torquetur Apollo numine percuſſus Chriſti, nec fulmina verbi ferre poteſt.* Diuus Cyprianus l. quod idola Dij non ſint. Hi tamẽ adiurati per Deum verum, nobis ſtatim cedunt, & fatentur, & de obſeſſis corporibus exire coguntur. Videas illos noſtra voce & operatione, maieſtatis occultæ flagellis cædi, igne torreri, incremento pœnæ propagantis extendi, eiulare, gemere, deprecari: vnde veniant & quando diſcedant, ipſis etiam qui ſe colunt audientibus confiteri: & exiliunt ſtatim, vel euaneſcunt gradatim, prout fides patientis adiuuat, aut gratia curantis adſpirat. li. 4. epiſt. 7. quod hodie etiam geritur, vt per exorciſtas voce humana poteſtate diuina flagelletur & vratur, vt torqueatur Diabolus. Itaque videtur mihi errare & falli Iulius Firmicus, diuerſus ab illo quem paulo antea laudaui, qui l. 2. Matheſ. cap. v. hos exorciſtas non vi verborum id poſſe ſcribit. Erunt (*ait*) omnibus dæmonibus terribiles, quorum aduentum praui dæmones fugiant, & qui ſic laborantes homines non vi verborum, ſed ſola ſui oſtenſione liberent, & quamuis ſit violentus dæmon qui corpus hominum, animumque quatiat, ſiue ille aëreus ſit, terrenus, aut infernus, iſtius hominis iuſſione fugiet, quia pręceptis cum quadam veneratione tenebitur. Sed pagano ignoſcendum eſt.

84 *Haud longo*) erat in v. c. aut longe.

85 *In conum ſurgens*) erat in v. c. in commun. Quod eò lubentius obſeruo, quia verſus iſte Paulini confirmat lectionem veteris cuiuſdam codicis, ex cuius fide Giſelinus repoſuit genuinã ſcripturam hactenus in omnibus vulgatis editionibus corruptam apud. Sulpitium Seuerũ dial. 3. ca. 9. vbi hiſtoria hæc narratur his verbis. Idolũ noueratis grandi opere cõſtructum politiſſimis ſaxis moles turrita ſurrexerat, quæ in conum ſublime procedẽs, ſuperſtitionẽ loci operis dignitate ſeruabat. Pro illis verbis antea legebatur, quæ in collectę ſummitatis thronũ ſublime proc. vel quæ in collectione ſum. thr. &c. hęc deprauatio nata eſt ex ſcholiis & gloſſematibus, quæ etiã irrepſerunt in verſum Fortunati l. 4. c. 9. vbi ſic. In ſublime thronum procedẽs æde ſuperba. Giſelinus rectè notat verſũ hũc Fortunati deprauatũ (vt totũ eiuſdem opuſculum) aut ab illo non redditum optimè quod elegantiſſimè extulit Seuerus. Sed rationem non attingit. Ego arbitror Fortunatũ ſcripſiſſe, *Sublimè in conu procedens.* Nã veriſimile eſt hac vſũ voce, cũ illã reperiret in libris Seueri & Paulini, quos ſecutus fuit, vt ipſemet teſtis eſt.

86 *Stulta ſtupendè*) corruptè v. pandende hoc emendauit P. Pithœus.

A 87 *Martinus neglecta diu*) ſic correxi, pro quo, in v. c. nec lata diu: ait Marcellum presbyterum neglexiſſe idoli destructionem ſibi mandatam à Martino.

88 *Succeſſuro Soli*) ita lego malè in v. c. ſuccero. Tale illud eſt quod ſupra lib. 3. de eodem Martino agens, Ducens contiguos ſera in ieiunia ſoles. Occidentem ſolem cum oriente intelligit. Seuerus vbi ſupra *noctem totam in orationibus peruigilat.*

89 *Ad tua vota*) malè v. c. aut tua v.

90 *Poſt flumina multi ſanguinis*) hiſtoriã quã hîc tangit extat Matt. 9. & Luc. 8. Illud autem admonebo lectorem locum iſtũ me torſiſſe. Nam in v. c. erat: poſt flumina timui, quamuis etiam videretur vetus ſcri-
B ptura referre, timul. Itaque ſuſpicatus ſum litteras à librario oſcitante inuerſas fuiſſe, & reponendũ, multi. Nam & aliquoties repperi huiuſmodi verborum inuerſiones in hoc opere Paulini, vt ſupra lib. 1.

-Vmentes morte premebat Erat in v. c. prębat me.

91 *Stellantis*) v. c. ſtillantis. Solium ſtellans Dei vocat cælum, vt idem in epiſt. ad Auſonium. Nec penetrant ſuperi ſtellantem Regis in aulam.

92 *Stetit in medio*) corrupto ſenſu erat in v. c. ſtendit in medio, ait, audito Martini imperio ſerpẽtem qui flumen ſecabat, cõſtitiſſe. Nam & ſtatim ſubiicit membra captiuo hæſiſſe natatu. Scitum verò eſt quod hic Martinum dixiſſe Seuerus refert dial. 3. c. 12. ingemi-
C ſcens ait: *Serpentes me audiũt, & homines non audiunt,*

93 *Fractos rigidus torpor*) malè v. c. fractus rigidos corpore.

94 *Dum clari titulos recolens*) nemo, opinor, non mihi ſubſcribet ſic verſũ hunc emẽdanti turpi errore exaratũ erat in v. c. taulos reculens: familiare eſt Paulino titulos Martini appellare, vt mox infra *--Martini titulis procul irrumpentia:* Et paulo poſt. *--& ſancti titulos diſtendit amici.* Et ibidem narrantem clari titulos & geſta Patroni. Idem lib. 6. Martini titulos fama vulgãte per orbem. Tot exempla oſtendunt, pro, taulos, nihil potuiſſe melius ſubſtitui, quàm titulos.

D 95 *Continuum ſemper*) ſic legi, pro quo in v. c. contiguum. Sed id ſenſus non ſinit. Hic interim obſerua veterem morem, quo Chriſtiani ſolemnibus Paſchæ & Pentecoſtes diebus ſoluebant, aut potius laxabant, ſua ieiunia, quod hic clarè indicat Paulinus. Nam Sulpitius Seuerus dial. 3. cap. 13. & Fortunatus lib. 4. cap. 13. hoc tantum dicunt, Paſchæ diebus Martinum ſolitum edere piſces, de ieiunio Martini non loquen-
E tes. Illius autem moris teſtimonia extant apud Tertullianum lib. de corona milit. Epiphanium in fine li. 3 contra hæreſes. D. Hieronymum epiſt. 54. aduerſus Montanum, & epiſt. 58. in dialogo aduerſus Luciferianos, vbi refert hoc ex traditione Apoſtolorum in Eccleſiam deriuatum & Maximum Epiſcopum Sermon. de Pentecoſte, hincque eſt quod Paulinus noſter epiſt. 24. ait Paſchalem ſolemnitatem reuocaſſe dies Prandiorum.

96 *Nam reliquis*] Verſus iſte ſic corruptus eſt in v. c. Sententiam tamen proponam ex verbis Sulpitij dial. 3. cap. 13. Cato diaconus, ait, ad quem monaſterij ad-
F miniſtratio pertinebat doctus ipſe piſcari, negat per totum diem ſibi vllam ceſſiſſe capturam.

97 *motato*] Malè v. c. mutato. Eondem errorem ſupra attigi lib. 1. num. 43. ibi *-- motantur lintea membris.*

98 *Congaudent eſocem*] diuiſis literis erat in v. c. congaudens ſocem. Piſcem eſocem appellat Seuerus. Ad primum iactum reti permodicum immanem eſocem diaconus extraxit. Fortunatus lib. 4. cap. 13. mox ineſocẽ modico ſub rete coercet: huius piſcis meminit etiam Gregorius Turonenſ. lib. 1. de gloria confeſſ. ca. 5. Inuenitque immanem eſocem in lapſum ſuum. Iſidorus autem etym. lib. 20. cap. 2. ſocem vocat, & addit ex hoc piſce primum iſica facta fuiſſe.

99 *Implendum ſali*) Seuerus omnium ſpebus intentis

non incaſſum ſuuta tentamina. Et Fortunatus. Vt ſacra Martini ſpectarent verba prophetæ. Quem ſcirent non caſſa loqui. Sic lego: vulgo malè, ſperarent pro, ſpectarent, &, nam ceſſa, pro, non caſſa.

100 *Abreptos*] v.c. abrectos.

101 *Nam geſta ſlarns*] perpetam in v.c. iam geſtæ. Seuerus dial. 3. cap. 14. hunc Arborium ex præfecto appellat. Et Fortunatus lib. 4. ca. 14. Nobile quinetiam ex Præfecto Arborius effert ſignum quod vidit. Sic emendandum eſt; vulgò corruptè legitur. Nobile cũ etiam ex, P. Arborus. Eiuſdem Arborij meminit idem Seuerus lib. de vita Mart. ca. 20. vbi virum Præfectorium vocat. Nam in dicto cap. 20. corruptè in vetuſtis Seueri editionibus antea legebatur, Arborius autem vir profectò ſancti admodum & fidelis ingenij, pro, vir Præfectorius. Quod tamen interpres Seueri non obſeruauit.

102 *Deo ſolemnia defert*] Seuerus vbi ſupra, vocat ſacrificium. Fortunatus, diua cerimonia, immaculata dona, & munera Chriſti corporis atque cruoris. Sic ſupra lib. 4. quæ Paulinus ſolemnia & ſacra myſteria dixit, etiam Miſſam appellauit.

103 *Quem coram Angelicis*] v.c. cora. Seuerus dial. 3. c. 15. facie ad faciem Angelum cum Martino collocutum ait. Idem dial. 2. cap. 14. teſtis eſt ſæpè familiariter Angelos ab eo viſos, Petrum & Paulum Apoſtolos, Agnem, Theclam, & Mariam.

104 *Ithacianam*] male in v. Athacianam. Miror Paulinum hanc hiſtoriam quam ſatis latè refert Sulpitius Seuerus dial. 3. c. 15. ita breuiter conſtringere, vt digito tantùm leui attingat. Apud Proſperum autem in chronico vocatur Hidatius, pro Ithacius.

105 *Laruas*] v. c. larbas. Iam ſupra tales næuos obſeruaui, hoc lib. 5. num. 66.

106 *Sed crebrius*] malè c. crebius.

107 *Tyrrheno in marmore*] ſic corrigo pro quo in v. c. tyranni in. M. Sulpitius Seuerus dial. 3. cap. 17. & Fortunatus lib. 4. cap. 17. clarè illud confirmant, qui hoc accidiſſe in Tyrrheno mari ſcribunt.

108 *Albentes*] erat in v.c. albentertes. Ouidius met. 11. ſternitur interdum ſpumiſque tumentibus albet.

109 *In piceo*] v. c. in pico piceum nimbum vocat nigrum à picis ſimilitudine. Statius 1. Theb. piceo nox obuia nimbo. Silius lib. v. Squallebat nigrum picea inter nubila cælum. Ouidius in Leandr. Ipſa videt cælum pice nigrius.

110 *Collapſa fragores*] puto ita reponendum eſſe, pro quo ſcriptum reppeti in v. c. conlaxa fragores. Sic Fortunatus in deſcriptione huius rei -- *fragor æquoris urget*

111 *Vice Præfecturæ*] Seuerus dial. 3 cap. 18. Lycontius ex vicariis vir fidelis, &c.

112 *Ilia*] v.c. alia.

113 *Ingris motus*] v.c. votus, vox eſt corrupta.

114 *At dolor illis viſcera multiplici*] erat in v.c. ad dolor i. v. multum lici.

115 *Qui quamquam*] malè in v.c. quaquam. Sed tamẽ ſcrupulus mihi reſtat, & illa verba iam læſo iudice, videntur mihi aliquid erroris habere, alter ſenſus tamen patebit ex collatione Sulpitij. Vir beatus ait rem eſſe promiſit difficilem impetrari. Nam ſpiritu ſentiebat domum illam diuino numine verberari.

116 *Tamen anxia*] ſic correxi certa coniectura, pro quo, deprauatè erat in v.c. tamen auxilia: mox pro, ſollicita, repoſui ſollicito.

117 *Et prono duram tellurem elidere niſu*] hunc etiam verſum puto me veriſſima coniectura emendaſſe. Nam referebat v. c. duram terrorem. Repoſui, tellurem. Paulinus enim hic tangere voluit morem Martini, qui conſueuerat ſe ſe totum humi proſternere cũ preces ſuas Deo funderet. Sic ſupra lib. 2. in principio -- quia ſæpè volutis. Ad terram

A membris proſtrato corpore preſſus, hæſerat horridulus ſordenti in vellere puluis. Vide quæ notaui ſupra hoc lib. 5. ad illum verſum. Tum ſublimi animo erectus ſed corpore pronus. num. 13.

118 *Vt medici*] abundabat in v.c. medicini.

119 *Munifica*] v.c. munifici.

120 *Habendi*] v.c. habenti.

121 *Antiſtes*] v.c. anteſtis. Sic iam ſæpè ſupra.

122 *Iuuiſſunt oculi*] malè in v. c. inuiſi ſunt oculi.

123 *vemiſero*] locum reſtitui ex coniectura P. Pithœi, nã corruptè erat in v.c. *Miſeri manifeſta corde petite.* Cæterum illud admonebo in dialogo tertio Seueri duas hiſtorias addi, quas Paulinus prætermiſit hoc

B libro quinto. Eas qui volet à Seuero repetat, & Fortunato lib. 4. cap. 19. & 20.

FRANCISCI IVRETI NOTÆ AD PAVLINI LIBRVM SEXTVM *de vita Martini.*

HACTENVS Paulinus verſu reddidit quod de vita Martini ſcriptum erat à Sulpitio Seuer. Quæ verò hoc libro ſexto refert, in Seueri libris planè non extant, & harum rerum indiculum auctor accepit à Perpetuo Epiſco-

C po Turonenſi, vt latius dixi in præfatione notarum, adducto teſtimonio Gregorij Turonici.

1 *Carnique tua ſine carne ſuperſtes*] ita corrigo deprauatam ſcripturam v.c. quæ refert: *carniſque tua carnis ſuperſtis.*

2 *vicinus*] ſic v.c. malim *vicinos.*

3 *allegant*] v.c. *alligant*: ſic ferè ſemper in his libris.

4 *è tantis*] è aberat a v.c.

5 *quos contigi:*] v.c. *quid cont.*

6 *penſat mercede laborem*] locum obſcurum, ſic ex hiſtoria interpretandum arbitror. Paulinus primùm ſcripſerat quinque tantum libros de geſtis Martini.

D Poſtea accepto à Perpetuo Epiſcopo indice miraculorum Martini, euenit vt Paulinus illum indicem collo nepotis ſui graue febre laborantis appenderet, confiſus non defuturum ægroto ſancti auxilium: res ex voto & fide contigit, vt ſupra adnotaui, & ipſemet Paulinus in epiſtola & verſibus huic quinto libro ſubiunctis confitetur. Hic igitur innuit Martinum reddita ſanitate nepoti ſuo, compenſaſſe tali velut mercede operam quam impenderat libris prioribus componendis, quem etiam licet non meren-

E tem, tamen geſtorum ſuorum præconem eſſe iterum ſinit.

7 *quanta ſinit*] ſic lego: malè in v. c. *tanta ſinit.*

8 *credis*] v.c. *credi.*

9 *tentanda putat*] v. c. *tempsanda potat*: id eſt verſibus deſcribenda.

10 *Perpetuus felix doctor*] eam eſſe ſuſpicor genuinam huius verſus ſcripturam, quanquam ſit in v.c. *perpetuo felix doctor.* Nam profectò voluit nominare Epiſcopum *Perpetuum*, quem paulò ante interpretem dixit voluntatis Martini. Id ſeries & contextus orationis ſatis liquido oſtendis. Vt enim ſupra lib. 5. clarè Paulinus nominauit Sulpitium Seuerum in deſcri- Perpetuus Epiſcopus Turonenſis.

F ptione rerum & geſtorum Martini ab illo acceptorum, ibi, *Teſtis adeſt toto mirabilis ore Seuerus*, &c. Sic proculdubio hoc loco voluit exprimere nomen Perpetui Epiſcopi, à quo accepit breuiculum earum hiſtoriarum quas hoc libro ſexto concluſit vt ipſemet indicat in verſibus de viſitatione Nepotuli ſui.

Hæc ſigna antiſtes dextra ſignauerat alma
Perpetuus, tanti gauiſus laude magiſtri.

Tale illud quod infra ſequitur hoc ipſo ſexto lib.

Perpetuus Dominus non ſolum nomine cultor
Et pragreſſa pij ſectans exempla magiſtri.

Vide ſupra in præfatione notatum.

11 *nec credulis aura*] ſic lego, corruptè v. c. *credolis aures.*

12 *vulgare per aures*] iterum ſic emendaui, pro quo malè in v.c. *vulgares per auras.* Locus hic oſtendit nihil inſeruiſſe Paulinum ſuis libris niſi quod veriſſimum ſciuit, & à fide digniſſimis accepit. Itaque illud Sulpitij Seueri valet qui dial. 3. de virt. Mart. *Dulcis,* ait, *& grata cognitio eſt etiam nota relegenti: ſiquidem natura ita comparatum eſt, vt meliore quis conſcientia ſe noſſe gaudeat, quam multorum teſtimoniis non eſſe incerta cognoſcit.*

13 *inſpecta*] v.c. *inſpecta.*

14 *cauſas*] v.c. *cauſam.*

15 *emenſi*] ſic lego: malè v. c. *& menſi:* mox pro, *laborem,* quod erat in v.c. repoſui, *labores:* emenſum laborem vocat peregrinationes piorum qui ad Martini Eccleſiam confluebant.

16 *conſtrictius*] v.c. *conſtrictior.*

17 *obſtacula*] in v.c. *obſectacula* ſed littera, e & c, punctis notatæ erant, vt legatur, *obſtacula* Verſus tamen ſemper adhuc vna voce claudicat. Sine alio exemplari reſtitui nequit.

18 *fidentes*] v. c. *fidentis.*

19 *fonte ſalutiferas*] ita omnino corrigo, pro quo malè in v. c. *forte*: affinitate harum vocum, *fonte, forte, fronte,* ſæpe librarij aberrarunt: exempla paulo ante obſeruaui. Cæterum Gregorius Turonenſis lib. 1. de mirac. Mart. cap. 2. teſtis eſt ſuis temporibus ſe vidiſſe geri quod hic Paulinus narrat de energumenis per cancellos Baſilicæ Martini ſolitis rapi in aëra, & extrahi illæſis è puteo in quem illos dæmon impellebat.

20 *adimit*] v.c. *adimet:* mox pro, *iuſſa,* quod erat in v. c. repoſui, iura: clara ratio eſt.

21 *paſſus*] v.c. *paſſos.*

Gregorii Turonēſis locus reſtitutus.

22 *ſiccas ſtatuerunt*] Gregorius Turonenſis, lib. 1. de mirac. Martini cap. 2. vbi hæc narrantur. *Ingreſſus flumen,* ait, *& vlteriorem ripam petens nihil nocitis ſed ſiccis eſt etiam veſtimentis egreſſus.* Sic habet, v. c. S. Benigni Diuionenſis. Quod ego obſeruo, quia illa verba *nihil nocitis*, quæ phraſim Gregorij redolent, corrupta paſſim leguntur: vetus editio Pariſienſis anni 1511. habet *nihil nocens ſiccis eſt*, Colonienſis vero anni 1583. nihil *nocumenti accepit, ſed ſic ut eſt,* &c. Vide lector Gloſſemata in textum irrepſiſſe. Et tamen typographi impodentes, in fronte ſuarum editionum, audent mentiri ſe ex vetuſtis & manuſcriptis codicibus illos libros emendaſſe, qui multis ſcatent mendis. Sic idem Gregorius lib. de glor. Confeſſ. cap. 14. ſuſtinuit & nihil *eſt nocitus:* & c. 76. nihil nocitum eſt velamen eius ab igne.

Nihil nocitus.

23 *hominem purgandum cella*] v. c. *cellam.* Sed verſus repugnat. Gregorius vbi ſupra cellulam maioris monaſterij appellat.

24 *Chunnorum*] de his infra -- *pateretur Gallia Chunos.* Hos populos in libris vetuſtis appellari videores nūc *Hunnos,* nunc *Hunos,* nunc *Chunnos. Apud Sidonium Apollinarem,* lib. 8. epiſt. 9. vbi vulgo eſt vicinoſque premens ſubinde Hunnos, mallem ſcribere Chunnos In epigrammate primo Auſonij -- *Chunoſque truces.* ita proculdubio legendum ex v. c. pro quo vulgati quidam libri. Getaſque. Vbi eſt quod rideas Ioan. Scoppam, qui cum ſcriptum inueniſſet, Conoſque, ſubſtituit de ſuo, Cimbroſque collectaneorum cap. 13 quia ſcilicet de illa gente nihil legerat.

25 *Fractaque minantum*] hic verſus ita extat in v.c. Pithœus mauult, *& fracta* Sed illam particulam, *ta,* fieri longam alibi docui prolatis veterum exemplis. Sic apud Prudentium lib. 2. in Symmach. mimica ridendaque ſuis ſolennia caluis. Gregorius Turo. vbi ſupra: *hunc teſtantur, ait, multas voces emittere ſolitū,* A *ac linguas gentium incognitarum ſæpiſſimè loqui, venturaque fateri, & crimina confiteri.*

26 *& fando*] v.c. *effando*

27 *coguntur dicere verum*] ita corrigo, nec dubitari poteſt quin ex mente auctoris. Erat perperam in v. c. *dicere verbum*, ait, vi numinis Dæmonas ſæpè cogi vera dicere, qui tamen mendaciis paſcuntur.

28 *robur*] v. c. *robor*

29 *vicinia mæſta*] ſic ſuppleui verſum, malè v. c. *vicina.* Sic infra: *ſancti vicinia cuncta ſepulcri.* Et mox,

-- *ſtupuit vicinia cuncta fauorem*

30 *ex illis quos terrior ira*] Gregorius Turon. vbi ſupra B id paucis verbis narrat. *Idque,* ait, *dæmoniacus in medio Baſilica ipſa hora qua geſtum fuerat, eſt profeſſus, ſancti Martini obtentu hoc fuiſſe conceſſum.*

31 *fallire pœna*] verſum aſteriſco notaui quia ſic corruptus extat in v. c. Suſpicor reponendum eſſe, *nec falli pœna coegit* Indicat dæmoniacum, dum exclamaret vrbem fugatis hoſtibus, obſidione liberatam, ne quidem falſum fuiſſe vatem, quamuis hoſtis id eſt dæmon mentiri ſemper amet.

32 *molli qua ponte*] v.c. *mollique ponti.*

33 *vt ſiccum*] v.c. *& ſic.*

34 *reus adſtat*] v.c. *reos*: bi verſus aliquid obſcuritatis habere mihi videntur.

C

35 *erga omnes*] v.c. *ergo omnis.*

36 *fideque comminus*] hos verſus aſteriſco notaui, quia ſic ſunt corrupti in v.c. forte: *fide qua comminus:* vt P. Pithœo videtur.

37 *ſtupuerunt*] v.c. *ſtipuerunt.* Sic iam ſupra.

38 *quos cauſa attulerāt*] erat in v.c. *quo cauſa attulerūt.*

39 *iacuit miſeranda ſepulcrum*] Exiſtimo ita ſcripſiſſe Paulinum, pro quo in v.c. reperi -- *miſeranda parentum:* nec dubium quin vox, *parentum,* temerè hic inſerta à librario & repetita fuerit ex fine ſuperioris verſus, in quem deſinit. Et verò emedationem meam apertè confirmat Gregorius Turonenſis libro 1. de D mirac Mart. c. 2. qui paralyticam hanc ſanatam fuiſſe ad ſepulcrum Martini refert, ſumpta ſcilicet hiſtoria ex hoc noſtro Paulino. Proponam verba. *Puella qua paralyſis humore grauata, & quod peius eſt errore cultus fanatici inuoluta erat, beati ſepulcrum expetijt, vigilijſque celebratis ſanitati eſt reddita Rurſum autem ad idololatria vomitum reuocata, langorem quo obtentu beati Pontificis caruerat, iterato incurrit.*

40 *haud longa*] v.c. auth.

41 *diroque latroni dedidit*] pro, *dedit,* quod imperfecto carmine erat in v.c. emendaui, *dedidit:* latronis nomine cacodæmonem intelligit, vt ſæpè etiam veteres.

Dæmones dicti latrones.

E

24 *dominante priore*] v.c. *dono ante*, ſed non ſine ſuſpicione mendi, lego, *dominante priore,* vt hæc verba ad dæmonem referantur, qui ſuo quodam iure puellam hanc paralyticam perſuaſerat, antequam à Martino ſanaretur. Indicat igitur in prioris domini poteſtatem recidiſſe puellam, in quam plus virium habuit dæmon quàm Martinus.

43 *grauiore*] deeſt in v.c. finis huius verſus.

44 *inuitus furialia vota ſecutus*] ſic videtur legēdum, pro qui in v.c. eſt: *furiali vota ſecutos*: innuit militem ſecutum fuiſſe deſideria oculorum, & viſa cupiuiſſe, vt alicubi eleganter Ouidius, *Mars videt hanc, viſamque cupit, potiturque cupita.*

F

45 *tumulo vellente coronam*] vocem, *tumulo,* addidi ex coniectura, quia verſus claudicabat in v. c. Mouit & præiuit mihi ad hanc emendationem Gregorius Turon. lib. 1. de mirac. Mart. c. 2. *Thimus quidam rabidus,* ait, *inſtinctu Dæmonis actus, coronam ſepulcri quæ ſancti meritum declarabat, violenter eripuit: mox lumine priuatus, præda cogente dolore reſtituta lumen quod perdiderat, recepit* Sic ille. Sed obiter admonebo nomen illud, *Thimus,* mihi ſuſpectum eſſe, & videri corruptum in vulgatis editionibus. Itaque ex veſtigiis

Gregorii Turonenſis locus notatus.

litterarum libentet reponerem, *Chunus.* Nam Paulinus boc loco clarè indicat militem fuiſſe vnum ex *Chunis.*

46 *cord s*) v. c. *cords.*

47 *condere prædam*) ſic correxi, pro quo malè in v. c. *comedere.*

48 *quid ſtupet*) v. c. *ſtupuit.* Sic ſupra num. 37.

49 *clado*) v. c. *clande.*

50 *propiorque ſalutı*) erat in v. c. *proprioque*: ait cotonæ furem propiorem fieri ſuæ ſaluti cœpiſſe, ſtatim ac culpam furti agnouit & deprecatus fuit.

51 *vt capiat*) v. c. *out capiat.*

52 *mens perverſa*) ſic correxi, pro quo erat in v. c. *mens per vaſa.* Nam vox, conuerſa, quæ ſequitur, id confirmat. Sæpe librarij aberrarunt in hac re.

53 *eam properis*) ſic lego, v. c. *proſperis.*

54 *quod fletibus eius*) ea eſt ſcriptura v. c. quam aſteriſco notaui, quia deprauata eſt: diuinare non poſſum quemadmodum hic verſus ſuo nitori reſtituendus ſit, & hoc alienæ diligentiæ non inuitus relinquo. Illud interim admonebo principium huius hiſtoriæ relatum à Gregorio, vbi ſupra ſed in omnibus editionibus vulgatis corruptum repperi, Editio Pariſienſis habet. *Cum populus ad beati templi ornatum columnas deferre cuperet gaudens, quidam vir qui operis huius inuidus & contrarius in alterum excluſum multa minabatur, pro eo quod ſolatium aliquod ad plauſtra petentibus non præberent,* &c. Editio Colonienſis diſſimilis eſt. Nam habet --*qui operi huic inuidus & contrarius erat, multa minabatur.* &c. omiſſis illis verbis, *in alterum recluſum*: quia ſcilicet typographo nullius ſenſus capacia videbantur. Manuſcriptus quidem codex D. Benigni legit, *in alueum excluſum.* Sed reliqua verba in illo etiam imperfecta extant.

Gregorii Turonenſis locus notatus.

55 *non repperit vllas*) ita emendo, pro quo in v. c. *non reppulit vllas*: ludit hîc elegante ſenſu poëta, qui hominem in tenui alueo ſubmerſum dicit, quam vacuus eſſet aquis.

56 *tenuique fluento*) ſic lego, pro quo erat in v. c. *tenuitque.* Gregorius Turonenſis vbi ſupra. *Cumque ſuperbus equum ferret, in paruulo fluuiolo præcipitatus, in ſinu aquarum gurgitis, ictibus ſuis ſuffocatus interiit.* Sic ex v. c. legendum: malè in editione Colonienſi emendatum fuit, *in paruo fluuio*

Gregorii Turonenſis locus.

57 *non illas certè*) hi tres verſus obſcuritatis neſcio quid habent. & mendum redolent in v. c. Scripſi autem ex coniectura P. Pithœi. *Omnis exoſi vates,* pro quo malè v. c. *omnis & exoſi vatis.*

58 *numerabis*] v. c. *numerabilis.*

59 *comminus excepit*] ſic lego, pro quo in v. c. *excepti.*

60 *antiſtes*] v. c. *anteſtis.*

61 *Perpetuus*] v. c. *perpetuos*: de Perpetuo Epiſcopo loquitur, vt etiam comprobat Gregorius vbi ſupra. *Sanctus verò Perpetuus, ait, Epiſcopus, meritò beati diſcipulus prædicandus, ampullam cum oleo ad ſanctum tumulum detulit, vt eam virtus iuſti infuſa ſanctificaret. Et eraſo à marmore quo ſancta membra teguntur, puluere, liquori permixto, oleum redundauit,* &c.

62 *non ſolum nomine*] ſic v. c. mallem, *non ſolo*: vide quod notaui ad lib. 1. num. 4.

63 *inſpecta Siloa*] ita v. c. non ſine ſuſpicione mendi. Videtur conferre oleum benedictum a Martino, cum aquis Siloæ fontis, quibus olim lauabantur variis morbis affecti, vt eſt Ioannis cap. 5. & 9. vbi ſcribit Angelum Domini deſcendere ſolitum certo tempore in hanc piſcinam, & tum aquam moueri.

Siloa fons.

64 *non abnuat vllus*] pro, *abluat*, quod eſt in v. c. puto legendum, *abnuat*, id eſt neget.

65 *ſublimes titulos & in aëra*] v. c. *ſublimis t. & in aëre.*

66 *clementior ira*] in v. c. *dementior.*

67 *inſtaurat renouans*] nemo opinor non fauebit huic emendationi, quam ſenſus poſtulat, & ex veſtigiis litterarum eruta non longè petita eſt. Erat in v. c. *inſtauraret ouans.*

68 *inuitat proprio*] ſic lego: malè v. c. *properor.*

69 *liberauerit eſcas*] eam puto veram ſcripturam, pro qua extat in v. c. *liberauerit*, hinc interim obſeruet pius lector quantū ſanctitati Martyrum & Confeſſorum tribuerint Chriſtiani, qui tam religioſè non dicam oſſa & corpora, ſed etiam loca, venerabantur, in quibus illorum veſtigia quædam reſtabāt. Gregorius Turonenſis vbi ſupra. *Et ſingula loca, ait, adlambens, oſculis* (ſic lego, malè vulgo paſſim, *oculis*) *vel irrigans lacrymis, in qua vir beatus aut ſederat, aut orans ſtat, ſiue vbi cibum ſumpſerat vel corporis quieti poſt multos labores indulſerat.* Tale illud eſt quod Seuerus Sulpitius dial. 2. de Mart. virt. c. 8. narrat de ſanctimonialibus, quæ adlābebant ſingula loca ſecretarij Eccleſiæ, vbi aut ſederat Martinus, aut ſteterat, ſtramentum etiam (vt illius verbis vtar) in quo quieuerat, ſibi colligebant, & pro benedictione partiebantur, quod attigit Paulinus noſter ſupra l. 4. illis verſibus. “*Tunc humili obſequio ſolum Doctoris adorāt Officio docto raptim*” “*loca ſingula ſignāt Quæ tetigere pedes ſtātis, quæ mēbra*” “*tacēnt Quo ſancto benedicta cibo, quæ preſſa ſedili, vel*” “*quæ proſtratis orantis ſubdita mēbris,* &c. D. Hieronymus narrat beatum Hilarionem, cum ſancti Antonij Eremum inuiſeret, huc illuc diſcurriſſe, vt obſeruaret diligenter, vbi pſallere Antonius ſoleret, orare, operari, vbi feſſus reſidere, quaſque vites, quas arbuſculas plantaſſet, quam areolam manibus ſuis cōpoſuiſſet, quem ſarculum ad fodiendam terram habuiſſet: *venit* (addit Hieronymus) *iacebat in ſtratu eius, & quaſi*” “*calēs adhuc cubile deoſculabatur. Sed & Paulinus noſter*” “*epiſt. 10. ad Seueru de tunica ſancta Melaniæ illuſtris*” “*fœmina agens: Craſſā illā, ait velut ſparteis ſtaminis tu*” “*nicā & vile palliolū gaudebant manu tangere, & veſtimēta ſua velleribus, auro, arte precioſa pedibus eius*” “*ſubſternere, pannisq; cōtegere geſtiebant, expiari ſe à dimitiarū ſtarū contagio ſe ſic colligere mererentur*” Sic ille. Non diſſimile illud Pauli Diaconi hiſtor. myſt. l. 14. de Theodoſio Imperatore. *Fertur ait, quod cum Cōſtantinopoli Epiſcopus Chebronenſis fuiſſet mortuus. ſagū eius valde ſordidiſſimū quæſierit, & eo circūamictus ſit, credens aliquid ſe ex defuncti ſanctitate promereri.* Hîc autem facere non poſſum, quin tale quid adiiciā ex Luciani dialogis, & ſi quodammodo ſit ſacris profana exempla miſcere Narrat enim ab Athenienſibus tanti factum fuiſſe Demonactem, vt diutiſſimè illum luxerint mortuum, ac ſedem illam lapideam, ſuper qua defeſſus quieſcere ſolebat, adorarint, ſertis coronantes in honorem viri, exiſtimantes ſacrum eſſe lapidem in quo ſediſſet.

Sacra rum ſedilia, oratoria, lecti, & cætera huiuſmodi, a hominis o'ms coli & honorati ſolita.

70 *laxans ieiunia*] v. c. *Laxans*: ſic ſupra lib. 5. *ieiunia ducta per annum laxabam.*

71 *infuſio mortis*] ita lego, pro quo in v. c. *infuſus hos mortis.*

72 *optata*] hîc lacuna erat in v. c.

73 *vagas*] v. c. *vagus.*

74 *trahi ſed*] v. c. *traiſet.*

75 *diro rapuit*] erat in v. c. *dira eripuit.*

76 *ſubuexit aquis*] ſic emendo, nam in v. c. legitur, *quis*, pro, *aquis.*

77 *non icti natatu*] ita lego, pro quo vitioſa ſcriptura erat in v. c. *non icta natatu.* Lymphaon ictam vocat à verbere natantium.

78 *nec permutatis*] ita v. c. neſcio an rectius, *permutatis*, vt exprimat morem natantium. Iam ſupra obſeruaui familiare fuiſſe librario, mutare ſcribere pro, *motare.*

79 *numerarunt*] malè v. c. *numeraunt.*

80 *collata corre*] v. c. *conlato corde.*

81 *grateſque reſultant*] ſic repono: malè in v. c. *gratuq;.*

82 *lata & credule dixit*] locus eſt corruptus in v. c.

quem ſupplere ex ingenio non potui. Neſcio tamen an emendari ſic poſſit: *lætate,& credite* dixit: vt *lætato* pro *lætamini* dictum ſit antiquo more, veluti apud Ouidium lib. Metamor. 8. *comitate gradu*, pro *comitamini*

83 *ſeiſce*] v.c. *ſciſcn.*

84 *cupientes*] ſic v.c. locus de mendo ſuſpectus.

85 *quæ natat*] erat in v.c. *nantat.*

86 *via nulla*] vt verſus conſtatet, addidi de meo. *via.*

87 *& tanti fluxus*] ita legendum videtur. v.c. *tantum fluitum.*

88 *ingenium*] malè in v.c. *ingentium.*

89 *& tam contiguam*] hic verſus ſic corruptus in v.c.

90 *nomina voces*] locum aſteriſco notaui quia vox deeſt in v.c. fortè. *pia nomina.*

91 *ingentum reppulit ignem*] Suſpicor me non fallaci cōiectura ita verſum hunc reſtituiſſe, pro quo in v. c. legebatur, *nunquam reppulit.* Gregorius Turonenſis lib. 1. ca. 2. *nonoque miraculo cera quæ ignem alere erat ſolita violentiam ignis vi ſanctitatis oppreſſit.*

92 *fugauit*] v.c. *fucauit.*

93 *alteroſq; fauor*] ſic v.c. mox idem habebat, *paniſcit.*

94 *laudis*] v.c. *laudes.*

95 *cum vita probetur*] ita v.c. ſed non ſine ſuſpicione mendi.

Finis Notarum & emendationum ad ſex libros Paulini de vita Martini.

NOTÆ AD EPISTOLAM PAVLINI AD PERPETVVM.

1 *ore in coloto*] ſic v.c. manifeſto errore, ſed etiam quæ ſequuntur ita deprauata fuiſſe à librario reppeti in exēplari manuſcripto, vt ſine præſidio alterius vetuſti codicis, difficile ſit verba in integrum reſtituere.

2 *conticeſcerem*] erat in v.c. *conticiſ. erem.*

3 *ſed quarit*] hæc tota periodus ſic extat in v.c.

4 *audaciam*] v. c. *audacia.*

5 *qui ad*] ſic v.c.

6 *dominiſſimum*] ita v.c. vox eſt à me alibi non lecta, videtur deducta à Domino. Hoc exemplo poſtremiſſimum legimus apud A. Gellium lib. 15. cap. 12. Apuleium Apologia 2. & Tertullianum lib. de cultu fœmin. Mox pro, *Diaconum*, erat in v. c. *Diaconem.* 7 *quia permittemus*] ſic v.c. lego, *permittimur.*

Dominiſſimus.

Poſtremiſſimus.

NOTÆ AD VERSVS PAVLINI DE VISITATIONE NEPOTVLI SVI.

1 *Stillam*] malè v.c. *Stellam*: ſic ſupra lib. 5. num. 91. obſeruaui ſcriptum fuiſſe, *ſtillantis ſocq.* pro *ſtellantis.*

2 *faceres dum labitur* (vox, *faceret*, quem ſenſum habeat: non video: mox erat in v.c. *lapitur.*

3 *de rupis*] ita v.c.

4 *vitiana*] locus corruptus in v. c. neſcio an melius, *vicinia.*

5 *in hac*] ita malè v.c. mox, in eodem, *tam prodica.*

6 *ve murmur*] ea lectio v. c. hîc cimmeriæ tenebræ ſunt.

7 *non finitur opus*] ſic lego, pro quo in v. c. *non finis opus*: mox dubito num reponi poſſit, *quo ingiter.*

8 *tunc meus* videtur leg. *tunc meis viſus lacrymis*, vt conueniat cum ſequentibus.

9 *cohibet lamenta*] erat in v. c. *cohibet lamentas.*

10 *& pœnæ exanimem morbi vis tanta*] corruptè erat in v.c. *& panom exa mo. viſitanta.*

11 *vt vix*] malè v. c. *& vix.*

12 *nec poſſet*] ſic lego v.c. *ne poſſit.*

13 *ſubtractis pulſus filo languente*] puto non malè coniectura emendaſſe me hunc verſum, qui ſic deprauatus erat in v. c. *ſubtructo pulſu filo lugente.* Filum pulſus languens poeticè dixit & eleganter.

Filum pulſus languens.

A 14 *lumina*] v.c. *lumine.*

15 *cauſam mādare*] ita repoſui, pro quo v.c. *m ndāte.*

16 *tantæ a i noſmet*] erat in v. c. *tanin & noſmet*

17 *index*] ſic emendaui, pro quo in v.c. *inde*: aut chartam quam accepit ab Epiſcopo Perpetuo, indicaſſe miras Martini virtutes. Et hæc emendatio inde confirmatur quod Gregorius Turonenſis, chartam indiculi appellat, de hac ipſa re agens. Locum iam ſupra retuli in præfatione notarum: mox, pro, *fulgeret*, erat in v c. *fulgerat.*

Indiculum.

18 *antiſtes*] v. c. *anteſtis.*

19 *exanimo*] v.c. *exan mi.*

B 20 *& feſſam*] erat amplius in v. c. *& veniſeſſam.* Sed ſuſtuli vocem, *veni*, vt planè ſpuriam, & temerè à librario repetitam ex ſuperiore verſu.

21 *ordo*] erat in v.c. *vrdo*

22 *ſuccina ſaltu ſi, lucam phœni*] ita v. c. verſus mihi obſcuri videntur.

23 *madefecit* ita v.c. puto rectius eſſe, *madefacti.*

24 *mandato celerante redit*] eſt in v.c. *celerantur edit.*

25 *ſancti*] v.c. *ſanctis*

26 *relevat*] ita emendandum arbitror deprauatam lectionem v.c. quæ habet, *reuellat*

27 *progreſſa* erat in v.c. *præoragreſſa*

28 *qua ſave gnarus* locus hic malè habet in v.c.

C 29 *ne vires*] ſic lego: erat in v.c *vires.*

30 *qua*] v.c. *quas.*

31 *ſepulcro*] malè v.c. *ſepulcra.* Innuit nepotem ægrotum, & longè remotum à tumulo Martini, ſenſiſſe proximam opem.

32 *poſſet & ille tortis*] ea eſt ſcriptura v. c. fortè, *poſſit & il atoris.*

33 *partam*] ſic lego, pro quo v. *partem.*

33 *at illa*] male v. c. *ad illa.*

33 * *ſique dure inque vices ambo ortant*] propoſui, ſcripturam v. . vt feliciores verſum iſtum reſtituant ſuo nitori P. Pithœus putat, legi poſſe *ſicque duo inque*

D *vices amboerant ambo retentant* Senſus eſſe videtur, ægrotam vxorem nepotis Paulini, vbi audiuit maritum ſuū ſanatum adpoſita pectori charta & indiculo geſtorum B. Martini; anxiè certaſſe vt hanc chartam maritus mitteret quo eodem exemplo illa ſanaretur, marito tamen dimittere formidanti pignus tam efficax & ſalutare.

36 *reges*] v.c. *regis.* Hemiſtichium Virgilij eſt.

AD PAVLINI CARMEN DE ORANTIBVS.

E

1 *Solo adclinis*] quod ſuperioribus notis non memini attigiſſe, hîc non ſilebo, toto opere me reperiſſe clarè ſcriptum à librario in v.c. *adclinis*, non autem, *acclinis*, quod tamen poſtremum hodiè paſſim vulgo in cæteris auctorum libris extat. Sic apud Sulpitium Seuerum lib. de vita Mart. cap. 10. vbi vulgo eſt, *cum vnam in partem pronus illa eſſet acclinis*, rectius codex manuſcriptus, *acclinis*; de hac voce ſic ſcribit Iſidorus li. de propr. ſerm. ca. 85. *Inter decline & decline* ait, *hoc intereſt, quòd declinus Sol, declinus locus, ſic intelligendū eſt adeline, adeline, vt adclinus homo. adclinus lo-*

F *cus ex hoc acclinū dicitur.* Hæc ille. Memini etiā Turnebū aliquid adnotaſſe l. 3. aduer. c. 19. & Lāb. in Hor. li. 2. Saty. 2. prolatis & emendatis aliorum authorum locis. Symmach li. 10. ep. 43. *hoc me dudum promptum atque declinem*, &c. ſic ibi Paulus Oroſius l. 7. ca. 22. vt *ipſe acclinis humi*, &c. Sic in v c. & quibuſdā excuſſis.

Adclinis non acclinis.

2 *pagina laudes*] arbitror ita emendari verſum debere ex veſtigiis veteris ſcripturæ, quæ deprauato habebat ſenſu, *paginas viles.*

3 *non claudit opus*] ſic ſupra initio lib. 6. -- *non clauſa ſacerdos lege ob tus*, &c.

4 *accedes reliquis*] erat in v.c. *accedis.*

5 *qui flens adfuerit)* malè v. c. *adſtiterit.*
6 *hac limina pulsis)* ea eſt lectio v.c. deprauata vt apparet, videtur verſus aliquis deſiderari, aut ſaltem legendum eſſe, *hac limina pulſans.*
7 *Perget)* v.c. *perge.* Et hæc quidem hactenus quæ potui per ocium obſeruare & emendare in exemplari tam corrupto. Cætera Paulini vulnera ſine ope vetuſti alterius codicis curari plane nequeunt, neque verò vnius ſtudioſi eſt priſcorum auctorum ſcripta

A ſuo priſtino nitori reſtituere. Tot enim paſſim morbis & doloribus affecta ſunt, vt peritorum & felicium medicorum turba illis opus ſit, quæ ſi homines certè libros numquam perdet.

Finis notarum Franc. Iureti ad Paulini libros de Martini vita, de Nepotuli ſui morbo, deque orantibus.

CÆLII SEDVLII PRESBYTERI
PASCHALIS OPERIS, LIBER V.
NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITI.

Ex vetuſto Codice P. PITHŒI, I. C.

Cura & ſtudio Franciſci Iureti, cuius etiam notæ adiecta ſunt.

SANCTO AC BEATISSIMO PATRI MACEDONIO Presbytero Sedulius in Chriſto Salutem.

PRÆCEPTI, reuerende mi domine, Paſchalis carminis textum, quod officio puræ deuotionis ſimpliciter exſecutus vobis obtuli perlegendum, in Rhetoricũ me potuit transferre ſermonem. Quod vtrũ placuerit ideò geminari volueris, an quod offenderit, vt potius arbitror, ſtilo cenſueris liberiore deſcribi, ſub dubio videor fluctuare iudicio. Sanctis tamen ſuggeſtionibus non reſiſtens, iniunctam ſuſcepti prouinciam, & procelloſis adhuc imbribus concuſſæ ratis vela madentia tumentis pelagi rurſus fatigationi commiſi per extenſos curſus reuoluti diſcriminis, & Cycladas ingentes quas præcipitanti formidine celerius ante tranſieram longa maris circuitione diſcurrens, vt illos portus & littora quæ dudum prætereundo luſtraui, diligentiori opera nunc viſerem. 2 Tradita ſiquidem multa pro metrica neceſſitatis anguſtia priori commentario nequaquam videntur inſerta, quæ poſtmodum linguæ reſolutio magis eſt aſſecuta. Dederimus hinc obtrectatoribus viam, dicentque nonnulli fidem tranſlationis eſſe corruptam, quia certa videlicet ſunt in oratione, quæ non habentur in carmine. Si qui tamen iſtud obijciant, faciunt nec intelligendo, vt nihil intelligant. Nam 3 ſi ſæculares litteras aſſecuti, aut diuinis videbuntur libris inſtructi, debent exempla veterum recenſere, ne ſimilia lacerare conentur iniuſtè. Cognoſcant HERMOGENIANVM *doctiſſimum Iuriſlatorem tres editiones ſui operis confeciſſe. Cognoſcant peritiſſimum diuinæ legis Origenem tribus nihilominus editionibus propè cuncta quæ diſſeruit, aptauiſſe. Nec eorum quiſpiam mordacis linguæ laceratur iniuria, cum potius inde laudis conſequatur augmenta, quòd prouentibus vberioris ingenij diligentiore poſteros fide noſcendæ veritatis inſtruxerunt. Aliud eſt namque mutare compoſita, & aliud integrare. Nam plena quamuis ſpatia diuinæ legis immenſa, quibus dicta ſemper adducuntur & deſunt, velut mare fluuiorum penitus incrementa non ſentiens, nullis terminari ſenſibus queant, nullis explicari linguis valeant. Sic & noſtri prorſus à ſeſe libelli non diſcrepant. Sed quæ defuerant primis addita ſunt ſecundis. Nec impares augmento vel ordine, ſed ſtylo videntur & oratione diſſimiles. Proferant igitur ſua ſi carpere nituntur aliena. Promptius eſt omnibus iudicare quàm facere, & de Caſtrenſi 4 muntmine pericula ſecuro vultu conſpicere. Credo tamen, Pater egregie, nullum fore quamuis impudenter obloquium, ſi meruero dextrum pectoris adipiſci iudicium. Faue primum vt alij faueant, & omnium mentibus ſententia ſe probata iugiter auctoritatis infundat. Tu facies vt delectet euaſiſſe diſcrimina, cum ſerenior cœperis aperire tranquilla. Nauigare rurſus in æquore nunc in portu* 5 *iam* 5 *nauigem. Tandem aliquando poſt vndas calcare liceat, non arenas tetigimus montes ex pelago. Tangamus montes ex ſaxo, & infirmos aquis irruentibus greſſus nauali poſitos ſtatione firmemus. Priores igitur libri quia verſu digeſti ſunt, nomen Paſchalis carminis acceperunt. Sequentes autem in proſa nulla curſus varietate conuerſi, Paſchalis deſignantur operis vocabulo nuncupati. Vtramque verò materiem vobis orantibus, Domino Ieſu Chriſto qui vota non recuſat humilium,* 6 *& rogo ſupplicanter & offero, cui virtus honor, & gloria cum Patre & Spiritu ſancto per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.*

Hermogeniani tres editiones variæ.

INCIPIT PRÆFATIO SEDVLII ANTISTITIS IN SOLVTAM ORATIONEM PASCHALIS CARMINIS.

AD LECTOREM.

PASCHALIBVS te dapibus conuiuia quiſquis impertis, accumbere noſtris non dedignatus in thoris, erectum ſupercilij depone faſtigium, ſi carus aduenis & amicus, nec opus codicis hîc requiras artificis, ſed exigua paruæ menſæ ſolemnia lætus accipiens, contentus aſſumens, libentiùs animo ſaturare quàm cibo, aut ſi magna potius vbertate rerum capetis opimarum, diuitiaſque præcipuas delicioſus expectas, nobilium debes cœnis ſatiari doctorum, quorum multiplices nequeunt referri apparatus. Illic profectò reperies quicquid maris nutriuit vnda veſcendum, quicquid terræ fœcunditas ſubminiſtrat, quicquid in nubibus pennali corpus libramento ſuſtentat. In ipſis etiam ferculis pretioſa nimis varietate gemmatis flaueſcunt nectareis ſua mella cùm ceris, & aureis appoſitus in caniſtris concolor metallo, faucis alludit. At nos de pauperis horti ſeminibus olus vile decerpſimus, quod in rubra teſtæ paropſide voto magis quàm ſplendore cernimus miniſtrare. A

CAPVT I.

Gentiles arguit, hortatur qu con- uerti.

CVm Poëtarum ſtudioſa conſuetudo gentilium, fabuloſas carminis nugas nobilium commendet pompa verborum, & ſiue clamoribus cothurnatæ tragediæ, ſeu ridiculi Getæ comica fœditate, vel quibuslibet metricæ numeris diſciplinæ priſcorum ſcelerata temporum geſta. Nonnulla etiam probra narrationis arte compoſita Niliaci Papyro gurgitis calamo perarante contradant. Cur ergo qui decacordo pſalterio inter beati dogmatis choros Dauidicæ modulationis cantus exercens ſpiritualia reuerenter dicta reſpondeo, mirabiles Christi ſalubreſque virtutes preſſa voce reticeam, cum veritatis opus arripere, & fidelis inſtrumenta ſermonis dona debeam cæleſtis gratiæ non tacere? Nulli ſiquidem iuſtius humani cordis & ſenſus famulatur officium quum omnipotenti domino qui ſenſus inſtituit, corda fundauit, vt deuota ſemper creatori materies proprium non relinquat auctorem, cui fabricam ſui iuris nec ſubtrahi conuenit nec perire. Cui ditione perpetua in æthereis arcibus vna eſt cum Patre potentia, par ſplendoris claritas, communis apicis indiuiſa ſublimitas, honor æquus, eadem virtus, ſociale faſtigium, regnum temporibus infinitum, iugi ſemper manens æternitate principium, ſceptri ſocietas, conſors gloria, ſimilis & maieſtas. Hæc eſt ad ſalutis domicilium dirigens via. hæc firmis greſſibus ad Paſchalia dona panditur ſemita. Hîc noſtri ponimus operis fundamenta. Huc igitur ægras cuncti mentes aduertite, hanc morbis medicinam lethalibus adhibete quos noxiæ diſputationis vana ſerpit intentio, & Attici dogmatis inſanabilis diſciplina Cecropiæ ſauciat veneno doctrinæ, vt cum vitales auras diuinæ legis ſpiramento flagrantes odore gratæ ſuauitatis hauritis, Athænei pædoris illuuiem ſenſu deinceps puriore linquatis. Quid tenebroſis erroribus labyrintheos Theſidæ circuitis anfractus, & inuolutis exitu pereunte veſtigiis, caligantia cæcis ambagibus antra luſtratis? quid adhuc labruſcam bonæ viti præponitis? quid nitidis ſaliuncam roſariis antefertis? Quid in lapideis ſimulachris, & æreis figuris inani cultu confidere, ac fana profana, venerando metallica, proderit animos ſeruitute damnare? A

Parcite quæſo, iam parcite ſqualentibus arenoſi puluetis glebis, & ſterilium nuda perfrui ſiccitate camporum, vbi nunquam grauidis arua viſceribus, laborem ſudantis agricolæ fœcunda norunt releuare mercede. Nec de ceſpitis cruenti germinibus toxica lethalis ſucci nutrimenta vellatis, quæ cibis ſemper amica tartareis vitæ neſciunt famulari, ſed morti. Quin potius iucunda florei germinis prata, & amœnos beatæ ſedis acceſſus per liquidos puri fontis latices introite, vbi vitalium ſeminum diuinis aquis animata fœcunditas nutrit ſegetem, reuulſa lentium aſperitate & creſcentem, quæ nimiæ frugis vbertate multiplici, Dei queat eſſe iam meſſis, ac ſpem futuræ mercis aperiens, centenis cumulis fructum maximum recondat in horrea.

CAPVT II.

Inuocatio diuini auxilii

B OMnipotens indiuidui Deus numinis & æterni, qui totum ſacro nutu contines mundū, qui machinam cæli tuorum digitorum operatione firmaſti, & potentis verbi fabricam condidiſti, qui rapidā fluctuantis pelagi inſaniam limitem terrenæ vicinitatis obruere, terminis prohibes conſtitutis, qui Solis radiantis aſpectus & corrnigeros lunæ vultus diei noctique conterminans vtriuſque luminis vices ſacræ moderationis libramento diſpēſas, qui ſtellarum numerum, poteſtates, ſigna, munera, loca, curſus ac tempora ſolus colligis, ſolus agnoſcis; qui rudes terræ membra torpentia per diuerſos motus viuis animaſti corporibus, qui hominem fructus arboreos vetita præſumptione mandentem poſtquam morte cōdemnas, melioris cibi Sacramēto reſuſcitās, & à viperei morſus voluptuoſa fallacia potu ſanguinis immaculati conſeruas: qui humani generis nomen præter quos cuſtos archa munierat repentina ſurgētis diluuij inūdatione merſum penitus ac ſepultum ex vna rurſus progenie multiplicare teſtituiſti, vt myſticæ demōſtratione virtutis quod carnis delicta necauerant fida ligni protectione vallarum, per vnum totius mundi baptiſma panderes abluendum. Illam mihi placidus viam, illam ſupplici nunc demonſtra ſemitam, quæ ad ſalutaris vrbis mœnia paucorum dirigit anguſto calle veſtigia, Hieruſalem ſcilicet ciuitatem dominicam, Christi paſſione noſtrum Paſcha geſtantem, vt per hanc corporalis gratiæ hoſpitalitatem fulgentem, ad illam ſpiritalis gloriæ mereamur patriam peruenire, & ſit lucerna pedibus meis verbum tuum domine, quo recti fulgor itineris ad illa me florei graminis loca perducat, qua nitidum bonus paſtor ouile conſeruat, qua virginis ouis agnum niuea claritate puriſſimum grex omnis ſequitur candidatus. Non eſt via difficilis ſi te ducem præbere dignaberis. Omnia tuæ ſubiacent poteſtati. Omnis tuis imperijs natura ſuccumbit, & in aduerſas ſpecies ac figuras iuſſu dominante pertranſit, ſi velis glacialibus ſegetes annuas flauere temporibus, producit falcibus agilem hyems pigra meſſorem. Si vernalis plagæ temporis, cum prima florum palla tellus adoperta reſplendet, grauidis vineam pampinis iubeas parturire muſteo vinitori, iam nec repudians viſcera felicis vuæ nectarea, temulentæ calcis grata propulſabit iniuria. Cunctorumque temporum vices mutatis fructibus non renuent creatori ſeruire. Mirabi- C D

lium ſiquidem diuinorum cana pandit fides iudiciũ, & antiqua pattum teſtis origo priſcorum. Nec abolenda ſæculis æuo ſeneſcente tranſactis immortalia cæleſtium virtutum ſigna perdurant. Ex quibus metu ttepidantis ingenij pauca ſaltem audaci telatiooe perſtringere, vix noſtris animis & cotde permittimus imbecilli, vt ſyluam magnæ denſitatis ingrediens aliquos enitar extrema digitorum ſummitate ramos attingere. Nam & ſi humano corpori centum ſimul ora ſuppeditent, centeniſque linguarum motibus vox ſerrea clamate nou ceſſet, quis cuncta valeat expedire? quotum numeris nec aſtra cæli denſiſſima, nec bibula maris arena conueniat, ex quo in elatam terum faciem coufuſa materies quæ chaos dicta eſt, verbo ſabricante ſurrexit.

CAPVT III.

De tráſlato diuinitus, ne moreretur, Enoch.

ENoch Deo gratiſſimus & dilectus viuacem [illegible] riam conſecutus pet innumeros annorum [illegible] humanæ modum naturæ tranſgrediens, n[illegible] terræ munus impleuit, ſed morti immaculum [illegible] tractus eſt, concitauit.

CAPVT IV.

De partu Sarræ nonagenariæ ſterilis.

MArcebant Sarræ iam ſenectute membr[illegible] languentia, & grandæuo ſitu ſanguinis extinctus annos corporis venas deſperatæ prolis ſterilitate damnauerat, cum ſenioris viri fœcundata connubio, ſinum gelidi repentè ventris extendit, & tumidis non partu præcordiis natum ſera felicitate progenitum, in ſpem futuræ gentis & populi ad lactei potus vbera mater tremebunda ſuſpendit, quem genitor munus obtulit Deo, cuius fuerat in deſperatione promiſſo. Stetit pueri iugulum, & factus eſt aries in holocauſtum. O ſancti mens intemerata Pontificis, humana reſpuit, diuina proſpexit, filio dum vitam denegat acquiſiuit. Abraham gladium protulit vt feriret, & dominus ſacrificium ſibi mutauit, vt filium non feriret. Grande ſcilicet gerebatur in hac parte myſterium, vt pro humani generis vita ſponte ſe Chriſtus mitis agnus offerret ad victimam.

CAPVT. V.

De vxore Loth in ſalis ſtatuam verſa.

LOth peritura fugiebat ex Sodomo, cuius vxor incautæ præſumptionis audacia, dum reſpicit quæ euaſit, mutata ſalis remanſit in ſtatua non pro ſapientia, ſed pro pœna. Nullus enim ad contempta ſemel mundi diſcrimina præcipiti turſus cupiditate conuerſus iucundæ ſalutis lætitia perfruetur. Nec enim dignus eſt orator ille vĕtura fructuum ſertilitate gaudere, qui ſulcum vometis tecto curſu firmandi retrorſi vultus auerſione confundens, præteriti laboris ordinem diſſiparit.

CAPVT VI.

De igne non ardente rubi diuinitus oſtenſo Moyſi

RVbus innocuis quondam ignibus inuolutus, non ardens videbatur ardere, cuius materies nec incendijs alimenta præſtabat, nec circumfuſi caloris igne correpta detrimentis exuſti roboris ſubiacebat. Iam diuini fomitis temperabatur attactus, vt blandiente ramis æſtuantibus flamina, ſplendor in frondibus cerneretur eſſe, non pœna.

CAPVT VII.

De virga eiuſdem Moyſi in draconem verſa atq; in ſe reuerſa.

MIcis virgæ natura tractabilis in immitem & intractabilem mutata eſt draconem, qua vipereos motus tam ſinnoſo flexu volumina, quàm triſulcas vibrando linguas exercens, geminos inimicæ fraudis angues abſorbuit, atque propriam virgulti ſpeciem rigida rurſus mutatione ſuſcepit.

CAPVT VIII.

De ſiccatione maris populo Iſrael.

PEr media marinis fluctibus profunda latentia reuolutis in geminum latus vndis & æquorea diuinitus ædificatione ſuſpenſis, pedeſtris turba tranſiuit, ſtetit vndique Pontus vt murus, & cognati gurgitis ſpoliata velamine tellus permanſit nuda, donec populus pelago gradiens abſente per pelagus, veſti-

A giis hoſpitam peregrinis aquoſæ viam carperet ſiccitatis. Mutauit natura ſemitam, iuſſa paululum relaxare conſtantiam, & innumera lubrici ſalis campos multitudo tranſgreſſa, rude baptiſmatis myſterium neſciendo gerebat, quæ per aquarum freta ſalubria duce Chriſto tranſiuerat. Ita denique Propheta cecinit illa ſignificans. Vox Domini ſuper aquas multas. Vocem igitur verbum dici quis dubitat: Verbum autem Chriſtum eſſe quis abneget? qui veteris ac noui conditor Teſtamenti immenſum primæ legis abyſſum ſuo patefecit aduentu, quatenus recentiore doctrina tanquam remotis vndarum molibus inti-

B mis ac profundis ſequens ætas nil pericli formidans per callem planæ libertatis incederet iam ſecuta.

CAPVT IX.

De manna cælitus eidem plebi dato.

QVid eiuſdem plebis catetuas innumeras in deſertis terrarum ſpatiis, & totius victus ſterilitate damnatis, cibos Angelicos panemque cæleſtis gratiæ referam conſecutas. Vbi nectareus æthereæ maieſtatis nimbus irrorans populo dapes ex pluuiis, & copioſas ex imbribus eſcas effudit.

CAPVT X.

De productione aquæ de petra.

PEr ſqualentia rurſus violentis arua feruoribus ſitiens æſtuabat exercitus, qua familiari ſemper ardoris negatis fontibus, iacens terra languebat, qua

C ſpem bibendi pariter ac viuendi deficiens aquarum natura ſubduxerat. Cum ſtupentis ſaxi viſceribus torpor incluſus ſpumantem ſubito fluctuanti caute redundauit in laticem, ſiccæque ieiuni marmoris venæ potum cunctis vomuere multiplicem. His tribus ergo rebus iam magna ſui nuncians ſacramenta myſterij Chriſtus erat in pelago, Chriſtus in pane, Chriſtus in ſaxo.

CAPVT XI.

De locutione aſellæ Balaã.

ASella vile pecus acſtolidum Angelicæ poteſtatis viſione perterrita, ſeſſorem verbis alloqui-

D tur, & rudentis linguæ elamor inconditus humanæ vocis affatibus explicatur.

CAPVT XII.

De ſtatione Solis ſub Ieſu Naue.

SOl in medio cæli cacumine rapidos anhelantis flammæ curſus infrenans contra Gabaon per inſolitas diei moras dilato veſpere lucem fixus aſtrinxit. Nec luna ſuis legibus mota pigtæ ſtationis limen excedens ordinem conſueti greſſus exercuit, donec gladius victoris exercitum hoſtilem funditùs amputaret. Cæleſtis auxilij coniuratione, virtuti famulan-

E tia denique videbant ipſa iam ſydera, per ſimilis vocabuli ſacramentum, Ieſum Dominum nomine præcedente venturum.

CAPVT XIII.

De Helia coruis miniſtrantibus paſto atq; igneo curru in cælũ recto.

HEliam præter naturæ diſpoſitum Corui diurnis epulis tranſegerunt, aleſque 17 voracis roſtri rapacitati ſubiectus, qui facilem prædam cauo gutturi ſubminiſtrat, ieiunis morſibus eſcam deferebat illæſam. Nunc Heliæ bonus ac fidus, qui Noæ quondam malus ac perfidus, in terris abluit culpam in aquarum inundatione contractam. At ille plenus exiſtens poſtquam miracula terris plora monſtrauit, ſuaque dignum ſucceſſione per ſpiritum velut hæreditariam

F largitatem propriæ virtutis munus tranſtulit in amicum, flammeis raptus equis & curribus per illos clamore ſerenitatis exceſſus, qua leuior puri tramitis via nullos in æthereo campo feruentis rotæ ſulcos orbita demergente conſeruat. Dexteriora maioris ſpatij ſie petiuit, vt triumphi cæleſtis axe reſplendens, humani limitis metam longa fretus viuacitate contemneret. Quàm benè vocabulo pariter, conuenienter ac merito Heliæ claritati, vel nomini fulgentis ſemitæ maieſtas arriſit. Cui ſi Græco ſermone queat vna per accentum littera commutari, ſol ſpecialiter exprimi videatur.

Hel Aſſiriorũ lingua Solẽ, ſignificat, vnde adſpiratione adiecta Græcè ἥλιος eſt vocatus, alii non Aſſiriorum ſed Phœnicum lingua putant Hel ſolem vocari vnde Helius deducatur. Ex Seruio & Gyraldo.

Capvt XIV.

De quindecim annis ad vitã Regi deſperato additis Ezechiæ.

EZechiæ Regi iuſtiſſimo in extremis vitæ terminis conſtituto quindecim Dominus ſua pietate, vel iure annos addidit ad ſalutem, mortiſque claudens patefacta iam limina vitam in occaſu languentem ad ortus reuocauit originem.

Capvt XV.

De Iona à cete vorãte ſeruato.

IOnas in marinos fluctus anxiæ puppis trepidatione iactatus, vteroſque ſorbentis cœti reconditus non ſenſit aquas in pelago conſtitutus, vitale ſcilicet ſepulcrum ne moreretur ingreſſus, tutuſque mitiſſima ſub voraci ventre cuſtodia, depoſitum videbatur eſſe non præda, hoſtilique ſalubrius protectione ſeruatus venit ad terram vomini non carina. Cui facto diuerſitate contrario nauta ſeuitatem præbuit, fera nauigium miniſtrauit.

Capvt XVI.

De tribus pueris in camino flamma ſæuiente nõ tactis & perſecutore eorum in pœnam eandem verſo.

CVm ſpirante cælitus Deo trium Puerorum vna cordis intentio Babylonia ſacra contemneret penitus ac negaret, durumque mortis exitium tyrannicæ legis atrocitate ſuſciperet, cuius rabies Achemenii furoris igne ſuccenſa, torrentem fornacis propriæ ſuperabat ardorem. Rogo vincti traduntur in medio, pyra iuuenes non audente contingere, qui tantum corde ſementes vicerunt imaginem pœna deferiente ſupplicium. O quanta eſt credentibus ſalus, cum gloria flammis fidei plus cadentes, reſtincta torpuit vis camini.

Capvt XVII.

De Nabuchodonoſor Rege in bouem conuerſo.

AVctor igitur tam nefandi iudicij dignum factis ſupplicium non euaſit. Nam qui væcordi raptus inſania humanæ pietatis iura deſpexerat, ferino vixit ritu per ſyluas, & conſortia pecudum ſectatus agreſtia, aulici delicioſa conuiuij paſtus fœno, potatus fluuio permutauit, quem ſub huius deformitatis aſpectu hirſutum ſyluis & montibus ſeptem viderunt tempora peruagatum.

Capvt XVIII.

De Daniele à famelicis leonibus cuſtodito.

NEc minus Darij poſtmodum regnatoris dum præteritam furor imitatus inſaniam, Daniel Hebræorum decus ampliſſimum cum feris ieiunio ſtimulatis includitur, & ſimplicis animæ corpus innoxium ſæuus vorandum morſibus deputatus; bellua tamen facta mitis & placida ne ſanctos artus inſano dente laceraret eſuriens, cœpit amare iam famem, vultuſque terribilis rabies mollita ſubmittens, atque in ſæuis faucibus ita blandior conquieſcens, genuinæ feritatis immemores prædam ſeruare docuit tunc leones.

Capvt XIX.

Miraculorum recapitulatio prædictorum.

HIc vbi poſt talia tuæ ſunt leges pertinax ô natura, qui toties tibi iura ſubtraxit, qui tranſlatum neſcire virum iuſſit infernum, ſterili matri fœcundam præſtitit ſenectutem, ad aram ſponte cõpulit venire pecudẽ, muliebrem effigiem in ſalis ſimulacrum conuertit, ramos incendijs æſtuantes non ardere mõſtrauit, virgultum ſoluit in colubrũ, per marinos fluctus pedeſtres patefecit inceſſus, pluentibus nimbis nectareũ manna diffudit, ex arentibus ſaxi viſceribus vndas eiecit, ora mutæ quadrupedis humana fari verba permiſit, elementa defixis curſibus longa ratione ſuſpendit, volucrũ miniſterijs hominem pauit, & in cælum coruſci equitatus axe perduxit, morienti iam regi tria luſtra donauit, feri prædonis in vtero portũ dedit eſſe naufrago, core ſydereo puerorũ mẽbra proluit in camino. Regem vagum dumoſa per paſcua feris ac pecoribus fecit eſſe conuiuam. Leones prædæ parcere, & rapinã docuit non amare. Nempe rerum cõditori omniũ, cuius cuncta ſeu nota ſeu latentia verbi conſtant machinis fabricata, ſui operis ſubiacent fundamenta, & ſequitur iubentis imperium creatura, quacunque nutu naturæ traxerit diuinæ ſententia.

Capvt XX.

Deflet elementorum, idolorumque cultores.

HEv miſeri qui vanis cultibus inclinati ſtultum ſiniſtri cordis officium ſculptis à ſe ſimulacris impendunt, factoremque proprium relinquentes, ſuæ manus venerantur effigies, qui furor eſt, quæ tanta mentis ludit inſania, vt turpem volucrem, obſcæniſſimum bouem, tortum draconem, & ſemihominem canem homo integer membris adoret, & Solem nonnulli nebuloſis montibus obcœcati rerum genitorem illa volunt opinione cenſeri, quia terrarum tractus & ſpatia claræ ſerenitatis luce perfundens, cæli plagas ac ſydera flammigera luſtrare velocitate non ceſſat; cum ab ipſa potius inſtabili mobilitate, quam rapidis diſcurſibus vagus ignis exercet, officium conſtet eſſe, quàm Dominum. Quippe certo diſpenſationis ordine cuſtodito, nunc oritur, nunc ad occaſum horis vergentibus inclinatus vices cum nocte partitur. Nec vbique ſemper eſt conſtitutus, quique nulla naſcentis vidit mundi primordia, niſi peracto fine Sole die iam gemino, prouidus eum cõditor à tertiæ lucis inſtituiſſet radiare principio. Sic etiam lunæ ſuperuacua pleriq; vota depẽdunt, quam creſcere ſemper ac minui præfinitis menſium temporibus intuentur. Sic ſtellis quoque litare non deſinũt, quæ depulſæ noctis abſceſſu matutinæ lucis vultibus effugantur. Hic aquarum cultor eſt. Ille flammarum. Sed ſpecies ſibi natura contrarias, non audent inimicas efficere, ne proprtiore diſcordia aut ignis ardentior latices debiliores exſiccet, aut impar vndis ingẽtibus rogus ſubito moriatur extinctus. Alius arboreis radicibus aras inſtituens, dapes apponẽs, ramos ac robora flebiliter orare nõ ceſſat, vt natos, domos, rura, coniugium, famulos, cenſumque cuſtodiant. Lignee, ligna quod obſecras? ſurdis operam depẽdis, exclamans, à mutis reſponſa nihil auditurus exſpectas. Quæ domorum conſtantiam illa tantum ratione ſuſtentant, ſi ſecuribus amputata, pendentia culmina tecti ſuffulciant, aut focis adhibita ſumendis dapibus famulentur accenſa. Nonnulli dementius olerum veneratores exiſtunt, & in hortis numina rigantes arentia tranſplantatorum ſe deorum edocent veros eſſe cultores. Sed plura de talibus iam referre pudet, ne in ſanctæ religionis pagina dum numeroſos ſtultitiæ caſtigamus errores, aut lilia nimio decore molliſſima rubus aſper exurat, aut per violatia florentis campi purpurea, carduus & ſpinoſis armatus aculeis paliurus exurgat. Igitur increpando iam ſatis eſt, qui humanis erroribus coli monſtra deriſimus, vel potius tales actus miſerando defleuimus.

Capvt XXI.

Exhortatur ſemetipſum.

NVnc per incœpti iuuat ire tramitis inſtitutum, montemque ſublimem firmo gradu conſcendere, atque ad vrbem noſtræ libertatis auctorem, totarum virium ſtudio peruenire. Ipſa denique tranquillæ domus eſt pacis, ipſa tutum ſalutis habitaculum, ipſa perpetuum libertatis obſequium. Si enim de terrena mortalis habitaculi ciuitate & à mortali fabricatore fundata, Poëta ſecularium ita cecinit litterarum.

Virgilius Ecloga 1.

> *Et qua tanta fuit Romam tibi cauſa videndi*
> „ *Libertas:*

quanto magis cæleſtium in ciuitate regnorum quam Deus dominus inſtituit fabricator iura perpetuæ libertatis eſſe credemus? de qua vates ait ſpiritualium canticorum. Ædificans Hieruſalem dominus, & in ſequẽti nihilominus Pſalmo diſſimiliter explanauit. Lauda Hieruſalem Dominum, lauda Deum tuum Sion, quoniam confortauit ſeras portarum tuarum, benedixit filios tuos in te, qui poſuit fines tuos pacẽ, &c. Audiamus ipſum quoque rerum omnium con-

ditorem in Euangelijs ſuis ſacro-ſancto ſermone cuius eſſe memorarit hanc vrbem. Dico autem vobis non iurare omnino neque per cælum, quia thronus Dei eſt, neque per terram, quia ſcabellum eſt pedum eius, neque per Hieroſolymam, quia ciuitas magni regis eſt. Tanquam ſi diceret mea, qui apertius diſſimulauit exprimere, vt humilitate ſermonis culmen ſuæ panderet maieſtatis. Ita enim cum doceret, admonuit dicens. Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcedite à me quia mitis ſum & humilis corde. Hîc eſt vbi regia fuluis aula tholis irradiat, vbi petens accipit, quærens inuenit, pulſanti mox panditur. Hic ille, precioſus enim lapis, qui ab ædificantibus reprobatus, in anguli nitet capite conſtitutus. Cuius onus nimis leue ſentitur, cuius iugum ſuaue plurimum comprobatur.

Capvt XXII.

Trinitaté aſtruit aduerſus Arrium & Sabelliũ.

IGitur per digeſta quædam veteris teſtamenti miracula retulimus quænam pater filij conſortio ſanctoque ſpiritu ſecum geſſerit conſtituto. Per digeſta ſimiliter quædam noui Teſtamenti miracula referemus, quænam filius paterno conſortio ſanctoque ſpiritu ſecum geſſerit conſtituto, vt deitatis vna potentia inſeparabili ſemper virtute conſpicua & ſimplici maieſtate ſit triplex, & triplici maieſtate ſit ſimplex. Hæc eſt vera fides & firma credulitas. Hanc ſalutem infelix Arrius habere contempſit, qui per deuios cum callis anfractus dum rectum nititur iter auertere, tetram delapſus in foueam, caligantis tartari ſecutus tenebroſa eſt, tam ſenſu vacuus & inanis quàm tempore iuſti ſupplicij, ventre quoque vacuus fuſis viſceribus expirauit. Demens qui paternæ diuinitatis iura nullius exemplo ſimilitudinis coæquanda caducis putauit gradibus computari. Inter homines namque carnali lege naſcentes filius minor eſt patre, quoniam pater ipſe qui filium nunc præcedit, paulo ante filius fuit, & qui filius eſt, nunc cernitur, cùm pater fieri poſſe non habetur ambiguum. Sic per omnem nepotum ſeriem noua proles excurrit, & auorum attaui ſenio numerantur ingenti. Dominus qui verbum, virtus, ſapientia, & totum commune patris, eſt Chriſtus, de lumine lumen exortũ, de ſolo ſolus eſt natus qui nec patre minor in aliquo, nec eſt quo creſcat rebus vniuerſis excelſior, quippè qui genitus non creatus, nomen habet pro ſummitate principium. Ita enim ſecundum Ioannem Iudæis requirentibus ſeſe dixit eſſe principium. Quid ergo principium eſt, niſi cacumen excelſum ſupra quod nihil penitus reperitur, ſemper in patre permanens, qui in ipſo ſemper manet pater rerumque omnium caput vnus indiuiduæ maieſtatis eſt Deus, non quia filius hic credatur eſſe qui pater eſt, ſed quia filius hoc credatur eſſe quod pater eſt, ſicut per Euangelicam ipſe locutus eſt doctrinam dicens. Ego in patre & pater in me. Deinde conſequenter adiecit. Ego & pater vnum ſumus. Arrius, vnum, dici audiat. Sabellius, ſumus, dici cognoſcat, alter à Trinitate refugiens, alter ab vnitate diſſentiens, ambo pares errore licet diuerſa ſentientes. Qualiter Gentilium dogmatum ſuis obuiare dictis inuicem conantur auctores qui brachia nudis humeris proferentes exerta nihil docendo tradere, ſed tantùm parati ſunt longa diſputatione certare. Quorum prudentia iacet inculta, quia vana eſt coram domino mundanæ ſapientiæ fragilis diſciplina. Hic plus loquitur, ille plus tacet. Hic ambulando diſputat, ille ſtando pronuntiat. Alius ſemper illacrymat, alius ridere non ceſſat. Diuerſis igitur modis par væſania videtur in cunctis.

Capvt XXIII.

Signo crucis ume-

INterea dum viatici laboris ſarcinam ſermonibus alleuamus, ſpeſque ſimul ac fides in ardua meum

A comitantur inceſſum, blandius ad arcis ſummæ faſtigium depoſita difficultate peruenimus. Ecce ſacræ crucis vexilla iam radiant, ecce magni regis caſtra piſſima coruſcum lumen oſtendunt, flatuque ſydereo tuba dominicæ ſtationis exclamat. Militibus ſuæ portæ patet acceſſus, qui militat ingrediatur intrepidus. Ianua vos æternitatis inuitat, quę ianua Chriſtus, ſcilicet vox paterna. Aurea perennis vitæ remuneratione gaudebitis, quia cæleſtia Domini viriliter arma tractatis, & in fronte decus affixum, fidelis ſigni ſacramenta monſtrans. En ego decus & arma cæleſtia tua tuæ militiæ pars minima, bone rex, baiulo cõſecrata. B Hîc proprias me ſedes accipere, huius verbis in mœnibus exigua dignum habitatione concede. Tuus ſemper incola, tuuſque vernaculus patuo ſanctæ mãſionis in angulo conſtitutus inter beati ordinis ciues albo vitalis paginæ poſtremus merear municipalis adſcribi. Grandia quidem poſtulo, ſed tibi grandia dare ſuppeditat magnitudo, quem ille magis offendit qui ſpem dubiam de tanta pietate conceperit.

tus ſe in albo beati ordinis poſcit adſcribi.

Capvt XXIV.

De quatuor Euangeliſtis, quomodo quatuor animalium figuris oſtenduntur.

CHriſte annue votis qui morientem mundum viuificare feſtinans, cælitus petiſti terrena, humanam C dignatus ſumere effigiem, aliena quidem ſuſcipiens, ſed propria non relinquens. Hoc Matthæus adortus imprimis hominem generaliter expediuit. Marcus vt leo mirabilis per deſerta vociferatus infremuit. Lucas Sacerdotali religionis exordio ſumpſit ſimilitudinẽ de iuuenco. Ioãnes Aquilę volãtis impetu cælũ verbi maieſtate penetrauit. Quatuor iſti proceres ac præcones ij vnita voce cãtantes ceu tẽpora totidẽ per latiſſimã totius mundi ſparguntur effigiem. Sic Apoſtolici quoque culminis honoris duodenus apex ſemper refulgẽs numeris horas imitatur & mẽſes, vt rebus omnibus congregatis annus tibi militet D vniuerſus. Igitur hinc vetuſta memorans antiquæ mortis exordia, nouã properare delector ad vitam, vt qui fletus ſeminauimus in Adã, lætitiam metemus in Chriſto, & Dauidicam mereamur dicere cantilenam. *Qui ſeminant in lacrymis in gaudio metẽt. Eũtes, ibãt & flebant mittentes ſemina ſua. Venientes autem venient in exultatione portantes manipulos ſuos.*

Explicit liber primus cum capitulis veteris Teſtamenti.

E

INCIPIT SEDVLII LIBER II. NOVI TESTAMENTI.

Capvt I.

De expulſione Adam de Paradiſo.

EXPVLERAT ſerpens ille nequiſſimus de paradiſo ſede florigera primogenitum doloſis artibus virum, & illecebris blandi ſaporis abſconditam mortem guſtari fecerat, mox amaram. Nec indiF gnationis diuinæ ſententiam ſolus præcepti temerator vitæ damno ſuſceperat, ſed ab ipſo veniens humana progenies longæ mortis fuerat conditioni ſuccũbens: heu coniux crudelis & noxia. An ille magis draco perfidus homicida? Sed tu coniux quoque crudelis noxia. Proh dolor! duo tantum fuerant æterni. Poſtquam creſcere cœpit origo, tunc perijt, cladem que parturiens à ſemine detrimenta ſuſcepit, quid illa tempeſtate numeroſa dies ac multiplex, quid felicibus vitæ ſpatiis nongentos proderat annos excedere; nepotumque decima ſeneſcente progenie ſui generis externum ſanguinem iam videre, cum ſors hu-

A manæ conditionis extrema irreparabilis horæ ſupremis curſibus occupata, licet ſerum, nequaquam tamen declinaret interitum. Longamque temporum per ætatem vitæ exiſtens breuis, nihil eſſe diuturnum, qui fine clauderetur, ingemeret? nec huic malo remedium ſpes vlla promitteret affuturum. Sed primi terrigenæ meritum ſepulcrale, cunctas poſtremi quoque germinis nationes auida paſſim fauce ſorberet, niſi ipſius ille rerum creator & conditor, cui proprium eſt veniam dilectis infundere, quam pœnaliter imminere, fabricam ſui operis ab ipſo debilem fundamento, firmius per eundem lapidem ſurſus dignaretur erigere. Ne videlicet imago quæ ad ſimilitudinem Dei facta fuerat viuens diſſimilis haberetur ex morte, munuſque venialis indulgentiæ largiretur tae poma, quæ patres acerba vorauerunt, filiorum obſtupuere dentes, arceret donaretque mitiſſimus ac placatus, vt vnde mortem peccata contraxerant, inde vitæ pietas enutriret immenſa. Et velut roſa ſuauis atque molliſſima de ſpinoſo ceſpite naſcitur nil læſura matrem, quam gratia iucunditatis obſcurat: Ita de ſtirpe nocentis Euæ Maria ſacro veniente cum lumine primæ Virginis luem ſequens virgo diluetet, vt quæ prior natura vitijs inquinata diræ necis fuerat conditioni ſubiecta, naſcente Chriſto per hominem, homo quoque poſſet renaſci per Chriſtum, originalis maculæ fœditatem vetuſtati corporis innouatione poſiturus.

CAPVT II.

De Cõceptu beatæ Mariæ a Prophetis ſæpius prædicto.

HÆc poſtquam Prophetica ſæpius vox prædixit, & Gabriel Angelus Mariæ iam præſenti annunciauit, mox puellæ credentis in vtero fidelis verbi manſit aſpirata cõceptio, proleſque ſyderea naſcendi ſub lege delituit quæ cuncta ſuo naſci nutu conceſſit. Tumebant virginis ſinus, & fœcunditatem ſuorum viſcerum corpus mirabatur intactum. Grande mundo ſpondebat auxilium fœminei partus ſine viro myſterium, quæ nullius maculæ næuo fuſcata tenſo nutriebatur ventre præcordia, genitoris genitrix mox futura.

CAPVT III.

De partu beatæ Mariæ, & Angelorum in Chriſti Natiuitate.

NOnus interea menſis effluxerat, & decimi lumen immortale radiabat, claruit fœtu virgineo ſpiritalis gratiæ manifeſta promiſſio, & verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, id eſt habitauit in homine cuius ſe dignatus eſt carne veſtiri. Infans paruus ac maximus, membris ſcilicet exiguus, deitate præcelſus, per hoſpitalis templi ſinceram defluens caſtitatem, non læſit corpus abſcedens qui non læſerat cum veniſſet. Vere diuinæ generationis eſt hoc ſecretum, teſtis virginis partus oſtenditur, qui materni pudoris cuſtos ingreſſus clauſis viſceribus & conceptus & creatus eſt, quæ nouæ lucis illa tunc claritas mundi totius oras impleuit? quæ cælo lætitia? quis ille nitor effulſit, cum Chriſtus ſplendore ſydereo velut ſponſus procedens de thalamo ſuo Mariæ proceſſit ex vtero? Cuius ita ſpecies diuina videbatur * præminere, vt Dauid eius ipſum Pſalmus ita pronunciet. Specioſus forma præ filijs hominum. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis, &c. benè præ filijs hominum ſpecioſum definiuit, quia licet humanæ ſuſceperit incarnationis effigiem, filiumque hominis in Euangelica prædicatione ſæpè dixerit; peccatum nos tamen originale fœdauerat, quod ipſe non habuit, qui ſuæ nos natiuitatis puritate mundauit. O pietas clemens & facilis ad ſalutem, ne nos iugum diuturnæ premeret ſeruitutis pro conditione peccati, Dominus ſerui membra ſuſcepit. Audiamus vocem Pauli dicentis Apoſtoli, ſemetipſum exinaniuit, & formam ſerui ſuſcepit, &c. quique cuncta veſtit ab origine mundi, naſcentia pannis inuolui ſua paſſus eſt membra. Et cui cælum paruus eſt limes, terra deficit, maris vnda non ſufficit, plenus manſit in corpore puerili, modico Deus recubans in præſepi. Salue parens optima tanti regis puerperio conſecrata, qui ſupernis ita iugiter & infimis dominatur, vt eius imperium, poteſtas & nomen nec initium nouerit habere nec finem, quæ beati ventris honore conſpicuo ſimul & mater eſſe probaris & virgo. Cui nulla penitus æqualis fœmina reperitur, quæ tuum decus ſimiliter prçceſſerit, aut ſignatur, ſola placens ſingulariter Chriſto, nulli comparatis exemplo. Tunc angelici facunditate ſermonis paſtores primi gregem ſuum nocturnis vigilijs ſeruantes natum dominum cognouerunt, B vt & paſtoribus paſtor mundi clareſceret, & inter greges agnus genitus appareret. Igitur vt Euangelicus ſermo teſtatur, ita pronũcians: Et ſubito facta eſt angelorum multitudo militiæ cçleſtis laudãtium Deum & dicentium. Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Oſtendit Euãgeliſtæ fidelis aſſertio de cuius ageretur hîc regno, quando cçleſtis militiæ multitudo Deum laudat in Chriſto, vt licet humana fuerit pro matris conditione creatio, deitatis tamen vna communio patrem cognoſci demonſtrat in filia, dicebant ergo. Gloria in C altiſſimis Deo. Vtique in altiſſimis gloria Dei permanſit, vnde Chriſtus veniens non receſſit. Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Terram credendum eſt homines nuncupari, de qua ſumus domino fabricante plaſmati qui Adam increpans dixit, quia terra es, in terram ibis. Tũc terra noſtra pacem meruit poſt illud bellum ferale quo cecidit, quando Chriſtus terram noſtræ carnis aſſumpſit. Nam ſi terram in hoc loco campos arbitremur dictos & montes, quam pacem poteſt habere vel prælia mutata moles & pigra? In homines ergo ſpecialiter pax illa deſcendit, quos D bonæ voluntatis capaces inuenerit, vt vbi ſtudium ſinceri propoſiti rerum ſcrutator & cordis eſſe conſpexerit, illic domicilium ſuæ delectetur inſtruere manſionis. Pax enim & ratio melioris arbitrij, contra ſpiritum carnis non ſauere certamini. Sed vtrumque manentem concordi iugiter puritate cum ſpiritus dominatione ſeruare. Nec debemus tantum de carnis imbecillitate diffidere, vt de cæleſtis videamur auxilio deſperare. Omnipotens enim Dominus Ieſus Chriſtus, qui Dei & hominis mediator approbatur, vt excuſationem nobis corporeæ fragilitatis auferat, ſtudium tantum noſtræ voluntatis inquirens, perfe- E ctionem boni operis ſuæ maieſtati ſeruauit. Apoſtolica namque doctrina ſic explicat dicens. Velle adiacens mihi eſt, proficere autem bonum non inuenio, quia videlicet noſtrum eſt bonum velle, Dei perficere qui pacem ſuam hominibus bonæ voluntatis infundit. Diuinus deinde ſermo proſequitur dicens.

Terra pro homine ponitur.

al. præminere.

CAPVT IV.

De ſtella Magos ad Chriſtum ducente & myſticis eorum rebus.

CVm ergo natus eſſet Ieſus in Bethleem Iudæ in diebus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Hieroſolymam dicentes. Vbi eſt qui natus eſt rex Iudæorum. Vidimus enim ſtellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. Audiens autem Hero- F des rex turbatus eſt & omnis Hieroſolyma cum illo. Et congregans omnes principes ſacerdotum & ſcribas populi ſciſcitauit ab eis vbi Chriſtus naſceretur. At illi dixerũt. In Bethleem Iudæ. Sic enim ſcriptum eſt per Prophetam. Et tu Bethleem terra Iuda nequaquã minima es in principibus Iuda Ex te enim exiet dux qui regat populum meum Iſraël. Tunc Herodes clam vocatis Magis didicit ab eis tempus ſtellæ quæ apparuit eis. Et mittens illos in Bethleem dixit. Ite & interrogate diligenter de puero. Et cum inueneritis, renunciate mihi, vt & ego veniens adorem eum. Cõuenienter ſcripturarum ſanctioni concordans. Chriſti natiuitas ab Oriente fulgebat, qui implet quod

Zacharię

Zachariæ deſignat oratio. Viſitauit nos Oriens ex alto. Nam & Dauidicus ſimilia continet Pſalmus. In ſole poſuit tabernaculum ſuum, &c. Sole vero ſignificat Orientem, de qua regione ſemper oritur dies. Quid igitur Herodes acutius turis? qui dementer inſanis? Chriſtum ſiquidē lingua profiteris, corde proſequeris, mentemque tetram & nebuloſæ caliginis obſcuritate damnatam iucundi vultus ſerenitate diſſimulas. Chriſtum namque in nudis inquiri, non adorandum religione quam fingis, ſed necandum fraudibus quas moliris. Erras nimis & falleris. Illum credens tibi ſuccedere, qui regia primus domi iacuit in ſede, qui nec ſuccedit penitus, nec decedit, ſed æternus ſolium ſuæ poſſidet maieſtatis, legemque legis ac negligis, cui regi regum tua regna inimicis. Caret verbis hæc culpa, caret excuſatione perfidia: hunc enim conaris extinguere, quem te promiſeras adorare. Minus fortè delinqueres ſi de Chriſto nihil quæreres, quatenus homicida tantum velut ignotum hominem perſequendo, non etiam ſacrilegus eſſe Deo videris offenſo. Nonne legeras cum Dauidicum cantico ſic monentem: nolite tangere Chriſtos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Cur ergo diuinæ præceptioni parere neceſſe ſit, vt neque Chriſti eius neque propheta maligna quicquam improbitate ſubſtineam? quia videlicet ſpiritu conſecratos vnguento nefas grande ſit contumelioſè tractari. Qualenomen habebit hoc crimen vt ipſum Dominũ Chriſtũ à quo Chriſtiani ſunt nuncupati, ipſum verò prophetam à quo verax propheta deſcendit, tuis ambias dolis interfici. Nonne Dauid mandatis domini ſeruientem debuiſti ſectari, qui Saul in ſpeluncam in qua latebat ingreſſum cùm ita cogeretur extinguere, ita reſpondit, abſit a me omnino hoc, mihi non contingat à domino ſi fecero verbum iſtud domino meo Chriſto domini mei vt inferam manum meã in eum qui Chriſtus domini hîc eſt. Et ille quidem pepercit inimico ſe volenti perimere. Tu autem inſidiaris domino, qui mundi natus eſt ad ſalutem. Qui ſi nullis vt immemor, veterũ tangebaris exemplis, ob hoc ſaltem parricidalis conatus debueras arma relinquere, ne ſceptri quod gerebas decerneres poteſtatem, qui victus agnoſceris, perſequens vnctionis auctorem. Nec tamen omnimis tui cruenta perfidia tanti ſceleris a ſatietate diſcedat, ſub honore crucis æthereo, ſed crimine tuæ gentis infero, quod fruſtra ſæuiens tu molitis, Herodes alius poſt videbit.

Capvt V.

De adorato à Magis Chriſto & muneribus oblatis.

EVangelicum ergo ſequens ait ita capitulum. Qui cum audiſſent regem abierunt. Et ecce ſtella quã viderant in Oriente antecedebat eos. Vſque dum veniens ſtaret ſupra vbi erat puer: videntes autem ſtellam gauiſi ſunt gaudio magno valde. & intrantes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum, & apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. Quid eſt hoc, vt præcederet eos ſtella quam viderãt, niſi vt ducatum parui ſyderis intuentes, materiam pleni luminis inuenirent? Adorauerunt autem quia verè venerant adorare, quod Herodes ſe mentiendo facturum non meruit obtinere. Niſi enim veris adoratoribus Dominũ non conceditur adorare, ſicut ipſe Dominus noſter ad Samaritanam mulierem locutus eſt dicens. Vos adoratis quod neſcitis, nos adoramus quod ſcimus, quia ſalus ex Iudæis eſt. Sed venit hora & nunc eſt quando veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu & veritate. Nam & pater tales quærit qui adorent eum. Licet ergo dominicæ verba doctrinæ manifeſta ſint & aperta, quod dominum niſi veritas non adoret: debemus tamen vim ſermonis diligentiùs perſcrutari, qui ſit. Venit hora, & nunc eſt quando veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu & veritate. Arbitror itaque iuxta ſenſum quem meæ Deus paruitati largitur, quod per ſignificationem præſentis temporis quo ſe palam mundo monſtrauit, in ſe patrem dixerit adorari. Sic enim ſequentibus patefecit alloquiis dicens. Iudicium omne dedit filio, vt omnes honorificent filium ſicut honorificauit patrem. Magnificè verò poſtquam dixit in ſpiritu, adiecit & veritate, quoniam ſpiritum Dei gerentes veritas ſequitur, alienum fallacia comitatur. Declaratur & in hac Magorum perſona myſterium. Per illos namque gentiles & aduenas ad ſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus ingreſſos gratiam futuræ legis oſtendit, quod omnibus ad ſe gentibus venientibus aditum iam pararit. Ita enim & prophetas ſuos & per ſeipſum noſcitur locutus. Per prophetas quidem licet ſæpius iſta prædixerit: Dauidico tamen teſtimonio ſic explanauit. Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te, poſtula à me & dabo tibi gentes, hæreditatem dixit qui per noui gratiam teſtamenti domino parabantur adquiri per ſeipſum in euangelio, tanquam bonus paſtor ita promiſit. Et alias oues habeo quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile, & vnus paſtor. Nec deuotionem munerum diuino caruiſſe nutu credamus. Nam per illas ſpecies merito variæ ſignificationis oblatas Chriſti potentia paruit declarata. Aurum namque ſi diligentius inquiramus quid pronũciet adtributum, ſine dubio tam præclara materies & opulenta metallici ſplendoris irradians vtpote Regi memoratur illata. Sed in hoc rege duplicem fatemur eſſe ſubſtantiam. Chriſtus enim & ſpecialiter regnat in cælis, & carnaliter natus eſt rex Iudæis. Thuris munus, quia religioſo libamini illud olim proficiebat. Incenſum Chriſto datur, vt Deo. Myrrha vero quæ tumulandis eſt apta corporibus, humanam morituro per carnem ſepulcrali lege. Ipſa quoque trinæ quaotitatis oblatio cultum catholici dogmatis pronunciabat ex numero. Quippe qui, Deus omnipotens, qui præterita conſpicit ac futura, ſemperque manet, manſit iugiter ac manebit, triplicis in vna deitate virtutis in eorum temporũ curſu rerum omnium poſuit fundamentũ, quamquam præſentia ſub eius oculis ſemper vniuerſa conſiſtant, qui nec vetuſtatis ſenium, nec iuuẽtutis ſuſcepit incrementum. Sed quod ſemper eſt, idem eſſe non deſinit. Nam poteſtatis ſuæ nome excelſum Moyſi ſollicitè perquirenti, vt Iſraeli populo nunciaret, de flamma rubi ardentis hoc edidit. Ego ſum qui ſum. Et dixit. Sic dices ad filios Iſrael, qui eſt, miſit me ad vos. In euangelio nihilominus ad Iudæos Abraham ſibimet præponẽtes antiquitate, ſic inquit, Amen, amen dico vobis antequam Abraham fieret, ego ſum. Vide diſtantiá vtriuſque ſubſtantiæ, Deum diſcernẽtem & hominem. Abraham dixit antequam fieret de ſeipſo non dixit ego fui. Sed ego ſum, quoniam diuinitatis eſſe eſt non fuiſſe, quæ via ſemper æternitate conſiſtens nec initiis oritur, nec terminis explicatur. Tempus enim à Deo eſt, nõ Deus a tempore, lectionis itaque ſermo proſequitur. Et reſponſo accepto in ſomnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuerſi ſunt in regionem ſuam. Debemus igitur imitari nos etiam Magorum facta fidelia, & ſicut illi ſomno crediderunt; nos euidentiſſimis aſpectibus iam credamus, quatenus qui Chriſtum ſigno crucis prælucentem repertum meruimus adorare, eidemque de theſauris noſtri cordis munera trinæ laudis offerre, iam minimè reuertamur ad huius mundi principem, qui nos ante ſeduxerat deceptorem. Sed priorem ſemitam relinquentes per illius callis ſecreta pergamus qui ad cæleſtem patriam greſſus dirigit confidendo. De hinc ſuper ordinem talia geſta narrantur.

Aurum.

Thus.

Myrrha.

Cur tria munera Chriſto oblata.

CAPVT VI.

De ſæuitia Herodis & nece paruulorum.

A TVnc Herodes videns quoniam illuſus eſſet à Magis iratus eſt valdè, & mittēs occidit omnes pueros qui erant in Bethleem, & in omnibus finibus eius à bimatu & infrà, ſecundum tempus quod exquiſierat à Magis. Igitur à magis, quos crediderat illudendos, illuſus, diſſimulatos motus ira præcipiti rex impius publicauit. Si regem dici conueniat qui nec pietatem tenuit, nec ſuos regens animos temperauit. Sed leo ſæuiſſimus & cruentus, cui ſi tener quiuerit forſan agnus auferri, in totum parui ſanguinis gregem impetus ferinos exercet, pecuſque molliſſimum mandit, lacerat, decerpit, extinguit, ſtantes B eminus fœtę miſerrimæ pignora vocantes fruſtra iam perdita, crebriſque balatibus inanes aures exagitant. Sic Herodes de Chriſto ſtimulatus oblato, paruulorum cateruas elidere ſanguinolenta non deſtitit tyrannide. Quonam rogo crimine ſimplex morti turba ſuccumbit? Cur qui vixdum modo ſunt geniti digni ſunt iam puniri? ſuit eſt in cruento rege non ratio qui primis vagitibus inimicus, & in numerum perrare nefas aggreſſus, puerilis millia mactauit ætatis, vnoque luctu tot ſimul genitrices orbauit. Hæc effuſam vultibus comam miſeranda dilacerans crinalis damni fœditate nudum verticem ſauciabat. Illa C madidas lacrymoſis imbribus genas vnguium proteruitate ſulcabat. Duris alia pectus ſanguinolentum verberibus infelix mater cedebat, nec iam modo mater, ſuper vnici gelidum corruens cadauere extincti abſciſſas vberum venas, lactis copiam, cum cruore fundebat. Nemo calamitatis illius tam varias tamque multiplices poteſt imagines expedire. Vbi diuerſis generibus lamentorum dolor aderat non diuerſus. Quis tibi ſenſus, quæve fuit mentis intentio, non iam tyranne, ſed lanio? quos fremitus eructabas accenſus, cum ſontium vulnera paruulorum ex arce ſumma proſpiciens vaſtum pelagus lacrymarum cerneres inundatione collectum? Inter D necatos tamen infantes quos occubuiſſe certum eſt, non periſſe, quamquam Chriſtus abfuerit abſens eſſe non potuit, qui periculis ſanctorum ſemper incertus, alienis pro ſe corporibus irrogata pio motu ſentit in ſe ſupplicia.

CAPVT VII.

De doctrina ac magiſterio Domini duodecimo anno.

CVm iam ætate proficiens annos duos gereret ſupra decem, cuius numeri de carne traxerat quantitatem, æuum ſcilicet temporale humana ratione percurrens ſenioribus ſeniorem ſeſe pruden- E tia, magiſtris magiſtrum pandebat eſſe doctrina, vt legis ſuæ manifeſtus interpres, quantus eſſet interior, demonſtraret.

CAPVT VIII.

De tricennarii baptiſmo Saluatoris.

NEc poſt longam temporum moram (quænam poteſt eſſe mora temporibus, quæ volucri curſu fugacia nondum veniunt, iam recedunt, vt euangeliſta ſignificat.) Ipſe Ieſus erat quaſi iam annorum triginta, vt putabatur filius Ioſeph præclarè nimis vtrumque verbum (quaſi, & putabatur) diuinitatis ſeruauit. Sicut enim quaſi triginta videbatur annorum cum ſit æternus, ita Ioſeph putabatur cum F ſit ex virgine procreatus. Tunc Iordanis ad fluenta baptizaturus acceſſit, expetens quod venerat vt donaret, abluendus qui veniebat abluere. Hunc Ioannes Baptiſta conſpiciens quem matris in vtero ſenſerat dum lateret, iam Chriſti conſcius affuturi, prophetiæ munus exercens, licet loqui non poſſet, tanquam muti patris à ſilentio temporali deſcendens, proclamare cœpit & dicere. Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Cum dicit, tollit, oſtendit eum non habere qui tollit, quodquidem tulit non vt ipſe gereret, ſed vt ipſe deperderet. Sicut tenebris nocturnæ excitatis ortum radiantis diei ſubito A videmus infundi, nec tamen caliginis tactu quem decutit, ſplendoris ſui gratiam lux amittit. Ita dominus Ieſus Chriſtus humani generis delicta ſuſcipiens non tenuit ſed fugauit. Nam vt ignis metalla ſordium conſummatione clarificat: ita nos ab originali contagio ſua bonus opifex flamma mundauit. Tunc immaculatus aquas ingreſſus in ſe noſtram lauit illuuiem, nihil habens proprium quod lauaret. Ipſos denique latices ſacri corporis maieſtate purificans, beauit gurgitis lympham, honorem dominici baptiſmatis conſecutam. Senſerunt tremendam deitatis vndæ præſentiam. Pontus receſſit à littore, B fluuius remeauit in fontem. De quibus propheta cantitans hæc deſignat. Mare vidit & fugit, Iordanis conuerſus eſt retrorſum. Quid eſt mare quod fugiſti, & tu Iordanis quia conuerſus es retrorſum. Euangelicæ lectionis ergo textus ita proſequitur. Baptizatus autem confeſtim aſcendit de aqua, & ecce aperti ſunt ei cæli, & vidit ſpiritum Dei deſcendentem ſicut columbam venientem ſuper ſe. Et ecce vox de cælis dicens: hic eſt filius meus dilectus in quo mihi complacui. Conſideremus attentius quantum reueletur & in hoc loco myſterium. Poſtquam enim dominus de aqua baptizatus aſcendit, mox C aperti ſunt cæli. Quomodo mox aperti ſunt Chriſto, cui ſuper ſydera domus, nunquam cælū videatur obcluſum? Sed arbitror quantum pietas eius meis ſenſibus aſpirare dignatur, quod ideò tunc aperti ſunt cæli, quando dominus aſcendit ab aqua baptizatus, vt ſuis miſericors doceret exemplis, homini, cuius effigiem ſumpſit, cælorum regna tunc pandi, cum meruerit ſpiritualis aquæ conſecratione perfundi. Quod autem ſpiritus Dei ſuper eum in ſpecie columbæ deſcendit, oſtenditur quanta ſit eius bonitas, manſuetudo, ſimplicitas per volucrem fellis amaritudinem non habentem. Et ne corporaliter viſus eſſe neſciretur Deus, voce patris aſſeritur di- D centis. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Præclarus iſte dilectionis affectus plenam Catholici dogmatis continet firmitatem, vnamque Patris & Filij pronuntiat eſſe virtutem. Charitas enim quæ in Deo conſiſtit à ſimilitudinis & æqualitatis ſpiritu non recedit. Nam qui dixit ſui lege mandati. Diliges proximum tuum tāquam teipſum, docuit diligentis & dilecti nullam fieri oportere diſtantiam. Nam & in ſequenti verbo quod addidit, in quo mihi complacui, intelligitur poteſtatem vnius deitatis explanaſſe communem. Plus eſt enim E complacui dixiſſe, quàm placui, quia complacui cōuenientiæ verbum eſt, & geminæ cernit adhærere perſonæ. Quod ideo vox cæleſtis expreſſit, vt & pater in filio, & filius complacuiſſe videatur in patre. Nam & ipſe tam paternæ vocis quàm filij baptiſmatis, vel ſpiritus aduolantis conſortio congregato, Trinitas vno fulſit ex Deo, quo pignus non meretur exiſtere, qui numerauit Trinitatem.

CAPVT IX.

Chriſtum tentarū à Diabolo.

TVnc ductus eſt Ieſus in deſertum à ſpiritu, vt tentaretur à Diabolo. Et cum ieiunaſſet qua- F draginta diebus & quadraginta noctibus poſtea eſuriat. Et accedens ad eum tentator dixit ei. Si filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant. Igitur tentabatur à Diabolo fidei ſemper inimico. Nemo enim ſibi manifeſtam rem diſcutit, niſi qui fallaci plenus ingenio compertæ veritati non credit, ſicut ipſe Diabolus qui poſtea quàm Ieſum paterni claritate ſermonis, Dei filium eſſe cognouit, eiuſdemque potentiam ſingularem quadraginta diebus, & quadraginta noctibus nihil veſcētis expauit. Licet Moyſos ſimiliter & Helias totidem dierum ſuſtinuerint noctiumque ieiunium. Sed illos alienos fultos auxilio, quam

Digitized by Google

quam, ſuo merito nouerat hæc feciſſe. Ieſum propria cernebat operari virtute. Spem repente vaniſſimam ſtultæ tentationis arripuit, quia dominos eſuriut. Nec audebat aggredi diuinitatem, niſi mixtum videret hominem. Mox antiquas molitus inſidias ciborum, improbus dolos fallacia ſuſcitauit aſſueta. Demonſtranſque lapides ſuas magis epulas ſerpens ait. Si filios Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant, quaſi non poſſet hoc facere, qui tale iugiter opus exercens, de ſaxeis terræ viſceribus producit ſegetem frugali victu prægnantem, & ſpicea meſſium denſitate cautis nutrimento creſcente panis vberem cibum de lapidum fœcunditate largitur. Sed maluit ſapientia ſingularis gloriam mirabilis facti contemnere, ne petitionem tentatotis amitteret. Deus enim credentes ſuſcipit, tentantes excludit. Nam populus Iſtael ob hoc Deum legitur offendiſſe quam maximè, quia beneficiorum eius oblitus tentare auſus eſt eum, vt cum deſperatione peteret epulatum. De qootum Moyſes in libris ſuis incredulitate non tacuit. Et Dauid ita memorans breuiter explanauit. Et tentauerunt Deum in cordibus ſuis, vt peterent eſcas animabus ſuis. Et malè locuti ſunt de Deo, & dixerunt: nunquid poterit Deus parare menſam in deſerto, &c. Quid enim illi poteſt eſſe difficile qui pro immenſa rerum omnium poſſibilitate vocatur omnipotens? Reſpondens autem dominus Satanæ ſic dixit. Scriptum eſt non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo qood procedit de ore Dei. Apta nimis & competens data eſt inimico reſponſio. Nam percunctanti ſi filius Dei eſſet, velut homo reſpondit, quatenos per eum potius vinceretur quem videbatur aggreſſus. Quo audito fractus & debilis, arma tamen audaciæ non deponit. Et duxit illum diabolus, & oſtendit ei omnia regoa orbis terræ in momento temporis, & ait ei. Tibi dabo poteſtatem hanc vniuerſam & gloriam illorum, quia mihi tradita ſunt, & cui volo do illa. Tu ergo ſi adotaueris coram me, erunt tua omnia. Quid mirum ſi peruerſa ſit locutus miſer qui ne rectas vias incederet, ſerpentis torti effigiem ſumpſit, regni fragilis & caduci Chriſtum æſtimans cupiditate contingi, qui validum potius & æternum ſuis venerat collaturus. Aut ille diuitias ſeculares dignaretur adquirere, qui docere venerat vt perirent. Monſtrumque cælo deiectum adoraret, cui thronus eſt cælum, terra ſubpedaneum, mundus omnis obſequium, quem nullus audet aſpicere, & cunctæ ſubmiſſis vocibus laudant ſuper ſydera Poteſtates. At iterum dominus eum tali reſponſione confudit dicens. Scriptum eſt. Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies, adhuc ex humana cernitur reſpondere perſona. Dedignatus ſcilicet infirmum rebellem virtute maiori potentiæ ſubiugare. Licet huius quoque verbi; licet ille vipereus congreſſione deiectus nondum depoſuerit temeritatis ingenium, ſed triſulca linguarum vibratione confidens contra victricem Trinitatis manum tertio caput erigit ſauciatum. Tunc aſſumpſit eum diabolus in ſanctam ciuitatem, & ſtatuit eum ſupra pinnaculum templi, & dixit ei. Si filius Dei es mitte te deorſum: ſcriptum eſt enim, quia Angelis ſuis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum. O quantum cæcitatis atque caliginis nigro ſemper dominatur in pectore, menſque tenebris propriæ malignitatis obſcura neſcit indeprehenſam cuſtodite fallaciam! Ecce dicens: ſi filius Dei es, oſtendit hoc ſe neſcire. Cum quærit dicens, iterum. Angelis ſuis mandauit de te, confitetur hunc eſſe quem cernit, ſed ancipitis vſus varietate ſermonis ſimulator ac diſſimulator inuentus, mendax ſuis actibus approbatur. Nec ſolius fallaciæ, Sed etiam

A ſtultitiæ domos eſt cor malignum. Quid enim poterit ineprius reperiri, qoàm vt illum crederet, licet alta ſublimis templi faſtigia, & cacumen excelſi pinnaculi ſaltu formidare præcipiti, qui vt planis videtur in terris, de ſumma cælorum arce deſcendit? de quo clamat Dauid, & dicit. Et deſcendit & inclinauit cælos, ſimul humillima continens, & altiſſima non relinquens. Igitur deficientis audaciam, ſic eloquens perculit vox diuina. Scriptum eſt. Non tentabis Dominum Deum tuum. Hic Dominum Deumque ſe eſſe iam pandens, tales vltra conatus aſſumere prohibet tentatorem, ſuis nos admonens pius doctor exemplis, ſpiritum vetuſtæ malignitatis artificem, illic humanis proculdobio ſubiacere

B virtutibus, vbi fuerit Deus ſimplicitati puri cordis infuſus. Ait enim lectionis inſtructio. Tunc reliquit eum diabolus, & Ecce Angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei. Videtur vt arbitror in hoc diaboli fugientis abſceſſu & miniſterio conſequenter Angelico quadã Paſchalis gloriæ declarare præcedentibus ſignis imaginem. Nam ſicot victis tentationibus, depulſoque diabolo præbuerunt Angeli miniſterium ſaluatori; ſic contumeliis Iudæorum, & pœnis beatæ crucis paſſionis contemptis, ipſaque diaboli fraude & morte calcata ſurrexit ab inferis, euectus eſt ad aſtra, & conſueto maieſtatis imperio Chriſtus

C ab Angelis adoratur in cælo.

Capvt X.

De electione piſcatorum.

EXinde diſcipulos ex piſcatoribus quoſdam ſibimet ſociauit accitos, humanas deinceps animas piſcaturos, quæ lubricam ſectantes mundi lætitiam, tanquam natantes vias Ponti fluctuantis incertas per voluptuoſos lapſus vagis curſibus errauerunt, taleſque vitæ 4 conciliauit æternæ, quos nec generoſæ proſapiæ ortus terrenæ nobilitatis inflaret, nec nitor eruditæ facundiæ gloria vanæ garrulitatis extolleret, ſed quos ſanctum vitæ ſimplicis inſtitutum ſuperba nimis humilitate conſpicuos cælo fa-

D ceret iam vicinos. Namque Deus omnipotens ſtulta mundi potius elegit, & infirma renuens quæ ſapientia videntur & fortia, quia ſicut Paolus Apoſtolus doctot egregius. Quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus, & imbecille Dei, fortius eſt hominibus. Et confeſtim iterum dixit. Quæ ſunt ſtulta huius mundi, elegit Deus vt confundat ſapientes, & infirma mundi elegit Deus vt confundat fortia,

E & ignobilia mondi, & contemptibilia elegit Deus, & quæ non ſunt tanquam non ſint, vt ea quæ ſunt deſtrueret.

Capvt XI.

Expoſitio orationis dominicæ.

QVin etiam ſalutem celebrem miſericors cupiens adhibere ſaluator, orandi quoque modum preceſque conſtituit. Iudex piiſſimus breuiter vult rogari quo citius annuat ſupplicanti. Sic orandum ergo docuit patrem, ſuum ſcilicet pro natura, noſtrũ vero pro gratia, honorem proprium largitus hominibus, vt quod ſolus haber egregium, cunctis largiretur indultum. Pater noſter qui es in cælis, qui cæ-

F lorum perpetem regnatorem patris audiemus nomine nuncupare, primùm debemus aduertere non ſeparatim ſingulis, ſed communiter vniuerſis donum tanti muneris attributum. Nam ſi quaſi ſemotus à cæteris & ſecretioribus habitans latenter in locis, dominum quilibet verbis huius orationis imploret, non inquiet, Pater meus, Sed pater noſter, quoniam ſoli Chriſto debetur hoc verbum, cuius propriè pater eſt Deus. Quamquam enim in omnibus euangeliis hoc habeatur adſcriptum! In illo tamen euidentet dominus Ieſus in capitulo iuris ſui potentiam ſingularem docuit a populari permixtione diſcretam, vbi diſcipulos confortabat alloquens. Vado ad

Pater noſter cur dicatur.

patrem meum & patrem veſtrum. Quod ait meum, hanc ſibi ſpecialem gloriam congrue vindicauit, quod ait veſtrum, generalem gratiam communiter cunctis eſſe patefecit. Similitudinem faciamus hîc aliquam, vt ex humanis diuina capiamus. Ponamus igitur quempiam nobilem virum cui filius vnicus, & aliquanti ſint famuli. Nunquid ob hoc quod paterfamilias appellatur, poteſt apud eum ſeruorum ac filij par dilectionis eſſe conditio, cum & ipſe filius dominus probetur eſſe cunctorum? Nos igitur vtimur hac oratione non Chriſtus, quoniam prece huius ſopplicationis ipſum quoque depoſcimos qui cum patre vnus eſt dominus coæternus. Dicentes itaque pater noſter, confitemur nos omnes in ipſo fratres exiſtere. Cuius nominis non debemus affectum mutuæ charitatis expulſione contemnere, nec originalis odij monimenta ſectari, quo Cain germani ſanguinis fuſor parricidalis maculæ factus eſt inchoator. Sed manſueti ſpiritus igne feruentes carnalis ponamus nequitiam vetuſtatis, & nouo homine gratulemur induti. Ne cum cœperint a cæleſtibus opera degenerare terrena, tanto patre videamur indigni qui Chriſto nos duce ſacra natos adoptione ſuſcepit.

Sanctificetur nomen tuum. Sanctificetur nomen tuum. Sanctificatio quæ poteſt æſtimari qua dominos ſanctificari valeat, qui cuncta ſanctificat, niſi vt cor pium, mite, placidum, caſtum ad eius præparamus ingreſſum, quatenus tali domicilio delectatus ſanctificationis ſuæ in nobis operetur augmentum, quemadmodum ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus in diſcipulis ſuis ſe clarificatum eſſe memorabat qui clara ſemper diuinitatis luce fulgebat. Nam in Euangelio ſecundum Ioannem dum pro diſcipulis ſupplicat patri, inter diuerſa quæ proſecutus eſt verba, ſic inquit, & clarificatus ſum in eis, ſcilicet qui claritatem ſuam in eis inueni. Vbi ergo & ſanctificationis ſuæ ſigna repererit, ſanctificare ſe ibidem dicit. Pietas enim illa ſine modo mitiſſima ſibi conferri pronunciat, quicquid ſuis famulis ipſa fructificat. Similis itaque ſenſus oſtenditur. & vt ſe benedici præcipiat, cum ipſe potius vniuerſa benedicat. Namque trium puerorum in camino canentium ab omni creatura per ordinem benedicendum dominum generalis hymnus exclamat.

Adueniat regnum tuum. Adueniat regnum tuum. Regnum aduenire depoſcimus regnatoris qui regnare non deſinit, vt fallacem 6 huius mundi principem pro præſumpta puniat tyrannide, ſoluſque qui ſolus eſt, ſuum demonſtret imperium, nec morte * 7 conſtrictum, nec temporibus conſumendum. Neſcit etenim tempus lucis illius dies ſine nocte continuus, vbi fortiſſimus miles 8 adorato Chriſto diuerſa mundi poſt pericula prælio victor exiſtens cæſariem beati capitis ornaturam perpere nobilitatus gratulabitur iam corona.

Fiat voluntas tua. Fiat voluntas tua ſicut in cælo & in terra. Præcedentis & hîc continentiæ ſenſus videtur intelligi, quod iugibus dies noctesque precibus debeamus expoſcere, vt illius cælum terramque voluntas adimpleat, qui nuſquam vult eſſe nequitiam quo deiectum cælo diabolum nec terra patiatur infenſum nec terrenam corporis noſtri ſubſtantiam, tanquam limo concretam ſæuus coluber vt eſcam ſuæ voracitatis inuadat, ac peſſimis nos ſuaſionibus inuolutos ſquamoſis nexibus amplectatur & ambiat, donec lethalibus venenis inebrians miſerabilem vitam lambēdo conſumat. Ideoque dominum deprecemur aſſiduè, vt animam pariter in nobis tueatur & carnem, altera namque cæli pars ſumus, altera terræ ſemen exiſtimus.

Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Panis alimoniam quotidiani petentibus, tripartitus intelligentiæ ſenſus aperitur, quanquam ſcripturas diuinas ſic oporteat omnes aduerti. Ergo ſecundum litteram

A ſpecialiter frumentarij germinis panem veſcendi videmur gratia poſtulare, & mortaliter vt ſerui dominum deprecamur quo diurnam conſequi mereamur annonam, dum tam vtriuſque rationis formam de ſpiritali nouerimus procedere diſciplina. Ob hoc enim epulas victuales quotidie iubemur expoſcere, ne quid in craſtinum reſeruantes, dubitare de diuina pietate cernamur. 9 Quod tamen ita laborioſum probatur & arduum, vt à paucis viris atque rariſſimis talis queat regula cuſtodiri. Namque dominus ipſe fidelis in omnibus qui filios Iſrael productos ex Ægypto per annos in Eremi ſterilitate quam plurimos ſabbathico tantum parētes, quotidianis dapibus gubernauit.

B Hoc & nobis, ſi fides non deficiat, ſe daturum euangelicis ſermonibus compromiſit, alloquens ſuos ita diſcipulos inter alia quæ docebat. Nolite ergo ſolliciti eſſe in craſtinum. Craſtinus enim dies ſollicitus erit ſibiipſi. *Panis diuinus ſermo eſt.* Si vero plenius ſpiritaliter dicta de quibus loquimur velimus agnoſcere, ſentiemus hunc panem diuinum eſſe ſermonem, à cuius ſubſtantiali doctrina ſi vacans animus vel paululum ieiunauerit, magnæ famis penuriam ſuſtinebit. Diſtantia ſiquidem non puſilla inter ſpiritales epulas & corporales exiſtit. Has enim parcius edere, illas namque præcipimur recuſare. Hic abſtinentia ſalubris, illic auiditas ſit vitalis. Denique Dauid meditatio-

C nem dominicæ legis exercenti die ac nocte 10 beatitudini ſe his verbis prædicat inhærere. *Pſalm. 1.* Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit, ſed in lege domini voluntas eius & in lege eius meditabitur die ac nocte. Hæc meditatio nimirum ſaturat & delectat tanquam mellis craſſa dulcedo, quæ licet aluum cito veſcendum adimpleat, nectarea tamen ſuauitate naturæ nunquam probatur horrere. Audiamus *Pſalm.* hîc etiam idem propheta quid dicat. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua domine ſuper mel & fauum ori meo. Perfectè verba legis diffiniuit intel-

D ligi, cum faucibus dulcia dicit eſſe non auribus, hæc ſuper mel, & fauum, ori non auditui miniſtrari. Nam & ſurdi quibus auditus minimè ſuffragatur, præceptis cæleſtibus per oris officium legentes implentur ſimiliter, & Apoſtolus ad Corinthios vſus epiſtola, manifeſtauit ſpiritales epulas eſſe doctrinam dicens. Et ego fratres non potui vobis loqui quaſi ſpiritalibus, ſed quaſi carnalibus, quaſi infantibus

E in Chriſto vobis potum lac dedi non cibum. Nondum enim poteratis 11 quis dubitet ſoluſque ambigat, hæc omnia ſpiritaliter figurari? neque enim fuiſſe illos infantes, aut lactis ab Apoſtolo nutrimenta ſumpſiſſe vel ſtultus aliquis poterit arbitrari. Sed incipientes verba legis haurire, ac paulatim diuinis imbui inſtitutis, lactea velut infantes ebibere primordia ſcire conuenit, quia ſicut ſalutaris cibus eſt bona doctrina, ſic noxius eſt maligna. Ideo dominus diſcipulos monebat à 'fermento Phariſæorum & Sadducæorum ſpiritualiter ſe cauere, ſciens acidi dogmatis viros totius dulcedinis vbertatem paruo tactu corrumpere, quoniam ſecundum quod ait

F idem Paulus Apoſtolus, modicum fermentum totam maſſam corrumpit: nam & ſi corpus domini noſtri Ieſu Chriſti magis eſſe credamus hunc panem, ab ſpiritali nihilominus ratione nequaquam noſcitur declinare, maximè quia talis epulatio, vel talis oratio nulli gentilium, nulli Iudæorum niſi ſolis diuinitus traditur Chriſtianis. Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. *Et dimitte nobis debita noſtra.* Si diligentius petitionis noſtræ vota metiamur, vel tribuenda nobis indulgentia vel neganda proprijs dignoſcitur exemplis. Hoc enim ſperare iubemur à domino quod cernimur dimiſiſſe conſeruo. Quippè quos paris eadē lex conditionis adſtringit, vt debi-

Digitized by Google

tores ſicut eſſe nolumus, ita nec habere cupiamus: In aliorum namque perſonis aut abſoluimur aut ligamur. Quod ſi putatur incertum de quibus debitoribus hîc agatur, ponenda eſt excuſationis infirmæ materies, & ſeu fortaſſis in culpa ſiue pecunia, vel in quocunque tibi frater reus fuerit, hoc relaxa. Nam & non tam delictorum crebra præſumptio, quàm pecuniariæ quantitatis inhoneſta tractatio plurimis oſtendit apud dominũ nexibus inuolutos. Quiſquis enim prout facultas virium ponderatur, egenti fuerit inhumanus. Deo quæ ſua ſunt inficiatus abiurat, cuius pietas infinita miſerorum ſic tuetur anguſtias, vt quicquid pauperi diſpenſatio benigna largitur, ſibi [12] profeciſſe teſtetur. In votis etiam quæ promittimus diuina beneficia conſecuti debitores exiſtimus, donec ea fideli mente ſoluamus. Hæc igitur quæ de pecuniariis dicta ſunt debitis, etiam de cæteris peccatorum generibus diuerſis, quibus æterno iudicio tenemur obſtricti, ſentire nos conuenit. Scientes ob hoc ærariam ſimilitudinem flagitiis comparatam, quoniam radix omnium malorum eſt auaritia, ſine cuius ſemine vitioſo nulla propemodum ſcelera generantur in malo hic homicidium perpetrat vt innocenti quod affectauit, eripiat. Alter præmio ſollicitatus accepto mendacis teſtimonij fit iurator. Nonnullos ad lenocinium adulterini commercij coitus fœdæ redemptionis impellit. Alij furto ſe maculant, alij depoſitum negant. Sunt iſtis & plura ſimilia, quibus amica ſemper fames auri commilitat. Nullum tamen crimen facile admittitur, cui pecuniæ miniſterium minimè ſuffragatur. Igitur diuinæ pietatis munus adepti, impunitatem cæleſtis indulgentiæ conſecuti, quod accepimus inuicem non negemus, ne maioribus abſoluti, cum parua non reſoluimus, maximis iterum vinculis implicemur. Moxque dominus ille miſericors donator debiti non exactor, qui talentorum nobis decem millia relaxauit, ſi propter denarios centum ſenſerit nos ſtrangulare conſeruum, ſæuis tradi tortoribus cuncta iubeat exigendo, inque carceralem detruſi cuſtodiam penitus egredi non ſinamur, donec luamus vniuerſa vſque ad modum vltimi quadrantis amiſſa. Et ne nos inducas in tentationem. Non quòd dominus (qui lucis via, pacis & ſemita) in laqueos quenquam tentationis inducat, ſed abhortens diuinis monitis non parentes, cum eos deſerit, introire permittit. Omnes enim qui lubrica ſectantes mundi contagia, retibus delicioſis incluſi luxus blandæ perditionis affectant, à domino qui puræ virtutis amator eſt derelicti, pergunt ingredi qua ſe tentatio voluptuoſa pertraxerit. Ab hac igitur pedem retro nitamur abducere, ſemitam potius conterentes anguſtam, quæ tenui calle multis incognita cæleſtium regnorum ſubdit arduam latenter ad portam. Sed libera nos à malo. Cum liberari nos à malo deprecamur bonum eſſe quem petimus, vt nos liberet, confitemur. Nec immerito ſectandus iſte qui liberat. Ille fugiendus eſt qui trucidat. In hoc enim per bonos fructus [13] arbores vitæ, in illo per malos [14] radix præuaricationis antiquæ actus. Namque fructus intelligi euangelica lectio declarauit, vbi dominus varias diuerſorum mentes aperiens, ex ſuis quemque fructibus, id eſt, ex operibus iuſſit agnoſci dicens. Ex fructibus eorum cognoſcetis eos. Siquidem quanta diſtantia cælum ſeparatur à terris, ignis ab aquis, lumen à tenebris, pax à bellis, vita [15] nihilominus à ſepulcris: tantum magnæ remotionis abſceſſu longius bona diſcernuntur à malis. Duplex etenim ſemper electio deliberationis noſtræ famulatur arbitrio, quo vel dextrum teneamus tramitem, vel ſiniſtrum. Non ignari nec dubij dextram ſemitam eſſe iuſtorum in Abrahæ Patriarchæ ſinu lætantium. Læuam verò profundis impiorum ſuppliciis deputatam. Vnde nullus [16] ad alterum per tam grande chaos & abruptæ molis immenſum valeat tranſmeare periculum. Hæc eſt igitur nobis libertas optabilis, vt oues & agni ſummi paſtoris ſi fuerimus digni cenſeri, toruos mereamur lupi morſus euadere, atq; ſuauiſſima Chriſti per paſcui largiflorentis amœnitate gratiſſima vitam carpere iam ſecurem.

Et ne nos inducas in tentationem.

Sed libera nos à malo.

Explicit lib. II. qui eſt noui Teſtamenti.

INCIPIT SEDVLII LIBER III. PASCHALIS OPERIS.

CAPVT I.

De aqua in vinum conuerſa.

PRIMA Dominus nuptiis intereſſe dignatus virtutis ſuæ documenta patefecit, vbi conuiua præcipuus diuinam reſerans poteſtatem non paſci viſus eſt ſed pauiſſe. Defuerant namque vina ſolemnibus, & inter epularum cumulos ferculis aggregatos, tantum vacuati calices mera ſiccitate torpebant. Terrenus abſceſſerat potus, ſcilicet vt cæleſtis intraret. Conuertit Chriſtus ergo tunc latices in vini ſpeciem tranſeuntes. Amiſerunt aquæ quod natæ ſunt, aquis indigentes ad potum, vndaque nobilior facta quam genita, colorem mutauit pariter & nomen. Cunctis denique muſtum dulce rubebat in poculis, ac per omnium iucunda menſarum capros ſuauitate conuiuas hauſtus fluminei nectaris ebriabant. Stupebant fontium miniſtri ſex hydrias quas aquis impleuerant vino redundante ſuſcatas, ſubitaque Chriſti tota ſeruiſſe vindemia, quippè qui vitis aderat virtutis colona, nata fructifera ſub ætheræ frondis vmbraculo nutriens racemos ſpiritalis pampini ſemper amœnitate victuros.

CAPVT. II.

De filio Reguli ſuſcitato.

DEinde Regulus quiſpiam domino flebiliter ſupplicabat, vt ægrum morientis filij reuelaret incommodum, deque ſede corporea anxiantis animam labi prohiberet infirmam. Tunc diuinæ poteſtatis humanitas quæ credenti nil denegat, nec donum dilatione ſuſpendit quod comitatu fidei non recedit, plenam puero ſoſpitatem voce præſtitit, ſermone conceſſit. Ita namque reſpondit. Vade, filius tuus viuit. Quam imperioſa domini poteſtas eſt, quamque magnifica, non victurum annuit, ſed iam deſignauit. Hoc enim diuinitatis eſt ſingulare, vt omne cernat præteritum quicquid decreuerat affuturum.

CAPVT III.

De ſanitate per multa loca multis reſtituta.

INde per diuerſas vrbes & compita perque rura, & vicos & caſtra ſalutiferos greſſus accommodans, cuncta depulſis [1] morborum vitiis membra ſanabat.

CAPVT IV.

De leproſo ſanato.

CVm repente de medio ſtipantis turbæ concilio varia leproſus infelicitate perfuſus, & obſcæno factus candore miſerior, dominum ſic inquiens poſtulabat. Domine ſi vis, potes me mundare. Non fuit ſupplicis iſto parua fides in verbo, qui ſuæ mundationis effectum in diuina tantum voluntate credidit inſtitutum. Namque vt eum dominus ſacra contigit manu dicens, volo mundare, confeſtim bicolor ægritudo diſceſſit, ponenſque maculoſæ cutis horridum peregrina corpus caruit fœditate. Cernebatur à populis repentino [2] mutatus auxilio, ſanamque profe-rens iam figuram, vera magis in ſpecie quoque, minus agnoſci viſus eſt in colore.

Capvt. V.

De ſocru Petri febre liberata.

PEtri ſoerum violenter affectam correptis igne viſceribus, anhela febris vrgebat, validiqoe lampas ardoris æſtuantibus acriter medullis inſederat. Pendebat ſors animæ trepidatis ambigua inter funus & vitam, gelidæque mortis aduentus nimis coquebatur flamma membrorum. At vbi dominus ægtam periculis inuolutam tactu ſalutifero viſitauit, lethale ſubito fugit incendium viuaci foute reſtinctum, ſurgenſque mulier ſoſpitata, ſedulis officioſa ſeruitijs quæ modo languerat ſui medici fit miniſtra.

Capvt VI.

Spiritibus immundis imperat.

QVinetiam diabolicæ ſeueritatis inſaniam à mēbris ſæpius humanæ miſericors colliſionis excluſit, ne in diuinitatis opus inſertus ſæuiret ſpiritus non diuinus. Paſſimque cateruis innumeris vſum corporis ſauciati morbis fugientibus reformauit, atque varia populos clade langoris periculo deficiente ſubtraxit.

Capvt VII.

Chriſto nauigante tempeſtas diſcipulos turbat.

DEin littoreas arenoſi callis oras obambulans paruæ lyntris tabulata conſcendit, ac diſcipulis comitantibus cœperat transfretare. Cumque motu carbaſi tumentis impulſa procul à littore veheretur iam carina, ſurgit hyems immitis & aſpera totum mare funditùs procellis exagitans, ac puppim fluctu recedente ſubmerſam vndis iterum tumentibus alleuabat. Turbauerat mœſtos ſalus deſperata diſcipulos, nullumque remedium in ſua prorſus arte conſiſtere fateri cogebantur, & nautæ cuncti ſe denique iam perire, & aut tabularum tractibus inhærēres, aut brachiali remigio peruolutos ſcopoloſis credebant naufragos littoribus collidendos. Chriſtus autem verus gubernator ac prouidus modico ceruicali ſuffultus fluctuanti dormiens qoieſcebat in puppi ſopitus corpore, peruigil maieſtate, qui ſecundùm prophetiam Dauidicam: non dormitauit neque dormiet qui cuſtodit Iſrael. Cumque diſcipulis vna ſimul voce clamantibus, Domine libera nos, perimus, exurgit ſuſcitatus ventis imperat vt quieſcerent, mari præcepit vt taceret, ſubitoque ponti pariter iter, & aëris inopinata temperies præſentiæ proditrix fit diuinæ. Quid igitur conuenit illa de tempeſtate cenſeri? Nunquid nam pelagus ſæuas erexit procellas in dominum, aut ſeditioſum flabra luctamen contra ſuum mouere niſi ſunt conditorem? abſit vt hoc elementa tētauerint, quod iniuriam ingereret maieſtati. Sed vt cuncta Chriſti virtutibus humili deuotione ſubiecta potius cenſeamus, omne creditur fretum dominica nauigatione lætiſſimum quod venerit obſequens ac procurrens ex imis vndarum ſedibus æſtu candidiore ferueſcens. Sic etiam leuium præpes natura ventorum, puppim qua Chriſtus inſederat, alis volucri iucunditate diffuſis, tanquam regia ducis caſtra cœtu famulante vallauerat. Neque enim cui violentiæ poteſtatis licentia ſuffragatur imperioſo facile cogatur obedire domino, ſicut æquorum & venti diuinis Chriſti iuſſionibus inclinati curſus rapida commotione præcipites languenti ſubito depoſuere torpore.

Capvt VIII.

Dæmones in Porcos immiſſi.

INterea quinetiā gurgitis dominus lenitate transuectus, relicto nauigio per oram vicinu littoris incedebat, cum repente duo viri ſæuiſſimi turba & dæmonum legione poſſeſſi, de ſepulcralibus monumentis fremitu proſiluere terribili. Et ob hoc ferreis catenarum nexibus innodati. Heu quàm grauis eſt furoris conditio! Qui vim ſuſtinet lacerantis inſaniæ, illum neceſſe eſt & vinclis pœnalibus ſubiacere. Cōuenienter tamen ſpiritus ille nequiſſimus inter buſta magis habitabat & cineres, cui nihil eſt cum vita commune. Tunc domino veniente perterritus, & à

A ſedibus purgatæ mentis excluſus, in humanam rurſus effigiem, quam Chriſtum videbat gerere, metuens intrandi licentiam poſtulare, pecus immunda ſordiū obſcænitate lætiſſimum, & olentis cœni ſemper amictus inuolutum, pro ſuis adire meritis impetrauit. Quippè niger, hirſutus, & horridus propriæ deformitati conſimilem ſtuduit eligere manſionem, Triſteſque continuo phalangas incurſus, gregem peruaſit, impulit, ac necauit in marina præcipitem fluenta porcinum. Nec immerito diabolus generaliter dicitur inimicus, qui cunctis ita ſit noxius vt & quos odit impetar, & quos amat extinguat.

B

Capvt IX.

De infirmo qui iuſſus grabatum tollit.

HInc Dominus nauigio rurſus famulante ſubuectus natalis ſoli fines intrauit, ibiq; creator omnium naſci ſe voluit illius regionis oppidum ſuā patriam nuncupauit. Tūc ad eum quatuor viri ceruices lecto ſubpoſiti quendam detulere languentem vix adhuc hominem, iam cadauer. Cuius vita motu corporis carens funeream præludebat imaginem. Ita membra iacentia reſolutis neruorum vinculis ac dimiſſis per fluxos artus & ſaucios, morboque marcidę tabis alienos, vti proprijs officiis nō valebant. Quem C vt dominus ſupernæ virtutis egere virium reſtitutione conſpexit, à peccatis prius curauit abſoluere, quæ malorum omnium ſunt radices, vt in hominem depulſo ſordium ſquallore mundatum, tanquam preparatam ſibi ſalus introiret in domum. Dicit ergo iacenti tunc miſero, ſed felici protinus futuro, ſurge, tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam. Nec moratus ille parere iuſſis aſſurgit, ex imbecilli validus, ex deſperato confiſus, ex moriente victurus, tollenſque lectulum quo iacebat immobilis, & ipſius arentis ligni robore factus aridior, ſuis tandem plan- D tis incedere, alienis ſe gaudet caruiſſe veſtigiis, grataque mutua redhibitione mercedis vectorem proprium humeris famulantibus mox reuexit.

Capvt X.

Principis filiam dominus ſanat moribundam.

HÆc igitur domino faciente miracula, Principis ſynagogæ filia vitalibus terminis occupata ſupernæ lucis ſpiramenta perdiderat, iacebatque corpus immobile ſoli iam debitum ſepulturæ. Tunc à miſeri pignoris clade genitor ſauciatus excurrens, cui finis extremus ſpem generis abſtulerat iam florentem, lacrymans ingemenſque domini voluebatur ad pedes. Vix verba precantia ſingultu quatiente E confirmans miſerere patris orbati miſerere ſenis inquiens, deſtituti. Vnicam habeo, vel magis habui filiam, quæ modo deficiens in annis necdum puberibus conſtituta, paterni mihi nominis cernitur abſtuliſſe vocabula, confer opem, & ſubueni, dilapſamque animam membris reſtitue iam frigentibus, cui totum poſſe ſuppeditat, cui totum poſſe nil obuiat. Tales vix ille preces impleuit, & iam dominus conſtipatus diſcipulis & cateruis ad puellæ gradiebatur funera ſuſcitandæ.

Capvt XI.

De muliere a profluuio curata.

IBat autem, turbis immixta nimio cruoris fluento per annos duodecim mulier ſauciata quę medēti- F bus plura cōferens, nil proficiens, & facultatibus pariter vacuata prodibat & ſanguine. Sed vbi credulo iam ſatis cordis arcano fidelis cœpit abūdare præſumptio, mediis ſe cateruis vehementer inſeruijt, paruam ſaltem deſiderans ſummitatem dominici contingere veſtimenti, latenſque poſterius ab extrema pēdentis ora laciniæ furtiuā ſubito rapuit ſoſpitatem. O quam rebus arduis impetrandis plus eſt confidere quam rogare. Quippè venit ex corde fiducia, ex lingua preces ſæpius ſine corde funduntur, fiducia ſine corde non naſcitur. Ecce nunc fœmina longæ paſſionis ſupplicio deſperata venit ad medicum, non obſecrans, non gemens, non deplorans, ſed tacens abſtulit

quod quærebat. Stabat in ore muto ſilentium, & animus exclamabat ad dominum. Mox vndoſi ſanguinis riuos maior fidei deſiccauit alluuio, cunctiſque gratię muliebris ignaris Chriſtum non latuit ſui muneris donum, de cuius fonte emanauit quod ſpes confidentis impleuit, furtumque publicans tam fidele donis ſalutaribus remuneratur vim rapinæ.

Capvt XII.

Depuella mortua ſuſcitata.

VEntum erat interea miſerandæ domus ad tecta lugentia, funus vbi virginis immaturũ lacrymis omniũ iacebat expoſitũ cœtuſque flebilis ac tumultus vniuerſa vocibus amaræ iubilationis impleuerat. Plangebant gemitu modulante tibicines cantus in feris blandientes, & illætabilis multitudo diſcurrens crebris clamoſa doloribus ædes confuderat infelices. Vetat dominus fleri ſomno compoſitã, vetat mortuã lugeri victuram. Cũctis etenim corpus videbatur extinctum. Soli Chriſto qui ad vitam venerat largiendã ſopor apparebat infuſus. Et hoc quidẽ ad eius gloriã pertinuit ſingularẽ, quod defunctũ dixerit dormientem, vt admirabilium ſcilicet facta virtutum parentibus monſtraturus, minus ſe donare pronuntiãs quã donabat, humanæ laudis declinaret iniuriam. Tunc cadauer immobile, corpuſque gelidũ, & frigidæ mortis rigore conſtrictum ſpiritus igne remolliens, imperioſæ vocis arbitrio virginem ſuſcitauit à tartaro, ſemelque progenitam, viuere præſtitit bis puellã. Stupebant parentes in filia cunctantes credere quæ videbant, ſubitaq; rei iucunditate permoti gaudio lacrymis plus profuſis gemitus mutauere plangoris.

Capvt XIII.

Duos cæcos curat.

INde peracta reciduæ lucis operatione diſcedens, duos cõſpicit viros amiſſis luminibus ſauciatos talibus pene vocibus deprecantes: miſerere noſtri fili Dauid. Illum ſcilicet miſericordiam deprecabãtur vt noctẽ remouens caligante ex cunctis diẽ vultibus reformaret. Quã turũ eſt credere, quã ſinum eſt in Deum ſtudioſe confidere. Corde ſiquidem iam videbant, qui Chriſto gradiente lucis ſemitã ſentiebãt. Tunc oculi mœſti ſupplicij cæcitate cõpreſſi velut oleo torpens ignis infuſo, tactu micuere dominico, dextraq; ſerenitatis applicita ſuis lucernis radiarunt ora videntia.

Capvt XIV.

Dæmoniacum, ſurdum & mutum curat.

HIs itaq; dimiſſis, alius morbis & triplicibus oblatus eſt imbecillis, qui voce deſertus, vacuatus auditu, per inania rapris vſibus mẽbra plenus ſolo videbatur eſſe dæmonio. Hunc cõuerſis in cõtrarium cauſis dominus illico ſic curauit vt dæmonio vacuaſſet eiecto, voce pariter & auditu repleuiſſet infuſo.

Capvt XV.

Verba Chriſti ad Apoſtolos.

NEc cunctatus duodecim quoque diſcipulis tantundem tradere poteſtatis, iubet eos omnia poſſe perficere quæ videbant ſe feciſſe, totiſque virtutibus opulẽros mittit ad ouium indaginem perditarum, domus ſcilicet Iſrael, quia necdum per omnes iugiter gentes huius nominis diſperſerat dignitatem. Euntes ergo ſic admonet inter alia quæ iubebat, prædicate, dicentes quia propiauit regnum cælorum, infirmos curate, mortuos ſuſcitate, leproſos mundate, dęmonas eiicite, gratis accepiſtis, gratis date. Tanquam ſi diceret paſtorali dominus cura ſollicitus. Ego vobis operarius vtpote ſolertibus commendo cautius greges bonus paſtor exiſtens, pro quorum victuali ſolario proprij iuris agros impertio. Nullus itaque meis agnis & ouibus vendat paſcua meæ poteſtati ſubiecta, quod ideo prius Apoſtolicæ tradidit diſciplinæ, vt ab eorum dehinc magiſterio propagata in poſteros deflueret ſequentis æui doctrina, deriuata per totius mundi limitem, lumina vagantur innumera. Quiſquis itaque Deitatis opus exercet quod non proprium gerit, ſed ſpiritali dignus traditione ſuſcepit, puri muneris gratiam conſecu-

A tus, puri muneris gratiæ ſit deuotus, vt diſpenſator potius quam videatur eſſe mercator, & cantico Dauidicę iucũditans impleto ſpem ſibi vitę ſic pronuntiet aſſuturæ. Qui non cognoui negociationes introibo in potentiam domini. Nullus namq; ſine domini largitate poteſt habere famulus quod miniſtret, aut vnde dona diſtribuat, ſi non acceperit quæ dependat? Paulum audiamus Apoſtolum ſimiliter hæc dicentem. Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei. Hic iam quæritur inter diſpenſatores vt fidelis quis inueniatur. Et iterum monet idem doctor & dicit. Quid autem habes quod non accepiſti? quod ſi accepiſti quid gloriaris quaſi qui non acceperis?

Pſalm. 70.

B

Capvt XVI.

Aridam homini dextram dominus reddit.

SYnagogam deinde dominus eum fuiſſet ingreſſus cernit inualidum ſtupore dimenſi corporis mancũ membris ſemineceni ſauciatis totum nec viuere nec obire, cuius arentem dextram pigri corporis glacies amputauerat deſperatis vſibus iam ſopitam. Tunc imperioſo potenter auxilio palmam meruit ceſſantibus alienum in calorem ſanguinis venarum motibus animari non arte præſtitit, ſed iubendo conceſſit, dicens. Extẽde manum tuam & extendit manum ſuam, & reſtituta eſt ei ſicut altera. Vere Dei munus eſt iſtud ſingulare quod inceſſanter exercet, qui humanæ ſalutis nil adimit, & ſemper vniuerſa reſtituit.

C

Capvt XVII.

Mutum & cæcum ſtatum à dæmone Chriſtus ſanat.

EN iterum lubricus adeſt ille Chelidrus & noxius inſtaurator, qui liuido veneno fellis vberrimus, tabo pingueſcere gaudet humano quodque per multos alternis paſſionibus occupatos ſæpe virus effudit in vnius totum membra ſæuiendo congeſſit, cui mentem rapuit, vocem clauſit, lumen extinxit, tripliceſq; ſimul clades innectens, mutum, cęcumque compulit inſanire huic miſericors totius mundi ſaluator, lux noſtra, ſermo genitoris, obſcœno ſpiritu fugato viſum reddidit, os nouauit, per quę verbum verba proficiunt, per lumen lumina reuiuiſcunt.

D

Capvt XVIII.

Mulier incuruata ſanatus.

MVlier quoque venerat ſopitanda, veteri magis contracta morbo quam ſenio, geſtu tremula, gemitibus anhela, ſcapulis curua, vultibus inclinata, ſemperque deſpectans humilem cernua depreſſione tellurem. Quę domini virtutibus alleuata poſt octo iuges annos ac decem; membris erecta ſuſpenſis cælum tuetur ac ſydera, globumque Solis ardentem aliquando reminiſcitur ſe vidiſſe. Quid differat idola colentes aduertite, inter Deum quem fugitis, & dæmonem quem placatis, ſi placari tamen is poſſit qui lędere non deſiſtit. Omnes enim quos ille poſſidet opprimuntur quos Chriſtus iugo ſuauiſſimę leuitatis onerat, alleuantur.

E

Capvt XIX.

In deſerto duobus piſcibus & panibus turbas paſcit.

INde cum populum in deſerto ſeſe proſecutum, vt Moyſes typicus & propheta verus, aſpiceret antiquæ victus ſterilitate deficere maximis antiqua ſolatia reparauit augmentis. Tunc ſiquidem repentinam multæ volucris carnem, modo duorum piſcium redundare fecit quantitatem. Tunc vberrimum cælo manna diffudit, modo quinque panibus diſtributis totidem virorum millibus epulas abundare conceſſit. Cęteræ motus turbæ delituit mulierum paruulorumq; multitudine numerum non habentę, quodque magis amplius admireris, quiſquis iſta perlegeris ſi necdum tibi nota didiceris, poſt expulſam ſaturatę plebis eſuriem cophinos ablata duodecim fragmentorum moles implent. Nec tanta fuit copia cum daret, quanta fuit in reliquis iam faſtidiata cum tollitur.

F

Capvt XX.

Super vndas ambul

INterea ſub cęruloſa æſtuantis vnda ferioris oceano diem ſuſcipite præcipitem, cum ſtellatę noctis

Ieſu Petro dextram Chriſtus porrigit.

proximum per pallidam nunriaret aduentum, terris A magiſtro reſidente diſcipuli marinum ſoli petiuere nauigium, furebatque pontus expoſitam flabris aduerſantibus in carinam. Tunc vmbroſæ noctis quarta fere vigilia calcatas dominus ſuper vndas obambulans tumidos ſpumoſi gurgitis fluctus placido cōprimebat inceſſu, ſacraque Chriſti veſtigia miti pelagus abluuione lambebat. Mirantur nouum ſubito periclitantes aſpectum, pedeſtri ſub calle vias patuiſſe nauigeras. Cunctiſque nutantibus verum vere dominus appareret, an oculos metu diſcriminis obumbratos incerta caliginis ſimulacra deciperent: Petrus fidei ſocius & amicus, cui familiaris gratia B ſemper Chriſtum agnoſcere concedebat, vt ad eum pergeter, poſtulauit. Vocatuſque nil trepidans in marina deſcendit, nulla refluentis vndæ rapacitate ſubmerſus, qui dominicæ manus auxilio ſubleuatus potentis dexteræ tutiſſimum confugiſſet ad portū, perque vitreos ſalſi maris campos callem ſecuit contra mentem, pelagi viator exiſtens. O fidei creſcentis augmentum, pridem retia pauperis contempſit vitæ ſolatium nunc ipſam renuit vitam quatenus veniret ad Chriſtum.

Capvt XXI.

De miraculis factis in terra Geneſar.

GEnneſar igitur terram cœtu comitante diſcipulorum, relicta dominus naui calcabat, cuius C incolæ gratum ſuſcipientes aduentū, ſuos diuerſis languoribus impeditos ad diuinam ſanandos pręſentiam congregabant vt fimbria ſaltem veſtimenti eius adtactu morbis mederentur aſperrimis. Et quiſquis meruit hoc potiri, compos factus eſt mox ſalutis. Quàm precioſa fuit hæc veſtis vel precium magis iſta non habuit quæ nullo venundata commercio, parui filij muneribus ipſa redimebat vniuerſos.

Capvt XXII.

Chananeæ filiam à vexante ſpiritu liberatam.

HInc Tyri Sidoniſque prætereuntem regionis itinera, mulier Chananæa pro filiæ vitio ſauciatæ quam ſpiritus ater inſederat, ſuppliciter obſe- D crabat, ſe canibus poſtulans exæquandam, qui dominorum menſas ſagaciter non relinquunt, vt reliquias delambentes excuſſas cadentium micarum exiguitate paſcantur. Vox humillima, ſed fides excelſa, quæ filia ſoſpite canem tranſtulit mox in ouem, inque ſentibus ſuæ gentis exortam, Hæbtæi graminis fecit introire per paſcua.

Capvt XXIII.

Millia ægrotorū à morbis liberata.

ALtera dehinc iuga montis aſcendens populo comitatus innumero millia claudorum pariter E & cæcorum, ſurdos etiam & leproſos conuentus, ac manibus imbecilles, & quicquid ægrum vulgi confluxerat, vſum reformauit in priſtinum, ſuiſque neruis & motibus organa debilium ſtatuit temperata membrorum.

Capvt XXIV.

Septem panibus & paucis piſcibus paſta multa hominum millia

DVmque mirabilis operatione virtutis agmen refouet ſauciatum, dies tertius decurrebat, & in locis arida ſiccitate ieiunis nullam victus attigerat plebs defatigata ſubſtantiam, geminiſque laboribus excitandum languens inedia nutriebat incommodum, ſi per callem rediturus greſſibus imminentem longam penuriæ ſarcinam populus ſuſtineret F exhauſtus. Qua miſeratione flexus omnipotens, qui ſemper largus panis eſt indigentum, vbi cibos impertit, vbi fruges ſteriles neceſſitas abnegarit paucis admodū modiciſque piſciculis & ſeptem panibus comminutis quatuor millia virorum ſaturauit, præter feminatum agmen immenſum, & paruulorum examē apibus coæquandum. Vtque magis aliud plus mireris, auctæ ſunt epulæ dum vorantur, & cibos morſibus enutritos fœcunda menſis detrimenta generarunt. Expauit proprias fames fugitiua reliquias ſeptem ſportarum cumulis aggregatas, vbi tanti fra- A gminis vbertate collecta vidit paruo de ſemine meſſem redundare multiplicem.

Capvt XXV.

In monte dominus transformatur.

QVamuis autem humani corporis Chriſtus à maternæ generationis occaſu membra videretur ferre mortalia, latere tamen Deus eſſe non potuit, quia nec ciuitas in capite montis abſconditur conſtituta, nec ardens cauo ponitur lucerna ſub modio, ſed altius eleuata viuacis flammæ ſubſtantia lumen omnibus adminiſtrat: Tribus namque diſcipulis ſecum teſtibus, in excelſa montis abductis, ſpeciem ſuæ gloriæ tranſfiguratus oſtendit, & velut igneus Solis B radiauit aſpectus niuis candorem veſtibus imitatus. Cur vero diuinæ maieſtatis ſplendidiſſimam claritatem, quam nullius aſpectus poteſt acies intueri, ſolis & niuium figuræ viſibili prudentiſſimus Euangeliſta contulerit ratio manifeſtior docebit. Nihil eſt ſiquidem in hoc mundo ſole clarius, niue candidius, & ob hoc illud ſpeciem ſummæ diuinitati ratus eſt conferendum, qua nihil mortalibus vltra oculis probatur eſſe conceſſum In tantum namque domini fulgor ille pręcipuus & Solem ſuperabat & niues, vt Solem quidem niueſque conſpicere facile cuilibet obtutu ſuppeditet. Chriſtum vero propriæ lucis claritate, fulgentem, cum nequirent Apoſtoli cernere, C pronis in terram vultibus conciderunt. O ſublimium meritorum grande faſtigium, quibus data ſunt hæc in mundo cognoſcere quæ mundus non merebat aduertere! Quid quod & Heliam nihilominus ac Moyſem corporalibus ignotos aſpectibus, oculis interioribus cognouerunt, vt maioris fidei veritas innoteſcens illum, α, & ω, id eſt initium eſſe finemque monſtraret, ad quem tales prophetæ viſi ſunt conueniſſe, quorum alter adhuc viuaci ſenio perfruatur, alterius finalem luminis metam nullus humanæ ſortis excedat curſus, ſydereique ſermonis oraculo cælitus prorogato, cum dicit, hic eſt filius meus dilectus in D quo bene complacui, verbo docuit Chriſtum vox paterna progenitum?

Capvt XVI.

Fugatur Dæmoné à corpore pueri.

AT poſtquam corporeum dominus reſumpſit aſpectum, carniſq; velamine rurſus æthereum protexit effigiem, ſeque palam populis demonſtrauit, quidam repente vir humilis genibus inclinatus, mœrore deiectus ſupplicans ſic orabat. Vnicus mihi, domine, ſupereſt filius, ſi ſupereſſe dicendus eſt, in confinio mortis vitæque ſuſpenſus, quem ſpiritus nimium debellat immundus, eumque dilacerans, aut E flammis exurere, aut in aquis nititur moleſtus frequenter extinguere, multiſque fatigato periculis terminum machinatur extremum. Hunc oro, depulſa mētis inſania mihi reddere vel ſibi, ne poteſtas inimica luci, & cæca miſero vitam ſubtrahat deſperatam. Hæc adhuc fletibus ille gemituque fundebat, & dominus pio iam pectore puerum ſoſpitabat. Tunc prędo furibundus & turbidus, qui male tractatam iuris alieni fabricam diu vexarat, peruerſæ domus habitaculo migraturus, in iram ſtimulatur accenſam, correptaque membra diſcerpere domino vetante non præualens in inferna puero præuolauit illæſo.

Capvt XXVII.

Tributum ſoluere Cæſari Chriſtus Petrum iubet.

F REx etiam qui ſolus eſt Regum, & dominus probatur eſſe dominantium, tributum non dedignatus inferre cæſareum, de marinis fluctibus piſcantem Petrum iubet erigere natantem dragmatis aurei portitorem. Tunc mobilior velox habitator vndarum vorauit tremulas hami decipientis inſidias, à genuinis æquoribus calamo flagellante ſuſpenſus, piſciſque viliſſimus diuitem deferens penſionem, pluris valuit honore ponderis alieni quam proprij. Quantum hoc nihilominus facto ſuæ nos Chriſtus imitatoris voluit eſſe doctrinæ, qui cùm renuere poſſet in-

dignam huius præbitionis iniuriam (vtpote cui nihil erat ſociale cum plebe, niſi vt ſalutaribus cunctos beneficiis adiuuaret) maluit ſuperfluum munus exoluere, quam petenti cuilibet aliquid negare, vt iuſtitiæ conditor & magiſter qui dixit: omni petenti tribue, primus inſtituta ſuæ legis impleret.

CAPVT XXVIII.

Interrogato domino quis in regno cælorum maior ſit, reſpondit eſſe humilem

CVmque ſimpliciter vt ſolebant, eum percunctarentur Apoſtoli quis maior in cælorum poſſet regno cenſeri, tanquam Deus doctorque mirabilis, omnibus humilem reſpondit eſſe potiorem, cunctoſque præcellere qui cunctis ſeſe nouiſſimũ præſtitiſſet, velut puer infantulus quem ſpiritalis exempli gratia tenebat in medio conſtitutum, æui ſcilicet puſilli vel teneri ſectandum præcipiens ingenium non ætatem. Quoniam anni videlicet infantiles 13 exiguæ paruitatis nec mundanæ pompæ quid 14 deligunt, nec honoris ambitione tanguntur, nec tumore ſuperbi faſtus, inflantur. Ideoque vitæ ſimplicitas inclinatæ, quantum vicina fit ſolo, tam fit vicina cælo. Mens enim vergens erigitur, erecta deuergitur, inferiorque cordis inceſſus quò deſcendere nititur, ſublimatur. Humilem namque Deus & pauperem de ſordibus erigit, & potentum ſocietati coniungit. Ceruicem diabolicæ vere ſuperbiæ de cæleſti dignitate præcipitem in ſqualoris tartarei profunda deiecit. Ita namque lectio diuina proloquitur, humilibus Deus dat gratiam, ſuperbis autem reſiſtit. Et iterum ſimiliter memorans dicit. Suſcitans à terra inopem, & de ſtercore erigens pauperem; vt collocet eum cum principibus, cum principibus populi ſui. Omnis enim paupertas humilitatis ſocia, audi Salomonem dicentem. Paupertas humiliat virum. Sed paruanimis exiguaque referimus, ſi per ſingula diuinitatis facta currentes ſpecialiter reuoluamus, quæ nullis explicanda ſermonibus, generaliter innoteſcant.

SEDVLII PASCHALIS OPERIS, LIB. IV.

CAPVT I.

De contemptu mundi & elemoſynis faciendis.

IAM cum denuo Iordanis fluenta tranſgrediens, Iudeæ ſemitam præteriret, paſſim vulgus immenſum & cateruas ab omni varietate langoris ſine nomine curauit innumeras, infirmos accipiens, & columes reuerti concedens. Nil igitur ſummo conſerre difficile eſt de ſe ſperantibus domino, cui facultas prona ſuppeditat ardua planare, curua dirigere, quod eſt ſuperbos ad humiliora deponere, errantibus ſemitam demonſtrare. Eſaias namq; propheta magnificus ita noſcitur elocutus, Chriſti cum denunciaret aduentum. Et erunt praua in directa, & aſpera in vias planas. Nunquid de ſaxis aut ſenibus aut inflexis viarum prophetauit anfractibus, cum Chriſtus ad ſaluandum venerit mundum, non ſylois & montibus, ſed humanis gentibus conſtitutum. Hoc eſt illud etiam, vox clamantis in deſerto, quæ monet, parare viam domino, rectas facere ſemitas eius, viam ſcilicet cognitionum & ſemitas voluntatum, qua dominus ad mundi cordis habitaculum recto graditur ingreſſu. Cogitationes etenim & voluntates viæ ſunt operum quæ bonum cuiuſpiam ſiue malũ præcedere videntur effectum. Quicquid ergo naturaliter vis denegat, diuinæ facillimum ſubiacet poteſtati. Namque bellua Camelus immenſa ſicut foramen acus exiguum pro tanti corporis mole non poteſt tranſmeare, ſic opulentus diues & tumidus nequit ad regna cæleſtia, tenuem anguſti callis introire per

A portam, niſi rerum prouidus gubernator qui totum lege continet, nec tenetur ipſe ſub lege, quem nulla vnquam facies aſpicit, ſed ipſe cuncta ſemper intendit, motos hac conditione diſcipulos talibus fouiſſet alloquiis conſolatus. Apud homines hoc impoſſibile eſt, apud Deum autem omnia poſſibilia ſunt, non omnibus quippe diuitibus patrimonium ſui cenſus eſt oneris, ſed illi qui propriæ malus rector eſt vbertatis. Nam cum dicit dominus per prophetam: aurum & argentum meum eſt, oſtendit non eſſe malum quod eius eſt, ſi operatus illud bonus habuerit, nihil etenim differt vtrum bonis quis

B operibus nil dependat, an plurima malignis effundat. Ille ſiquidem ſuas tuto ſeruat opes & collocat, qui cælo theſauros occultat ac recondit, vbi non edacis tineæ, nec æruginis ſcabræ quicquam morſus abſumit, nec furibus ad furandum aditus reſeratur effoſſus, qui ieiunis cibum ſitientibus potum, peregrinis miniſtrat hoſpitium, mœſtos ſolatur in carcere, fouet ægros in corpore, cunctiſque largiſſimus, ſibi tantum pauper eſt & egenus. Nec dubitare quis debet illam prorſus in cælum ſubſtantiam peruenire, quæ ſub viliſſima pauperis forma Chriſto probatur impenſa, quæ detrimentis augetur, ſpargendo ſeruatur, perit vt maneat, vitam a mortua repræſen-

C tat.

CAPVT II.

Duorum cæcorum curatio.

INterea dum populo dominus comitante vallatus Hiericum fuiſſet egreſſus duos oculis captos aſpicit conſidentes in aggere, reddi ſibi lumina poſtulantes, petebant ita conſidentes greſſuum ſe cum mobilitate conſidere. Sed tenebræ reluctantur aduerſæ, nec cunctata vel paululum virtus illa pietati nil abnuens quæ ſalutem conſueuit inferre, qua fidem ſentit ardere, diuturno lumina ſomno compreſſa vigili repente tactu excitat, clauſtraque latentium ſub fronte reſerans feneſtrarum, intrante protinus die noctem

D pepulit caligantem.

CAPVT III.

De ficu quæ aruit Domini iuſſione.

HInc ſacra templi per mœnia rurſus obambulans, cæcis dedit aſpectum, claudis reformauit inceſſum. Poſt hæc nobilium monimenta virtutum, Dauidicam deſerens ciuitatem; venerat in loca Bethaniæ, dieque remeans ſubſequente ad eius vrbis denuo tecta pergebat. Ficus haud procul à ſemita connexis frondium velamentis vmbroſa, cuius in robore cum nullum penitus pomum dominus carnaliter eſuriens inueniſſet, inhumanos arboris ramos nõ

E maledicto ſauciat, ſed præcepto condamnat, increpans ſic in eam. Nunquam in te fructus naſcetur in æternum. Confeſtim ficulnea ſuccis viduata ſubtractis, infœcunda protinus & deformis comarum poſita dignitate perarruit. Non tamen hæc accipiamus ad litteram, licet manifeſte credantur impleta, quoniam ſpiritalibus cauſis conuenit lex diuina cognoſci. Quid enim materies ſine ſenſu peccauerat? præſertim quæ fructum, ſicut Marcus Euangeliſta commemorat, incongrui ratione temporis non habebat, niſi ad inſtructionem dominus noſtræ vtilitatis hoc ageret, qui factorum ſermonumque parabolis vitale

F nobis iter oſtendit. Omnis igitur humanæ conuerſationis induſtria quæ Deo nil ſtudet nutrire quod placeat, tanquam pigri ſtipitis arbor inutilis, plena fronde non germine lignis æquabitur cõcremandis, quemadmodum & illa ficus infructuoſa conſiſtens, quam dominus vineæ qui eam plantauerat præcipiens amputari, ſub vnius anni dimiſit induciis, vt ſi fructum vel ſero redderet, permaneat, alioquin merito iam periret, at vero iuxta canticum pſalmi dicentis: Iuſtus ſicut palma florebit, & ſicut Cedrus quæ in libano eſt, multiplicabitur.

Digitized by Google

CAPVT IV. A

De muti curatione.

EXin oblatus eſt ei quidam cum ſutoris incommodo, ſermonis quoque ſubiacens detrimento, cui præcluſis ſaucium ſpiramentis nulla labiorum cymbalis vox ſonabat, nihilque penitus ore denuncians, tacendo mutam publicat inſaniam. Sed conditor ille ſydereus, infirma roborare conſuetus, latronum + anguſtis anhelatibus imminentem à faucis obſidione decutiens, per aperta vocis itinera reſolutæ vinculis linguæ plena reddidit loquaci libertate commercia.

CAPVT. V.

De meretrice quæ lacrymis pedes domini rigauit.

B PRæterea dum Phariſæi cuiuſpiam poſtulantis propria dominus ſublimaret humilitate conuiuium, aderat properante ingreſſu peccatrix mulier & famoſa quæ multis delictorum vulneribus ſauciata vitam gerebat obſcænam. Denique corruens prouoluta veſtigiis, nec fletu proluere, nec crinibus detergere, nec precioſo quieſcebat vnguento pedes oſculans irrigare, donec promulgata Dei ſententia (quem cadentibus manum dare non pœnitet, ſi nos antiquæ lubricum pœniteat iam ruinæ) verbis indulgentiam talibus relaxaret dicens. Fides tua te ſaluam fecit, vade in pace, ô quantum miſeris opi- C tulatur infirmis illud confeſſione detergere quod abſconditum fit lethale. Nutrit namque ſua vulnera qui cælarit, & ſtimulo doloris inſertum medico nudare negligit plagam. Ecce nunc fœmina diuturni contagio morbi polluta parui gemitus afflictione purgatur, ſuique gurgite fletus abluitur, & lacrymis perfuſa, capillis exterſa, diſcedit munda quæ venerat ſordida.

CAPVT VI.

De dæmone ab humano corpore fugato.

AD vrbem quoque Capharnaum nomine dominus cum veniſſet, in qua plurimos ſynago- D gæ conſilio cæleſti populos edoceret, ſubito per humanæ vocis miniſterium corporale nequiſſimus ille diabolus talem fremuit in clamorem. Quid tibi & nobis Ieſu Nazarene veniſti perdere nos? Scio quis ſis ſanctus Dei, moxque domino minaciter dicente perterritus atque deiectus;: obmuteſce, & excide homini ſpiritus immunde, magno reboans cum mugitu, quo diuino ſe fateretur imperio verberatum, reliquit humana præcordia fugiens in auras non videndo obſcuras.

CAPVT VII.

Cur eiectos è corpore dæmonas Christus loqui non ſinebat.

E SImiliter dominus multis diuerſæ languentibus & variæ cladis calamitate vexatis opem præſtitit ſalutarem, multaque dæmonia verbo ſuæ poteſtatis excluſa loqui penitus non ſinebat, fidem maieſtatis ætheréæ tali dedignatos teſte vulgari, quippe vetus anguis ille tartareus vitæ perditor, mortis inuentor, cum tota ſocialis pompæ dementia totóque damnato militiæ fœdo ſatellite, cæleſti deiectus è culmine, Chriſtum quem in illa nouerat arce ſydereum, ſtupebat in terris carnis humilitate veſtitum, magiſque gemebat; hinc liuidus, quod virtutis Domino cernebat hominem ſic delectum.

CAPVT VIII. F

Mutum & ſurdum curat Chriſtus.

DVmque tria dehinc loca præteriens Sidoneo dominus graderetur in littore, curauit oblatum gemina quendam calamitate miſerrimum, qui vocis & aurium priuatus officiis, nec ſua dare, nec aliena poterat verba ſuſcipere. Sed tactu manus æthereæ cunctis penetralibus, quæ pernicis clauſerat violentia diſruptis, repente fores patuere impulſæ, venarumque cuſtodiis protinus relaxatis, qui modo mutus videbatur ac ſurdus, & ipſe loqui meruit, & alios loquentes audiuit.

A CAPVT IX.

De magna piſcium captura iuſſu domini.

TV quoque dominicæ virtutis dona ſenſiſti, cuius in oculis tartarea cæcitate compreſſis Chriſtus vt expuit, ſpeciem illico ſimulatæ mortis exterſit. Cumque perennis vitæ ſuffragia ſacris habere populos edocens inſtitutis, Deum ſe eſſe manifeſtius aperiret, euitans paululum turbas præcipitanter infuſas, ad ſtagnum Marini gurgitis venit, paruaque Simonis reſidens in carina, plebem in littore permanētem diuinis imbuebat oraculis. Tandem dicta diffiniens nunquam deſideriis copioſa, iubet altius eunte nauicula pelago retia dimitti piſcantia, quæ totius no- B ctis euoluto circulo, nihil trahere de profundis opere valuere fruſtrato. Paret Simon ſacro lætus imperio, turbaſque fluctiuagas linea doctus obſidione concludens, aquoſi marmoris gentes murali cinctas protectione captiuat, tantumque piſcium multitudo ſinus cumulauit extenſos, vt & Simonis, & quæ ſocia puppis adſtabat, ſquamoſis molibus occupata periculi erepta ſit vix carina. Sic nos etiam plerumque perturbat maximi ſucceſſus inopinata felicitas, & gaudium quod votiuè ſuſcipimus, ſi modum menſuramque tranſcenderit, velut munus intolerabile C iam timemus, quæ prompta diuinitate conceduntur, metuunt homines optare.

CAPVT X.

Mortuus iuuenis Chriſto iubente ſurgit.

TAlibus inſignis clarusque virtutibus vrbem quæ Naim dicitur properabat intrare, diſcipulis dominus populiſque vallatus, cum repente iuuenis aſpicit cadauer efferri vanis exequiarum muneribus triſti miniſterio ſublimatum, cuius matrem ſecundo ſors inuida pridem marito, nunc filio geminæ viduauerat vrnæ miſeria, nihilque remorata pietas doloris inimica vitale protinus commodauit auxilium, fere- D troque 6 manu redemptionis adtacto, dixit dominus ad defunctum, adoleſcens tibi dico ſurge. Et reſedit qui erat mortuus, & cœpit loqui & dedit eum matri ſuæ. Licet enim iuuenis luce priuatus, torpore fuerit pigræ mortis oppreſſus, & funus veheretur extinctum, nec famulus domino ſe vocante reticere, nec ſpiritus præſente vita poterat non redire. Mox igitur omnis erat lacrymando qui 7 nubila facie redditur ſerenata conuentus, & in recidiuum tramitem poſito greſſus mœrore conuertens, ſuis ſedibus matrem candida reuocauit pompa gaudentem.

CAPVT XI.

Septem malos ſpiritus è Maria iubet dominus exire.

E NEc tibi Maria ſalus exigua domino medicante collata, multis vulnerum plagis læſum pectoris curauit arcanum quam ſeptena rabies globo cuneata dæmonico ſeptenis armorum motibus poſſidebat. Sed ſquamei ſerpens maculoſus erroris, tremenda fugiens omnipotentis imperia, tuo expulſus ex corde chaos tartarei petiuit inferni, ſeptem membrorum gyros torquens, ſeptenisque voluminibus euaneſcens.

CAPVT XII.

Summa data poteſtate diſcipuli ad prædicandum miſſi.

TVnc ne copioſæ meſſis germen vberrimum rari cultoris opere deficiente langueret, alios F quoque duos & ſeptuaginta diſcipulos mente ſimplices, puritate fulgentes, qui numero meritoque conſpicui libra digni in aurea nuncupari velut inſontes agnos & mites ad aſperas hominum mentes quaſi lupos inter iubet ire raptores. Talibus eos verbis hortatus & adloquens: Ite, ecce mitto vos ſicut agnos inter lupos. Rurſuſque reuerſis alacribuſque eis etiam vt dæmones ſubiacerent dixit, hæc admonens. Ecce do vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & ſupra omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebunt. Veruntamen nolite gaudere quod ſpiritus vobis ſubiecti ſunt. Gaudete quoniam nomina veſtra ſcripta ſunt in cælo, hæc

eſt enim regula diuina iudicij, vitam factis anteferre, non facta vitæ præponere. Nam ſi meritum ſancti ceſſauerat inſtituti, nihil habent momenti miracula quæ probantur & à malignis frequenter oſtenſa, quibus ille ſecretorum teſtis & arbiter, geſtorum ſeu retributor doctorum Euangeliſtæ prædixit eloquiis, non noui vos, diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem. Talis ſub Ægyptia quondam Pharaonis aderant tyrannide duo ſceleratæ ſocietatis artifices qui Memphiticis vanitatibus confidentes, Moyſi cæleſtia nitebantur æmulari miracula, doliſque magnificis fabricatas humanis viſibus nebularum opponebant imagines & figuras.

CAPVT XIII.

Hydropicũ demiſſus curat die ſabbati.

INterea cuiuſdam Phariſæorum principis veniens obſecratus ad epulas, non magis veſcendi gratia, quàm eius domum clarificare feſtinans, vidit hominem falſo craſſitudinis tumore diſtentum, cuius aqua redundante perſpicuus vtris putabatur eſſe, non vterus prægnanſque cutis immanitas necem parturibat incluſam, & tabeſcentium detrimento membrorum ſinus augebatur immodicus. Ita macies vbique dominata totum hydropem in aluum turgidam congregarat. Non tulit mundi Pater hanc C ſpeciem ſe præſente conſiſtere, ſuaque ſabbata quæ tunc aderant non curant, hominem feſtinans curare, quem ſuum magis eſſe deſideraret. Nec enim hominem propter ſabbatum Deus inſtituit, ſicut in alio Euangelij ſancti capitulo ſuis Dominus ipſe verbis edocuit, ſed ſabbata propter hominem procreauit. Tunc opus ſalutis impertiens, humentem viſcerum deſiccari iuſſit illuuiem. Cum repente morboſa paludis corporeæ vnda diſceſſit, lacuſque vitreæ iam carius exhauſtus lymphatæ peſtis ſubito vacuatus abſceſſit.

CAPVT XIV.

Leproſi decem mundati.

CVmque dominus Hieroſolymam petẽs per Samariam & Galilæam, Hiericumque tranſiret, quoddam caſtrum clementer ingreſſus eſt, quem procul vt decem miſeri videre leproſi maculoſæ corporis obſcænitate fœdiſſimi quos diſcolor ſparſa vultibus pœna turpi fecerat deformitate portenta, ſimul vna voce clamauere flebiliter, Ieſu magiſter miſerere noſtri. Tunc ſingularis illa potentia quæ nunquam pietate ſit vacua reſpondit ac miſerantet dixit. Ite, oſtendite vos ſacerdotibus. Subitoque E dum properant, fugit omnis ex eorum membris iniquitas, & mutuis ſe viſibus intuentes alterna pariter mundatione gaudebant quod in nullo quicquam exhorrenda varietate remanſerat. Ex quibus vnus tanquam decimas præ omnibus percepti muneris oblaturus, grata feſtinatione regrediens, ante dominum ſe proſtrauit in faciem. Magna viri fides, magnaque prudentia, qui ſub vnius qualitatis effectu gemina luit deuotione officium: fides, quod ab hoc ſe mundatum credidit quia rogauit. Prudentia quod ſacerdotibus ſe iuſſus oſtendere, Ieſum maluit adorare. Quis enim niſi dominus Chriſtus pontifex Pontificum, ſacerdos ſacerdotum, gemini libaminis auctor & conditor, cuius ſecundum F ordinem Melchiſedech, munera quæ pro nobis obtulit crucifixus, ſui corporis conſanguinitate offeruntur, triticeæ ſementis cibus ſuauis, & amœnæ vitis potus amabilis.

CAPVT. XV.

Cæcus curatur

CVm Thimæ filius iuxta viam fraudatus lumine reſideret, qua Chriſtum cognouerat tranſire, crebroque vociferans cum clamore, nec populis vetantibus conticeſcens, oculatæ ſibi tribui copiam claritatis magis ac magis poſtularet, ad Chriſtum venire iuſſus aliena manu perrexit, & voti compos accepti nullo fultus duce rediit. O confidentiæ vir- A tus infractæ, quam violenter impetras quæ optans & aſſiduus ex corde precibus congregatis tanquam debitum exigis qua poſtulas ſic mereris. Quicquid enim pro qualitate difficile res durior abnegauit, ſola votis ſimplicibus & honeſtis oratio frequens obtinet ſupplicantis, non quod aliquid Deo difficile, ſed quod magnitudo cauſæ ſit humanitatis deſperare, ſicut ille nocturno ſilentio qui panes ſibi diutius negante poſtulans ab amico, quæ iure charitatis merere non valuit, auxilio iuſtus importunitatis extorſit.

CAPVT XVI.

Chriſtus à Samaritana aquam petit

B SAmaritana quoque dominus loca prætereins, humanæ ſitis ardorem in die collegerat æſtuante, fonſque iugiter peruius & perennis aquæ ſemper irriguus, vndam deſiderabat exiguam, qua materiem gerebat corporis, epotandam. Hic mulier illius regionis indigena, quæ profundo latices hauriebat è puteo, modicæ cunctatur munus aquæ tribuere, cognoſcens voce prophetica numeroſo vel alieno de coniuge ſui criminis vitam, immortalia ſibi dominum fluenta largiri orat, quorum nunquam deficiente ſubſtantia ſitis deficeret abolenda, ignorans prorC ſus ac neſciens nullum tanto munere potiturum, niſi qui gurgite Ieſu Chriſti ſubmerſus vndis ſpiritalibus, anima fuerit, non corpore ſatiatus.

CAPVT XVII.

De muliere in adulterio deprehenſa.

DVmque huius tonans ore ſaluator ſacri mœnibus reſideret in templi, populum miſeratus errantem in rectum tramitem amica ii vitæ monitione conuertens, ecce ducebatur abſtracta cœtu magnæ multitudinis præceps adultera ad eum deformis legitimus conſuetudinis inſtituto, lapidum iactibus obruenda. Quam piò iudici ſæuus accuſantium fuD tor ingeſſit, damnare cupiens liberauit. Nam conditione propoſita vt puniendi ſceleris auctor exiſteret qui ſceleris nihil haberet, nullus ſuo iudicio purus inuentus eſt qui ii ferret impunam. Nec enim ex alterius oculo feſtucam quis audebat euellere, eum trabem ſciret in proprio permanere. Mox igitur totum rapidæ ſeditionis incendium conſcientiæ fuit immunditiæ reſtinctum, omniſque is tacite confitendo reus inuentus eſt accuſator. Tunc clemens domini mitiſque ſententia manifeſti criminis mœcham non iudicens abſoluit, ſed miſerans non puniuit, reuerſuram ſcilicet ad pœnam ſi reuerterE tur ad culpam. Nam quiſquis canini ritus, illuuies quas euomuit appetit & relambit, nec veterem ſtudet habere veniam, nec futuram, huius lucra deperdens quam maniter adquiſiuit, illius damna ſentiens ad quam peruenire non meruit.

CAPVT XVIII.

Cæcum natum Dominus curat.

HAc etiam Dominus è regione diſcedens cæcum conſpicit natiuitalem, qui miſere matris ex vtero lapſus ipſe miſerior, in lucem ſine luce peruenit. Tunc humani ſator ille principij mundique conditor atque perfector oris ſui fabricam non paſſus manere minus impletam ſpeculari, deficiente materia, luto 4 (naturale ſcilicet inſtrumentum) geF natum clauſtris illiniens, quod in homine minus eſſe conſpexerat, de veteri bonus opifex, cæmento ſuppleuit. Nec prius tamen ille ſumpſit aſpectum quam domini præceptis admonitus Siloæ ſalubrem veniſſet ad laticem, & rurus conſanguinei medicamento iam limi vnda oculos habuiſſet infuſa. Mox itaque ſanis ex vultibus acies gemellæ fulſerunt tandem, dignæ conſpicere quem prorſus ignotum habuere primimis diem. Omnes igitur hæc ſpiritualiter legentes oportet aduertere quid myſtica doceant huius facti miracula. Cæca ſumus enim proles fœtibus Æuæ creati miſerrimæ, per tenebras genuinæ caliginis longis erroribus incedentes. Sed poſtquam Deus

habere dignatus eſt humanæ ſi carnis effigiem, data nobis eſt terra ſalutaris ex virgine, quæ fontibus ſaeri lauacri baptiſmatis renaſcentibus aperuit lumina claritatis.

Capvt XIX.

Mortuum Lazarum ſuſcitauit.

BEthaniam deinde ſoli ligys greſſibus clementer aduenerat. Ibi Lazarus humana ſinẽ conditione ſortitus, ſepulcrali ſub lapide quartæ iacebat lucis curſu iam fœtibus. Cuius ad tumulum domino veniente, collectæ flebant pio luctu germanæ. Flebat turba conſiſtens, fleuit & ipſe ſimul omnipotens, non deitate, ſed corpore, qui frigentis artus exanimes qua parte moriturus fuerat, adolebat. Impendit namque lacrymas vt amicus, oſtendit gloriam ſuæ maieſtatis vt Deus. Quid adhuc Martha non credis? & tu Maria quid ingemis, quæ Chriſtum dubia trepidatione cunctamini, an vnum poſſit ab inferis hominem ſuſcitare qui totius mundi turbas innumeras rediuiua faciet animatione reſurgere. Igitur dominus vt imperioſæ vocis iuſſu mirabili exclamans, Lazare prodi foras, magna repente formidine tartara patuere concuſſa, inferni penetrale contremuit, lethale chaos expauit, & lex profundo mortis abſceſſu, animaque ſui corporis iterum membris infuſa, rupto monumenti tutamine viuum cernitur cadauer adſtare: poſtque iuſta ſolemnia, poſt impletam funeris ſepulturam, tanquam fuerit denuo editus & creatus ipſe ſibi mortuus & poſthumus extitit, & ſuperſtes abſceſſit

Capvt XX.

De aſello domini vectore.

VTque Dominus ſæcularis ambitus ſi caduca contemnens dominum ſeſe celſiſſimum magis humilitate monſtraret, non altis curribus qui pompę mortalis amor oſtenditur, quadriiuga celeritate ſubuectus iter explicuit orbita ſulcante puluereum, nec ardua frementis, equi terga compreſſit, qui faleris & oſtro conſpicuus ora concutit inquieta, ſpumoſum cruenti pondus auri mandantia: ſed viliſſimi lento potius aſelli haſtamine domino fuit honos ille ſufficiens. Cuius vngula non precio magna, ſed merito tanti ſeſſoris claruit ſub faſce nobilior non illius impar qui modico Chriſtum quamuis cerneret in præſepi, dominum eſſe cognouit, huius gratia rutuit ſubiugalis cui mediam gradiẽdi per ſemitam plebs omnis ſubdidit veſtimenta. Dicite cuncti nunc populi qui gentilibus hactenus ſubiacetis erroribus, cui gloria fuerit ſimilis aliquando regnanti, cui palmis ac frondibus frequentis vnquam turbæ plena feſtiuitas occurrit modulans hymnis cæleſtibus cantilenam, niſi Domino Ieſu Chriſto, qui ſydereum cum patre moderat imperium princeps in principe ſempiterno.

Explicit liber quartus.

SEDVLII PASCHALIS OPERIS, LIB. V.

Capvt. I.

Orante Chriſto vox è cælo clarifica.

INTER has diuitum copias ſine fine virtutum paſcha cœperat eſſe iã proximum, quo glorioſa Chriſti potentia mortalem vellet ponere reſumptura carnẽ perpetuo iam viuacem, non alteram ſed eandem, quam remuneratione lucis impletam ab inferis excitans leuauit ad ſydera. Turbatuſque pauxillulum a mortis vicinia, vt homo, formidans talibus ad patrem verbis fiducia piæ religionis exclamat, Dei filium ſe demonſtrans; pater ſalua me de iſta hora, ſed propter hoc veni in iſtam horam. Pater honorifica nomen tuum.

A Nimium diuinè locutus eſt & potenter qui cum ſemet honorificari depoſceret, & patris nomẽ honorificandum eſſe ſignauit. Deus eſt enim nomen illi quod pater & filius communi pariter maieſtate poſſident indiuiſum. Venit autem vox de cælo. Et honorificaui, & iterum honorificabo. Quid apertius teſtimonio paternæ profeſſionis impleto? quod clarius cæleſtis eſt aſſertionis oraculo? Tamen Iudæa gens perfida quæ pondus tantæ veritatis audiuerat, nequaquam ſignis iam manifeſtis impulſa, Domini Ieſu Chriſti deitatẽ credidit approbatam. Quidam enim ſtrepitum fuiſſe tonitrui adſtruebant, alij locutum

B ei angelum diſputabant. O plebs vere cæca, corde duriſſima, de qua prophetans ita locutus eſt Eſaias, obcæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, vt non videant oculis, & intelligant corde, & conuertantur & ſanem eos. Neque enim tonitrus Chriſtum aut angelus creatura ſuum generauit auctorem, cui clamanti confidenter ad patrem illi reſpondiſſet vt pater, ſed ab ore Dei ſpecialiter patris qui filium vere cognouit, reloquens vox proceſſit, vt hac ſaltem ratione compuncta turba nimis incredula ſero cælitem deduceret ad fidem. Hoc eſt itaque patrem filio reſpondere, ſuæ voci conſimiliter conſonare, quoniam verbo genitus verbum patris eſt Chriſtus,

C & paruis coniectura ſermonis patrem reuelauit in filio, filium reuelauit in patre.

Capvt II.

Diſcipulis Dominus pedes abluit.

TVnc annui ſacramento conuiuij cum paſchales epulas celebraret ex more vt humilitatem diligi ſuo potius edoceret exemplo, ſurrexit, ac linteo ſe præcinxit, doctorque diſcipulis dominus ſeſe famulis pedes abluens inclinauit, tantumque ſuæ depoſuit faſtigium poteſtatis, vt ab huius obſequij dignitate nec Iudam ſcilicet exortem quem nefandæ nouerat proditionis auctorem. Sed nihil hinc gloriæ conſecutus es traditor execrande, vt mundus videretis veſti-

D gijs qui polluebaris in animis, tanquam ſepulcrum exterius dealbatum, quod fœdis cadauerum ſordibus intus horret impletum. Nec doli dominum latuere diſpoſiti, ſed illum futuri caput eſſe ſceleris deſignauit, cui panem traderet panis ipſe tradendus ad necem. Tunc manifeſtatus eſt ſermo Dauidicus dicens. Qui edebat panes meos ampliauit aduerſum me ſupplantationem. Poſteaquam corporis ſui Dominus Ieſus Chriſtus & ſanguinis duo vitæ munera conſecrauit, propriiſque diſcipulis ſpiritalem cibum potumque porrexit, quo cæleſtibus epulis ſa-

E ginatæ famem ſitimque ſentire nequeant animæ iam fideles.

Capvt III.

De Iuda traditore lamentum in Iudam.

MOx in Iudæ corda nequiſſimam ſedem vbi liuor inuenerat, tetri ſpiritibus introiuit immanitas, iuque dominum tela corripiẽs execranda, ſeruilis belli concitauit inſaniam, pactus ſcelus grande negotij ſub qualibet mercedis. Nec enim culpa manet in precio, ſed crimen conualeſcit in facto. Tantum ſcelus ſacrilegij, triginta cœcus argenteis, paruum ſumens munus amiſit, quantum, ſi cuncta ſimul regna terrarum, mariſque diuitias, & omnem vagis

F cum nubibus oram lucraret æthereum, flagitij perpetraret: Neque enim totius mundi bona ſufficerent Chriſto ſolo comparari cum ſanguine, qui mundi pater eſt vniuerſi, qui hunc quoque nefandum naſci conceſſit. Atque vtinam matris arida ſterilitate damnatus, diem natalitium non vidiſſet, nec ætheræ lucis iucunda conſpiceret, æterno tempore nil permanens miſeroque foret illa ſors melior vitam neſcire traditam, quam ſentire ſubtractam, aut confeſtim vt meruit procreari meruiſſet & mori, fieretque pſalmi principalis exemplum, quatenus ita protſus toto periret a ſæculo, tanquam puluis quem proijcit ventus à

tus à faciæ terræ, nullam que memuriam ſui nominis reliquiſſe itifelix. Tunc igitur audax cruente, ferox rebellis, tunc fallax, crudelis, inique, vænalis. & perfide, tunc traditor. latro, fere proditor, immitis, & impie, præuius doctor, ac ſignifer, hoſtis comitaris horribilis aciem, quam ſacrilegam, gladiis & fuſtibus violenter armatã, cum minaciter moueas, mendacibus 6 oſculis fœdus incommodas, mellaque veniens adiungis, & ſæua dominu proditione blandiris? Cur ſoccum fallaciter profiteris, & amiræ fraudis ſaluatione perſtringeris? Nunquam nuxios aut pax coniurat in gladius, aut lupus oſcula porrigit agno truculenta.

CAPVT IV.

Auriculam puero Petrus abſciſdit.

IGitur operatut ſanctus viris traditus execrandis upem ſulitam non reliquit, ſed auriculam puero viulenter abſciſam quam Petri gladius amputauit, 7 ne quo ſe tempure pius à pietate ſuſpenderet, & prutinus teſtituit ac ſanauit. Nec enim rationi conuenerat humanam Deo ſuffragari vindictam, quæ ſibi patris defenſione tranſmitti plus duodecim millia legiones angelicas puterat poſtulare, ſi maller de ſceleritate pænas exigere. quàm ſuæ cædis iniuriam relaxare. Iubet ergu nudi mucronis aciem vagina condi cuſtude, quoniam ipſe videlicet ſuam pro cunctis animam putiere, non venerat alicuius eripere.

CAPVT V.

De Petro Chriſtum negaturo. Chriſtus ad Caiphã deducitur.

IPſi namque tunc Petro confidenti vuce pollicito, velle ſeſe cum domino mori, Ieſus 8 reſpondit ac dixit: amen, amen, dico tibi, quoniam non cantabit hodie gallus, donec ter tu me abneges, non infidelitatis tunc arguens, ſed metum futuræ trepidationis aperiens. Mox ad Caiphæ deductus eſt ædes qui telionis ritu Iudaicæ princeps illa quidem tempeſtate fuerat ſacerdotum, ſed in cathedra peſtilentiæ cum reſideret, & in peccatorum via conſiſteret, principatum videbatur ſcelerum puſſidere. Concilium ſiquidem violenter accendi, & falſis cœperat teſtibus excitari. Volabant in dominum mille mendacia vanis accuſantium fauillis emortua, nun fidei calære viuentia aperiebant. Mox umnia motu pruprio leuitatis exhauſta, ſignis inſaniens per ſtipulas aridæ ſiccitatis excurrens, cui vires alta cremandi cacumina materies non miniſtrat infirma, ſed in cinerem protinus reuuluta perdit inanem flamma victoriam.

CAPVT VI.

Iudæi Chriſtum colaphis & palmis verberant.

POſtquam nullum doliſiter arriſit, fraus viribus cædens vertit in furorem, atque in dominum manus erigere plebs armarur impatiens. Heu mihi, quantis lacrymarum ruribus impeditus, quanuis animi motibus ſauciatus erectas in duminum rabidi tumultus inſania manus horreo memorare ſacrilegas. Denique nec caput colaphis propulſare, nec faciem ſputis aſpergere, nec palmarum ictibus verberare plebs execrabilis conquieuit. Ille tamen omnia patienter excipiens, noſtræ ſaluti ſe tradidit. ac pro nobis ſuum corpus ſupplicijs deputauit. Per illus enim colaphos habemus capitis ſoſpitatem, illa ſputa noſtrorum vultuum ſunt lauacra, his alapis libertatem ſumus conſecuti perpetuam.

CAPVT VII.

Ter Chriſtum negat Petrus.

ATſetior, cui veritatis auctur cunctu prædixerat cuique manere nequibat infectum, quod Chriſtus ſignauerat affuturum, vſque in ædes Principis ſacerdotum dumini veſtigia ſubſecutus, quod ex eius eſſet etiam ipſe diſcipulis ter eſt agnitus, ter negauit. Et gallus diei nuncius cantauit, impletoque diuinæ ſanctionis oraculo, priſtini quuque ſenſus reuerſi ſunt Petro, qui memoriam culpæ recolligens obliuionis in ſe caſtigauit errorem, gemituque continuo proſequẽte peccata fugiunt, dilecta diſcedunt, & lacrymarum imbres effuſi dulcem veniam fletibus amantiſsimis contulerunt. Apoſtolicis igitur eruditi exemplis debemus vim pœnitentiæ meritúmque dignoſcere vitalibus remediis adnitentes, vt ab animarum fatigatiune noſtratum mortiferus mereamur morbos excludere. Si enim noxiis cogitatiunum venenis aut actu, vel etiam cuntagiis fuerimus turpium ſauciati ſermonum, ad ſaluberrimam pœnitentiæ mox uitatur confugere medicinam, quatenus dolentes ex culpa, non doleamus ex pœna, lacrymantes ex vulnere, non lacrymemus ex morte Nec tamen pœnitentiam futuris paremus erroribus, ſed præteritis adhibeamus admiſsis. Sub indulgentiæ namque fiducia delinquentes difficile veniam conſequuntur optabilem, quam ſibi plerique præſumpta ſecuritate pollicentur, vt peccent. Nam & Dauid propheta mirabilis dum indulgentiam præteriti poſtularet erroris vt hanc facilius impetraret, per ignorantiam ſe deliquiſſe talibus 9 præſe ſignauit Delicta iuuentutis meæ & ignorantiæ meæ ne memineris Deus. Quid ergo quæcunque flagitia iuuenalis ro ætas admiſerit in ſenectutem debent relaxanda ſeruati? Abſit, in nobis vt ita maneat, cunſeneſcant. Sed cum diuina clementia patienti longanimitate mitiſſimam iudicij ſuſpenderet vltionem, it nulla nun ex iſtis indutus * ſpes impunitatis obtundat: Sed tantum famuli diu fugitiui ſero ſaltem noſtrum reuertamur ad dominũ ab ipſu vel ſenes lubricæ iuuentutis veniam poſtulantes, quamuis conueniat vnumquemque peccantem cunfeſtim ne ſerpentis morbi primiciæ, velut radices amari germinis altius negligentis agricolæ remiſſione ſubmerſæ nullo valeant euelli penitus iam labore. Idẽ denique propheta ne pro iuuenalibus delictis vt negligens videretur ſerius ſupplicare. addidit ignorantiam, quo apud pium Iudicem facilius ſibi relaxari meruiſſet errorem. Igitur & Petrus Apoſtolus Chriſtum negare nou ſtuduit, ſed in obliuionis caſum ſimpliciter & ignoranter incurrit. Namque ſeſe mori velle cum domino plena deuotione promiſerat, alienus ab eius videri conſortio ſub quolibet periculo non ferebat. Præmiſerat enim inter cætera magnificum ſuæ crudelitatis exemplum, quod cum à Chriſto nec exitu poſſet ſegregare formido, ad quem media feſtinando per maria rapidus dudum præcipitauit in fluctus, nulla vicinæ mortis trepidatione deterritus.

Iuuenalibus in v. e. eſt recte, pro quo vulgo diceretur iuuenilibus.

CAPVT VIII.

De Iudæ ſuſpendio.

INterea dies nouum viſura flagitium nocturnis mæſtior vmbris illuxit, quæ tenebrarum remota caligine Hebræi cœtus infanda reſerabat vulgo conſilia. Tunc Iudas dracu nouiſſimus, & priori ſimilis humicida veneficio (nam ſicut ille Adam vitæ ſubtracto, ſic & iſte Chriſto morti contradito generationis humanæ factus eſt perſecutur) ad Pilati dominum conſpiciens deduci prætorium, eumque vinclis adſtritum qui reſoluit vincula peccatorum, diriguit miſer & horruit, pecuniamque, funerum mercedem ſcilicet cruoris innoxij, reſtituens ſæuis diſpenſatoribus, ac refundens, precio criminis ſeſe vacuauit ille, non crimine. Quid enim poterit ſecuritati conferre trepidatio mortis, ibi concepta nullus vbi timor conſequitur iam medelam, ſecundum pſalmi continentiã pruloquentis. Illic trepidauerunt timore vbi non erat timor, hoc eſt in ipſo Iudicio vbi correctionis tempus & ſpatia non habet infructuoſa formido, aut in inferni iam faucibus conſtituto quæ poteſt opitulati cõfeſſio cum legatur. In inferno autem quis confitebitur tibi? Iudas enim publicus humicida qui, quod audire non meruit, non ſuum tantum parentem, ſed totius mundi iugulauit auctorem, pœnitudinis fruſtra remedium veſtigabat, quem poſt traditionis audaciam ſententiæ ſupplicium iam te-

nebat, & ſecuris ad arboris radices applicita quæ froctum protulit execetandum mali roboris germen inotile funditus amputando ſæuis ignibus deputaret, dementem ſubitm cotreptus eſt in futorem, ſibi mortiferum nihilominus molitur interitum, quamuis ſanior ille tunc fuerit cum nefandæ coniurationis in ſe flagitiom vindicauit. Vitamque gutturis execrandi (qua vox proceſſit imminis, videns omnium redemptionem) faucibus nodatis adſtringens animam in trabalibus laqueis expulit infelicem. Parua ſiquidem pœna pro tanto videtetur illa flagitio, cui nulla ſuppliciorum æquari valeat magnitudo, tamen ipſum funeſti genus exitij. morſque pendentis ab alto cadaueris cælum negat aſpici tertam, vetarque attingi, vt reus ſceleris inauditi ſimul ab vtriſque dignus elementis expelli, nec aëre frueretur ad vitam, nec humo, generali compoſitus more hominis, animam dimitteret exhalantem. Habet aliud dedecoris iſtas in ſpecies propriæ deiectionis indicium. Quod enim in ſublimi faſtigio necem ſortitus eſt perfidus & deſertor, patefecit, ex quanto culmine ſit lapſus nuper diſcipulus, modo iam reus, nuper Apoſtolus, nunc Apoſtata nominatus.

Iudas inter cælum & terram cur pēd. ſ. Vide quæ hanc in rē notaui ad Aratorem lib. 1 nu 4. ibi & cæ o terræque peroſus interuſtū- que perit.

CAPVT IX.

Chriſto obiciſſe Iudæos quod Regem ſe eſſe dixerit.

CVm vero Dominus ante tribunal Præſidis ſtaret intrepidus, vt agnus mitis productus ad iugolum, nihil dignum morte reperiens quod ei populus accuſator obiiceret, regem ſeſe dixiſſe, qui manifeſtè rex aderat, ſtudio ſeditiunis exclamant. Nec mirari quiſpiam debet ſi plebs amica fallaciæ veritatem protraxerit in crimine, imperiumque ſydereum, & diuinam renuit poteſtatem quæ creatoris ingrata ſuffragiis, lucos olim coluit, Idolis obſecuta ſeruiuit. Vna quippè dementia parque videtur inſania, Baal præpoſuiſſe tunc domino, Barrabam præpoſuiſſe nunc Chriſto, dumque pius occiditur impiuſque ſeruatur, iuſtitiæ mutauit viam errans in vtroque ſententia, auctor mortis deputatus vt viueret, auctor vitæ deputatus vt obiret. Ex hoc igitur cuncti qui hactenus manetis in fide, Chriſtum pro mundi ſalute paſſum fuiſſe iam credite, qui flagris ſulcatus, opprobriis laceſſitus, pœnas omnes amplectitur, nec perire ſuis meritis dignus, vel latro ſuſtineret exitium.

CAPVT X.

De lauatione manuum Pilati.

HEu quam triſte falcis acumen eſt quæ meſſem Iudaicæ poſteritatis abſcidit. Namque necem domini poſtulantes in ſe ſuoſque filios eius ſanguinem profeſſi ſunt permanere dicentes furialiter & clamantes: Sanguis huius ſuper nos & ſuper filios noſtros. Omnem fructum ſui germinis dānauerunt, donec ab eis hæc macula illius aqua ſpiritaliter abluatur, cuius in eis cruor lethaliter dominatur aſperſus. Heu nequitia tui, Pilate facinoris quam patraſti, qui tot in vno iudicio vel potius præiudicio crimina commiſiſti, quæ ſi prouida ſanandus mente cognoſceres non ſolas manus ablueres, ſed totum iugiter corpus ſacro debueras aquæ ſpiritalis lauacro perfundere. Iuſtum iniuſtè diuerberas, Regem præſes examinas domino te præponere mortalis homo non trepidas. Quibus igitur luendi ſupplicij iam teneris in vinculis, quia numeroſa per vulnera cruci dominum creaturæ configis, Cæſaremque magis offendere quàm Cæſaris meruis conditorem?

CAPVT XI.

De veſte purpurea, corona ſpinea, arundine, & veſtibus Chriſti.

CVmque militari Chriſtus executioni contraditus mortis ſententiæ ſubiaceret, in ipſo nihilominus cultu quem regiæ ſub imaginis illuſione ſuſcepit magni gerebantur ſacramenta myſterij. Quod enim coccineæ chlamydis velamen indutus eſt cruentum futuræ mortis demonſtrabat aſpectū. Spinea caput eius corona circundedit, quoniam ſpinas om- A nium peccatorum quæ humanum genus paſſim inuaſerant, pia ſolus humilitate portauit. Nam datam geſtabat arundinem mundano regno ſceptrum vere conſimile, quod pro motatione ſæpiſſima fragile, vacuum, leue cernitur & caducum. Moxque veſtibus alienis exutus, ſuis protinus eſt amictus, tanquam poſiturus in obitu corporis indumentum, quod ſe poſt paululum noueat recepturum 13 nihil iam ſumpturus motabile, quippè poſt mortem 14 plena cum maieſtatis ſuæ carnis rediens ac reſurgens.

CAPVT XII.

Fel domino datum quid ſignet.

NEc illud à conſortio diuinitatis abſceſſit, quod datum ſumit vinum felle permixtum, labiis tetigit, & ab ore proiecit. Signum quippe fuit mirabile, amaram mortem dominum deguſtare, B confeſtimque virus eius horribile reducis vultus auerſione contemnere.

CAPVT XIII.

Chriſtum cruci affixum.

IGitur alto patibuli defixus in ligno iam diſcriminis execrandi pia religione mutauit, & abiecta crudelitate pax aſcendit in crucem, violentaque ſæui roboris inſtrumenta ſuis membris illuſtrans, pœnam honore veſtiuit, ſupplicium ſalute dicauit, ipſaque pius in ſe tormenta ſanctificans, ſignum damnationi propoſitum fecit beatitudine conſecratum. Vt hic nullus animo peregrinetur ignaro, crucis ſpeciem cauſam venerationis oſtendere, quæ dominum meruit adoranda portare, per quatuor eam plagas orbis extendi prudenti debet quiſque ratione colligere. Caput enim Chriſti diſtentis in crucem membris C expoſiti axis Orientis accepit. Occiduus autem limes plantis arriſit. Arctous dextra claruit, medicus læua refulſit. Cunctaque prorſus mundi ſubſtantia, creatoris corpore iucundata, crucis in ſe lineam rectis obliquiſque limitibus demonſtrauit impletam quam primæ lucis ab origine cernitur conſecuta. Cumque milites eius ſibi veſtimenta diuiderent, tunicam ſortiti ſunt quis haberet, quoniam ſuta non fuerat, ſed de ſuperioribus texta per omnia, nefariumque duxerant ſpeciem tanti violare miraculi, legant hæc ſciſmatici profecto doctores, & ſciant quod impietates exerceant catholica lacerando concordiam. Si enim militibus ſacrilegis ac funeſtis D durum viſum eſt Chriſti carpere veſtimentum, quale nefas admittunt, qui Eccleſiaſtica pace turbata ipſum dominum Chriſtum ſciſmatibus diuidere non quieſcunt.

De crucis poſitione: myſtica eadem ſeribit Caſſiodorus in explicatione Pſalmi 21 & citatur à Ionahā de cultu imaginum vnà cum carmine Sedulij.

CAPVT XIV.

De titulo crucis.

TItulus quoque trina linguarum ſignificatione conſcriptus habens Hæbraicis litteris, Græcis ac Latinis Hic eſt Rex Iudæorum, ſupra dominum legebatur appoſitus. Quæ ſit etiam huius ratio ſacramenti abſurdum non videtur inquiri. Nec enim fugit à magno myſterio quicquid geſtum manifeſtatur in Chriſto. Cur ergo tribus linguis hic titulus legebatur adſcriptus, cum plures ac varias multitudinum nationes nequaquam Hieroſolymæ defuiſſe, E Apoſtolorum actuum magnitudo teſtetur, & poſſit aut vna interpretis diuerſis lingua ſufficere? aut ſi cunctorum voluit hoc oculis Pilatus exponere, plurimarum linguarum commerciis inſtructam 15 vulgi notitiam reddidiſſet. Sed quod non eſt humana diſpoſitione perfectum, ſpiritaliter illud ſentiamus impletum. Vera ſiquidem fides catholicaque confeſſio quæ deſignabatur in Chriſto; vnum populis Regem ſpeciali verbo pronunciat, qui ſupra creaturam dominatur vniuerſam, tam ſeculari cauſæ, quam rationi conueniens eſt diuinæ. Primum quoniam Pilatus vel propter Cæſaris metum, vel propter ſuæ credulitatis 16 admiſſum qui ſe Regem dixerit, quorum fuerit, definiuit, ne puto regni nomi-

ne deſignato generaliter eum Regem videretur exponere, atque aduerſus Cæſarem prædicare, & tanquam in ſuum quoque rectorem decreta morte ſacrilegus extitiſſe. De hinc quia Rex Iudæorum Chriſtus religioſè nominatur, & omnis gentilitas Idolorum cultibus occupata, cum Chriſtiani dogmatis meruerit ſacramenta ſortiri inter Abraham filios incipit Dei populus nuncupari. Cui legitur promiſiſſe quod cum faceret, ſicut & fecit, omnium gentium patrem. Ieſus ergo dictus eſt Rex Iudæorum, non tantum præſentium, ſed etiam futurorum, qui naturalis germinis inutilem relinquẽtes horrorem, mox in oleam fœcundæ ſuauitatis vnguento ſancti criſmatis inſerendi perdent amaritudinem ſterilis oleaſtri.

CAPVT XV.

De duobus latronibus ad domini latera crucifixis.

QVinetiam plebs feralis & noxia nullis animum ſatiata ſupplicijs, cruentos ex vtroq; latere circa dominum viros eadem ſtatuit damnatione confixos vt iniectas vulnerum plagas talium acerbaret iniuria perſonarum, licet meriti ſimilitudinem non habet ſimilitudo ſententiæ. Inter latrones namque iuſto pendente carnifices, trium videtur eſſe par pœna, ſed duorum diſpar eſt cauſa. Illi ſiquidem multo pro crimine rei ſunt mundo: huic ipſe reus eſt mundus, cuius ſanguine liberatus eſt à peccato. In illo tamen dominus patibulo cõſtitutus poteſtatis ſuæ iura non perdidit, qui de ſublimis crucis examine velut de regali throno iudex æquus vtrumque proſpiciens, & amborũ merita diuini cordis lance perpendens hunc elegit, illum reliquit, non præterita quæ luebant facta diſcutiens, ſed præſentes mentium diuerſitates intendens. Vnus enim à quo ferocis atrocitas inſtituti, nec in diſcrimine declinauit, ſæuis dominum lacerabat iniurijs, dictis mordacibus execrandus, tanquam caper hirſutus venenoſi dentis attactu palmiti ſuauiſsimæ vitia inimicus ita loquebatur illudens: Si tu es Chriſtus, ſaluum te fac & nos. Alius vero ſpe meliore modeſtior, qui dũ ſuæ parcit linguæ, pepercit & pœnæ ſupplicio, ac dominum [17] verbis precãtibus alloquitur, deflectens lumina tantum libera quæ gerebat in terram, quoniam tenſi vulnerum nexus ab humilitatis officio volentes inclinari palmas [18] arcebant. Nam poſtquam ſocium [19] qui iam deſociari meruerat, iuſti ſermonis increpatione redarguit, ſuæque culpam proteruitatis agnouit, dominũ ſic precabatur: Memor eſto mei dum veneris in regnũ tuum. Quem pius illico dominus vt errantẽ per auia deſerta paſtor ouem cum gratulatione recolligens, allocutus eſt dicens. Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo. O mirabilis & diuina promiſſio, paradiſum ſe dicit intrare qui properabat ad inferna deſcendere, quatenus edoceret nullum tempus exiſtere quo dominus non ſit vbiq; præſens. Vt enim latronis animũ iam beari mortis formidine vacuaret, non tantum inquit, hodie mecum eris in paradiſo, vbi flore perpetuo blanda per agros ridet amœnitas, & irriguis voluptas fontibus enutrita, pulcroſq; molliter per hortos infuſa, totum grata ſuauitate lætificat, interque beatos frondibus ramos, ac nullis vltra pomorum decipientibus inſidijs ſerpens ingemuit ille tartareus, antiquum ſine lapſu degere iam colonum. Ambo igitur varijs currentes motibus latrones, iter diuerſi callis inuadunt, ac locis remotioribus imminentes diſcretam factis violentiam perpetrarunt. Ille fores inferni intrauit, iſte ſupernas irrupit. Ille calligini profundæ ſubmerſus, clauſtra penetrauit gehennæ. Iſte lumen claræ lucis ingrediens, cælorum regna diripuit.

CAPVT XVI.

De Sole obſcurato.

INterea ſubito totus eſt obſcuratus mundus tenebris repentinæ cæcitatis oppreſſus, ac mœſta nebularũ mole perfuſus funereas dies celebrauit exequias. Sed Sol radijs remotus abſconditis, terra velatus palla delituit, orbemque luctibus alienæ noctis infecit. Talem ſiquidem voltũ patris orbata ſolatiis meruerunt elementa ſortiri, vt cuius ortu lętata ſunt, triſtarentur occaſu. Sicut enim domino naſcente lux claruit, ita moriente diſceſsit. Tunc ſtella per diem fulſit, modo nec in nocte comparuit. Sed quanquam cęlo terraque fugitiuum lumen abſceſsit, non tamen diutius in hac remotione permanſit per ipſa tẽporis interualla ſuſpenſi, magno viſum conuenire myſterio. Nam ſicut tribus horis mũdi facies tenebris oppreſſa ſubiacuit. Ita dominũ triduo clauſum tumuli ſepultura contexit. Nec tellus ſine clade tunc aſtitit, omnibus contremens fundamentis quæ talia ſentiebat admitti, mundique rata veniſſe iam finem dubio pependit natura ſub termino, ne ſũmus ſcilicet apex ad inferna deſcendens omnem protinus molem ſecum iugiter inclinaret in mortem, atque proprium comitatus auctorem præceps in chaos mundus affluetet. Sed illa pietas diuinitatis immenſa properabat clementer ad tartara, quo perdita reſtitueret, nõ inſtituta deperderet. Cumque talia cernerent eueniſe pericula qui dominum ligno crucis affixerant, nequaquam expauerunt. O ſigna tot præſentis metus inaudita prodigia. Quin inſuper cum potum ſitiens poſtularet, vnus de plebe ſæuiſsima ſpõgiam calamo nexuit, & acetum eius ori porrexit. O quam Iudæorum menti nequiſsimæ liquor fuit ille conueniens, qui deteriora ſecuti vel infirma pro culpa ſcilicet infidelitatis, Manzeres [20] ſunt vocati, ſicut vina ſuauia cum fuerint in acetum triſte conuerſa cunctis à menſarum populis repulſa iactantur. [21] Ita gens iſta feralis & impia quæ priſcis temporibus Deo placuerat, nunc odibilis ac nimis eſt execranda.

terræ motu, & aceto porrecto.

CAPVT XVII.

Chriſtus expirat, velum templi ſcinditur, ſancti reſurgunt.

VT ergo beatę dominus omnia paſsionis impleuit animam pretioſus ſuam ſancto de corpore volens ipſe depoſuit, eam voluntarie ipſe rurſus ſumpturus, vt fecit, quoniam mortuus quidem fuerat, ſed viuebat, membris obeuntibus non diuinitate defunctus. Audiamus ex eius perſona, Ioannes Euangeliſta quid referat: ait enim dominus ad diſcipulos ſuos, propter hoc me pater diligit, quod ego pono animã meam. Iterum accipiam eam, & poteſtatem habeo iterum accipiendi eã. Hoc mandatum accepi à patre. Quis itaque poſsit dubitare, vel non audiat eum, cui ſuam ponere licuit animã cum libêret, potuiſſe quoque reſumere cum placeret, & hanc in ſeſe magis operari virtutem, quam dignatus eſt in plurimis demonſtrare. Reſerantur fores ecce tartareæ, Chriſto veniẽte deiectę, patet inferna retro iam ſemita, rumpuntur ſaxa, funditur terra, vacuãtur ſepulcra corporibus, reuiuiſcit turba; & quæ fides defeciſſet in credulis, agnoſcitur reſurgentium multitudo. Tunc illud quoque templum mirabile, plenum religionis antiquæ, maioris templi culmina [22] cecidiſſe cõſpiciens, velut alumnus triſtis & ingemẽs proprium defleret auctorem. Diſciſſo protinus velo nudum cunctis pectus oſtendit, interiora ſcilicet euidenter arcana gentibus reſeranda ſignificans, & populis fideliter affuturis, quoniam lex quæ ſub Moyſe, velamine diu tecta permanſit, Chriſto nobis adueniente præclaruit. Dic age mors triſtis & impia nunc vbi tua ſit feralis illa victoria, nũc vbi ſtimulos, execranda tibi ſeruiẽs ad ſepulcra, quæ à primo generationis interitu nullis vnquam ſaturata funeribus humanũ genus inuadens, miſeræ ſoles fragilitati, pœnali ſemper ditione dominari? Ecce nunc ad Chriſtum peſsima non veniſti, ſed ad te Chriſtus vltro deſcendit, cui ſine morte licuit mori, qui cuncta gignens, cuncta cõſtituens, [23] te ſolã liuidam non creauit. Scriptura quippè ve-

nerabilis dicit. Dominus mortem non fecit, originis igitur tuæ ſi materiem cupis agnoſcere, ſerpente patre conceperis, & culpa genitrice procrearis. Sed indulgentia nunc regnante conſurrexeris.

Capvt XVIII.

De lancea in latere Chriſti,

INterea domini ſpiritus iam de corpore migrarat ad tempus, frigidaque crucis in robore Chriſti membra pendebant, & adhuc furor arma non deſerens, inimicæ manus lanceam ſubminiſtrat, ictuque nefario latus domini plaga violauit infixa, altum vulnus aperiẽs ac defoſſum, per quod ſanguis pariter & aquæ fluxerunt. O quã catholicę dogmati ſociatur hæc cauſa. O quantum Trinitatis fidei conueniunt hæc ſacrata. Corpus namque, ſanguis, & aqua, tria vitæ noſtræ ſunt munera. Omnes enim qui Chriſto duce noſtro, in aquarum fonte renaſcimur, eius corpus & ſanguinem ſumentes edimus ac potamus, vt ſancti ſpiritus tẽplũ eſſe mereamur. Nã & Apoſtolus Paulus ita loquitur dicens. An neſcitis quoniam templum Dei eſtis, & ſpiritus ſanctus habitat in vobis? quod vt dominus iubeat templum nos immaculatũ gerere, ſupplicemus, quatenus anguſtos & tenues tantus manſor ſibi faciat idoneos & capaces.

Capvt XIX.

Corpus domini conditum ſepulcro, adhibita cuſtodia militari.

POſtquam igitur theſaurum corporis pretioſi depoſitum ſacer locus ille ſuſcepit, qui domino iacente nobilis clatuit, reſurgente nobilior triumphauit, generatio fallaciæ deuota conſuetum ſub impio corde nefas excogitans, Chriſtum nocturno ſilentio diſcipulis iactitat auferendum, vt, ſicut ipſe prædixerat, diem vulgaretur ſurrexiſſe poſt tertium. Hęc itaque Iudæi furtiua ſuſpicione perterriti plurimam petunt cuſtodiam ſolertius adhiberi, tumulique fores & ianuam fida nimis obſidione vallari. Si nondum poſt crucis [24] acerba ſupplicia, poſt ferri plagas & vulnera, poſt mortalem corporis ſepulturam, cruentum carnifices impleſtis officium, nec odium poſt innocentis exitum ſaturatis iniuſtum: Dominum qui potentiæ ſingularis quotiens animas eduxit ab inferis, ſuam potius reuocaturum non probatis? In peiorem partem concilia vobis apta peragite, fouete ſenſibus dolos perfidiæ nutrimentis armatos, ſepulcri clauſtra ſignate, vigilias militares adponite, monumentum ſaxo præcludite, cunctaque malignis, vt facitis, diſpoſitionibus inſtruentes, dicite, quis dominum poterit cuſtodire cui cuncta reſerantur, nihil obſtruitur, regnat in cælis, imperat fretis, dominatur inferis? Quid itaq; perfidis opus excubiis & labore? quid fidẽ niteris explorare, [25] quam non vis etiam cum probatis admittere?

Capvt XX.

De reſurrectione die dominico. & Angelis tumulo adſtantibus

INterea cœperat illud triſte poſt ſabbatum dies [26] irradiare felix qui domino dominanti gratiſsimus nomen ab eius maieſtate ſortitur, dictus hoc honore dominicus, quippè qui tantum cõſecutus eſt dignitatis, vt primus meruerit intueri mundi naſcẽtis originem, & reſurgentis Chriſti virtutem. Hic enim liber Geneſeos rerum manifeſtus aſſertor die ſeptimo ſabbatorum à ſuis requieuiſſe Deum dicit operibus. Apparet ergo perſpicue quod caput orbis iſte ſit dies à quo primario per ordinem definitus numeratur ſeptimus ſabbatorum, quem gloria Regis æterni tropheo quoque ſuæ reſurrectionis illuſtrans primatum cum religione conceſſum dierum cenſuit retinere cunctorum. Huius lucis ortu conſpicuo, mater virgo cum cæteris mulieribus fideliter congregatis qua munus pariter ferentes aromatum, dum venerunt ad ſepulcrum, lacrymis ora ſulcabat, pectus gemitibus commouebat. Moxque locũ conſpiciunt ſepulturæ vacuum corpore iam patere, ſed mira plenum redũdare virtute. De cælis namq; angelus deſcenderat, & à tumuli foribus euoluto mirabilis reſidebat in ſaxo

A vultu flammeus, veſtimentis albatus, vt gemina videlicet diuerſitate reſplendens, terrorem pariter, lætitiamque monſtraret: terrorem profecto cuſtodibus ignea facie comminatus, lætitiam quęrentibus Chriſtum niuea veſtis iucunditate blanditus. Ergo mulieres Angelica reuelatione firmatæ dominum gaudent reuixiſſe poſt mortem. Milites tali viſione perterriti vitã nequeunt retinere in ancipiti diſcrimine conſtituti, deſertaque continuo ſtatione præcipites vrbem repetunt, miracula [27] perferẽtes, gratiſque manifeſta renunciant, poſtquam fidẽ pretio vendiderunt in fallaciam permutantur ignauam, moxque Chriſti diſci-

B pulos nocturnæ quietis inſidiis aucupatos eum diripuiſſe cõfingũt. Dic nefaode cuſtos & improbe, fare ſcelerata legio quid mediteris adſtruere quæ ſtudio pecuniæ conquirendę foueam cui caſus non vides & pericli, quãtum ſupplicij merearis ignoras, cum mauis negligens videri, quam verax. Conſtat enim te fuiſſe peruigilem, ſollicitum, perſpicacem, nũquam lumina ſomno flexiſſe, tuſi labori vicibus perſonendo, proximus rite collega ſuccederet, ita locum excubiis communiſſe, vt nullis adiri poſſe fraudibus appareret. Nam ſi Chriſtus, vt audes falſa voce componere, nocturnis operis, tempore quieto ſuorum manibus raptus eſt è ſepulcro, cuius ibi lintea, cuius

C adiacent velamenta, circa cuius reſidet Angelica virtus ad exuuias? an beatũ corpus ille qui rapuit, prius exuit & nudauit, celerius arbitratus detectum poſſe ſubduci, quam ligatum, ſicut manebat, auferri. Mentita eſt iniquitas ſibi. Habet tamen iſta res gratiam figurati ſenſus egregiã. Iudæis etenim Chriſtum ſpiritaliter conſtat ablatum, quem nos tota mentis & pectoris deuotione portamus. Plange Iudæa tuos itaq; Sacerdotes, plange miniſtros & populum, quæ pro tãtis deſerta flagitijs non iã tuba gaudebis, non vncto firmaberis, non ſacrificijs perfrueris. Cuius ſpe nãq; virtutis tibi tuba perſtabitur, cum Regem videas in-

D teremptum? Quis vnctus iam vltra dabitur cum ipſius vnctus amiſeris principatũ? Quæ victima ferietur cum victima fuerit paſtor ipſe mactatus? Diſcedat ſynagoga proprio iam colore fuſcata, Chriſtus ſibi pulcram niueo decore ſociauit Eccleſiam. Hæc honorem Mariæ præſtat ad gloriam quæ cum claritate conſpicua ſemper mater eſſe cernatur, ſemper tamen virgo conſpicitur. Huic ſeſe dominus illico poſt triumphum reſurrectionis oſtendit, vt pia genitrix & benigna talis miraculi teſtimonium vulgatura, quæ fuit naſcentis ianua dum veniſſet in mũdum,

E hæc eſſet eius & nuntia deſerentis inferna.

Capvt XXI.

Chriſtus diſcipulis apparet, fauam & piſcem manducat

MOx deinde conuiuio cum quibuſdam velut præteriens viator interfuit, atque in fractione panis eorum ſe ſenſibus & oculis publicauit, quia quod verus ipſe ſit panis luminibus innoteſcit, quod fides interior inſerens ac detegens ad agnitionem domini gratiæ claritate perducit, frequenter etiam diuerſis temporibus & momentis manifeſtum ſeſe diſcipulis demõſtrauit. Nunc veſcentibus inopinus apparens, nunc aduſti piſcis & faui cibos accipiẽs quatenus edoceret euidentius res eſſe corporis dapes

F quas edendo videntibus approbauit, illa ſe membra nunc gerere quæ nuper geſſerat ante mortem.

Capvt XXII.

Chriſtus oſtendit plagas ſuas diſcipulis.

RVrſus idẽ cum metuentes Apoſtoli plebis (quæ dominum ſæpe negauerat.) violentiam ſuſtinere ſæuitiam, clauſis domus ianuis permanerent obſtruſis, aſtans foribus improuiſis pacem cunctis dedit ſalutatione ſermonis, vt afflictis lætitiam tribuẽs repentinam, quod Prophetica voce ſignauerat approbaret, quia cor contritum & humiliatum dominus non relinquet. Moxque manus aperuit perforatas, plagam lateri nudauit infixam ne phantaſma

crederent ſi vulnerum indicia non viderent. Quoniam vero Thomas æque venerandu s Apoſtolus quem Didimum vocabulo nuncupant, ibi non aderat, & talia ſociis referentibus non credebat Ecce dominus eodem poſtmodum reſidente cum fratribus, immoris ſe denuo foribus præſentat, qui nunquam ſpiritaliter ab ipſis abſceſſerat, coramque cunctis viſus in medio non dedignatur morem gerere. Trepidanti diſcipulo palmiſque rurſus & latere demonſtratis, tactu vulnerum patitur ſe probari, magis hinc agnitus quod ipſe ſit Chriſtus qui dubitantis animam placida fouit lenitate ſuſceptam. Quiſquis enim dolos artificis cæca ſub imagine fraudis exercet, vanaſque nebulas & figuras ac decipiendas inſtruit mentes incautas non vult ſua facta cognoſci quod lateat ſub nubis velamento fallacis oculoſque compoſitis miſeros ſimulacris illudens, odit ſollicitos ſi deprehendi cœperit & amictos. Dominus autem verax in omnibus Chriſtus etiam credere 28 dubitanti mitiſsimus, non iraſcitur ambigenti, ſed vt digitos quoque mergat in vulnera facilitate concedit, ſciens huius probationis exemplum non ad Thomæ tantum qui fuerat tam beatus, ſed ad fidem deinceps pertinere multorum.

Cap. XXIV.

Chriſtus piſcanti Petro in dextram iacı retetia iubet.

POſt paucos item dominus dies Petro piſcanti cum ſociis ad marinum ſeſe littus oſtendit, totæque noctis labore 29 perpili nullam cernens feſſos habuiſſe capturam, dextrom retia dimitti iubet in pelagus, confeſtimque clauſo gurgitis ſalo piſcoſæ congregationis immerſam, crepitātes ſinus eduxere cum præda, quam ante Domini gaudentes proiecere veſtigia Tale genus ergo miraculi non vulgari facto ſentiri, ſed typica debet intelligentia ponderari. Retia ſiquidem credamus præcepta dilucida nimis atque perſpicua, quibus omnes dextra ſectantes, & ſeculi fluctibus cruentis clauduntur veſtigiis inclinati. Nam & piſcis ſupra prunas adpoſitus, eodemque panis in loco ſimul ab ipſis inuentus, Catholica religione cernitur non carere. Nam piſcis aqua videtur intelligi, qua nos ablui certum eſt ac renaſci. panis Chriſtum ſignificat ſaluatorem, cuius eodem corpore veſcimur ad ſalutem. Ignis ſpiritus ſancti gerit imaginem, quo deuoti conſecramur ad fidem. In eadem namque ſpecie demonſtratus effulſit cum beatos Apoſtolos, ſicut liber eorum actuum proteſtatur, clara ſoi diuinitate perfudit. Tunc ad epulas eos ſumendas inuitat placida ſolemnium præceptione verborum, qui menſæ Domini voce vnanimes congregati cibos ſanctæ benedictionis accipiunt, & Chriſtum plena fidei veritate cognoſcunt.

Cap. XXV.

Oues & agnos Petro alendo, dominus mandat.

CVm vero modicis inſurrexiſſent dapibus competenter impleti, Petrum Dominus an eum diligat, clementer interrogat. Cui protinus annuenti, cupiens greges vt paſtor bonus augere, tanquam fideliſsimo nimis operario vel probato ſuas oues agnoſque commendat Et hæc tertio repetit ac reuoluit, vt recentiori culpæ trina negoria pari dilectionis purgaretur ex numero. Quod autem 30 Petro ſpecialiter alendi greges tribuit dignitatem, cum probetur omnes æquè diligere, non aliorum pertinet ad detrimentum, ſed rationi videtur eſſe coniunctum, hoc animal namque mitiſsimum pro ſimplicitate naturæ, iuſtis comparatum, quos cum venerit in maieſtate ſua rex omnium, taliter à dextris adſtantes, ſicut ipſe docuit, alloquitur. Venite benedicti patris mei, poſsidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi, &c. Ingreſſuros igitur iuſtos in regnum conſequenter illi commendat, cui claues ſe daturum eiuſdem regni promiſerat.

Cap. XXVI.

Pacem ſeruandam diſcipulis mandat.

INde monitis eos beatis erudiens & pacificæ roborans traditione doctrinæ, per omnes imperans terras religioſæ fidei præcepta diſpergere, ſacrique baptiſmatis vnicam trinitatem cunctis gentibus prorogare, ſic inquiens ac decernens. Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra. Euntes nunc docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, docentes eos obſeruare omnia quæcunque mandaui vobis, *&c.*

Cap. XXVII.

Aſcendit Chriſtus in cælum coram omnibus.

CVmque diuinitas omnia mandaſſet impleri, mox in Bethaniam iiſdem pariter eductis egreſſus, coram beatis protinus viris qui tanti viſionem triumphi meruere ſortiri, per 31 oras euectus æthereas, arcem ſydereæ dominationis aſcendit, & ad dextram patriæ reſidet maieſtatis, totumque orbē proprio regit & gubernat arbitrio. Qui cuncta iugiter excelſa poſsidens ac profunda, poſt cælū deſcendit ad tartarū, poſt tartarum remeauit in cælum. Ob hoc igitur voluit iiſdem præſentibus ad aſtra migrare (quantum paruitatis meæ dignatur ſenſibus aperire) vt iter eiſdem qua ſequerentur oſtenderet, quibus ante paſsionem ſibi dicentibus: Domine neſcimus quo vadis, quomodo poſſumus viam noſſe, reſpondit & euidenter dixit. Ego ſum via & veritas, & vita. Via quoniam per eum patris peruenitur ad gratiam. Veritas, quia credentibus tribuet quæ promittit. Vita, quoniam & morti non ſubiacent quos adoptat. Lætis vultibus intuentes ergo diſcipuli dominum ſupra nubes excelſum coruſcos ſyderum tractus propriis deuicto mundo, calcare veſtigiis, venerantur ſupplices & adorant, redituque gratiſſimo familiæ eius, greſsibus aërei tramitis plagas quas oculis viderunt, reuoluunt cordibus & reportant cuncti generis viris, vt gentes credant. Teſtes namque fideles & magni diuinæ probantur eſſe virtutis, qui facta Domini Ieſu Chriſti videntes, innumerabilium ſcripſerunt pauca geſtorum. Nam ſi religioſis omnia potuiſſent chartis annecti noſtri miracula ſaluatoris, nec ipſe forſitan mundus, ſicut Ioannes Euangeliſta teſtatur, qui ſcriberentur volumina, caperet vniuerſa librorum.

Explicit proſa Sedulij.

FRANCISCI IVRETI NOTÆ AD LIBROS SEDVLII PASCHALIS OPERIS.

Origo horum librorum, & titulus.

SCRIPSERAT primum Sedulius libros Paſchalis carminis; & Macedonio presbytero conſecrauerat, ætate iam pronecta, vt ſuſpicor, quia in præfatione ad ipſum Macedonium præfixa Paſchali carmini, dolet ſe iuuenem nimis deditum antea fuiſſe ſtudiis inanibus, quibus ſcilicet Deo non inſeruierit, nec animæ ſaluti conſuluerit. Demum ab eodem Macedonio admonitus, vt Paſchalis carminis ſeriem ſoluta redderet oratione, Paſchale iſtud opus abſoluit non impar argumento vel ordine, ſed ſtylo paululum diſsimile, in quo tamen quadā

A inſeruntur, quæ prioribus libris addi neceſsitas carminis poetici non ferebat. His autem libris Paſchalis operis nomen indidit Sedulius, vt clarè oſtendit epiſtola huic operi præfixa: *Priores igitur libri* (ait) *quia verſu digeſti ſunt, nomen Paſchalis carminis acceperunt. Sequentes autem in proſa, nulla curſus varietate conuerſi, Paſchalis deſignantur operis vocabulo nuncupati.* Sic iſle quæ verbis ſatis oſtendunt falli memoria Sigebertum Gemblacenſem, qui l. de illuſt. Eccl. ſcript. cap. 6. refert Sedulium Epiſcopum ſcripſiſſe ad Macedonium presbyterum libros de miraculis veteris & noui teſtamenti, quos poſtea ſub metrica lege redactos prætitulauit Paſchale carmen. Nam à carmine paſchali cœpit Sedulius. At qui ex veteribus huiuſce Paſchalis operis diſtincte meminerit, neminem video præter vnum Gelaſium Papam, qui in ca. ſancta. B diſtinct. 15. quo loco ſcripturas canonicas enumerat: *Venerabilis viri Sedulii* (inquit) *Paſchale opus, quod heroicis deſcripſit verſibus inſigni laude proferimus.* Cũ autem dubitari nequeat quin vtroſque Sedulij libros Gelaſius legerit, vtpote poſterior (Sedulium enim volunt floruiſſe anno 430. Gelaſium 491.) non veriſimile eſt Gelaſium doctiſsimum Pontificem hoc canone vnius tantum libri meminiſſe, vt vnum ſciens probaret, alterum ſilentio improbaret, aut permixto nomine voluiſſe confundere titulos vtrorumque librorum, cum probe ſciret ab ipſo auctore vario titulo hunc & illum inſcriptum fuiſſe. Itaque ſic videntur mihi Gelaſij verba accipienda, ac ſi dixiſſet Sedulium materiam Paſchalis carminis etiam verſi-C bus heroicis antea efformaſſe, ſeque Paſchale carmen, & Paſchale opus inter canonicas ſcripturas numerare. Quod niſi ita eſſet, cur non ſatis fuerat Gelaſio dicere, ſe Paſchale opus Sedulij laudare, nulla heroicorum verſuum mentione facta? Sed hac de re fortaſſe nimio plus loquor. Qui vero ex veteribus auctoribus meminerint, & proſæ & verſuum Sedulij, nondum legi, niſi quod Beda hiſtor. Anglor lib. v. cap. 19 de Aldhelmo agens: Scripſit & de virginitate librum, ait, eximium, quem in exemplum Sedulij geminato opere & verſibus hexametris, & proſa compoſuit. Sic Beda, quo auctore iam nemini dubium erit quin iſtud opus proſaicum genuinus ſit fœtus D Sedulij. Idem alibi refert ſe vitam antiſtitis Chutberti exemplo Sedulij prius heroico metro & poſtmodum plano ſermone deſcripſiſſe. Sigibertus etiam lib. de illuſt Eccl. ſcript ca. 66. de eodem Aldhelmo: ſcripſit & librum de virginitate, ait quem exemplo Sedulij geminato opere, id eſt proſa & metro compoſuit. Illud adiciam, neotericos, licet eruditos homines, videri hactenus temere permiſcere ſcripta Sedulij, non ſatis bene intellecto Gelaſij loco. Vulgo enim de verſibus Sedulij, loquentes, appellant Paſchale opus, vt Lylius Gyraldus, qui dialogo 5. de Poet. hiſt *Scripſit verſu heroico opus*, ait, *quod Mirabilium aliqui vocant, ipſe opus Paſchale appellaſſe viſus eſt, quod Pontificum Romanorum decretis inſigni laude commendatur. Citatur à Beda in poetica & commẽtariis à Placido Lactantio,* &c. At pace Gyraldi dixerim, nullo loco Se-E dulius ſuos verſus appellat Paſchale opus, ſed tantum Paſchale carmen, vt ex duabus ad Macedonium epiſtolis colligere eſt. In vna enim ſic ſcripſit. *Huic autem operi, fauente Domino, Paſchalis carminis nomen impoſui,* &c. In altera: *præcepiſti*, ait, *Paſchalis carminis textum quod officio puræ deuotionis ſimpliciter executus vobis obtuli perlegendũ, in Rhetoricum me transferre ſermonem.* Verum non eſt quod miremur neotericos nomina librorum Sedulij confudiſſe. Namque in manus illorum Paſchale iſtud opus oratione ſoluta ſcriptum nunquam incidit, cuius profecto meminiſſent iſti ſi legiſſent. Et ipſe Antonius Nebriſſenſis, qui ſcholia in Sedulium iampridem edidit, potuiſſet ex

Paſchale opus Sedulij.

Canon Gelaſii aliter acceptus, quam vulgo.

Paſchale carmen Sedulii.

A hoc opere Paſchali, lucem adferre Paſchali carmini & ex vno reſtituere, quæ in altero corrupta vulgo erant. Damus igitur nunc primum hoc opus Paſchale ex tenebris erutum, in quibus per multa ſecula delituit, idque beneficio Petri Pithœi Iureconſulti clariſſ. qui fecit copiam exemplaris. Opus autem in quinque libros partitus ſum hac ratione motus quod librarius in fronte vetuſti exemplaris appoſuerat titulos operis totius diſtinctos in quinque partes. Nam ad finem tituli capitis 22 de quatuor Euangeliſtis &c. adſcripſerat ille litteris de minio rubentibus: *Explicuerunt capitula veteris teſtamenti. Incipiunt capitula libri primi noui teſtamenti.* Ex quibus liquido apparet Sedulium libro primo quædam comprehendiſſe de vetere teſtamento ſumpta. Quatuor autem ſequentibus libris B ea quæ noui ſunt teſtamenti, concluſiſſe. Sed de hac partitione librorum dicam etiam ad Sedulij Paſchale carmen, quod cum in quinque libros diuidendum ſit, vulgo tamen confusè in quatuor partitum eſt. Iam igitur ad emendationes veniam vt exhibita lectione veteris codicis, lector diiudicet qua cauſa immutaui & correxi nonnulla, licet leuia. Volo enim in omnibus, de fide mea conſtare ſtudioſo, ne fucum ſibi me feciſſe putet.

Quinque libris vtrũque Sedulii opus diuidi.

AD LIBRVM I.

QVod vtrum placuerit) ſic v. c. familiare eſt huic auctori verum & rotundum ordinem verborum C inturbare. Valebat enim magis verſu, quam ſoluta oratione.

2 *Tradita ſiquidem multa*) puto iam emendandum, male erat in v. c. *tarditas ſiquidem*.

3 *Nam ſi ſecul[o]rum*] habebat v. c. *nam ſicut*. Sed quo pertineat vox *ficut*, non video: ſcribo, *nam ſi*.

4 *De caſtrenſi munimine*] erat in v. c. *munimo*.

5 *In portu iam nauigem* *] locum aſteriſco notaui, quia videtur male habere in v. c.

6 *Et grego ſupplicantor & offero*] ſic clare v. c. quod forte alicui ſuſpectum videbitur. Sed rectum puto, à *grego* enim, auctor deduxit: *grego*, quod verbum tamen in vſu non eſt, ait vero ſe libros Paſchalis carminis, & D Paſchalis operis gregare, id eſt, coniungere ſimul, & Chriſto conſecrare. Grego.

7 *Fauni alludie*) ſic ex veſtigiis detritæ ſcripturæ veteris exemplaris expreſsi. In Paſchalis carm. Sedulius dixit.

Collocantque ſuis aurea vaſa fanis

8 *Creſcentem, qua nimia frugis vbertate multiplici, Dei queat eſſe iam meſ[ſo]r*] ita legendus & diſtinguendus videtur hic locus qui interturbatus erat in v. c. vt ſequitur. *Creſcentemque nimiam frugis vbertatem multiplicis Dei*, &c.

9 *Iam nec repudians*] male erat in v. c. *nam nec*

10 *Abſque voracitro[ſ]tri*] in v. c erat ſcriptum, *feracis roſtri*, ſed poſtea à librario primæ duæ litteræ dictionis; *feracis*, duobus punctis ſubnotatæ, & deſuper appoſita ſyllaba, *vo*, ex quo effeci, *voracis* quæ lectio huic loco E apte conuenit.

11 *Nauta feritatem prebuit*) ita emendaui, nec dubium quin vere v. c. habuit corrupte, *nauta veritatem prebuit*, quæ lectio plane abſurda eſt. Error inde natus, quod ſolemne eſt veteribus librariis, litteras, f, & u, ob affinitatem confundere inuicem. Quod cum multi non animaduerterent, mirum eſt quam fœdè in libris impreſsis peccauerint. Exempla proponã obiter. In Panegyrico Maximiano dicto Rhenanus excudit, *Viros attonita veritate trepidantes*: emendandũ eſt, *feritate*. Sic apud Eumenium oratione pro ſcholis, vulgo *veritate Francorũ*, pro, *feritate* legitur. Apud Arnobiũ li. 6. vbi de animantibus quæ ſuis ſordibus ſimulacra Deorum conſpurcabãt. *In qua, ait, obſcœna facere neq;*

Veritas pro feritas in libris.

Panegyris emendat.

Arnobii locus li. 6. caſtigatur.

Digitized by Google

mitunt, neque vitant, leges ſua ſequentia & inſtincta feritate naturæ Ita corrigo, vulgo paſsim *veritate*. A

12 *Vnat voce cantantes* ſic v. c. quod ideo adnotare placuit, quia cum ſit dictio vetus & minus communis, corrupta fuit alio loco eiuſdem Sedulij, nimirum lib. 1. Paſchalis carminis, hoc ipſo capite.

Quatuor hi proceres vnare voce canentes

Sic ibi legendum iſte locus aperte confirmat, & vetuſti manuſcripti codices. At in impreſsis vulgo vocem diuiſerunt, & ſcripſerunt *vna te voce*, vt ibi admonebo.

NOTÆ AD LIBRVM SECVNDVM SEDVLII PASCHALIS OPERIS.

R*Oma quæ patres acerba vorauerunt*] erat in v. c. *acerna* male: error natus ex illa litterarum, *b*, & *n*, affinitate, quæ facile degenerat, ſcripſi igitur, *acerba* ſic idem Sedulius lib. 2 Paſchalis carminis. B

- pomiſque vetaret acerbis

Quæ mala dum are patres natorum horreſcere dentes.

Sumptum iſtud eſt ex ſacris ſcripturis Hieremiæ cap. 31. & Ezech. cap. 8 & reperitur c vino diſtinct. 31. vbi egimus, vuam, pro quo, pomum hic habet Sedulius

2 *Moyſi ſollicite perquirens*] v. c. *ſolli ite*.

3 *Liuor ille viperem*] v. c *libor ille*. Idem error infra.

4 *Taleſque vita conciliauit æterna*] ita repono & corrigo Corruptè erat in v. c. *contiguit* Emendationem meam confirmat idem Sedulius, qui lib. 1. Paſchalis carminis. hoc ipſo capite dixit, C

-taleſque ſuperna

Conciliat vita

5 *Nam quaſi ſemotus à cæteris*] ita videtur reponendum ex veſtigiis litterarum Habebat enim v c *Nam qua fuiſſe ſemotum*.

6 *Huius mundi principem*] Erat ſcriptum in v. c *huius pro mundi principem*. Sed vox, *pro* ſuo loco non videtur poſita. Neſcio an auctor ſcripſerit, *huius mundi pro principem*.

7 *Nec morte conſtium.*] ea eſt lectio v c. ſuſpecta Sed quia illud, *conſtium*, varias admittit coniecturas, D nullam proponam. In emendationibus enim, vnam veram eſſe oportet.

8 *Vaorato Chriſto diuerſa mundi poſt pericula prælio victor exiſtens*] pro *prælio*, erat in v. c. *prælia*, Forte etiam pro *odorato*, rectius, *adorato*.

9 *Quod tamen ita laborioſum*] ſic emendo pro quo v. c. *quod tamen illaborioſum*.

10 *Beatitudinis ſe his verbis prædicat inhærere*] ita ſcribo male v c. *beatitudinis his verbis*.

11 *Qui dubitet ſoluſque ambigat*] v c. *que ſolus*.

12 *Sibi profeciſſe teſtatur*] erat in v c *ſine profeciſſe*.

13 *Arbor vitæ*] v c *arborem*.

14 *Radix paganicationis antiquæ actus*] ſic v. c. vox, *actus*, videri poteſt ſuſpecta. E

15 *Vita nihilominus à ſepulcris*] ita v. c.

16 *Vnde nullus adulterum*] ea eſt ſcriptura v. c.

NOTÆ AD LIBRVM TERTIVM SEDVLII PASCHALIS OPERIS.

D*Epulſis morborum vitiis*] erat in v. c. *mormorum*. Solemne eſt librariis affinitate litterarum, b. & m. errare. Confirmat emendationem Sedulius, qui lib. 3. Paſchalis carminis, in hoc ipſo capite.

Omnia depulſis ſanabat corpora morbis.

2 *Repentino mutatus auxilio*] erat in v c. *motatus*, repoſui. *mutatus*. Nam ſic idem auctor Paſchalis carminis lib. 3.

Lata peregrinam mutarunt membra figuram.

3 *Atque varia populos clade*] malè v. c *aqua varia*.

4 *Ac profidus modico*] ſic v. c. forte, *prouidus*

5 *Nunquid nam pelagus*] ita v. c. Idem Sedulius in ca. 2. epiſt. Pauli ad Timoth. *nunquid nam credendum eſt*, talis eſt phraſis vſitata Arnobio lib. 1. *An nunquid orãdus es?* & lib. 3 *an nunquid dicitis!*

6 *Ex imbecilli validus*] v c *ex becilli*

7 *Plangebant* gemitu *modulante tibicines*] in v. c. primitus ſcriptum erat, *tubicines*, ſed librarius poſtea expreſſerat, *tibicines* quod poſtremum rectius eſt. Nam Euangelium Lucæ ca 8 in huius hiſtoriæ narratione *tibicines* vocat, non autem *tubicines*. Et idem Sedulius lib 3 Paſch. carm. in hoc capite. *- gemebant*

Tibicines, plangorque frequens confuderat ædes

Et vero illud obſeruare eſt, olim in funeribus ætatum teneriorum (qualis hæc filia annis nondum puberibus conſtituta de qua hic agitur) tibias & tibicines adhiberi ſolere Statius lib. 6 Theb.

- - - - nam ſignum luctus cornu graue mugit adunco

Tibia, cui teneros ſolitum producere manes

Lege Phrygum mœſta: Pelopem monſtraſſe ferebant

Exequiale ſacrum, carmenque minoribus vmbris

Vtile

Vetus & Anonymus quidam interpres in illud Perſij, *hinc tuba candelæ* &c. *Minoris ætatis cadauera* (ait) *ſolebant efferri cum tibia, maioris cum tuba*. Hæc dicit Seruius. Sic ille interpres Non ignoro tamen morem hunc variaſſe, & tibiarum, maiorum etiam ætatum in funeribus fuiſſe vſum Ouidius 5 triſt. eleg. *Tibia funeribus conuenit iſta meis*. Seneca in ludo Claudij, vt *ſcires Deum efferri tibicinum tanta turba* &c. Suetonius in Iulio cap. 48. *Tibicines veſtem iniicere flammã*. &c. Ioſephus de bel. Iud. lib. cap. 5. tibicines næniarum conductos vocat, & D. Ambroſius lib 6. Lucæ cap. 8. ſcribit more veteri tibicines, ad incendendos excitandoſque luctus adhibitos. Cæterum illud omiſeram iſto Sedulij loco ſcriptum fuiſſe in v. c. *clangebant* quod mutaui, in *plangebant* Rationem vide in notis ad Sedulij Paſchalis carminis lib. 3. num. 24.

8 *Vt dæmonio vacuaſſet*] ſic erat in v c. pro *vacuaret*, & mox pro *repleret*, habebat, *repleuiſſet*. Eadem Phraſis infra li v. cap. 7. *ſibi relaxari meruiſſet errorem*.

6 *Quia non cognoui negociationes* ſic v. c. intelligit Pſalmum 70. vbi tamen in vulgata Eccleſiæ editione paſſim legitur, *quoniam non cognoui litteraturam, introibo potentias Domini* At veteres legunt *negociationem*, vt Arnobius in commentariis ſuis, vt Hieronymus, & D Auguſtinus Itaque habet pſalterium Romanum. Et noſter Sedulius lib. 3. Paſchalis carminis, hoc ipſo capite.

- - poſſit

Vt diſpenſator, non vt mercator haberi,

Dauidiſque modis vitam cantare futuram,

Intrabo in Domini requiem quia neſcio mercem.

Videtur legiſſe χαμματείας, id eſt negociationem. alij γραμματείας, id eſt ſcripturas & litteras quorum verborum facilis fuit mutatio. Nonnulli expoſuerunt numeros, quia magna ſit coniunctio numerorum cum negociatione. Sed hæc pſalmorum interpretibus relinquantur.

10 *Populus ſuſtineret exhauſtus*] v. c. *exhauſtus*.

11 *Non merebat aduertere*) ſic diſerte ſcriptum in v c. non autem *merebatur* Eiuſmodi locutiones etiam in hoc auctore obſeruaui tribus locis Nam ſup lib 4. ca. vl. *ſyderum cum patre moderat imperium* Et lib. cap. 3. *& omnem vagis cum nubibus oram lucraret æthereã*,

Nazarij locus in panegyr.

Sic vbique v. c. Nazarius in Panegyrico dicto Conſtantino, *ſpem gratia mune abant.* Ita v. c. vulgo: *munerabantur*. Mamertinus in Panegyr. dicto Iuliano, & improbiſſimum adulabant. Idem alio loco, *neq; vrbes hoſpites populant*. Sic Pacuuius apud Nonium: *neque tuum te ingenium moderat*. Sed ne quis iſta noua putet, legat libellum eiuſdem Nonij de contrariis generibus verborum, vbi infinita huiuſce rei exempla citat. Symmachus noſter li 8 ep. 42. mea cura non deerit, quæ te ſtili viciſſitudine muneret. Ita enim reſtitui ex v. c. vulgo mutatum fuit in moneretur.

12 *Hunc ora depulſa*) v. c. *ore*.

13 *Infantiles exigua paruitatis*) male v c. *infantiles exigui*.

14 *quid diligunt*) ſic ſcribo: erat in v. c. *quid dilignnt*.

B

NOTÆ AD LIBRVM QVARTVM SEDVLII PASCHALIS OPERIS.

ARdua planare, curua dirigere) exiſtimo ita emendari oportere. pro quo habebat v. c *curua dirigere*: quæ poſtrema lectio, quamuis ferri poſſit, minus tamen apta eſt Nam curuum directo hic opponere voluit. Docet id aperte idem Sedulius qui li. 4. Paſchalis carminis ſic inquit.

– cui prona facultas
Ardua planare, & curua indirecta referre.

Curua corrigere prouerbium.

Veteres dicebant prouerbiali ſpecie, *curua corrigere*: vt plinius lib. 5. epiſtol vlt. *Inuenimus qui curua corrigeret*. Sic Seneca in ludo Claudij, *hic nobis curua corrigit*.

C

2 *Vitam mortua repræſentat*) v. c. *vita* non obſcura erroris cauſa eſt.

3 *Greſſum cum mobilitate confidere*) ſic v. c. ſed vox, *confidere* hic non aptè conuenit: *malim conſidere*.

4 *Anguſtis hiantibus*) male v. c. *anhelantibus*.

5 *Gemebat hinc liuidus*) v. c. *libidus*, ſic ſæpe in his libris.

6 *Feretroque manu redemptionis attacto*) v. c. manus. Dixit autem *redemptionis*, pro *redemptoris*, more ſuo loquendi.

D

7 *Qui nubila facie*) ſic lego. Corrupte v. c. *nubila facile*.

8 *Nihil habens momenti*) erat in v. c. *monumenti*. Idem Sedulius lib 4. Paſchalis carminis.

-- miracula nil ſunt
Quæ faciunt plerumque mali.

9 *Extorſit*) male v. c. *extorſi*.

10 *Sitis ardorem*] erat in v c. *aderem*.

11 *Amica vita monitione*] male v. c. *vita*.

12 *Qui ferret impuram*] ita correxi perſpicuo ſenſu. Nam deprauata ſcriptura exaratum erat in v. c. *qui ferret in puram*. Probat emendationem idem Sedulius lib. 4. Paſchalis carminis, hoc ipſo cap.

-- Obſcæna ferens contagia mœcha.

E

Tacitas pro ſilentio.

13 *Omniſque tacitate confitendo reus inuentus eſt accuſator*) pro *confitendo*, quod male erat in v. c. repoſui, *conſitendo*. Mox in eodem v. c. pro, *tacitate*, ſcriptura videbatur referre, *tacitecte*. Niſi quis malit, *tacite*. Sed ſtylus Sedulij iudicio eſt ab illo ſcriptum: *tacitate* euiuſmodi vocibus ſolet delectari.

14 *Materia luti*] Sic v. c. pro, *luto*, more antiquo, vt *lautu*, pro lauto, & alia pleraque.

Effigies carnis humanæ tributa Chriſto.

15 *Humana carnis effigiem*) v. c. *humani*. Solet autem auctor de corpore Chriſti loquens, dicere effigiem corporis vt ſupra lib. 1. cap. 24. *cælitus petiſti terrena, humanam dignatus es ſumere effigiem*. l. 3. cap. 26. *carniſque velamine rurſus æthereum protegit effigiem* Et antea eiuſdem lib 3. cap 8. *Dixerat in humanam rurſus*

A

effigiem, quam Chriſtum videbat gerere, metuens intrandi licentiam poſtulare Idem Paſchalis carminis lib. 3. de eadem re agens.

–hominem non audet adire,
Effigiem repetens quam Chriſtum cernit habere.

Marcionis error.

Effigiem pro vero corpore poſuit, alioqui Marcionis error fuit, qui Chriſtum putatiue apparuiſſe, id eſt quaſi per vmbram, & paſſum fuiſſe vmbraliter, non tamen in vera carne credebat, vt loquitur Philaſtrius Brixienſis in catal. hæreſ.

16 *Quarta iacebat lucis*) male v. c. *quarta*. Idem Sedulius lib. 4. Paſch. carm.

-- iacebat
Iam quarto ſine luce die.

Apollonius lib. 1. Excidij Hieroſol.

-- quarta confectus in vmbra,
Iamque fluens, nigro reuocatur Lazarus orco.

17 *Frigentis artus exanimes*) ita emendaui, pro quo v. c. *frig. cortus exanimes*. Niſi quis malit, *corpus exanime*. Sed illud prius magis ſpirat phraſim Sedulij. Nam ſic ille lib. 4. Paſch carm.

Exanimeſque artus illa pro parte dolebat,
Qua moriturus erat

18 *Ambitus caduca contemnens*) ſic lego: male v c. *caduca* Phraſis eſt vſitata iſtis ſcriptoribus.

NOTÆ AD LIBRVM QVINTVM SEDVLII PASCHALIS OPERIS.

MOrtalem vellet ponere reſumpturus carnem) puto ita emendanda iſta verba obſcura & corrupta in v. c. habebat enim *Mortalem vel exponere ſumptura carnem*. Ex dictionibus, *vel ex* effeci, *vellet*, Mox ex fine verbi, *ponere*, repetita ſyllaba, *re*. & coniuncta cum initio ſequentis vocis, *ſumptura*, ſcripſi, *reſumptura*. Emendationem probat idem Sedulius lib 5. Paſc. carm.

-- dominus cum gloria vellet
Ponere mortalem, viuamque reſumere carnem.

2 *Mortis vicinia*) erat in v c. *vicina*.

3 *Sed ab ore Dei*) perperam v c. *ore deei*.

4 *Seruilis belli concitauit*) v. c *ſeruiris*. Idem Sedulius lib. 5 Paſchal. carm.

-- ſeruile dedit conſurgere bellum.

5 *Illa ſors melior*) v. c *ſor*.

6 *Mendacibus oſculis fœdus incommodas*] pro, oculis, quod erat in v. c. repoſui, *oſculis*, de Iudæ enim oſculo loqui voluit. Sic idem Sedulius libro 5. Paſchal. carm.

-- ore ora premis, melliqne venenum
Inſeris, & blanda dominum ſuo imagine prodis.

7 *Ne quo ſe tempore piut*] iterum ita correxi, pro quo erat in v c *ne quaſo tempore*. Idem auctor vbi ſupra.

-ne quapius àpietate vacaret
Reddidit auriculam.

8 *Ieſus reſpondit*) v c. *recoyt reſp.*

9 *Talibus præſignauit*] v. c. *praeſignauit*.

Iuuenalis pro iuuenilis.

10 *Iuuenalis ætas admiſerit*] corrupte in v. c. amiſerit. In eodem recte ſcriptum, *iuuenalis*, more ſcilicet antiquo. Sic infra hoc ipſo capite, *ne pro iuuenalibus delictis vt negligens videretur ſeruus ſupplicare*. Vulgo contra fidem manuſcriptorum codicum, in aliquot locis vox iſta immutata fuit, vt alibi iam monui

11 *Nulla not ex iſtis indutus ſpes impunitatis obtundat*) ea eſt lectio v. c. Sed illud, *indutus*, quo ſpectet, non ſatis video. Forte aptius repoſueris, *induita*.

12 *Animam trabalibus laqueis expulit*] ex ſolemni illo

Digitized by Google

ſcribendi more, hîc in v.c. exaratum erat, *trauallibus laqueis*. Emendaui, *trabalibus*, quod perſpicue verum eſſe arbitror. Familiare eſt antiquis auctoribus trabale appellare quicquid ingens & firmum eſt. Inde trabalis clauus, trabalis haſta, trabale telum, ttabale ſceptrum, cuius rei teſtimonia multa collecta ſunt iampridem ab Adriano Iunio adagiorum cent. 1. adag. 56. Quibus & obiter iſtos locos adduciam ab illo non adnotatos. Claudianus panegyr. in Manl. Theodorum Conſ.

Trabalis laqueus.

--penituſque trabali

Vecte laborantes in carmina concitat vndas.

Paulinus in natali 9. Felicis.

Corpora transfixis trabalibus inclita clauis.

Vetus auctor in paſsione martyrum Ferreoli & Ferrutij: *Capitibus beatorum martyrum trabales claui, qui attracti, malleis ferreis affixi videbantur diuerſis infirmitatibus medebantur* Inde liquet quo ſenſu Imperator Theodoſius dixerit in nouella de Iudæis: *Trabali iuſſione decreuimus* (ait) *vt* &c

Clauus trabalis.

Trabalis iuſſio.

13 *Nihil tam ſuprurus mutabile*] erat in v.c. *metabile*. Idem Sedulius Paſch. carm. lib. 5. hoc ipſo capite

— nil iam vt mutabile ferret

14 *Quippe poſt mortem plena*] erat in v. c. *quippe pra mortem plenam* Idem Sedulius Paſch. carm. lib. 5.

Poſt mortem propria cum maieſtate reſurgens.

15 *Vulgi neſtiam*] ſic lego: male v.c. *fulgi*

16 *Credulitatis admiſſum qui*] v. c. habuit *amiſſum aqua.*

17 *Ac dominum verbis precantibus alloquitur*] hic lacuna erat in v. c. habebat enim: *domim verbis allo quitur*. Emendationem adiuuat idem Sedulius Paſcha, carm. lib. 5. hoc ipſo cap.

Alter aderat e per verba precantia Chriſto.

18 *Voleutes inclinari palmas arcebant*] puto ita recte emendatum. Nam vocibus confuſis erat in v. c. *palmeſcebant* Repoſui, *palmas arcebant*. Coniecturam confirmat idem Sedulius, vbi ſupra.

-- flectebat lumina, tantum

Lumina. Nam geminas arcebant vincula palmas.

19 *Nam poſtquam ſocium quiiam deſeciare meruerat*) ſic ſenſu poſtulante correxi, cuius loco perperam reperi in v. c. *Nam poſtquam etium quaiam deſociare meruerant*. Euangelium enim Lucæ ca. 23. docet vnum ex latronibus increpaſſe ſocium, quod Chriſto in cruce pendenti illuderet.

20 *Manzares ſunt vocati*] ſcriptura v. c. erat, *Mazires*. At idem auctor in Paſch. carm. lib. 5. hoc ipſo cap. vocat, *Manzeres*.

Manzeribus populis in deteriora volutis.

Sic enim ibi legunt Aldus, Fabricius, & manuſcripti quos inſpexi. Nam in nonnullis editionibus interpolatum locum repperi. Ea dictio ſpurium denotat. Deuter. 23.

Manzer; id [est] nothus & ſpurius.

21 *Itagens iſta*] v. c. referebat. *Tangens iſta.*

22 *Templi culmina cecidiſſe*] ſic repono: malè v. c. *templi cum mina cecid*. Sedulius probat, qui lib. 5. Paſc. carm. hoc ipſo cap.

-- maioris culmina templi

Procubuiſſe videns.

23 *Te ſolam liuidam*] v. c. *libidam*. Idem error notatus ſup. lib. 4. num. 5. *gemebat hinc liuidus*. Erat in v. c. *libidus*.

24 *Crucis acerba ſupplicia*] habebat v. c. *acerua* Eundem ſcripturæ veteris errorem ſupra notaui lib. 2. num. 1.

25 *Quam non vis etiam cum probaris admittere*] ita correxi, cum deprauata eſſet in v. c. *quam nobilis etiã comprobaris ammittere* Quæ emendatio proxime accedit ad veſtigia veteris ſcripturæ. Tale illud eſt quod idem auctor Paſch. carm. lib. 5. hoc ipſo cap.

Explerare fidem cui non vis credulus eſſe.

26 *Dies irradiare felix qui*] puto ſic legendum, cum corruptè eſſet in v. c. *iradiare feſtis qua*. Nam & ipſe Sedulius lib. 5. Paſch. carm.

Cœperat interea poſt triſtia ſabbatha felix

Irradiare dies.

Forte tamen alijs placebit magis, *feſtus qui*.

27 *Miracula perferentes*] ita v. e. eo exemplo *ferere miracula* dixit Paulinus lib. 1. de vita Martini. *Sunt & in noſtris miracula plurima terris* Sic enim ibi legendũ docui, pro quo v. e. fuerunt. Scio tamen multis placiturum vt hic potius legatur, *perſerentes*. Nam & Sedulius lib. 5. Paſch. carm. hoc ipſo cap.

--teſtiſque timoris

Vera refert gratis.

28 *Dubitanti mitiſſimum, non iraſcitur ambigendi*] ſic emendandum ſenſus arguit: male erat in v. c. *dubitandi*, &c, *abigenti*.

29 *Nectis labore * perpili*) ſic v. e. non ſine ſuſpicione mendi. Illud enim, perpili, varias recipit coniecturas. Forte, *peruigili*, *vel perti.*

30 *Quod autem Petro*] male v. e. Petrus.

31 *Per oras euectus*) v. c. *horas* quæ ſcriptura frequẽs in manuſcriptis.

Finis Notarum ad lib. v. Sedulij Paſchalis Operis.

LECTORI.

HÆC *etiam quæ ſequuntur Tertulliani & S. Ambroſij ſuperioribus, licet non ſuo ordine, adijcere viſum eſt, vt publico prodeſſent. Interea dum omnium Chriſtianorum poëmatum amplior & melior editio procuratur ſtudio atque opera* FRANCISCI IVRETI, *inſignis pietatis & eruditionis viri, qui & ea ex veteribus codicibus collegit reſtituitque, & in ea Notas ſcripſit.*

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI CARTHAGINENSIS PRESBYTERI, CARMEN DE IONA ET NINEVE.

Deſcriptum ex vetuſto exemplari P. Pithœi. I. C.

POST Sodomum & Gomorum viuentia funera in æuum,
Et cinerum [1] ſenio ſignata incendia, pœnæ,
Et fruſtra ſolis oculis naſcentia poma,
Et pariter [2] facti mortem maris, & ſalis illic
Si quid homo eſt pœnam mutato corpore ſeruans:
Penè [3] alios ignes ſuperi decuſſerat imbris,
Vrbs [4] æqui iuſtique fuerāt tranſgreſſa Niniue.*
Nam quis ſubuerſæ menti metus? omnia vulgò
Pœnarum documenta vacant, vbi poſſidet error.
[5] At bonus & noſtri patiens, & plectere ſerus
Omnipotens dominus nullam iaculabitur iram,
Ni prius admoneat, durataque pectora pulſet
Præſagos agitans anguſta [6] mente, prophetam
Namque Niniuitum meritis mandarat Ionam
Præfari exitium Dominus, ſed conſcius ille,
Parcere ſubiectis, [7] & debitæ cedere pœnæ
Supplicibus, facilemque boni, [8] ceſſabat obire,
Ne vanum caneret, ceſſura pace minarum.
Mox fuga conſilium, ſi qua eſt tamē iſta facultas
Euitare Deum, dominique euadere dextram,
[9] Qua ſubter totus trepidans compeſcitur orbis.
[10] Atratus eſt quod agit ſancto de corde profetes.
[11] Littoris in labio portu celeberrima fido
Vrbs, ora eſt Cilicum, contra libratur Ioppen.
Inde igitur [12] Tharſus properus rate ſcandit Iona.
Eiuſdem fert acta Deus, nec deniq; mirum
Si dominum in terris fugiens, inuenit in vndis.
Paruula nam ſubito maculauerat aëra nubes,
Vellere ſulfureo de ſemine [13] concita venti,
Paulatimque globus pariter cum Sole cohæſit,
[14] Deceptumque diem caliginis agmine cluſit.
Fit ſpeculum cæli pelagus, niger ambitus vndas
Inficit, in tenebras ruit æther, & mare ſurgit.
Nequicquam medios fluctus dum nubila tāgunt,
Gloria ventorum quos omnes turbine miſcet.
Diuerſus furor in profugum frendebat Ionam
Vna ratis certamen erat, cæloque, fretóque,
Tunditur hinc illinc, tremit omnis ſylua ſub ictu
[15] Fluctifrago, ſubter concuſſa eſt ſpina carinæ,
Palpitat [16] antēna ſtridēs, [17] labor horret ab alto,
Ipſa etiam infringi dubitans inflectitur arbor.
Nauticus interea geminus [18] clamor omnia tētat
Pro rate [19] proque anima, ſpiras mandare morantes
[20] Obliqueare mithram, clauorū ſtringere niſus,
Vel reluctantes impellere pectore [21] gyros:
Pars maris interni [22] puteū graueolere viciſſim,
[23] Egregias rapiūt tunc merces, atq; onus omnes
Præcipitant, certantque pericula vincere dānis.
Sunt miſeræ voces ad ſingula fragmina Ponti,
A *Expenduntq; manus [24] nullorū ad lumina Diuū,*
Quos maris & cæli vis non timet, [25] haud minus illos
Puppibus obtruſos irato turbine mergens.
Neſcius hæc reus ipſe cauo ſub fornice puppis
[26] Sternentem inflata reſonabat mare ſoporem,
Iam tunc in ſomno [27] domini formando figuram.
Hunc ſimul [28] vndiſecæ qui cogit munia proræ,
Pace ſoporatum placida, requiete [29] ſuperbum
Inſtitit impulſans, quid, ait, diſcrimine in iſto
[31] Somnia re capis, tantaque in turbine portum*
Solus habes? non vnda [32] operis, ſpes vnica diuum eſt,
Tu quoque, quiſq; tibi Deus eſt, dic vota preceſq;
[33] Exin quis culpæ propriæ, quis cauſa procellæ
B *Diſcere ſorte placet, nec ſors mentitur Ionam.*
Tunc rogitant, quis, & vnde hominum, quis denique rerum
Quo populo, qua [34] ſede ciuis? famulū ſeſe ille fatetur
Prætimidum fidumque Dei, [35] qui ſuſtulit altum,
Qui terram poſuit, qui totam corpore fudit.
Ipſius ſeſe profugum, cauſaſque reuelat.
*Diriguere metus [36] quid nos igitur tibi culpæ,**
Quid fore nūc, quoniā placabimus æquora facto?
Nāque magis multòq; magis freta ſæua tumebāt
En ego tempeſtas, ego tota inſania mundi,
In me, inquit, vobis æther ruit, & mare ſurgit.
In me terra procul, mors proxima, nulla Dei ſpes.
Quin dare præcipitē cauſam, [37] nauemq; leuātes,
C *Vnum onus hoc magnum pelago iactare volētem.*
[38] Aſt illi fruſtra nituntur vertere curſum
In reditum, nec clauus enim torquere ſinebat,
Dura nec antemnæ mutari libra volebat.
Poſtremo ad dominum, Ne nos in mortis hiatum
Vnam animā propter dederis, ne [39] ſanguine iuſti
Reſperſiſſe velis, ſi ſic tua dextera ducit.
Iamque illic imo exoriens de gurgite cetus
Squamoſum [40] è conchis euoluere corporis agmē,
Vrgebat proprios concuſſo marmore fluctus,
[41] Spōte ſua prædā rapiens, quam puppis ab arce
Prouolutatam limoſis faucibus hauſit,
D *Viuentemque dapem longam percepit in aluum,*
Cumque viros, cæli rabiem, plagique vocauit.
Sternitur æquoris vnda, reſoluitur ætheris vmbra
Hinc fluctus, illinc flatus redduntur amici,
Securamque viam placida ſignante carina,
Candida cæruleo florent veſtigia ſulco.
Nautæ tunc Domino leti venerando timorem
Sacrificant grates. ********
Nauigat & vates alio ſuſceptus Ionas
Nauigio, fluctumque ſecat ſub fluctibus imis,
Viſcera velificans, anima inſpirata ferina,
*Concluſus, neque [42] tinctus aquis, [43] maris intimus exter**

A *Inter ſemeſ.es claſſes,reſolutaque corpora putri*
*Digeſtu,ſui: tem 44. velut * funera diſcens.*
Inſignum ſed enim domini quandoque futurus,
Non erat exitio, ſed cæli gloria factus.

Matthæi cap 12.

Hactenus vetus codex.

FRANCISCI IVRETI NOTÆ, AD TERTVLLIANI CARMEN DE Iona & Nineue.

CARMEN hoc nunquam antea viſum nec lectum, repertum fuit in vetuſto codice manuſcripto, euius copiam mihi fecit P. Pithœus I.C. ſaluti priſcorum auctorum natus. Tertulliani vero geminum eſſe opus, duæ res docent. Primum, quia in eodem v. c. Tertulliano tribuitur, quemadmodum etiaoi aliud carmen de Sodomis quod poſtremum olim prodiit in lucem ſub nomine Diui Cypriani, ſed nuper aſſertum Tertulliano, ex coniectura, à Iac. Pamelio viro multæ lectionis & iudicij. Vode obiter confirmabo ſententiã ipſius Pamelij, & monebo ſtudioſos ne amplius addubitẽt de vero auctore carminis de Sodomis. Deinde prorſus redolet phraſim Tertullianicam, vt obſcuram & aſperam, ſic etiam eruditam. Illud dolendum eſt quod in membranis imperite opus deſcriptum extitit ab antiquario. Propoſui igitur bona fide lectionem v. c & coniunctim emendationes, ne cui fucum facerem, donec aliud exemplar manuſcriptum erui poſſit, vnde cæteræ labeculæ eluantur. Quod attinet ad titulum, inſcribebatur in v. c de Nineue. Sed cum tota narratio pertineat ad Ionam, viſum eſt inſcribere, etiam de Iona. Suſpicio tamen eſt Tertullianum expreſſiſſe carmine integram hiſtoriam Ionæ, vt in ſacris bibilis extat.

Tertulliani carmen de Sodomis.

1 *Cinerum ſenio ſignata*) ita correxi, pro quo erat in v. c. *cinerum ſenios ignara* Coniecturam meam confirmat aperte alter eiuſdem Tertulliani verſus de Sodomis, vbi ſic.

Tota rogus regio eſt hinc atro horrore fauilla,
D *Inde ſitu cano cineres incendia ſignant.*

Sic enim obiter lego ex veſtigiis v c. in quo: *hinc de ſitu* vulgo eſt: *hincque ſitu*.

2 *Facti mortem maris*] intelligit mare mortuum, de quo ipſemet in carmine de Sodomis: *Nec mare viuit ibi, mors eſt maris, illa quies.*

3 *Pœne alios ignes*) placet hæc emendatio ducta ex coniectura P. Pithœi: accedit enim prope ad veſtigia ſcripturæ v.c. in quo. *Pane alio ignes ſuperis deceſſerat imbris.*

4 *Inſtique fuerant*) varias recipit coniecturas, dubium enim eſt an auctor ſcripſerit *inſtique forent*, vel, *iuſti fines*, vt cenſet idem Pithœus: ſtatim ſcripſi, *tranſgreſſa Nineue* pro quo v.c. *tranſgreſſi Niniuita*.

5 *At bonus*] v. c. *at boni.*

6 *Mente prophetam*] forte, *prophetas*, vt coniungatur, cum voce, *præſagos*

E 7 *Debita cedere pœna*) ita emendaui, cum corrupte eſſet in v. c. *debitam cedere pœnam*, *cedere* poſuit. pro *remittere*

8 *Ceſſabat obire*) id eſt, recuſabat Ionas implere officium admonendi. Plane eodem colore Prudentius excuſat Ionam, hymno 7. cathem. vbi hæc hiſtoria deſcribitur.

Ionam prophetam mitis vltor excitat
Pœna imminentis iret vt prænuncius,
Sed noſſet ille cum minacem Iudicem
Seruare malle quàm ferire ac plectere,
Tectam latenter vertit in Tharſos figuram.

Verum alij ſcriptores aiunt, Ionam contemptu id feciſſe. D. Hieronymus comment. in Ionam, *conſcius erat fuga, & peccati quo domini præcepta neglexerat.* D. Gregorius lib. 6. in Iob cap. 13. *Illic geſtanto bellua pertnenit quo ire ſponte contempſit. Ecce fugitiuum Dei tempeſtas inuenit, ſors ligat, mare ſuſcipit, bellua includit, & quia auctori ſuo obedire renititur, ad locum quo miſſus fuerat, ſuo reus carcere portatur.* Iſidorus lib de vita & morte Sanctor. cap 45 *Ionas ad gentium præconia mittitur, miſſus contemnit, contemnens fugit, fugiens dormit* &c.

B 9 *Quà ſubter*) erat in v. c. *ſuper.*

10 *At ratus eſt*) corruptè rurſus in exemplari. *at rati.* Statim repoſui, *de corde*, pro quo v. c. *de corpore.* Remouet auctor à propheta culpam, vt excuſet factum.

11 *Littoris in labio*) Similis phraſis Siſennæ apud Nonium Marcel. *ſiſtitque in labro ſummo fluminis* Et M Tullius. *os portus* ſimiliter dixit. Nam ſic de ſuppliciis in Verrem. *Nam in ipſo aditu atque ore portus.*

Labium littoris.

12 *Tharſos*) v. c. *Tharros properus rate conſcendit.*

13 *Concita ventis*) puto, vere ita correxi, pro quo v.c. *conotia venti.*

14 *Deceptúmque diem*) pro, ereptum poſuit.

15 *Fluctifrago*) alias v. c. *fluctiuago.*

C 16 *Antemna ſtridens*) non hîc dicam produci vltimam, in, *antemna*, propter penthemimerim, ſed potius obſeruandam monebo veterum conſuetudinem, qui vocalem longam faciebant cum ſequerentur duæ conſonantes. Quem morem tamen neoterici nec intellexerunt, nec viderunt, qui ſæpe locos in auctoribus corruperunt contra fidem & conſenſum omnium v. c Id ego prolatis & reſtitutis teſtimoniis docui ad Paulinum, Sedulium, Marium Victorem, Iuuencum, & cæteros. Addam tantum verba vetuſtiſſimi grammatici Terentiani Mauri, cap. de carmine Heroico

Vocalis longa ob duas conſonantes.

Spondæum gemina poſſunt firmare ſonora
Exemplis an praua ſequar, vel recta, probabo.
Quiſque ſcire cupit, vel quiſque ſcribere curat.
Anteſtare deceſquum dico, & ſeparo verbum.
Ante Steſichorum vatem natura creauit.

17 *Labor horret ab alto.*) P. Pithœo ſubolet, voce, laboris hic ſignificari vexilli ſeu veli ſpeciem. Sane Gregorius Nazianzenus oratione in Iulian. ait vexillum eſſe quod à Latinis dicatur, labor, quia vim habeat ſoluendorum laborum. Extat in Cod Theodoſ. lib. 6. tit. 25. de præpoſitis laborum. *vbi ſic præpoſiti laborum noſtro iudicio & ſtipendiorum ſudoribus promouentur.* Sed & in Cod. Iuſtinia. lib. 12. tit 18. conſtantiſſima fide in omnibus libris manuſcriptis inſcribit, *de præp. laborum.* Quæ tamen ſcriptura quibuſdam inſolens viſa fuit, adeo vt Accurſius notet fuiſſe ſua ætate qui pro, *laborum*, reponerent, *labiorum*, ridiculè: Nunc alij putant legendum, potius, *labarorum*, exemplo quo Conſtantinus imperator vexillum illud oobile quo vtebatur in bello, labarum appellauit. Ego non temere diſcedendum arbitror à ſcriptura veterum codicum.

Labor pro vexili ſpecie.

18 *Geminus clamor*] primam, in *clamor*, contraxit Tertullianus, non ſolus inter priſcos. Nam Paulinus libris de vita Martini ea licentia vſus, vt ibi ootaui lib. 4. num. 36. productis etiam teſtimoniis Iuuenci, apud quem neoterici vocem corruperunt contra omnes manuſcriptos. *Clamor* autem in tem-

Clamor prima breui.

peſtate marina locum habet. Ouidius lib. 11. Metam. *Quippe ſonant clamore viri ſtridore rudentes vndarum incurſu grauis vnda.* Sed & ipſe Tertullianus paulo poſt ſubdit. *Sunt miſeræ voces ad ſingula fragmina Ponti.*

Spiræ. 19 *Anima ſpiras*] erat in v. c. *animas ſpiras.* Iſidorus etym. lib. 19. cap. 3. ait ſpiras funes eſſe quibus nautæ vtantur in tempeſtatibus a Sparto dictas.

20 *Oblaqueare mithram*] feliciſſima huius loci reſtitutio debetur & acumini & iudicioque P. Pithœi. Deprauatè erat in v. c. *oblaquearem vtbram.* Iſidorus lib. 19 ety. cap. 4. ſcribit mitram eſſe funem, quo nauis media vincitur. Quæ vox rara eſt, & à paucis alibi electa.

Mitra funis nauis.

21 *Pectore gyros*) corrupte erat in v. c. *nigyros*, & fortaſſis totus verius ſic melius legetur. *Velis eluctantes impellere pudore gyros.*

22 *Puteum graucolere*] arbitror auctorem verbũ hoc actiue vſurpaſſe, & *graucolere puteum* idem valere ac facere, vt puteus grauem odorem exhalet. Intelligo igitur hunc locum de ſentina nauis, quæ tum grauius olet cum ſedimentum aquæ quieſcentis mouetur & exhauritur. Paulinus in carm. ad Cytherium. *Quo cymba multam duxerat rimis aquam olente ſentinæ lacu.* Quintilianus lib. 8. obſeruat à Cicerone dictam reipublicæ ſentinam, ſignificante fœditatem hominum, Tertullianus vero partem maris interni vocat, quia ſentinæ aqua è mari eſt.

Sentina olens.

23 *Egregias rapiunt*] erat in v. c. *egregie tunc rapiunt.*

24 *Nullorum*] in v. c ad hanc vocem recentiore quadam manu ſuperadditum erat, *multorum.* Sed bene auctor vocat nullos diuos, quia gentium Dij, reuera nulli ſunt, vel quia nullius opus & auxilij. Hinc illa vox apud veteres Comicos. *Nullus ſum.* Et Paulinus. *Nullus eram, & faciente Deo ſum natus vt eſſem.*

Nulli Dij.

25 *Haud minus illos*) ita emendo, pro quo v. c. *aut minus illos puppibus abſtruſo Siratos.* Quibus verbis non dubito quin alludat ad morem tanquam tutelares Virgil. *Ingentes à puppe Deos.* Idem lib. 10. Æn. *aurata fulgebat Apolline puppis.* Ouidius li. 1. Triſtiũ. *Monte nec inferior prora puppique recurua inſilit, & pictos verberat vnda Deos.* Auctores appellant tutelas quaſi proprio nomine. Siluius Italicus. *Tutelæque Deum ſluitante.* Seneca epiſt. 76. eò alludit dicens. *Nauis bona dicitur, &c. nec enim tutela ebore calata eſt.* Ea imitatione dicunt etiamnum hodie Venetos ſanctum Marcũ attollere in puppi, ſuæ ciuitatis tutelarem diuum.

Tutelares Dij nauiũ.

26 *Sternentem*] placet Philip. Roberto I. C. *ſtertentem.* Et quidem Ionæ cap. 1. vbi vulgata editio habet, *& dormiebat ſopore graui.* D. Hieronymus ex ſeptuaginta vertit: *& dormiebat & ſtertebat.* Diuus quoque Ambroſius in Pſalm. 43. *de Iona legimus qui dormiebat in ventre nauis & ſtertebat.* Et ipſe Hieronymus in commentar. in Ionam. *quaſi ſecurus* (ait) *dormiret, & profundiſſimum ſomnum ronchonare ſonaret.*

27 *Domini formando*] erat in v. c. *in ſe formando*, locum autem intelligit Matthæi cap. 8. *vbi de Chriſto dormiente* in naui & à ſuis excitato

28 *Vndiceſa qui cogit mœnia prora*] ſi quid veri augutor, ita non malè emendaui deprauatiſſimam ſcripturam v. c. habentis. *Vndes ita qui cogit mœnia prore:* niſi malis, *vndiſita*, facilis autem mutatio *vndiſis* ita, *vndiſica*, pro *vndiceſa.* Sed & poteſt retineri illud, *mœnia.* Nam Feſtus Pompeius adnotat veteres dixiſſe, *mœnia* pro officiis.

Vndiſica prora.

29 *Requieto ſuperbum*) Soſipater Chariſius li. 1. *Quies* (ait) *fecit quietem, requies* accuſatiuo non facit, *requietem* ſed *requiem*: licet Cicero dixerit requietem ad Hoſtilium. Idem Chariſius alio loco id repetit. *Cicero, ait, aliter declinauit ſecutus numerum, requietẽ enim dixit*; ſuperbum autem vocat pertinacem in ſomno, qui quaſi dedignaretur moueri clamore nautarum periclitantium, nimium ſecurus.

Requiete.

30 *Quid ait*) corruptè erat in v. c. *quid aiunt diſcriminis in iſto.*

31 *Somniare cœpit*) locus hic varias recipit coniecturas.

32 *Nos vnda*] vocem, *nos*, addidi, quæ videtur deſiderari.

33 *Exim quis*] deprauatiſſime erat in v. c. *Indicit eximquis.*

34 *Qua ſede cluis*] valde mihi placet hæc emendatio quam eruit P. Pithœus ex veſtigiis v. c. in quo, *qua ſede cinis.* Vox, *clue*, non ignota apud veteres, quam reſtitui aliis auctoribus temere, vulgò corruptam. Itaque non repetam.

Cluis.

35 *Qui ſuſtulit altum*] redundabant verba in v. c. in quo ita ſcriptum reppeci: *qui cælum ſuſtulit alte.* Videtur quidem corruptum carmen gloſa. *altum* autem *pro cælo* poni ſcimus, vt apud Virgilium, *& Maia genitum cœlo demittit ab alto.* Lactantius li. 1. cap. 1. *oculos ſuos ab alto deiiciunt, ſoloque defigunt.*

Altum pro cælo

36 *quid nos*) v. c. *quos* vel, *quod.*

37 *Nauemque leuantes vnum* male in v. c. *nauem* l. *vnus.*

38 *Aſt illi*) v. c. *illis.*

39 *Ne ſanguine iuſti*) ſic lego, pro quo v. c. *iuſtum.* Idque confirmatur textu biblico.

40 *E conchis*] v. c. *&*

41 *Sponte ſua*) vt expleretur hiatus v. c. addidi, *ſua*, niſi malis, *ſpontenouam.*

42 *Neque tinctus aquis*) videbatur poſſe legi, *tactus*, quod minus eſt. Nam & Paulinus in carm. ad Cyterium de eodem Iona loquens, *merſus æquore intactus vndis fluctuat.* Sed Sedulius de eodem: *ceto ſorbente voratus in pelago non ſenſit aquas.* Sed tamen illud *tinctus*, retinui, quia ſcio familiare eſſe Tertulliano vti eo verbo, & *tinctionem* vſurpare pro baptiſmi aquis.

Tinctus.

43 *Maris intimus exter inter ſemeſas claſſes*) v. c. habebat *claſſes.* Sed ſuperiora vt reponi debeãt, non ſatis liquet. Placet quidem doctiſſimo Phil. Roberto vt legatur, *maris inter & exter. Semeſas,* &c. Niſi mutato ordine malis. *Maris exter, & inter Semeſas*, vt verſus ſibi cohæreant. Sic autem Paulinus exterum maris, Ionam intra mare eleganter dixit. *Nam liber vndis intra mare exter maris.*

44 *Vel va* * Robertus legit: *vel vatis.* Quid ſi potius *vel viuus*? Et hæc quidem quæ ad emendationem corruptiſſimi exemplaris proferre potui. Viſum eſt autem ad calcem exſcribere aliquot locos priſcorum Theologorum Chriſtianorum, qui ſimiliter exemplo Tertulliani videntur ingenij acumen exercuiſſe in deſcribendo Ionæ naufragio, vt vtrorumque collatio ſibi lucem adferat.

Sedulius Paſch. carm. lib. 1.

Ionas puppe cadens ceto ſorbente voratus,
In pelago non ſenſit aquas, vitale ſepulchrum
Ne moreretur habens, intuſque in ventre ferino,
Depoſitum, non præda fuit, vaſtumque per æquor
Venit ad ignotas inimico remige terras.

Ambroſius.

Excipit innocuo viuentem bellua morſu
Cetus, & ad terras Ionam gratus attulit aluo.

Paulinus in carm. ad Cytherium.

Commenta Domini mira merſus æquore
Intactus vndis fluctuat.

Viuio

Viuit voratus, quique glutiuit manet,
Viuente ieiunus cibo.
Et præda cum ſit, eſca non eſt belluæ,
Domoque ventris vtitur.
O digna ſancto clauſtra fugitiuo Dei!
Capitur mari qui fugerat.
Altumque vaſtæ miſſus in ventrem feræ
Viuo tenetur carcere.
De naue iactus perit, & vndis nauigat,
Exul ſoli & hoſpes ſoli,
Spatiatur antro belluini corporis
Captiuus, & liber reus.
Nam liber vndis intra mare exter maris,
Natat in natante bellua,
Clauſuſque quanquam corpore exit ad Deum
Volans propheta ſpiritu.
Corpus tenetur corpore, at mentis fugam
Terrena vincla non tenent.
Incluſus aluo carcerem rumpit prece,
Aureſque pertingit Dei.
Orationi liber & vinctus fugæ
Fide ſua ſeſe arguit.

Paulinus correctus. 1 Locum integrum propoſui, vt ſimul oblata occaſione emendarem. Nam repoſui ex coniectura. *Ac mentis fugam*, pro quo paſsim in vulgatis reperi. *Ac mentis fuga*, nullo ſane ſenſu.

A Claudianus Mammertus, Viennenſis in carmine contra poëtas vanos.

Quid profugus Tharſum vates, quem forte pericli
In mare deiectum ſpatioſo bellua rictu
Cepit, & innocuum vaſta ructauit ab aluo?
Nonne docet, ditione Dei mare & aſtra moueri?
Namque Deum fruſtra fugiens, quem cuncta tenent,
Nemo fugit, mouit cæli ſimul & maris iras.
Omnipotentis enim Domini Natura rebellem
Cognoſcens, timuit, per ſe quaſi conſcia, tutum
Ferre reum, & ventis fugitiuum vinxit, & vndis.
Iſte Propheta Deo lectus terrere minaci
Peccantes monitu populos, poſtquam graue dixit
Exitium, fregitque reos, auertit & iras
B *Numinis, impenſo latuit ſua crimina fletu,*
Extremumque diem fugit bene verſa Nineue.

Alcimus Ecditius Auitus lib. 4.

Hauſerat hunc valido peruadens bellua rictu;
Immerſumque mari ventris concluſerat arca.
Deglutire virum, fauces implere capaces
Ardenti monſtro cum ſit permiſſa poteſtas,
Non licuit mordere tamen, nil dentibus actum;
Intrauit cupidum deludens præda vorantem,
Inuaſuſque cibus ieiuna vixit in aluo,
Dum tres luce dies vna ſub nocte Prophetæ
Sol ageret, lituſque nouum vacuanda viderunt,
Et caſtigatum vomerent ergaſtula paſtum.

INCIPIVNT DISTICHA SANCTI AMBROSII DE DIVERSIS REBVS QVÆ IN BASILICA AMBROSIANA SCRIPTA SVNT.

TRANSFIGVRATIO DOMINI IN MONTE.

MAIESTATE ſua rutilans ſapientia vibrat,
Diſcipuliſque Deum, ſi poſſint, cernere monſtrat.

*

Aſpice Ioannem recubantem in pectore Chriſti,
Vnde Deum Verbum aſſumpſit pietate fateri,

*

Angelus affatur Mariam, quæ parca loquendi,
Ora verecundo ſoluit ſuffuſa rubore.

*

Præſtolatur oues ſponſæ de gentibus Iſaac;
Ecce Rebecca venit ſublimi vecta camelo.

*

* al. Eſau. *Iacob fraude bona, patri dum ſuggerit eſcas,*
*Præcipit eulogiam: * ſed dulcia fruſta lucratur.*

*

Ecce feri norunt ſanctis deferre Leones
Atque famem cohibere metu, vatémque vereri.

*

* al. ſtellæ cæli. *Ioſeph* manipulus Chriſti Crux, ſtellaq; Chriſtus,*
Quem Sol, Luna Deum terræ quoque numen adorant.*

C

*

Ficta quidem Iacob natis, ſed vera loquutus:*
Beſtia Germano quòd ſit mens Inuida, fratri.

*

Prælati inuidia fratrum quoque pectora nouit:
Seruitiôque datus patrio dilectus amore.

*

Nil ſtatus inferior præclaris moribus obſtat,
Deformem Dominæ condemnat ſeruus amorem.

*

Aëtherium ſpectare polum Patriarcha iubetur;
Stellarumque modo ſobolem ſperare micantem.

*

D *Offert progeniem ſanctis altaribus Habran,*
Patris ei eſt pietas, caro non parcere nato.

*

Hoſpitio largus Chriſtum quoq; ſuſcipit Habran:
Sarra pudore latis, fida pietate miniſtrat.

*

Paſcit oues Iacob varias, vos dicite, vates,
Diuerſo populos virtutum adſueſcere cultu.

*

Zacheus in ramo eſt rapti iam prodigus auri,
** Femina quem immunda miratur ſtare* cruorem.*

Diſparibus victum populis prænunciat vnum
Iſaias vates, ſociant armenta Leoni.

Hic eſt Hieremias ſacratus matris in aluo,
Hoſtia cui Dominus ſæpe monſtrauit vt agnus.*

Helias aſcendit equos curruſque volantes
Raptus in ætheriam, meritis cæleſtibus, aulam.

Arca Noë noſtri typus eſt, & ſpiritus, ales
Qui pacem populis ramo prætendit oliuæ.

Pendet Abſalon aſtrictus in arbore guttur,
Ne cælum patricida ferus macularet humumque.

Excipit innocuo viuentem bellua morſu
Cetus, & ad terras Ionam grauis adtulit aluo.

SACRÆ BIBLIOTHECÆ SANCTORVM PATRVM,
TOMI OCTAVI, FINIS.

VAL 152902H

Digitized by Google